BIBLIOTECA NAZ.
141
L
1
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
141
L
1
NAPOLI

Digitized by Google

NOVUM VOLUMEN
SCRIPTORUM RERUM
GERMANICARUM

INPRIMIS
AD

LUSATIAM & VICINAS
REGIONES

SPECTANTIUM

B. R. NEAPOLIS

EX

BIBLIOTHECA SENATUS ZITTAVIENSIS.

Digitized by Google



SCRIPTORES RERUM LUSATICARUM

Antiqui & recentiores,

Seu

OPUS,

In quo Luſaticæ Gentis Origines, Res geſtæ, Temporum vices, & alia ad Slavicarum Luſaticarum & vicinarum Gentium Antiquitates & Hiſtoriam pertinentia Monumenta recenſentur, quidam nunc primum ex Manuſcriptis eruti,

inter quos

CHRISTOPHORI MANLII

Rerum Luſaticarum Commentarii diu deſiderati deprehenduntur, nonnulli vero ex Libellis fugientibus, ob raritatem in

CORPUS

conjecti,

ex

BIBLIOTHECA SENATUS ZITTAVIENSIS

editi.

Præfationem & in Scriptores Introductionem præmiſit

CHRIST. GODOFRED. HOFFMANNUS,

J. U. D. & in Acad. Lipſ. Juris Naturæ & Gentium Profeſſor.

Lipſiæ & Budiſſæ,

Sumpt. DAVIDIS RICHTERI, Bibliopolæ, 1719.

Literis ANDREÆ ZEIDLERI.

CHRISTIAN. GODOFREDUS HOFFMANNUS

L. S.

NOn deſunt LUSATIÆ regioni intra anguſtos quidem terminos conſtitutæ, quæ tamen nulli in Germania provinciæ & antiquitate & gentis ſuæ gloria cedit, Scriptores rerum ſuarum, quos in lucem emittere & prægrandibus iſtis Voluminibus jungere poſſit, qui Hiſtoricos communis patriæ noſtræ, pretioſa illa cimelia, avitæ gloriæ cuſtodes orbi exhibuerunt, & poſteritati aſſervant. Vidimus noſtris temporibus, quanto cum fervore Viri doctiſſimi undique conquiſiverint veteris ævi monumenta, & quam diligentes fuerint in eruendis optimæ notæ ſcriptis, quæ tot ſecula delituerant, & parum ab interitu aberant, niſi laudabili inſtituto e tenebris & privatis carceribus protracta fuiſſent. Quantum inde commodum Reſpublica literaria perceperit, & quam eleganter multa in lucem poſita fuerint, quæ incognita, confuſa & obſcura erant, a quot ineptis fabulis Germaniæ noſtræ hiſtoria purgata fuerit, omnes illi intelligunt, qui ad hos fontes recurrere, & ex illis rerum præteritarum notitiam haurire volunt. Aſt quis omnem, in prolixo licet hoc ſcriptorum apparatu, lapidem motum eſſe credat? Innumera reſtant, quæ noſtram ætatem adhuc latent & in quibus detegendis fruſtra ſudavit virorum doctorum ſolertia, ſæpius intra inanes conjecturas ſubſiſtens, & majora ſubſidia deſiderans, quo lacunas hinc & inde conſpicuas ſupplere poſſit. Non ſuffecerunt huic inſtituto vaſta ſcriptorum noſtrorum volumina, quæ vix tertiam partem Germaniæ in tot provincias diviſæ attingunt, cum de plurimis parum aut nihil memoriæ proditum ſit. Quis vero genuinam exactam

(*) &

& plenam Germaniæ hiſtoriam polliceri poteſt, antequam omnium provinciarum ſuppellex excuſſa fuerit? Eſt enim Imperium noſtrum humano corpori ſimillimum, cujus ſtructuram & conditionem nemo accurate inſpicere poteſt, qui non in omnium membrorum naturam diligenter inquirit: ita Germaniæ noſtræ provinciæ & ditiones tam arcte cohærent & in publicis negotiis concurrunt, ut imperfecta omnis ſit corporis contemplatio, quæ non particulari germanicarum provinciarum notitiæ innititur.

Ex hoc prolixitas hujus diſciplinæ ejusque difficultas omnium oculos incurrit, cum Germaniæ hiſtoriam ſcire velle idem ſit, ac omnium ditionum fata mutationes & periodos, quæ in illis frequentiſſime accidunt in numerato habere.

Agnoverunt id Viri doctiſſimi, qui duabus adhinc ſeculis Scriptorum Germanicorum exercitum produxerunt, qui nobis particularium provinciarum, epiſcopatuum, familiarum, civitatum hiſtorias dederunt, quorum nomina ita cognita & celebrata ſunt, ut ſupervacaneum foret illa impræſentiarum repetere. Rem fecerunt germani nominis gloria dignam, quæque aliis calcar addere poſſit, ut ſucceſſu temporis in publicum prodire patiantur, qui ſepulti hactenus jacuerunt Scriptores, aut quos invidia & timiditas ſuperioris ævi incluſos tenuit.

Igitur non longa præfatione opus erit, ut vel excuſem vel commendem eorum inſtitutum, qui LUSATIÆ Noſtræ, elegantiſſimæ regionis monumenta & Scriptores non ulterius in bibliothecis errare aut in manuſcriptis deliteſcere voluerunt, ſed coactos in præſens volumen, publicæ luci expoſuerunt. Quæ de ipſis Scriptoribus monenda ſunt in ſequentibus plagulis annotabo. Hic pietatis & reverentiæ cauſa nominandi mihi ſunt, quorum conſilio & auctoritate præſens collectio inſtituta & prelo ſubmiſſa fuit. Scias igitur L. B. eam deberi ampliſſimi Senatus Zittavienſis *Bibliothecæ, quæ in nobiliſſima hac agri hexapolitani civitate, ſub auſpiciis* virorum conſultiſſimorum & doctiſſimorum *non parvis ſumptibus magno librorum theſauro ornata fuit & adhuc hodie dirigente* Viro Magnifico atque Conſultiſſimo *Dn. Carolo Philippo Stollio*, J. U. D. Conſule hujus civitatis meritiſſimo, Patrono atque Affine meo æternum colendo *indies numero & pretio creſcit. Hujus enim Viri doctiſſimi ſingulari erga rem literariam, imprimis patriæ noſtræ hiſtoriam amori acceptum ferimus quod præſens volumen Scriptorum Luſaticorum fuerit collectum, notisque hiſtoricis illuſtratum, ita ut ſub præſenti habitu in publicum prodire potuerit. Quid autem in hac collectione fuerit præſtitum, quid de ſcriptis notandum, quæ huic volumini inſerta ſunt pluribus jam dicendum erit.*

INTRODUCTIO IN SCRIPTORES RERUM LUSATICARUM, QUI HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

PRimus præſentis collectionis Tomus exhibet Hiſtoricos, qui fata utriusque Luſatiæ ſcriptis conſignarunt. In duas dividitur partes, quarum prima Scriptores recenſet, qui univerſam Luſatiam attigerunt, altera autem ad ſpeciales materias & particularem civitatum quarundam celebrium hiſtoriam ſpectat. De ſingulis videndum. Inveniuntur igitur ſequentes in

TOMI PRIMI PARTE PRIORI.

I.

VITA VIPERTI COMITIS GROICENSIS ET LUSATIÆ MARCHIONIS, AUTORE MONACHO PEGAVIENSI.

VIpertus non ultimus eſt inter Germaniæ mediæ Heroës. Obſcura ejus origo, quod prolixe docet *REINERUS REINECCIUS* in brevibus notationibus ad hanc hiſtoriam, cui multis dubiis laborare videntur, quæ de regio hujus Comitis genere memorantur. Sed raro certiora in genealogia hujus ævi deprehendimus. Si Chronico fides habenda, inter majores ejus fuerunt Teutoniæ Reges, Principes Pomeranorum & Brandenburgii Marchiones. Certum eſt, Vipertum ex illuſtri Daniæ vel Cimbriæ familia oriundum parentem habuiſſe *VIPERTUM I.* cui paterna hæreditate Balſamorum regio obtigerat. Quærunt illam nonnulli & inter alios *ELIAS REUSNERUS BROTUFFIUS* a) in Holſatia, qui in verſione germanica hujus chronici his verbis utitur: Dieſer König Wolffus nachdem er ſighafft in ſtreiten was, erobert er mit ſtreiten das Land Holſten, die Zeit Terra Balſamorum gnant. Melius *REINECCIUS* b) Marchiam veterem das Balſamerland oder Balſamer Weichbild a fluvio Balſamo, qui in agris collectus in alterum fluvium Uchtam infra Stendaliam ſe exonerat, nominatam fuiſſe autmat. Juvant hanc conjecturam HELMOLDUS & ENGELHUSIUS. Prior in Chronico Slavorum c) confinem huic regioni urbem *Saleveldele* narrat, quæ absque dubio civitas eſt veteris Marchiæ, hodie Soltwedel vel Saltzwedel dicta. d) Poſterior in Chronico expreſſe ponit terram quondam *Balſamiam*, nunc dici *Marckmanniam* & ejus portionem *Pomeraniam* fuiſſe.

a) Hiſtoria des theuren und hochberühmten Heldens [illegible] c. 1.

b) v. Notat. in Vit. Vipert. p. 4.

c) Lib. I. c. 88. vel 89.

d) ap. Leibnit. Tom. II. Script. Brunsuic. p. 1069.

Sed noſtri inſtituti non eſt terminos hujus provinciæ examinare: nihil enim geographia medii ævi incertius eſt, cum regionum dominia turbulentis his temporibus inconſtantiſſima & modo ad hanc, modo ad aliam familiam devoluta fuerint. Vipertus, de quo loquimur, & conſilio & armis promptus in matrimonium duxit *Goſvvini* Comitis de *Leige* filiam, quæ *Sygena* nominabatur: ex ea filium genuit *VIPERTUM II.* quem epitome Chronici Pegavienſis e) longe præſtantiorem paternis virtutibus appellat. Non enim ſolum magnam nominis ſui famam egregiis facinoribus impetravit, verum etiam amplisſimas ditiones patrimonio ſuo adjecit. Terram *Groiſcenſem* titulo permutationis ab Udone Marchione Stadenſi, cui tractum Balſamorum ceſſerat, obtinuit; *v. Vit. Vip. c. 1. §. 3.* eam paulo poſt deſerere coactus, *v. cap. II. §. 6.* denuo recuperavit f) *c. V. §. 7.* duasque turres in urbe Groisla conſtruxit. Non incelebris hæc Oſterlandiæ olim urbs fuit, g) quæ comitatui nomen dedit. Hodie vix ejus rudera ſuperſunt, ex quo inſidiis Abbatis Pegavienſis & armis Philippi Naſſovii caſtellum ſolo fuit æquatum. h) De præmiis, quæ Vipertus ab expeditione Italica redux a Cæſare tulit, loquitur noſter Chronographus. *cap. IV. §. 19.* inter quæ eminuit caſtellum *Leisnick*, quod ipſi datum & ejus poſteris proprium fuit. Habuit enim Vipertus filium Henricum I. Marchionem Luſatiæ & Burggravium Leisnicenſem, illuſtris hujus ſtirpis propagatorem, quod refert *ALBINUS* i) ex antiquiſſimo Codice monaſterii *Bucha* a Burggraviis Leisnicenſibus fundati. k) Extincta hæc linea cum Burggravio Hugone a. MDXXXVIII. Floret adhuc Ranzoviana domus, quæ ex Ottone, Henrici II. Burggravii Leisnicenſis filio minore natu originem traxit, ut pluribus docent *BANGERTUS* in Notis ad Helmodum l) & Celeberrimus *IMHOFIUS.* m) Redeamus ad *VIPERTUM* noſtrum, qui ſibi Bohemiæ Principem Vratislaum multis meritis devinxerat & proinde meruerat ut plurimis beneficiis ornaretur, quorum maximum erat, quod Juditham filiam Viperto in matrimonium & ſimul duos pagos *NYSEN* & *BUDESIN* dotis loco daret, *vid. Vit. Vip. cap. IV. §. XXVIII.* n) Orta ſunt Viris doctis de his Viperti nuptiis varia dubia. *MANLIUS* o) quamvis Vipertum Wratislai generum fuiſſe, communi Scriptorum conſenſu commotus, fateatur, Viperti uxorem nomen Judithæ habuiſſe negat, cum *COSMAS, CROMERUS, DUBRAVIUS* aliique uno ore tradant, Juditham Wratislai filiam Uladislao Polono Duci nupſiſſe. Atſi perpendimus VVratislaum diverſas uxores duxiſſe, & fœminis principibus apud Bohemos Judithæ nomen admodum frequentatum fuiſſe, non videmus, cur in dubium vocare velimus Viperti uxorem appellatam fuiſſe Juditham, quod

e) Tom. IV. Script. Luſat. p. 119.

f) Fabric. Or. Sax. p. 370

g) Rechenberg. de veteri Oſterlandia.

h) Fabric. Or. Sax. p. 614.

i) Meißn. Chron p. 130. 197. 443.

k) Albin. l. c. p. 196.

l) Bang. p. 201. lit. b.

m) Notit. Procer. l. 9. c. 7.

n) T. I. p. 13.

o) Lib. III. c. 5.

quod Scriptores non minoris fidei referunt, & doctis argumentis probat *D N. S T R U N Z I U S*, p) Alia quæſtio eſt, de pagorum Niſin & Budeſin ſitu, in qua decidenda diverſas ſequuntur Viri doctiſſimi ſententias. Pagos enim nominatos in Voigtlandia ſitos fuiſſe nonnulli exiſtimant, inter quos *B R O T U F F I-U S*, q) qui in verſione germanica memorati loci in Chronico Pegavienſi hac paraphraſi utitur: Der König wolt yme auch geben ein teyll von ſeinen Landen, aber er wolt es nicht annehmen, ſunder auſſerhalb der Lande gab er ym zwo Pflegen. Nemlich Budiſſen und Nyſen, die name er an, und bauet in dieſelbigen Gegenheit die Stadt Getwer (Gera) darinnen auch eine Beveſtigung vor ſeine Gemahl darauf ſie ſetzte. Placet hæc ſententia *M A N-L I O*, r) qui Budiſſinenſem & Nyſinenſem præfecturas in Voitlandia ad Eliſtrum ponit, quibus rationibus commotus, non video. Nec enim in hunc ſenſum verba *P E G A V I E N S I S* trahi poſſunt, qui ſitum horum pagorum non deſcribit: addit modo, Vipertum, ſusceptis illis pagis, urbem Svvartz ædificaſſe, quam interpretantur Brotuffius & Reineccius Geram: non dicit, in his pagis urbem illam extructam fuiſſe, ut ita quis ex illius vicinitate colligere poſſit, hos pagos urbi Geræ aſſitos fuiſſe. Graviore errore labuntur illi, qui Budiſſen cum Budſetia confundunt, vico Anhaltino duobus milliatibus ab urbe VVettin diſtante, unde nonnulli originem VVittekindeam Comitum VVettinenſium deducunt, quod non ita clarum & veroſimile videtur *C E L L A R I O*. s) Eſt igitur pagus ille Budeſin Luſatiæ noſtræ Budiſſa in amœniſſima regione ſitus, qui in monumentis ævi poſterioris etiam Marchionatus nomine venit, quod conſtat ex ceſſione Henrici Ducis Sileſiæ Jauraviæ & Furſtenbergi facta Regi Bohemiæ Johanni, & data in *Caſtris prope Olsnitz, decimo Calendas Octobris*. In illa mentio fit *Marchiæ L U S I C E N S I S, L U B U C E N S I S & B U D I S S I-N E N S I S*, uti refert *B E C L E R U S* in Hiſtoria Havorea. t) De pago Budiſen nullum ſupereſt dubium, qui hodie adhuc iſto nomine gaudet. Sed quid de *N I S A N O* pago dicendum, qui alteram partem dotis Viperto datæ conſtituit?

Non incognita eſt Niſani agri appellatio medii ævi documentis. In diplomate, quo Otto Magnus Eccleſiam Miſnenſem anno 948. fundavit, nec non in confirmatione hujus fundationis & donationis a Johanne Pontifice conceſſa, termini regionis *Niſenen* clare deſcribuntur. Merentur hæc diplomata, ut hic inſerantur:

p) In Diſquiſ. de Niſano agr. p. 19.

q) Hiſt. Germ. Vipert.

r) Lib. III. c. V.

s) De Comitatu Wettinenſi p. 9.

t) Part. II. Lib III. Cap. II. p. 117.

I.

DIPLOMA, QUO OTTO MAGNUS FUNDAT ECCLESIAM MISNENSEM ANNO DOMINI 948.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, OTTO divina ſavente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia Nos, qui quottidie multorum venerabilium virorum, Epiſcoporum, Abbatum, cæterorumque fidelium Chriſti Canonicorum & Monachorum, ad omne bonum præceptis inſtruimur, exemplis informamur, libenter ex abundanti rerum Noſtrarum copia, ad æternam beatitudinis vitam obtinendam, & ad temporalem feliciter tranſigendam, Divina auxiliante gratia quod noſtræ felicitati aptiſſimum credimus, incipere & in Domino perficere conſtanter elaboramus. Ergo manifeſtare ac notificare omnibus, tam futuris quam præſentibus, quam maxime deſideramus, qualiter nos pro remedio, & perpetua omnium fidelium defunctorum animarum redemtione, nec non pro Noſtra ſempiterna ſalute, ac dulciſſimæ collateralis Noſtræ, chariſſimæque ſobolis noſtræ, perenni felicitate, eccleſiam in *Miſna* Civitate collocari & conſtrui præcepimus. Ubi etiam rogatu & conſilio univerſorum Principum Noſtrorum, in honorem Sancti Johannis Evangeliſtæ, ſedem Epiſcopalem fieri decrevimus; Cui quendam Noſtræ dilectionis intimum, nomine *Burchardum*, electum, & ad Præſulatus dignitatem in Chriſto conſecratum, a Sanctæ Moguntinenſis Eccleſiæ Venerabili Archiepiſcopo, nomine *Hildeberto*, in laudem omnipotentis Domini, glorioſe præfecimus. Huic etiam epiſcopatui, more antiquorum Imperatorum & Regum, Noſtra Imperiali poteſtate terminum poſuimus, ubi oritur fluvius, qui dicitur Orientalis *Milda*; inde usque quo idem fluvius intrat in *Albeam*, & ſic ſurſum & ultra provinciam *Niſizi*, ad eundem terminum ſine dubio; nec non in altera parte *Luzizi* & *Seſpoli*, illam videlicet infra eundem terminum, & inde in aquam, quæ dicitur *Odera*. Et ſic *Odera* ſurſum usque ad caput ejus. Inde quaſi recta via ad caput *Albea*. Inde deorſum in Occidentalem partem, ubi diviſio confinium duarum regionum eſt *Bebem* & *Niſenen*, ibidem ultra *Albeam*, & per ſilvam in occidentalem partem, usque ad caput prædicti fluminis Orientalis *Milda*. Homines vero, qui infra prædictum terminum habitant, in omni fertilitate terræ, frugum & pecudum, in argento, veſtimento, nec non, quod Teutonici dicunt *Ovarcapunca* & *Calunga* familiarum; Inſuper tota utilitate, & in omnibus rebus, quibus mortales utuntur diverſis modis; Decimationes, quas Deo, cuncta gubernanti debent, ad Miſnenſem Eccleſiam primo Deo, deinde Sancto Johanni Evangeliſtæ, univerſa dubietate procul remota, pleniter perſolvant, reſerant & reddant.

Et ſi quis hoc Noſtri Imperialis præcepti conſtitutum transgredi vel diſrumpere præſumat, cum Anania & Saphira, nec non cum Juda traditore, infernalis incendii tormentum patiatur, nec inde, niſi reſipiſcat, in perpetuum abſolvatur. Et ut hæc Noſtra conceſſio, In remunerationem Dei omnipotentis, firma ſtabilisque permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum, annulique Noſtri impreſſione ſignatum, manu propria firmamus. Datum 3. Idus Januarii, Anno Incarnationis Domini Noningenteſimo quadrageſimo octavo, Indictione 8. Anno vero Magni Ottonis Imperatoris, in Domino feliciter regnantis, tertio. Actum Moguntiæ feliciter. Amen.

Signum Domini OTTONIS Magni, & invictiſſimi Imperatoris.

Folcmarus Cancellarius, vice Hildeberti Archi-Capellani, recognovi.

II.

CONFIRMATIO JOHANNIS PAPÆ SUPER FUNDATIONE ET DONATIONE MONASTERII S. JOHANNES MISNÆ per OTTONES majorem & minorem.

Hæc recentior manus ſcripſerat in dorſo libelli membranacei.

JOhannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Si ſemper ſunt concedenda, quæ piis deſideriis congruunt, quanto potiſſimum, quæ divini cultus prærogativa noſcuntur, non ſunt omnino abroganda; quæ ſunt a largitoribus non ſolum poſcenda, ſed vi caritatis procul dubio exigenda. Habita igitur ſynodo, & multorum venerabilium patrum, coëpiſcoporumque noſtrorum conventu, Romæ in Eccleſia B. Petri, principis Apoſtolorum, aſſidentibus auguſtiſſimis Impp. Ottonibus utrisque; anno ſcilicet Imperii majoris ſexto, minoris primo, iidem glorioſiſſimi Impp. poſtularunt, a nobis, quatenus mo-

Variantes lectiones ex alio MS. addidimus.

monaſterium, quod pro remedin animarum ſuarum primitus conſtrui, & in honore B. Johannis Evangeliſtæ conſecrari ſecerunt, ſuper ripam fluminis, cui nomen eſt Albia, in civitate Miſina, a) ſita videlicet in provincia, quæ dicitur Talemence, b) cui etiam monaſterio virum venerabilem, nomine Burchardum, honorifice præfecerunt, privilegiis Apoſtolicæ ſedis decoraretur; ut ſub juriſdictione ſanctæ Eccleſiæ noſtræ, cui Deo auctore præſidemus, conſtitutum, nullius alterius eccleſiæ ditionibus ſummittatur. Pro qua re piis deſideriis faventes, hac noſtra auctoritate, id, quod expoſcitur, effectui mancipamus: interponentes tamen ea, quæ & ipſi Principes noſtri c) innumeris privilegiis cupiunt exponi, & cunctis in Chriſto fidelibus manifeſta fieri. More antiquorum Impp. hi duo Imperatores, pater & filius, nobis aſſidentes, Miſnenſi Epiſcopatui terminum impoſuerunt, nominando fines & determinationes locorum, ſicut infra d) tenetur: Ubi caput & fons eſt aquæ dicitur Odera, inde quaſi recta via usque ad caput Albiæ; e) inde deorſum in Occidentalem partem, ubi diviſio duarum regionum eſt Behem & f) Niſinen. Ibidem ultra Albiam, & per ſilvam in Occidentalem partem, usque ad caput Mildæ, & ſic deorſum per ambas plagas ejusdem fluminis, usque dum Milda intrat in Albiam, g) (Necnon ob hoc diximus in Occidentali plaga, quia multæ villæ pertinent ad Orientales urbes infra eundem terminum, & ſic ſurſum & ultra provinciam Nizizi, ad ipſum terminum ſine dubio: necnon in altera parte Luzici, & Selpoli, & ſic usque ad civitatem Sulpize, illam videlicet infra eundem terminum, & inde in aquam, quæ dicitur Odera, & ſic Odera ſurſum, usque ad caput ejus. h) Omnes vero, quemadmodum hi præſentes Imperatores, ſtatuiſſe fatentur, qui infra iſtum terminum habitant, in omni fertilitate terræ, frugum & pecudùm, in argento & veſtimento, nec nnn quod Teutonici dicunt i) Ubercota & Talunga, familiarum inſuper tota utilitate, & in omnibus rebus, quibus mortales utuntur, in diverſis modis decimationes, quas Deo cuncta gubernanti debent, ad k) Miſinenſem Eccleſiam primo Deo, deinde S. Johanni Evangeliſtæ, univerſa dubietate procul remota, perſolvant, referant & reddant. (Teſtantur etiam iidem præſentes nobiliſſimi Imperatores, quasdam res ſui juris ac proprietatis eidem ſanctæ Miſnenſi Eccleſiæ, cui venerabilis Epiſcopus Burchardus præeſſe dinoſcitur, pro remedio animarum ſuarum in proprium dediſſe: hoc eſt, tributorum ſuorum in quinque reginnibus partes decimas, in Talemence, in Niſa, in Milczſane, in Luzice, in Diedeſa: ut antea, quam Comes earundem regionum partem ſibi ab ipſis conceſſam auferat atque diſtribuat, decimas per totum ac per integrum, jam dictæ ſanctæ DEI Eccleſiæ perſolvat, id eſt, in melle, ctuſina, ſolutione argenti, mancipiis, veſtimentis, porcis, frumento; & in omnibus rebus, quæ ad fiſcum prædictorum Impp. pertinere videntur ſanctæ Miſinenſi Eccleſiæ, nec non S. Johanni Evangeliſtæ, ſui juris theloneum, a civitate, quæ dicitur Belegora, usque ad ejusdem Miſinenſis Eccleſiæ portum, ſurſum: indeque denuo per ambas plagas præfati fluminis Albiæ deorſum, ſicque infra præfinitum terminum, ubicunque manus negotiatorum ultra Albiam huc illucque ſeſe diverterit, ex integro & absque ulla contradictione, eidem prænominatæ ſedi Miſinenſi, perſolvi & tradi perenniter conſtituiſſe.) Et ideo in Chriſto ſanximus, firmiterque conceſſimus, ut nullus Metropolitanus, nullus Epiſcopus, nulla etiam magna vel parva alterius ordinis & gradus perſona, præter ſedis Apoſtolicæ antiſtitem, infra terminos Miſinenſis Eccleſiæ, cui venerabilis Epiſcopus Burchardus præeſſe dinoſcitur, quenquam ordinate, dijudicare, excommunicare, vel aliquid temere exercere, ullo modo præſumat. Statuentes etiam Apoſtolica cenſura, ſub divini judicii obteſtatione, & validis atque atrocibus anathematis interdictionibus, ut nullus Imperator poſthac, ant rex nullus, ſive quispiam alius, cujuscunque ſit dignitatis poteſtate præditus, ejusdem eccleſiæ cauſis præſumat incumbere, vel minimum quiddam ex his, quæ ad illud Monaſterium S. Johannis pertinere videntur, cui Burchardus Epiſcopus præſidet, aut ſibi temere vindicare, aut alicui magnæ parvæque perſonæ pro beneficio dare, aut quolibet modo inde auferre, vel alienare audeat. Promulgamus etiam, & hoc auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis, coram Deo, & terribili ejus futuro examine per hujus noſtri privilegii atque conſtituti vim interminamus, ne quis mortalium ſibi licere exiſtimet, aliquid ex poſſeſſionibus Miſinenſis Eccleſiæ, tam ex his, quæ ante hac a glorioſiſſimis Imperatoribus Ottone, & ejus æquivoco filio, vel a cæteris Chriſtianis, eidem ſancto locu oblata atque collata ſunt, quæque poſtmodum ſunt conferenda, ut profecto juxta id, quod ſubjectum eſt, idem venerabilis locus Apoſtolico hoc privilegio incoocuſſe donatus permaneat. Si quis autem, quod minime optamus, nefaria autoritate hæc, quæ a nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate ſæpedicti monaſterii ſtatuta ſunt, refragare præſumſerit, noſtrique præcepti transgreſſor extiterit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo atque Juda, traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, æterni incendii ſupplicio

a) Miſna, & *ſic deinceps.*
b) Dalemincia
c) In noſtris.
d) Continetur.
e) Albiæ & ſic deinceps.
f) Niſen,
g) Deſunt hic parentheſi incluſa,
h) Homines vero,
i) Oberkufſe fungo & calunga.
k) Miſnenſem.
Deſunt ſequentia parentheſi incluſa, in MSto altero.

deputatum. At vero qui pio intuitu hujus Apoſtolici conſtituti obſervator extiterit, benedictionis gratiam a miſericordiſſimo Domino Deo multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manus Stephani, Scriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Decembri, Indictione undecima. Signum Domini Ottonis Magni, Imperatoris Auguſti. Signum Domini Ottonis minoris, Imp. Auguſti. Petrus Ravennenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſit. Rodaldus Patriarcha Aquilejenſis ſubſcripſit. Sigolfus Epiſcopus S. Placentinæ Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Udalricus Epiſc. S. Pergamenſis Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Siggo Pledenſis Eccleſiæ Epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Benedictus Epiſcopus S. Fulinenſis Eccleſiæ conſenſi & SS. Johannes Epiſcopus S. Nomnienſis Eccleſiæ ſubſcripſit. Johannes Epiſcopus S. Gallienſis Eccleſiæ ſubſcripſit. Johannes Epiſcopus S. Arinenſis Eccleſiæ interfuit & ſubſcripſit. Humbertus Epiſcopus S. Lavienſis Eccleſiæ, conſenſi & ſubſcripſi. Gerhardus Epiſcopus Faventinæ Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Aufredus Epiſcopus Verdecenſis Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Zenobius Epiſcopus Feſolanæ Eccleſiæ, conſenſi & ſubſcripſi. Gaidolfus Epiſcopus Firminæ Eccleſiæ, conſenſi & ſubſcripſi. Ego Petrus, Epiſcopus Kamerinæ Eccleſiæ, ibi fui & ſubſcripſi. Eberhardus Epiſcopus Aretinæ Eccleſiæ, conſenſi & ſubſcripſi. Stephanus Epiſcopus Narnienſis Eccleſiæ, conſenſi & ſubſcripſi. Giſilbertus Epiſcopus Caſtrenenſis Eccleſiæ, conſenſi & ſubſcripſi. Alberinus Epiſcopus Auſculanus ſubſcripſi. Antonius, Brixinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi. Diodericus Metenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi. Lanwardus Mindenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Hucbertus Epiſcopus ſubſcripſi. Luzo Epiſcopus Cremonenſis ſubſcripſi. Johannes Epiſcopus Turdonenſis ſubſcripſi. Adelbertus Epiſcopus ſubſcripſi. Otger Epiſcopus ſubſcripſi. Sichelinus Florentinus Epiſcopus ſubſcripſi. Albericus Epiſcopus ſubſcripſi. Artingo Auſinianæ Epiſcopus ſubſcripſi. Inſinno Laucanenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ertemarius Ancias Epiſcopus ſubſcripſi. Julianus Epiſcopus Nucerinus ſubſcripſi. Stephanus Cerviæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Atto, Senegaliæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Lupus Spoltrinus Epiſcopus ſubſcripſi. Lyndo Cluſianæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit. Data III. Non. Januarii, per manus Widonis Epiſcopi Sanctæ Silvæ Candidæ Eccleſiæ, & Bibliothecarii Sanctæ ſedis Apoſtolicæ. Anno Deo propitio, Pontificatus Domini Johannis ſummi Pontificis, & univerſalis tertii decimi Papæ, in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli tertio, Imperantibus Dominis piiſſimis Auguſtis Ottone & ejus æquivoco filio, a Deo coronaris magnis Imperatoribus. Anno Majoris Imperii ſexto & Minoris primo, in menſe Januario, Indictione ſupra dicta undecima.

Armenſis

Senebius, Gaidulfus,

Narinenſis, Caſtrenſis.

Ditericus Mendenſis, Lizo, Sigisbelmus. Athingo Auſinianenſis. Luzynno Lucanenſis, Termenſis, Spoletinus Duſianæ, Guidonis.

In Literis ab Henrico IV. Cæſare profectis, referente GRAUNIO in Dalemincia, Burgwardus quidam nominatur in Provincia *Niſeni*, qui *Gozebudi* pagum habuit, quem Coſtebaudam eſſe conſtat. Meminit Niſani agri DITTMARUS a) his verbis: *Poſthac Henricus Bozlauum Ducem Bojemorum in cunctis ſuimet neceſſitatibus ſemper paratum, cum ſuis adiit honorificeque ab eo ſuſceptus, cum exercitu ejusdem a finibus ſuis per Niſeni & Deleminci pagos usque ad Mogelini ducitur.* Ex his patet, pagum hunc in vicinia Bohemiæ ſitum, ad Daleminciam & Budiſſin terminos ſuos porrexiſſe. Nomen forte debuit Niſſo Luſatiæ fluvio. Oritur ille, referente DN. FRENCELIO b) in montanis Bojemicis penes Proſevitium pagum ſupra Crazium oppidum & Sittaviam, Hirſchfeldam & Oſtricium prætervectus, Vitigoque auctus Gorlitium, Rotenburgum, Muſcoviam & Forſtum, Luſatiæ urbes, ubi in tres funditur alveos, alluit, ac tandem infra Gubenam ad pagum Ratzdorf Viadrum ingreditur. c) Varia nomina locorum, quæ in Niſano pago ſita fuerunt, Scriptores de pagis Germaniæ doctiſſimi collegerunt. MEIBOMIUS d) refert

a) Chron. Martisb. L. 4. p. 348. ap. Leibnit.

b) Nomencl. Luſ. Tom. II. p. 52.

c) Mânlius L. I. 22. p. 131.

d) Rer. Germ. T. III. p. 104.

in

in hoc pago Burgwardia duo fuiſſe *Weoz* (Woz) & *Biuſtrizzi*, item *Scarpenberg*, præterea villa *Brochotinachetla*. STRUNZIUS e) ſingulari diſſertatione, de Niſani antiquo Saxonum pago, agens, loca hujus agri ex diverſis autoribus conquiſivit: unde conſtat, Niſanum pagum partem aliquam Luſatiæ ſuperioris, majorem autem Miſniæ continuiſſe. *Sane* inquit, *qui faciem illius regionis, partim ex ipſomet oculari conſpectu, partim ex tabulis ſaltem geographicis notam ſibi reddidit, ſimulque illius diſcriminis, quo a Behem ac Budiſſin accurate ab autoribus graviſſimis diſtinguitur, memor eſt, is facile aſſequitur judicando, præterquam anguſtam eam regionem, quæ* inter Budiſſinam & Behem *jacet, quamque Niſſus in Behem ortus, primum in Luſatia rigat*, & Zittavia *in primis illuſtrem hodie reddit, nihil fere illum pagum in ſuperiori Luſatia comprehendiſſe. Nam* Goerlizium *ad illum vix pertinuiſſe videtur, quæ urbs ad interiorem Luſatiam vel ipſo intuitu primo refertur, & poſt pagum Budiſſin demum ſita eſt.* Inter loca, quæ ex Miſnia, ad agrum Niſanum pertinuerunt, laudatus autor in ſequenti aphoriſmo eum JUNKERO f) numerat *Scarpenberg*, Scharffenbergum, *Veoz*, Veiſigium caſtella inter Miſenam, Dreſenamque ſita, *Gozebude & Biuſtrizzi*, Coſtebaudiam & Biſternizium, villas haud longe Dreſena remotas, plures ex VECKIO g) indicat, nempe *Breſenizium*, *Luebiduuam*, *Piſtenzium & Lozevizium*, hodie Priſnizium, Liebedam, Peſtervizium & Loſchvizium. Refert huc quoque Mariæbergam in Sudetibus ſitam STRUNZIUS.

e) Diſſert. Witt. 1715. §. III.

f) Geograph. medii ævi. p. 261.

g) Deſcript. Dresd. p. 2.

Pervenerunt igitur pagi *Budeſin* & *Niſin* in Viperti poteſtatem ex conceſſione Bohemiæ Principis Vratiſlai. Pertinebant ad Bohemos, qui illos ex beneficio Imperatorum, & forte Henrici IV. Principis Vratiſlao multis nominibus obſtricti paulo ante acceperant. Bohemus Viperto illos tradit, qui, vivente Socero Vratiſlao, illis bene fruitur, poſt ejus mortem vero, variis turbis in Bohemia & Saxonia ortis, adverſam ſæpius fortunam habuit, quæ omnia recenſet MONACHUS PEGAVIENSIS in Chronico. Refert enim Viperti junioris captivitatem h) quem Pater renunciando ſuo juri in urbem Leisnice & pagos Niſen & Budeſſen redemit, i) Eandem ſortem paulo poſt ipſe pater Vipertus ſenior eſt expertus, qui Henrico V. inimicus Hogeri Mansfeldi inſidiis captus, demum poſt memorabilem illam apud Welfesholtz pugnam, virtute filii Viperti, in priſtinam libertatem reſtitutus eſt, atque omnes regiones ſuas recuperavit, & ab Imperatore Marchiam Luzenſem promiſſis duobus millibus talentorum, in comitiis VVormatienſibus obtinuit. k) Ex quo tempore, ni fallor, primum his terris Marchiæ appellatio communicata fuit, quæ antea tractui, qui ad inferiorem Luſatiam hodie refertur, propria erat. Sane nomen pagi Niſani ab hoc

h) Cap. X. §. V.

i) §. VI.

k) Cap. XI. §. XXI.

tempore in deſuetudinem abiit, & nullibi occurrit, excepto, quod ALBINUS l) literas Epiſcopi Brunonis de a. 1227. & VVitichii I. de a. 1269. citet, in quibus territorii Niſen mentio fit: Sed videndum eſſet, an non allegata documenta de præterlapſo tempore loquantur. Veroſimile enim eſt, novum hunc Marchionis titulum in ſingularem prærogativam Viperto conceſſum abſorbuiſſe appellationem Domini Budiſſinenſis & Niſani, inprimis cum paulo poſt Viperti mortem aliqua horum agrorum pars ad Bohemiam reverteretur, altera autem, quæ ad Albim & Muldam fluvios erat, a Conrado Vetinenſi Comite vindicaretur & Miſniæ ac Dalemineiæ jungeretur, & ita, terminis horum pagorum turbatis, vetus appellatio exſpiraret, quæ tamen modo de pago Niſen dicta eſſe volo, cum Budiſſinenſis Marchiæ nomen apud Scriptores junioris ætatis non raro inveniatur.

l) Chron. Miſn. p. 438.

Hæc de *VIPERTO*, egregio Luſatiæ noſtræ ſuperioris decore, quem *ABBAS URSPERGENSIS* illuſtriſſimum & prudentisſimum Virum appellat, qui advena in has terras virtute ſua ſibi principatum atque marchionatum erexit. Tanti Herois memoriam conſervavit nobis PEGAVIENSIS MONACHUS, cujus hiſtoriam ſcriptoribus rerum Luſaticarum jungendam eſſe credidimus. Debemus huic monacho notitiam, quam de Viperto habemus, cum alias pauca de eo apud antiquos Scriptores inveniamus, qui ſæpius præſtantiſſimorum Virorum memoriam interire paſſi ſunt. Excitavit forte monachum ad erigendum huic Principi immortale monumentum gratitudo, quam Vipertus fundator monaſterii Pegavienſis meruerat. De hac fundatione prolixe loquitur Chronicon m) & Calendarium monaſterii Pegavienſis, quod in Bibliotheca Academiæ Lipſienſis aſſervatur, & mihi a Viro Magnifico Dn. D. BOERNERO doctiſſimo & celeberrimo Theologo, benevole communicatum fuit.

m) Cap. VI. & VII. p. 16. 17.

In hoc Calendario, in quo varia de Pegavienſi monaſterio notatu digna deprehenduntur, dies emortualis Viperti, qui XI. Kal. accidit, indicatur. Sed quod ad præſentem de Viperti vita hiſtoriam attinet, ea quidem non a coævis conſcripta fuit, interim ab homine elaborata, qui ab ætate hujus Herois parum remotus fuit. In præfatione enim ad relationem eorum provocat, qui ipſis Viperti actis interfuerant, quorum pleroſq; ſuperſtites viderat. Sedulus ſane fuit in annotandis factis & fatis Viperti: Vitia autem, quæ iſtius ævi Scriptoribus communia fuerunt, credulitatem nempe, ſuperſtitionem & negligentiam in illo etiam animadvertimus, &, jam jam notavit vir doctiſſimus, *REINERUS* REINECCIUS Editor hujus Chronici, qui illud cum aliis hiſtoriæ germanicæ ſcriptoribus Francofurti a. 1557. publici juris fecit

fecit. Dederat ante illum hujus libelli verſionem germanicam diligentiſſimus patriæ hiſtoriæ indagator BROTUFFIUS Martisburgenſis: Edita illa fuit a. 1556. in forma quarta. Vidi tamen antiquiorem Lipſiæ a. 1520. per *Wolffgangum Stockelium* impreſſam, cui titulus: die Hiſtoria des theuren und hochberümten Heldes Graven Wiprechts Fürſten der Soraben und ym Oſterlande Marggraven zu Luſatz und Burggraven zu Magdeburg zu Pegau begraben. Magna in verſione uſus eſt libertate; multa enim omiſit, multa addidit, multa mutavit, uſus forte aliis quoque monumentis, an ſemper authenticis, dubito, cum iſto ævo Hiſtorici non ſemper attenti eſſent ad id, quod ſciberent, ſi modo aliquid ſcriberent. Aliam verſionem REINECCIO debemus, qui illam cum *Garzonis vita Friderici* imprimi curavit & Saxoniæ Ducibus inſcripſit. Impreſſa fuit a. 1583. *Francof.* & GEORGII HAHNII cura a. 1606. *Lipſiæ* recuſa ejusque collectioni inſerta, quam de Hiſtoria Saxonica ſub titulo inſtituerat: *Hiſtoria Martisburgica*, darinnen Chronica Ditmari Biſchoffs zu Marſburg &c. Hæ verſiones ac editiones ſæpius inter ſe differunt. Reineccius in multis Brotuffium ſequitur, in non paucis locis majorem curam verſioni impendit, addidit & emendavit quædam Hahnius. Hæc eſt diverſitatis exemplarium cauſa, & cur ſæpius cum *Monacho Pegavienſi* non conveniant. Invenerunt igitur Viri docti, quod in iis notarent Ita BROTUFFIUM male ſcribere Vipertum Cygneæ dominum fuiſſe, eumque alios in errorem duxiſſe, obſervat *Vir clariſſimus* *CHRIST. SCHLEGELIUS de Nummis antiquis Gothanis Cygneis &c.* n) Cæterum forte non omnia Viperti fata hoc *Pegavienſi Chronico* continentur: Hinc non ſimpliciter fides denegando erit rebus, quæ de Viperto ex aliis ſine dubio fontibus recenſentur. In compendio ex diverſis Scriptoribus vitam inclyti hujus Herois exhibuit doctiſſimus BANGERTUS in notis *ad Chronicon Slavorum* o) HELMOLDI, qua præcipua noſtri Herois fata eleganti connexione recenſentur.

n) p. 143. ſ. 7.

o) pag. 101.

II. JOANNIS GARZONIS BONONIENSIS DE BELLIS FRIderici Admorſi, ſeu de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Libonotriæ, Miſniæ & Luſatiæ Libri II. p. 29.

PRincipis variis fortunæ caſibus obnoxii Vitam deſcripſit *GARZO* extraneus, Italus, Bononiæ Medicinam docens, ut communis traditio eſt, quæ & aliis teſtimoniis, inprimis Veteris Manuſcripti ex Cœnobio Veterocellenſi in bibliothecam Academiæ Lipſienſis tranſlati patet. Reperitur enim in ampliſſimo iſto veterum Codicum apparatu, *Opus practicum*, ut titulus

(c) eſt,

eſt, *ex variis autoribus collectum per Magiſtrum Joannem Garzonium Bononienſem, artium & Medicinæ Doctorem.* Unde hoc manuſcriptum venerit, ad calcem primæ paginæ verſæ legitur: *Liber monaſterii veteris Cellæ reportatur ad Bibliothecam publicam ex Teſtamento D. Doctoris Munzemeiſter a. 1506.* De hoc Garzone, Voſſius; a) ſeqentia refert: *JOANNES GARZO ſeu Garzonius Bononienſis memoratur Leandro in Romanulæ deſcriptione, atque alibi: imo quo loco Latium nobis depingit, eum præceptorem ſuum appellat. Hic in literas retulit vitam S. Dominici, eamque dicavit Vincentio Bandello Theologo, ac poſtea generali magiſtro XXXVI. Item vitam B Petri Veronenſis martyris, quam dedicavit Fr. Jo. Torphanio Bonon. Ord. Prædicat. Adhæc vitam B. Thomæ Aquinatis, quam miſit ad Leandrum Albertum Bononienſem. Habes in Leandri opere de illuſtribus Viris Ord. Prædicat. Idem compoſuit libros duos de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Libonotriæ, Miſniæ, Luſatiæ, ad Federicum Saxoniæ Ducem. Opus hoc cum præfatione Eraſmi Stellæ Baſileæ a Frobenio excuſum fuit anno clↄlↄxviii. Uti & Baſileæ apud Weſthmerum anno 1541. Ejusdem Bononienſem hiſtoriam in Italia ſua Leander laudat: ubi Romanulam deſcribit. Item agens de Bononia refert illum inter urbis ejus illuſtres Hiſtoricos, atque etiam ab elegantia eum ſtyli commendat. Sepultus eſt in Italia Bononiæ in templo B. Dominici.* Huic Garzoni, quod Voſſius optime monuit, hanc de geſtis Friderici Admorſi narrationem debemus. Inſcripſit hunc libellum *Illuſtrisſimo* FEDERICO, *Duci Saxoniæ, Thuringorum & Miſinenſium Principi.* Occaſio ſcribendi forte fuit, quod Fridericus literarum cauſa Senas in Italiam juſſu Patris ſe contuliſſet, quod refert BOEMUS in vita Alberti III. Animoſi a SCHURZFLEISCHIO edita b) inde a Garzone ob ſingularem literarum amorem in dedicatione laudatur. Autor hujus ſcripti conficiendi forte Garzoni fuit ERASMUS STELLA, Diſcipulus clariſſimi hujus Medici. Præceptorem enim ſuum cruditiſſimum appellat Stella, in præfatione c) ad hunc Garzonis libellum, quam ad Friderici fratrem, Principem Georgium direxit. Hinc FABRICII d) verba intelligi poſſunt, quando de hoc opuſculo meminit, Garzonem Bononienſem illud *dictante Eraſmo Stella* ſcripſiſſe. Conveniunt quoque duo hi Scriptores in opinionibus atque erroribus, quod ex collatione ſcriptorum ab iis profectorum patet, inde ambo ſæpius ab AGRICOLA & ALBINO refutantur, qui poſterior apud eos *judicium in legendo, ordinem in colligendo & ſcribendo* deſiderat. e) Fuit autem ERASMUS STELLA ex quorundam opinione *Zuiccaviæ* natus, aliorum autem relatione Lipſia oriundus. SCHMIDIUS in Chronico Zuiccavienſi f) Conſulem

a) de hiſtor. latinis. Lib. III. p. 683.

b) v. Diſſert. XXIX. p. 99.

c) Dedicat. ſ. 2.

d) Orig. Saxon. Lib. VI. p. 597.

e) ALBINUM Meiſſn. Land-Chron. p. 52.

f) Zwickaui-

ſemper aliquot annos in patria Stellam fuiſſe memorat, cumque in medicina & ſcientiis phyſicis excelluiſſe. Magnam iſto ævo eruditis quibusdam ſcriptis famam ſibi comparavit, inter quæ notari merentur ejus *antiquitates Boruſſiæ* duobus libris deſcriptæ & anno 1518. Baſileæ per Frobenium editæ, nec non doctus ejus de *gemmis* tractatus, poſt ejus mortem, quæ an. 1521. accidit, editi & quidem trigeſimo ſeculi decimi ſexti anno. Elaboravit quoque *de populis & rebus priſcis ora inter Salam & Albim Commentarios duos* ſæpiſſime ab Albino citatos & notatos. Cæterum non abſque inſigni veritatis ſpecie Stellam maximam partem ad conficiendam hanc de Friderici bellis hiſtoriam contuliſſe, cum Fabricio aſſerere poſſumus; nam cum Garzo Italus & extraneus vix tam prolixam & ſingularem de rebus in remotioribus his ab Italia terris notitiam habere potuerit, adfuit Stella, ex cujus ore accepit forte Garzo, quæ ſtylo poſtmodum ſuo non ineleganti conſignavit, & hoc libello complexus eſt, quem poſtea Erasmus Stella typis exſcribi curavit. Diverſæ hanc primam ſecutæ ſunt editiones, quas accurate recenſet inſignis Hiſtoricus VVILHELMUS ERNESTUS TENZELIUS, qui aliquando de edendo Garzone cum elegantiſſimis *de Vita Friderici Admorſi* Commentariis cogitavit, & diverſas illas de Garzonis Hiſtoria factas editiones inter ſe contulit. Vidi doctiſſimum & ex authenticis documentis elaboratum opus in litterario theſauro egregiorum manuſcriptorum, quem in inſtructiſſima ſua Bibliotheca aſſervat Vir de omni re litteraria meritisſimus, ejusque promovendæ ſtudioſisſimus Dn. JOHANNES BURCHARDUS MENCKENIUS *Hiſtoricus Regiæ Polonicæ Majeſtatis dignisſimus, Profeſſorque Hiſtoriarum in Academia noſtra Celeberrimus*, qui tanta in me benevolentia fuit, ut has TENZELII lucubrationes communicaverit, & eo, quo eſt in promovenda publica omnium literarum utilitate, ſtudio, permiſit, ut ex brevioribus TENZELII ad Garzonem notationibus excerperem, quæ ad illuſtrandum & emendandum hunc Scriptorem facere poſſent. Uſus ſum hac Viri Honoratisſimi liberalitate, pro qua publicas impræſentiarum ipſi perſolvo grates. Sed quod ad editiones noſtri libelli, quem hic ad exemplar REINERI REINECCII recudi fecimus, audiamus TENZELIUM loco memorato ita diſſerentem:

ſche Ehren. Part. III. Cap. IV. p. 480.

Prima omnium prodiit cum memorata Stellæ præfatione, in forma quarta titulo variis figuris ornato & inſcripto: *Jo. Garzonis Bononienſis de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Libonotriæ, Miſnæ & Luſatiæ Libri Duo* ad Illuſtrisſimum Federicum Saxoniæ Ducem. *Apud inclytam Germaniæ Baſileam.* Ad calcem Typographi nomen tempusque additur: Baſil. apud Joh. Froben, menſe Martio A. MDXVIII. Porro in eadem urbe prodiit parva Scriptorum Hiſtoricorum variorum collectio in forma octava duobus fere Alphabethis ſplendido hoc & Lectores alliciente titulo: *Opus Hiſtoriarum noſtro ſeculo convenientiſſimum, in quo multa ſcitu & admiratione digna tum veterum tum recentiorum circa urbes, Areos & Inſulas habentur, quod nemo non ob immenſum theſaurum dictorum & factorum, qui hic latet reconditus, legere debet. Autorum nomina proxima pagella exhibebit.* Cum Indice diligentisſimo.


Baſileæ anno MDXLI. Sub finem typographi iterum nomen tempusque adjicitur: Baſileæ *apud Bartolomaeum Weſthemerum, Anno ſalutis MDXLI. Menſe Auguſto.* In hac farragine tertium locum pag. 29. usque ad 100. occupant Garzonis libri, iisdem plane titulis, quibus in prima editione, ornati, omiſſa tamen neſcio, quamobrem, Stellæ præfatione. Hanc editionem allegavit ſequutusque eſt Reineccius, Garzonem jungens Hiſtoriæ Viperti hoc titulo: *Hiſtoria de Vita & rebus geſtis Viperti &c.* & altera, hoc titulo: de bellis Friderici Magni ſeu Admorſi, Landgrafio Thuringiæ, . Palatini Saxoniæ, Marchionis Miſniæ & Oſterlandiæ: autore Johanne Garzone Bononienſi. *Francof. apud Andream Wechelum* MDLXXX. in folio. Dedicavit hos Scriptores Reineccius Conſiliariis Electoris Saxoniæ Johanni a Bernſtein, Damiano a Sebottendorf, David Peifero & Hartmanno Piſtorio, egregia inter Wipertum & Fridericum noſtrum comparatione inſtituta, quam nefas ſit prætermittere. *In Marchionibus autem poſtrema Timonis familia, cui poſtmodo præter Thuringiam & Pa' itinatum Saxoniæ & Septemviratus hujus & Ducatus seu poſtliminio rediit, a maximarum . . utum & rerum præclariſſime geſtarum fama & gloria præcipuo FRIDERICUS, quem alii magnum, alii fortem & Admorſum cognominant: in dynaſtis VIPERTUS GROICENSIS emicuero. Hic annis ferme 200. prior in turbulentum Henricorum IV. & V. imperium incidit, ille Rudolphi tempora attigit. Utrumque ut caſus peculiares liquo mirifici ita eventis quibusdam non plane diſſimiles, inſignem facere. Nam Vipertus a majorum fortuna adverſa pene exul & in Myſnia plane hoſpes & advena Principatum ibi firmum acquiſivit, eundemque etiam filiis reliquit. Fridericus vero cum partas ibidem majorum virtute opes jam adiiſſet & adjecturus hæreditatis jure Thuringiam fuiſſet, & hac patris injuriis excidit, & de illis in diſcrimen graviſſimum venit, nec niſi labore plurimo recuperare potuit. Addatur huic alterum, quod Imperatorum benevolentia neuter ſtabili & conſtante uſus eſt: Cum quidem Vipertus de Henricis meritus præclariſſime eſſet, Fridericus autem in imaginibus ſuis ut remotiores Fridericum numeraret.* Pro hac autem dedicatione quatuor iſti Conſiliarii Saxonici Reineccio gratias peculiari egerunt epiſtola, quam is libro Epiſtolarum Hiſtoricarum Helmeſtadii anno MDLXXXIII, vulgato p. 29. inſeruit.

Hæc de diverſis editionibus. Obſervandum adhuc, Garzonis libellum in germanicum idioma translatum prodiiſſe prima vice Norimbergæ *anno 1546.* ſub titulo: Chronica Friderici I. des freudigen Landgrafen in Thüringen durch Johann Gerſon als Garzon Bononienſem Medicinæ Doctorem. Recuſa fuit hæc verſio conſilio *REINECCII* Islebiæ anno MDLXXXIV. qui in præfatione nomen Interpretis HENRICI a LINDENAU prodit. Inſeruit eam quoque ſuæ de *Hiſtoria Martisburgica* Collectioni GEORGIUS HAHNIUS Lipſiæ anno ſuperioris ſeculi ſexto impreſſæ. Quod tandem ad ipſam de Friderici bellis Hiſtoriam attinet, fatendum, graviſſimos nullaque excuſatione dignos errores ab Autoribus commiſſos fuiſſe. Nihil ſane Garzonis fingendi ſtudio turpius, qui imitatione Veterum accenſus prolixas orationes, litterasque contra omnem hiſtoriarum fi-
Lib. VI. Orig. dem ex ingenio fingit. FABRICIUS g) quidem opinatur, Gar-
Saxon. p. 597 zonem & Stellam meliores libros inveniſſe; nam bello civili & proximo tumultu ruſtico nondum fuiſſe incenſas ac vaſtatas, cum in Thuringia, cum in Miſnia, cœnobiorum bibliothecas. Sed falli Fabricium, neque Garzonem & Stellam tam benignum mereri judicium clariſſima docent documenta, quibus errorum, fabularum & figmentorum convinci poſſunt. Obſervavit jamjam craſſiores lapſus REINERUS REINECCIUS, qui tamen ipſe in ſuis notationibus Garzoni præmiſſis non ab omni labe vacuus eſt, inde etiam a TENZELIO notatus, qui loco ſuperius

citato

citato de eo ſequentia ſcribit: Sunt in ipſius REINERI notationibus varia notanda:

Cujusmodi eſt, quod Henrici illuſtris filium ex Eliſabetha Malticia, Fridericum cognominat Rigoroſum ſive idiomate vulgari *Clemme* dicendum potius Juniorem ſeu parvum Klein, ut oſtendi Sect. IV. N. XV. Cumque idem Fridericus anno demum cIↄ CCLXXIII. natus fuerit, tum in diviſione terrarum cum filiis an. cIↄCCLXV. inſtituta reſpicere eum pater Henricus nondum potuit, licet id erronee cum Reineccio plures alii tradant. Prætetea Reinerus inverſo plane ordine tradit Alberti filios, quorum primogenitus fuit Henricus, ſecundus Fridericus noſter admorſus, tertius Dicemannus. Nec Alberti filia Eliſabetha audit, ſed *Agnes* Henrico Duci Brunſuicenſi nupta, ut vidimus Sect. IV. num. IX. Falſum præterea *Apollonii* nomen Alberti ſpurio e Cunegunda tribuit Reinerus, verum Alberti addens, quod, illo abjecto, retinere debuiſſet in ſua narratione. Confer ſi placet Sect. III. n. II. Tertia Alberti Conjux Arnshaugia vulgo quidem *Adelheidis* nuncupatur, ſed verum ipſi nomen Eliſabethæ fuiſſe documentis authenticis evicimus *Sect. III. n. IV.* ac ſimul tam ibi, quam *Num. XXI.* Cunegundis & Alberti junioris mortem firmius conſtituimus. Quando porro Reineccius *Chronicon Neoſtadienſe* allegat, non poſſum non in medium proferre *Petri Albini* Obſervationem in ſpecimine Hiſtoriæ Thuringorum novæ, quod Caſpar Sagittarius Regni Thuringici antiquitatibus attexuit. p. 339. *Chronicon Thuringicum Fabricius non recte Neoſtadianum appellat, ideo videlicet, quia manuſcriptum, quod ipſe habuit, Neoſtadii ad Orlam exaratum & Germanica appendice auctum eſt: & quod Joannes Piſtorius Niddanus Vir doctiſſimus nuper admodum edidit titulo Hiſtoria Erphesfordenſis Anonymi Scriptoris de Landgraviis Thuringiæ.* Ac ſane autor ille de Landgraviis ea tradit de ſucceſſione Friderici noſtri in avi Henrici terris, ac Dicemani in Friderici patruelis, quæ tanquam ex Chronico Neoſtadiano allegat Reinerus, ſed meliora docuimus Sect. III. n. VI. & XIII. de Henrico etiam Exule nonnulla monentes Num. XI. Alteram denique Friderici noſtri Conjugem Arnshaugiam non Adelheiden ſed Eliſabetham nominatam, tot monumenta a me prolata extra omne dubium ponunt. De Eliſabetha filia ejus, Henrico Haſſiaco infeliciter nupta, attulimus quædam Sect. IV. n. XVIII. Tabula igitur Genealogica, qua Reinerus opus ſuum claudit, ita venit reſtituenda:



Quæ de cauſis belli inter Albertum & filios ex injuriis matri illatis adfert Reineccius, hactenus bene ſe habent, niſi quod immerito Fridericum prius hoſtilia auſum inſimulat, cum culpa in Albertum potius transferenda ſit, ut patet e *Sect. II. Num. V.* Bene tamen addit, Fridericum a Longobardis ad rempubl. ipſorum gerendam evocatum, quod Reineri teſtimonium addi meretur reliquis *Num. VI. ej. Sect.* a me allatis una cum Fabricii verſibus, qui libro de Marchionibus Miſnenſibus cum Annalibus edito pag. 37. inſerti leguntur:

Differtur terras Friderici fama per omnes,
Notus & externis cœperat eſſe plagis.
Illum olim petiit cum forti Inſuber Hetruſco
Magnanimo cupiens credere bella viro.

Reliqua Reinecciana ita ſunt corrigenda, ut non Fridericus noſter Henrici avi provinciam ſucceſſor exceperit, ſed pater ejus Albertus ac patruelis Fridericus Tuto, quod evicimus Sect. IV. n. VI. proximo ſtatim numero VII. & ſequentibus Alberti captivitatem & liberationem an. MCCLXXXVIII. cum variis inde ſequutis compoſitionibus authenticis inter eum filiosque, annotantes. Inde Num. XIII. XIV. Friderici Tutonis mortem, inque ejus terras ſucceſſionem a Friderico noſtro & Dicemanno contra patris voluntatem ſusceptam, unde novæ inter illos lites bellumque a Garzone deſcriptum,

cujus aliorumque varias expendens relationes in eam devenio ſententiam, in Garzoni[s] forſan, aut Stellæ potius, memoria antiquioris cujusdam belli, cui præter Marchiones noſtros Brandenburgicus & Comites Anhaltini impliciti fuerint, hiſtoriam hæſiſſe, quam illi perperam ad hoc patris & filiorum applicarint. Cauſam ſuſpicionis mihi præbet ea pacis conditio, qoæ Dieterico filiam Joannis primi Electoris Brandenburgici, Helenam, in matrimonium dat, quod ſane non Dietericus junior Alberti filius, ſed ſenior Alberti frater an MCCLXVIII, conſummaſſe traditur. Vellem igitur videre Annales Brandenburgicos a Fabricio p. 612 hanc in rem allegatos licet rejectos.

De erroribus & mendis ipſius Garzonis prolixius agit *TENZELIUS* in notis ad hunc libellum, quas hic excerptas tradimus monentes, allegare ſæpius *TENZELIUM* ipſum Commentarium *de Vita Friderici Admorſi*, qui, an aliquando lucem publicam aſpecturus ſit, neſcio. Habes interim hic L. B. monita & correctiones viri doctiſſimi ad hanc Garzonis Hiſtoriam.

WILHELMI ERNESTI TENZELII Notationes ad GARZONIS LIBROS II. de Bellis Friderici Admorſi.

Ad Præfationem.

§. II. Verba: *Archimandrita*) Hic titulus Cœnobium potius ſapit, quam imperium romanum.

Egregia facinora ſuo loco exponentur) Hinc patet, Garzonem Alberti Animoſi res deſcribere voluiſſe. An præſtiterit, non liquet.

§. IV. *Fratruele tuo*) Rectius fratre tuo.

AD LIBRI I. CAP. I

§. I. *Henricus*) is etiam filium reliquit Fridericum Tuto, ut nil niſi figmenta tradat Garzo in ſequentibus.

§. 2. *Igitur Federicum atque Theodoricum*) Fridericus Tuto, Dieterici filius anno cIↄccxc. in Comitiis Erfurtenſibus præſente Rudolpho Imperatore Fridericum noſtrum admorſum & Theodericum ſeu Dicemannum heredes inſtituit: nec hi adſtiterunt morienti, cum is toxico in ceraſis dato in venatione ſequenti anno periret. Ficti igitur ſunt omnes apud Garzonem ſermones, magnam Principi ætatem, bella cum Bohemis & Polonis & ſimilia, quæ in illum minime cadunt, tribuentes.

Prioribus annis, mi Federice) Hæc in Friderici admorſi juventutem cadere non poſſunt. Nec temere invenies Autorem Garzone antiquiorem.

§. 3. *Ad ſe accerſiri juſſit*) Fridericus Tuto repente veneno extinctus eſt, cum juxta Hirſteiniam arcem ad Albim venationibus ſedelectaret: quare ſtatus ſuos provinciales convocare non potuit, nec debuit, quippe quibus procul dubio anno jam præcedenti patefecerat pactum cum patruelibus Erfurti initum. Quare & iſte ſermo confictus eſt a Garzone, qui ne perſonam quidem Friderici juvenis bene repræſentavit, ſenem nobis decrepitum fingens, qualis nec Dietericus pater illius fuit.

potentisſimos populos) Hoc neque de Dieterico neque de Friderico dici poteſt.

eorum ſtudio pareatis) Tenzelius *ſtudiis* rectius legi putat.

AD CAP. II.

§. 1. *In hunc modum Federicus*) Bene quidem Garzo primas Friderico admorſo defert, quod & nos fecimus contra illos (in quibus & Reineccius eſt) qui Fridericum avo Henrico Theodericum patrueli, Friderico Tuto ſucceſſiſſe volunt. Nec plura fratres tunc obtinuerunt, quam Fridericus Tuto reliquit: nam & Albertus pater & Fridericus Marchio de Dresden patruus ſuas in Miſnia orbes ac villas habebant.

Haud multo poſt Henricus) non Henricus ſed Fridericus Tuto intelligendos, de cujus obitu & ſepulcro non in Veteri-Cellenſi, neque in Weisſenfelſenſi, ſed in Suſelizenſi Cœnobio diximus primo Bibliothecæ Curioſæ Repoſitorio p. 231. 322. Conditus eſt apud Dietericum patrem, qui monaſterium fundaverat. Non ergo in majorum ſepulcris, quæ tunc erant in veteri Cella.

§. 3. *Ad eos literas in hac*) has literas aothenticas inſpicere operæ pretium fore.

Quod Miſnenſium regnum) Regnum falſo appellatur Friderici Tuto portio.

Magna me tenet admiratio) Manifeſtum hinc eſt, litteras quoque illas Alberto a Garzone aſſin-

affingi: Neque enim Henricum, ſed Fridericum Tuto fratris filium dixiſſet Albertus quem fugere non poterat pactum ſucceſſionis Erfurti ſuperiori anno initum.

quibus per ætatem) At Fridericus Admorſus erat XXXIV. Theodericus XXXI. annorum,

§. 4. *Has literas*) Ita in omnibus editionibus. Sed legendum *Principes, quique*; prius flagitant mox ſequentia: *apud ipſos.*

§. 6. *Nomen hac regio a Libonicis*) Hoc commentum unico *fabula* ad marginem ſcripto vocabulo proſternit Reineccius: prolixius autem confutat Albinus Tit. XIV. der Meißniſchen Land-Chronica. p. 180. 181.

quod Henricus ei frater: Semper eadem chorda oberrat Garzo cum Henrico ſuo fictitio. De Actis in conventu Lipſienſi, prout ea deſcribit Garzo, merito dubitandum.

§. 7. *Qua in Virigisis familiam*) Mallem Witikindi.

Ea fuerunt, quibus illa) Recte Reineccius pro ille *illa* poſuit. Neque enim ipſe Witekindus, ſed Henricus illuſtris Thuringiam Miſnenſium auxilio occupavit,

ſi ſolus in eos impetum) At neque primum, neque ſecundum, neque tertium Joannem Electorem Brandenburgicum intelligi poſſe, alibi demonſtratum. Ac inprimis contra Joannem III. quem recentiorum nonnulli ſubaudiunt, militat, quod is Marchiæ Brandenburgicæ tempore belli hujus nondum præfuerit, ſed Otto IV. *cum telo* cognominatus, & tunc bello Polonico cum Wenceslao Bohemiæ Rege intentus. Sed Joannes III. anno demum cIↄccciv. Elector evadens, proximo obiit.

AD CAPUT III.

§. 1. *Libet mihi Miſna*) Chorographicam hanc Miſniæ deſcriptionem, veteres imprimis colonos prolixe examinavit, Garzonemque nominetenus refutavit Albinus in Chronico Miſnenſi Tit. IV. XIII. & XIV. præſertim pag. 179. cui adde Schmidium in Chronico Cygneo lib. I. Cap. III. p. 10. qui ab Albino in nonnullis recedit.

Sala & Muldanus) lege *Muldavus.*

§. 2. *Parenti ne cum expeditis militibus*) Neque hæc conſultatio ſatis in Alberti filios cadit, qui jam ſuperioribus annis, coacti licet, cum parente degenere armis certaverant.

Henricus Endanus) Quidam margini adſcripſerat *Henricum a Bunaw.*

Alberto ex viliſſimo ſcorto) Sphalma hoc notavit in margine Reineccius, neque in Notationibus ſuis reticuit. *Cunegunda* enim appellata eſt illa Alberti amaſia; neque hujus belli tempore, quod ante anni cIↄccxci. autumnum exardeſcere non potuit, in vivis amplius erat, Albertumve inveſtigare poterat: anno quippe cIↄccLXXXVI. defuncta, quod contra vulgares Scriptores evici Sect. III. n. IV. Cæterum incidit forte STELLA in Codicem, qui pellicis nomen pro illius ætatis conſuetudine prima ſaltem littera C. ſignavit. Quod magnam librorum penuriam arguit, cum hodie in illorum abundancia Cunegundis nomen omnibus notum ſit. Tantum abeſt, ut Stella meliores libros habuerit.

§. 3. *Nunciatum eſt principibus*) Hoc eſt bellum, quod prolixe nimis Garzonem deſcripſiſſe Stellæque commentis auxiſſe judicavit Agricola apud Albinum.

AD CAPUT IV.

§. 1. *Cum agrum populatus eſſet,*) Mirum in hoc bello enarrando Scriptorum diſſenſum advertit etiam Nicolaus Leuthingerus, ſuperiori ſeculo Hiſtoriographus Brandenburgicus, cujus verba dabimus ex Partis VII. Comm. an. 1599. *Ad Luſatiam inferiorem quod attinet, variant, dum error hinc inde trahit autores. Alii abalienationem ejus a Miſnia referunt ad Albertum IV. plures ad Woldemarum, alii ad Johannem Electorem. Certum tamen eſt, illam a. 1290. unius adhuc cum Miſnia & Turingia imperii fuiſſe principe Alberto. Is luctuoſum bellum in Fridericum atque Dicemannum filios fœda aſtorgia movit, vocato in auxilium Brandenburgico, qui cum exercitu in Luſatiam ſpe potiunda ejus progreſſus bis per Legatum infeliciter pugnans Lucavia expugnandi ſui facultatem negante, Hainum opportunum ratus, quod per dolum interciperet, triginta viris bellicoſis, loci non ignaris negotium dedit, ut ſuperatis mœniis portam caſtris proximam aſciis, ſecuribus, ferris & aliis huc pertinentibus perfringerent, ipſe tempori cum ſelectis veteranis præſto futurus erat. Nihil prætermiſſum, latabanturque jam de ſucceſſu, cum Caſpar Multitius vigilum præfectus eos ad internecionem concidit. Mox coadunatis copiis, quanto poſſunt impetu ſeſe ejiciunt oppido præſidiarii, ſecuros palantesque in caſtris oppreſſos vel capiunt vel in fugam vertunt. Exhilaratur hoc nuntio Fridericus Miſnenſis, qui forte Miſenæ ſubſiſtens, in occaſionem debellandi hoſtis intentus erat, admiſſo equo advolat, quos circum ſe cuſtodia corporis cauſa habebat, reliquos ſubſequi jubet. Sed improviſo fati adverſi caſu incidit in equitatum hoſtium, a quo captus, ad Brandenburgicum*

pertractus fuit. Is cum eo paciſci nullis aliis conditionibus voluit, quam ut captivos ſine pretio ac diſcrimine dimitteret & juri ſuo in Luſatiam inferiorem acceptis XXX. argenti marcis renunciaret. Factum id eſt a. 1296. Quisquis hæc cum Garzone contulerit, nullo negotio advertet, eandem obſidionem Hainenſem ab utroque Scriptore memorari; ſed quæ Leuthingerus de Friderici captivitate ſubjicit, totam ſcenam produnt, manifeſtumque redduot, male Johanni Brandenburgico huicque bello attribui, quæ anno demum cIↃcccxII. a Waldemaro geſta ſunt, a Fabricio quoque in *Originibus* pag. 632. iisdem fere, quibus a Leuthingero, circumſtantiis memorata. Fallitur itaque & Leuthingerus, cogiturque contra omoium Hiſtoricorum fidem duplicem Friderici noſtri captivitatem Brandeburgicam fingere, dum pag. 73. Waldemari meminit. *Eam Miſniam Woldemarus Brandenburgicus, qui faſtiduo pacis ſtudio bellum totus ſpirabat, ſi deeſſet ejus materia vel cauſa, undique captabat, & qui vivus belli ſtudium, viroſque militares unice complexus fuerat, mortuus non minore negotio per Pſeudomarum (Pſeudo-Woldemarum) exemplo non comperto gerebat, capto denuo Friderico principe an. 1313. ſubegit, fecitque imperii Brandeburgici.* Deinde Leuthingerus enumerat, deſcribitque urbes Miſnicas, quas Waldemarus in ſuam tunc receperit poteſtatem, *Hainum, Miſenam, Fribergam, Zvviccaviam, Chemnicium, Aldenburgum, Grimam, Oſchatium, Torgam, Eilenburgum, Lipſiam*; addens Iſenacum in Thuringia, omnem tractum Pleiſtenſem, & quidquid ultra Eliſtrum Marchionum Miſnenſium auſpicium ſequebatur. Has civitates, pergit, una cum Marchia nova Henrico Anhaldino, ut ad culmen Cæſareum eveheretur, in ſubſidium poſſeſſione hæreditaria (Waldemarus) promiſit. Sed deſertus tandem Fridericus Miſnenſis ſua, ſummo ſubditorum favore & gratia, circa aonum 1317. recuperavit. Alii volunt, Fridericum an. 1311. captum, ſed a Pleiſſenſibus ſtratagemate memorabili libertati priſtinæ redditum. Poſtremum eſt optimum ac veriſſimum, & a noſtris Scriptoribus in vita Friderici memoratis plenius deductum. Falſus quoque eſt Leuthingerus, ſupra aſſerens, Fridericum noſtrum triginta marcas, ut juri ſuo in Luſatiam renunciaret, accepiſſe. Triginta millia marcarum erant, in quas Fridericus prætertot urbes caſtellaque Waldemaro ſolvendas condemnabatur, ſtratagemate ſuorum ab iſto etiam debito feliciter liberatus. Quas mirificas Scriptorum confuſiones dum cogito, non poſſum non ſerio optare, ut tam in tabulariis Saxonicis, quam Brandeburgicis & Anhaltinis ſedulo inquirantur, & conferantur pacta & diplomata Principum noſtrorum & illorum, toto hoc tempore inita & firmata, ex quibus vera tandem hiſtoriæ ratio conſtare poterit.

§. 3. *Itaque litteras ad principem Eberhardum*) Nullum Eberhardum norunt meliores Principum Anhaltinorum Genealogiæ, ſed Bernhardum & Sifridum, quorum tamen bella adverſus Marchiones Miſnenſes antiquiora huc minime trahenda oſtendimus. Mera quoque figmenta promit epiſtola Joannis Brandenburgici Garzoniana. Nam Principum illorum parens, Henricus pingvis, primus Princeps Anhaltinus, contra ipſos Brandeburgicos cum Ludolpho Epiſcopo Halberſtadienſi bellum geſſit.

At majores noſtri regnum veſtrum ſibi) Rectius *ſibi* quam *tibi*, quod in veteri edione legitur.

§. 4. *Primum ad Ilburgum*) Fabula pridem ab Albino confutata Tit. IV. p. 49.

Igitur navi ad urbem Vitigisburgum) Witisburgum ſeu Wittebergam recte in margine indigitat Reineccius: ſed perperam addit *Saxonia Elector.* Nam Bernardus ille jam tum a. cIↃcccxII. obierat. Tempore autem belli hujus Wittenbergæ ſedem fixerat Albertus II. Saxonum Elector. Hinc novus emergit Garzonis error, Bernardum appellantis, quem Albertum dicere debuerat.

§. 6. *Quod incola Dorganum, olim a Dorgeberto*) Fabulam de Dorgeberto exploſit Albinus.

§. 8. *Præda in veſtra manu eſt*) Additur in prima editione: *Abſtineo ipſa, nec me impediam.*

Erat in exercitu Friderici Henricus Stella) Recordemur Georgii Agricolæ Stellam culpantis, quod multa finxerit, ad cognatos Patronosque evehendos, cognati exemplum hic habemus. Patronorum dant Pflugii, Schonbergii, Endani Garzonio frequenter memorati.

ac Remigius Erotinus,) Monſtrum nominis in his regionibus planeque confictum.

AD CAPUT V.

§. 4. *Inter catera ad Francofordiam caſtra ponat,*) Iſtam obſidionem ignorant Wolfgangus Juſtus & Jo. Chriſtoph. Becmannus in germanica illius urbis deſcriptione Cap. V. noviſſimæ etiam editionis, cum Actis Jubilei Academici ſuperiori anno vulgatæ, plurimisque acceſſionibus auctæ. Unde patet, nihil hac de re extare in Brandenburgi-

cis

cis Annalibus, neque Garzonem noſtrum tantæ apud illos eſſe autoritatis, ut ſoli fidem adhibeant.

§. 5. *In gratiam inducere*) L. V. *reducere.*

§. 6. *Quod ei ad Haganam urbem*) At pacis illam actionem non Hagani vel Hainæ ſed Miſenæ inſtitutam obſervat Fabricius in hujus urbis annalibus ad annum cIↄccxcII.

§. 10. *Eberhardus ſub ea conditione,*) Valde vereor, ne captivitas Alberti Kothenſis ſeu Aſcanii, ut ipſum cum Waldemaro Marchione Brandenburgico bellum, quod ſupra oſtendimus, huc aliquid contulerit. Enimvero tunc apud noſtros non tam auri pondo, quam argenti marcæ audiebantur. Forte etiam ex alia cum Waldemaro compoſitione, ad Stellam Garzonemve pervenit aliquid de pacto matrimonii inter Fridericum & Johannis Brandenburgici ſororem: quanquam ibi Friderici noſtri filius intelligitur, conjugiumque illud nunquam conſummatum fuit. Illos autem, qui Theodericum ſponſum hic ſubſtituunt, notare velim, quæ notavi ad tertium de Garzone teſtimoniom.

Extractum eſt hoc bellum in annos duos) Bellum ante autumnum anni cIↄccxcI. inchoari non potuit, poſt Friderici Tuto mortem, nec ultra anni ſpatium duravit, ſ. ex Fabricii ſententia a. cIↄccxcII. compoſitum.

AD LIB. II. CAP. I.

§. 2. *Ut igitur regionem Luſatiorum*) Communi ſcriptorum conſenſu traditur: Albertum Adolpho Thuringiam vendidiſſe, in quam & primus belli impetus convertebatur. In ipſo igitur limine ceſpitat Garzo, Marchiam Luſaticam, Miſnenſem & Orientalem venditam fingens.

Quod in Bohemos) Non poterit Garzo confuſionis notam inter duos Imperatores, qui Thuringiæ Miſniæque inhiarunt, Adolphum Naſſovium & Albertum Auſtriacum effugere. Nam de bello Adolphi in Bohemos nihil conſtat, cujusmodi vero Albertus poſtea geſſit.

§. 3. *Filio* (*huic Ludovico nomen erat*) Falſum, ***Albertus junior*** ſeu abbreviate Apicius appellabatur ille Alberti filius.

Eos tamen, qui inter cæteros) Confundit rurſus tempora Garzonius. Iſta enim Thuringicæ nobilitatis ſollicitatio pro Apicio aliquot annis præceſſerat Thuringiæ venditionem, quam demum inſtituit Albertus, cum Apicium nollent ſuſcipere Proceres.

Compluros in auratorum equitum) Niſi me omnia fallunt, præ oculis habuit, exaggeravitque Garzonius, quæ an. cIↄccxc. in Comitiis Rudolphi Imper. geſſit Albertus ab Autore de Landgraviis, Cap. LXXVII. conſignata. Conf. Fabric. p. 596. Sed Garzon admodum liberalis eſt ex XVI. militibus, ſive, ut ipſe ex uſu recentiori appellat, equitibus auratis ab Alberto creatis LX. procudens.

§. 5. *Adolphus Philippum Naſſav.*) Ex belli hujus deſcriptione magis confirmatur penuria Scriptorum coævorum, qua Stella Garzonque laborarunt. Plane enim ſilentio involvunt ipſius Adolphi Imperatoris in Thuringiam expeditionem, tot veterum libris, rhythmis, querelis celebratam. Expeditio autem in Oſterlandiam Miſniamque biennio demum poſt ſuſcepta eſt.

§. 6. *Citicam urbem, olim a Citto*) Fabulam de Citto vel Cittone rejicit Albinus.

tantum ei hoſtili exercitui) Var. L. hoſtilis exercitus.

Haud cœpit parva admiratio) Var. Lect. haud parva cepit admiratio.

Aldenburgium Curtiani) Albin. Tit. IV, 51.

fertilitate oppidum.) Hoc avide arripiunt multi vulgariom Scriptorum, incerti tamen de ſuisne an antiquioribus loquatur Garzon.

§. 7. *Huic Hermanno Kaynuto*) Reineccius ad marginem reponit Hermannus Canutus. Albertum quidem Canotum celebrant horum temporum Scriptores, multaque Diplomata. Sed Hermannum ignorant a Garzone confictum.

AD CAP. II.

§. 2. *an Suevis Libanotani in re militari præſtent, ſit nunc*) Tenzelii opinione ita ſcripſerat Garzon: *Suevusne Libanothanis in re militari præſtent, ſit nunc periculum.*

AD CAP. III.

§. 8. *Cunctis moriendum erit*) Sexaginta nobiles viros Adolphum interemiſſe Mollerus in Annalibus p. 42. annotavit. Sifridi Miſnenſis verba clara ſunt: & tradita eſt ei civitas Friberga, in qua caſtrum firmiſſimum ſuffodiens cepit & multos ſtrennos viros in eo repertos capitali ſententia condemnavit. At Sifridus hac ipſa tempeſtate vixit,

 notan-

notante Fabricio in Annalibus Miſnenſibus ad annum MCCXCVI. Major itaque illius, quam Garzonis eſt autoritas, quanquam is nec de lytro quidquam novit, nec urbem illiusque muros, ut Garzon, ſed caſtrum ſuffoſſum tradit. Lytroo tamen pro reliquis captivis poſtulatum conjungit Mollerus duodecim millium marcarum argenti, quæ noſtra peeunia hodierna faciunt centum & quadraginta quatuor millia thalerorum.

AD CAP. IV.

§. 3. *Hac ubi Federico nnnciata ſunt*) Magnæ hie & omiſſionis & confuſionis reus eſt Garzon, omittens Friderici Marchioois exilium, collectumque ab eo novum exercitum, occupatumque Rochlitium &c. confundens vero acceptam diu poſt cladem Suevorum ad Luccavum cum Philippi captivitate. v. Fabric. Orig. p. 616. ſqq.

ut ad Lipſim convenirent) De hoe conventu vide *Fabric. in Origin.* p. 618. Sed manifeſtus eſt inſignis Garzonis error, qui prælium a. clↄcccvii. cum Alberti Auſtriaci copiis commiſſum ad Adolphi Naſſovii tempora retrotrahit.

§. 4. *Ea pugna Philippus captus eſt*) Errores Garzonis vide ex Fabricii Origin. pag 617.

§. 6. *Se ad Bohemiam*) Omittit Garzon primum conventum ab Alberto Imperatore anno clↄccic. propter has controverſias Fuldæ indictum.

cum Albertus Aldenburgium) Hæc Adolfo Imperatori alii tribuunt. Confuſionis notandus iterum Garzo.

§. 10. *Interea Albertus*) Miros parachroniſmos erroresque paucis verbis coacervat Garzon. Nam ne repetam, quod Ludovieum falſo appellat famoſum, illum Apicium ſeu verius Albertum juniorem: conſtat ſane inter omnes, longe ante Patrem obiiſſe circa annum clↄccc. Albertum vero ſeniorem a Friderico noſtro ad abdicationem coactum eſſe, quam in rem plura diximus.

haud multum temporis) Magoos hic error eſt. Albertns enim an. clↄcccxiv. Erfurti in exilio miſeriaque deceſſit, quo tempore nullus filiorum illius præter unum Fridericum noſtrum ſuperſtes erat, qui Laodgraviatu Thuringiæ pridem potitus adeoque non opus demum habens tot urbium occupatione, quam Garzon deſcribit mirifice confundens omnia. De Friderici cootroverſiis cum Erfurtenſibus Comiteque Vinarienſi plura & certiora attuli. Sed Comitis Glichovienſis non meminerunt Scriptores noſtri.

Secundo ad Albertum Imperatorem) Non ab Alberto jam defuncto, ſed ab Henrico Lueemburgio ejusdem Succeſſore auxilium an. clↄccc. rogaruot Erfurtenſes. Ad Albertum autem Iſenacenſes confugerunt an. clↄ cccvi. uode clariſſimum, quam peſſime omnia cooſuodat Garzon.

Nam quem ex Pannonicis) Non ex Pannoniis ſed Suevis potiſſimum Albertus coegerat exercitum, quem memorabili proelio Luccenſi an. clↄccvii. deleveruot Principes fratres Fridericus & Dicemannus.

§. 11. *Quondam a Gothis conditam*) Fabula, ut Tenzelius docet ioitio II. Suppl. Goth. Hiſt.

Cum legiones Alberti) Non copias ſed Legatum ſaltem Erfurtenſibus miſerat Henricus Imperator absque ullo tamen ſucceſſu.

Erfordenſibus imperabat) Quis unquam hoe vel fando audivit?

In urbu Sangerhauſenſis portu) De Sangerhuſana obſidione illa nihil Scriptores veteres abs me ibidem allegati, ſed alia prorſus caſtra ab Erfordenſibus obſeſſa memorant.

Vi ne an deditione) De hac obſidiooe Vinarienſi vide veterem de Laodgraviis autorem: *Marchio*, ioquit, *Fridericus* cum expeditione valida civitatem Wyhe & Wymar obſidebat, & ipſum Comitem captum fingens & civitatis Wyhe nbſidionem ſilentio præteriens Sangerhuſana Gothanaque ſubſtituta.

§. 12. *Quam Hectorisbergium*) Fictum nomen pro Eccardsberga, ut in margine ex vulgi ore addit Reioeccius, Obſidionem vero illius caſtri annuam ab Alberti copiis ſuſceptam oec Scriptores noſtri norunt, aliam potius ab ipſo Friderico noſtro & Erfurdenſibus ſibi reconciliatis anno demum clↄcccxxxi. inſtitutam memorantes.

AD CAPUT V.

§. 1. *Fribergium*) Falſum eſt a Theodorico Fribergam tunc receptam, quam a Friderico noſtro poſt victoriam Luccenſem Suevis iterum ereptam vidimus Sect. III. n. XXIX.

Deinde Lucam copias) Cum ultimum Philippi Naſſovii cum Friderico noſtro conflictum ad Luccam contulit Garzon: tum Mollero aliisque erroris anſam præbuit, ut traderent, celebratiſſimum illud proelium Luccenſe, quo Suevi ad internecionem deleti

leti ſunt, poſt Dicemanni mortem in eoque Philippum occiſum ſtatuendi. Philippus enim poſtrema vice ſaltem cum equitatu Friderico noſtro inrer Bornam & Freibergum obviam forte factus, ab eoque proſtratus eſt. Tantum abeſt, ut integer utriusque exercitus concurrerit.

§. 2. *Ipſis relictis ad Fribergium confugiunt*) En Garzonis contradictionem! qui paulo ante dixerat, urbem hanc a Theodorico receptam, imo a Friderico potius, ut audivimus: quomodo igitur ea Suevorum expugna & ſortalitiis fugientium commune fieri potuit receptaculum? imo a Friderico denuo obſideri, uti paulo poſt fingit Garzonius.

§. 3. *Ibi comperit Ludovicum*) Figmentum eſt Garzonis, Ludovicum, quo falſo nomine Apicium famoſum ſeu Albertum juniorem mactat, poſt Theodericum adhuc ſuperfuiſſe, quem is ſeptem minimum annis in æterniratem præceſſerat. Fictum igitur eſt & prœlium inter illius & Friderici copias, ficta Gallorum auxilia ab Alberto Cæſare Ludovico ſubmiſſa & reliqua.

§. 4. *Quanto amore Ludovicum,*) Fabulas ſerere pergit de Ludovico ſuo fictitio vero Apicio, incerto patre natum aliquoties dictitans, quem omnes norunt ab Alberto degenere genitum. Nos certiora protulimus in Hiſt. Friderici.

§. 5. *Ad Miſnenſes divertit*) Fribergenſem obſidionem tardius juſto a Garzone deſcribi paulo ante notavimus. Facta enim eſt Theodorico adhuc vivenre menſeque Novembri an. cIↄcccv. urbs jam erat in Friderici poteſtate. Nec operæ pretium perdet, qui contulerit, quæ Mollerus habet in Annalibus.

§. 9. *Tandem ad Aldenburgium* :) Mollerus in Annal. Frib. p. 53. Altenburgicam obſidionem ſtatim prælio Luccenſi jungit. Quæ oſtendunt, Garzonem non ſolum in ordine illarum obſidionum, ſed & in tempore ac modo peccaſſe. Namque intra menſem Junium & Novembrem anni cIↄcccvII. & Altenburgum & Fribergam, ne de aliis urbibus dicam, Fridericus noſter occupaſſet. Imo iſta Scriptorum recentiorum diſſidia faciunt, ut Scriptorem Garzone antiquiorem deſiderem, qui iſtam Altenburgi obſidionem deſcripſerit, quam vereor ne plane ſit confiсta, urbsque iſta eadem cum Cygneo & Chemnitio, de quibus infra, fata ſubierit.

§. 10. *Cignai & Camanni*) Cygneam & Chemnitium intelligi probe in margine obſervat Reineccius, quas urbes tamen non vi adactas, qui Garzonis aliorumque error eſt, ſed ſponte poſt Alberti Cæſaris mortem an. cIↄcccvIII. Friderici noſtri tutelæ ſe commiſiſſe, ab Henrico deinde Imperatore illi oppignoratas, a Ludovico denique Imperatore, tam ipſi, quam filio, Friderico Gravi, confirmatas, ex monumentis authenticis evicimus Sect. IV. n. II. VII. XXXI. & XXXII. eandemque Altenburgi rationem eſſe oſtendimus.

§. 11. *Erfordenſes ei obviam*) De pace cum Erfurtenſibus ſancita Sect. IV. Num. XIV. certiora protulimus. Nec ullus, quod ſciam, alius veterum recenriorumve Scriptorum præter Garzonem maximorum meminit munerum Principibus noſtris ab urbe quotannis ſolutorum.

III. CASPARIS PEUCERI IDYLLIUM PATRIÆ p. 54.–72.

NOta ſunt Viri doctisſimi, celebris Hiſtorici, experientiſſimi Medici, egregii Philoſophi, Infelicis tamen Theologi fata. Budiſſæ a. 1525. natus eſt, Patre *Georgio Peucero*, Matre *Ottilia Simonis*. Wittebergam ſtudiorum gratia petiit, in qua Academia anno ætatis ſuæ vigeſimo primo Gradum Magiſterii adeptus, ſingularis ſuæ doctrinæ ſpecimina edidit, atque Matheſin & Medicinam publice cum applauſu profeſſus eſt. Nuptias a. 1550. cum Melanchthonis filia celebravit, & cum eo arctiſſimam ſemper amicitiam coluit. Wormatienſi colloquio cum Socero interfuit. Crevit indies ejus fama, auctus Principum erga Peucerum favor, Electoris inprimis gratia florebat. Medicinam, Milichio ſucceſſor darus, docebat, ſæpiusve ex Academia in aulam avocabatur. Proſpera omnia & exoptata ipſi ceſſiſſent, ſi a Theologicis controverſiis abſtinuiſſet, quarum forte ſtudium ipſi inſpiraverar Socer. Magnæ iſto ævo in Eccleſia turbæ ob ſuſpicionem, invidiam & rixandi ſtudium, quibus plerique laborabant. Accuſabantur Wittebergenſes, quod Calvini & Zwinglii dogmatibus ſaverent: hancque ſuſpicionem diverſa ſcripta edendo auxeranr, inrer quæ Catecheſis a. 1571. edita eminebat, Commune hunc libellum odium feriebat, quum ex Philippi ſcriptis, retentis ſæ-

pius ipſis verbis compilatus eſſe videretur, in illoque teſtimonia ſacra Novi Teſtamenti ex Bezæ verſione petita eſſent. Grave hoc inprimis PEUCERO odium fuit, qui ipſius Principis indignationem incurrens varias ærumnas & calamitates expertus eſt. Carceris moleſtias per decennium tulit, & ex eo precibus demum Agnetæ Hedwigæ, Joachimi Erneſti, Principis Anhaltini filiæ nubentis Auguſto Saxoniæ Electori, ſub certis tamen conditionibus liberatus fuit, quas prolixe in *Hiſtoria Carcerum* recenſet, & ex illa, qui Vitam ejus deſcripſerunt MELCHIOR ADAMUS a) GODOFREDUS ARNOLDUS b) & JOHANNES CHRISTOPHORUS BECMANNUS. c) In diuturna hac captivitate, referente Adamo, nunquam otioſus fuit, ſed omne, quod a ſomno & quiete liberum erat tempus, precibus, lectione bibliorum, & piis meditationibus ac verſibus ſcribendis conſumſit. Cumque nihil ſuppeteret papyri, calamorum & atramenti, indigentiæ illi hoc pacto mederi conatus eſt, ut chartam ſuppeditarent margines & folia vacua libri Concordiæ, atramentum, cruſtæ panis crematæ & dilutæ cereviſia, calamos anſerum ala, quam ad pulverem & aranearum telas tollendas impetrarat.

a) De vitis Medicor. p. 171.

b) Kirchen u. Ketzer Hiſtorie Tom. I. p. 385.

c) In Hiſt. Anhalt. Part. VII. Cap. III.

Et hic locus fuit, in quo patriæ ſuæ, quam ſingulari amore proſequebatur, illuſtre hoc monumentum condidit. Ipſe enim his verbis utitur: d)

d) Tom I. Part. I. p. 71.

> *Hæc gemitus* & vota tui memor inter opima,
> *Exiliens* ad te ſpe reditusque cano.
> *Moriger* hoc Chriſto dum carcere ſervio miles,
> *Militis* inſuavis ſeptus ab excubiis

Transmiſit hoc ſuæ erga patriam devotionis documentum civitati Budiſſinenſi, ad quam quoque in Idyllio ſermonem dirigit. Impreſſum etiam autoritate Senatus prima vice a. 1594. Budiſſinæ, & poſthæc a Viris doctis Hiſtoriæque amatoribus ſemper in pretio habitum fuit. Commendat illud SCHURZFLEISCHIUS e) in diſſertatione de Luſatia ita, ut ab omnibus mereatur diligentiſſime legi. Primus fuit PEUCERUS, qui patriæ noſtræ Hiſtoriam juxta temporum ſeriem rerumque connexionem tradidit, eumque pene omnes ſequuntur, inter quos MANLIUS, LEUBERUS, aliique, qui in ſcriptis ſuis ad Peuceri teſtimonium ubivis provocant. Egit autem in eo de Luſatia ſuperiore, cujus hiſtoriam a primis temporibus recenſet, varias regiminis viciſſitudines annotat, civitatum ſingularium fata attingit, regionem deſcribit imo familiarum quarundam illuſtrium meminit. Hæc omnia docte & eleganter docet. In Hiſtoria enim pro iſtius ævi conditione erat verſatiſſimus, habetque Luſatia, cur ſibi de tanto Viro gratuletur, quem celeberrimi Viri maximis encomiis dignum habuerunt, quorumque elogia collegerunt THOMAS POPEBLOUNT f) BECMANNUS, aliique, qui ejus Vitam conſignarunt, ad quos *Benevolum Lectorem* remittimus.

e) Tom. II. Script. Luſat. p. 261.

f) in Cenſura Celeb. Autor. p. 731.

IV. CHRISTOPHORI MANLII Commentariorum rerum Luſaticarum Deigma, p. 73. - 98.

V. Ej. Commentariorum Rerum Luſaticarum Libri VII. p. 127.

Tandem hoc opus deſideratiſſimum ampliſſimumque de Luſatiæ fatis in lucem prodit. Egregie de ſua patria meritus eſt CHRISTOPHORUS MANLIUS Autor harum lucubrationum. Natus eſt Gorlicii IV. Kal. Martii anno MDXLVI. honeſtis parentibus, patre pannario, cui nomen Chriſtophorus Männchen fuit, quod noſter more tunc temporis recepto ad latini idiomatis terminationem accommodavit. Bonis litteris a prima ætate animum dedit, fundamentis in ſchola patria feliciter poſitis, in Academiam Wittebergenſem venit, ibique jurisprudentiæ operam navavit. In patriam redux, ingenio ſuo ad poeſin prono indulſit, majori tamen amore in Hiſtoriam patriæ ductus, ſcribendis annalibus ſe applicuit, totusque fuit in eruendis Luſatiæ monumentis iisque conquirendis. Non caruit inſtitutum ſucceſſu, creverunt indies de Luſatiæ rebus inſtituta collectanea, quibus digerendis dum manum admovet, deigma ſive epitomen vel prodromum prolixioris operis compoſuit, & ampliſſimo Senatui Gorlicenſi A. MDLXIX. dedicavit.

cavit. Continetur hoc ſcripto generalis Luſatiæ notitia, quæ breviorem narrationem de origine nominis, finibus, fluviis, incolis, Marchionibus atque dominis Luſatiæ complectitur. Poſthæc ipſis rerum Luſaticarum commentariis ſe accinxit, quibus omnem harum regionum hiſtoriam exhaurire voluit. Nihil neglexit, quod ad abſolvendum egregium opus facere potuiſſet: omnes perlegit Scriptores, quorum iſto tempore copia ipſi fiebat, evolvit annales manuſcriptos, conſuluit Viros doctos, itinera ſuſcepit, neque labori neque ſumptibus parcens. Interrupit laudabiles hos conatus mors præmatura, quæ eum anno ætatis ſuæ vigeſimo nono Pragæ e viventium numero delevit, maximo rei litterariæ damno. Meruerat tamen, quod ſibi ipſi vivens optaverat epitaphium;

Quæ tumulum ſervat? Pietas: quis conditur illo?
Scrutator Patriæ, MANLIUS, *hiſtoriæ*.

Reliquit varios ingenii ſui fœtus, quorum indicem nobis dedit Vir doctiſſimus ABRAHAMUS FRENCELIUS in Vita noſtri Manlii, quæ præſenti editioni *Commentariorum Hiſtoricorum* ad finem adjecta eſt. Dolendum, quod Vir induſtrius & ad ſcribendam patriæ Hiſtoriam natus, utiliſſimum opus non potuerit abſolvere eique ultimam addere limam. Quod enim huic operi coronidem non impoſuerit, ex variis indiciis conſtat. Inſcriptio Libri VII. haber, quod virorum militia clarorum catalogum dare voluerit, in opere tamen nihil de iis invenies. Alibi lacunæ & hiatus obſervantur, qui, ſi diutius vixiſſet vir diligentiſſimus, ſine dubio interpolati fuiſſent. Ita non raro fatum doctiſſimorum Virorum conſilia & inſtituta evertit. Sed quis propterea erga MANLII merita ingratus eſſe veller, qui, licet gloriam abſoluti egregii operis impetrare non potuerit, ſua laude tamen non eſt defraudandus. Primus enim & pene ſolus hactenus fuit, qui in Luſaticis rebus conſuli potuit, & a quo tanquam ex fonte plurima hauſerunt, qui de Luſatiæ Marchionatibus commentati ſunt. Si in antiquioribus forte aliquando lapſus eſt, cum aliis ſui ævi ſcriptoribus erravit, & non ſevere cum illo agendum, cujus diligentiæ tam exacta & plena ſingularium & ſpecialium rerum narratio debetur. Agnoverunt quoque Viri docti dignitatem & præſtantiam hujus ſcripti; imo fuerunt, qui de illo edendo cogitarunt, ſed, ut videtur, obſtacula invenerunt, quæ effectum horum conſiliorum hactenus impediverunt.

Jam celebris hic Luſatiarum Hiſtoricus digno forte habitu indutus comparet in publico. Nihil intermiſſum, quod præſentem editionem commendare poſſit. Eſt ea ad Autoris autographum inſtituta, quod in Gorlicenſi Bibliotheca aſſervatur, & a *Viro doctiſſimo atque humaniſſimo* Dn. SAMUELE GROSSERO *Rectore Gymnaſii Gorlicenſis florentiſſimi celeberrimo, Fautore noſtro colendo*, benevole communicatum fuit. Accidit enim Manlii Commentariis idem, quod aliis ſcriptis, quæ deſcribentium ingenio aut imperitia archetypo ſæpius contraria & diſſimilia fiunt. Retenta proinde ipſius autographi lectio fuit, quoties exemplaria diſſentirent; non prorſus rejecta omni emendatione & illuſtratione, quam alii Codices aliquando ſubminiſtrabant, qui collati & multa cura examinati ſunt. In Capita hos Commentariorum libros diſtinxit *Vir patriarum antiquitatum ſtudioſiſſimus & in omni litteratura bene verſatus, multum Reverendus* Dn. ABRAHAMUS FRENCELIUS. Non conſultum fuit ab ejus diſtinguendi ratione recedere, cum paſſim juxta illam MANLIUS citari cœperit. Textui notæ luculentiſſimæ fuerunt adjectæ, quibus a Manlio adducta probantur, explicantur, illuſtrantur, & cum aliorum ſcriptis doctiſſimis conferuntur.

CONTENTA PARTIS SECUNDÆ TOMI PRIMI.

Sequuntur jam nonnulla ſcripta, quæ ad particularem Luſatiæ ſuperioris Hiſtoriam ſpectant & inprimis Gorlicenſis civitatis, quæ aliquando ſingulari Ducatui nomen dedit, fata recenſent. Lucem hæc quoque Hiſtoriæ totius Luſatiæ afferunt, cum ad regionum & provinciarum notitiam multum conducant, de ſingularibus locis, urbibus atque memorabilibus factis narrationes. In hac igitur parte invenies

I. MARTINI MYLII ANNALES GORLICENSES. pag. 2.--94.

NOn unum hi annales Autorem habuiſſe videntur, quod tam ex diverſitate ſtyli, quam ipſorum contentorum conditione patet. Primam his annalibus manum admoviſſe fertur JOACHIMUS MEISTERUS, de quo ſubſequenti numero plura dicendi locus erit. Continuavit illos MARTINUS MYLIUS de ſchola patria usque ad canam ſenectam bene meritus, in qua non tam animo quam viribus deſtitutus, annuente Senatu, a munere hoc moleſtiſſimo quievit. Obiit, referente GROSSERO a) anno ſuperioris ſeculi undecimo. Pergunt annales usque ad annum quinquageſimum, ut liquido inde conſtet, interpolatos & conſcriptos eſſe a diverſis Autoribus præſentes annales, qui omnino locum inter Luſaticarum Rerum ſcriptores merebantur, cum multa ſingularia contineant, quæ & urbem Gorlicenſem & univerſam Luſatiam ſuperiorem concernunt. Inprimis prior eorum pars majori cura & judicio elaborata fuiſſe videtur, cum poſterior in vilioribus & minoribus rebus verſetur, adeo ut conſultum fuerit, non pauca expungere, quæ Lectoribus forte magis tædio, quam delectamento, fuiſſent. Forte relicta etiam nonnulla, quæ Lector inprimis extraneus deleta vellet: ſed non ſibi hæc ſcripta noverit; in edendis enim Scriptoribus particularibus reſpiciendum primario eſt ad gentem illam, cujus fata narrantur. Nam ejus ſæpius intereſt ſcire ea, quæ alii remoti ab iſta regione neſcire mallent.

a) Part. IV, 125.

II. JOACHIMI MEISTERI Urbis Gorlicenſis deſcriptio. p. 94.--101.

DIgnum hoc gratitudinis monumentum in patriæ honorem poſuit Poeta ſuo ævo celeberrimus. Rectoris munere in Gymnaſio Gorlicenſi fungebatur tanta cum gloria, ut, referente ADAMI a) eo tempore vidiſſes ad Gymnaſium confluentes ex una parte Boruſſos & Polonos, ab altera Germanos & Bohemos incenſos omnes amore ſtudiorum & fama MEISTERI. Exactis in Gorlicenſi Gymnaſio quindecim annis a Senatu Bremenſi ad gubernandam ejus urbis ſcholam evocatus eſt. Aggreſſus novam hanc functionem paulo poſt febri ardenti & continua correptus obiit a. MDLXXXVII. Parentavit beatis ejus manibus Vir præſtantiſſimus D. GREGORIUS RICHTERUS carmine Heroico Gorlicii a. 1587. impreſſo. Erectum ipſi quoque ſequens epitaphium fuiſſe, Vir de ſtudioſa juventute immortaliter meritus, Gymnaſii Gorlicenſis Rector, Dn. GROSSERUS b) refert:

Colligite, o Cives, divini ſcripta Poetæ,
Ne pereat patrii fama, decusque ſoli.
Hic Vir eſt, Muſas patriam qui duxit in urbem,
Heroo reſonans carmine docta pede.
Felix quæ talem genuit Te patria Civem,
Scribendo, fando, vix habitura parem.

Eſt inter felicis Meiſteri ingenii ſpecimina non ultimum præſens Gorlicenſis civitatis deſcriptio, in qua faciem inclytæ hujus urbis depingit, ædificia publica eorumque præſtantiam deſcribit, fortunamque & prærogativas ſtylo admodum poetico memorat, ita ut in præſentem collectionem optime referri potuerit.

a) in Viris Philoſoph. p. 151.
b) Lauſitziſche Merckw. P. IV p. 121.

III. ABRAHAMI GASTII Annalium Gorlicenſium brevis Deductio. p. 101.--114.

OBtulit ſuccinctam hanc civitatis Gorlicenſis hiſtoriam Senatui Autor, qui Suebuſii Sileſiorum natus, prima literarum fundamenta in Gymnaſio hujus urbis jecerat, & jam ad teſtandam animi gratitudinem libellum hunc Francofurto transmittebat. Legerat Autor *MANLII* Annales, audiverat *LAURENTIUM MYLIUM*, Viros in Luſatica Hiſtoria verſatiſſimos, ut inde facile conſtet, unde ſua hauſerit GASTIUS. Quis fuerit, docet HENELII Sileſiographia, a) ubi eum Syndicum Gubenenſem, & Judicii Regii in Luſatia inferiore Aſſeſſorem, Jureconſultum, Oratorem, Poetam, nec non Muſicum inſignem fuiſſe, inter alia elogia invenies, quæ ipſi tribuuntur.

a) p. 547.

IV. BAR-

IV. BARTHOLOMÆI ANDREADE Sacrum Salvatoris noſtri Cenotaphium, prout illud à Georgio Emerico, Conſule quondam Gorlicenſe, Hieroſolymis luſtratum, ad Prorotypon ſtudioſiſſime effigiatum, atque Gorlicii ejuſdem cura & impenſis excitatum p. 114. - - 126.

V. MELCHIORIS GERLACHII Oratio & Elegia de horrendo quingentarum ædium almæ Zittæ VII. Junii A. C. 1608. incendio. p. 126. - - 146.

VI. Excerpta ex Epitome Hiſtoriæ Roſenthalenſis a JACOBO TICINO Soc. Jeſu. conſcripta. p. 147.

Libellus, ex quo varia excerpta præſenti collectioni inſerta ſunt, Pragæ typis Univerſatis Carolo-Ferdinandeæ Anno 1692. excuſus eſt. Titulum præ ſe fert ſequentem: *Epitome Hiſtoriæ Roſenthalenſis ſive Compendiaria Narratio de Origine ac Cultu pervetuſtæ B. V. Mariæ Statuæ in Pago Roſenthal, Luſatiæ ſuperioris; Item de Beneficiis ibidem, ſuffragante Deipara, à Deo collatis. Authore JACOBO TICINO ſocietatis Jeſu Sacerdote.* Sufficit Titulus ad noſcenda præcipua ſcripti contenta; Enarratione miraculorum abſolvuntur, quæ Statuæ B. Virginis Mariæ adſcribunt. Pagus *Roſenthal* prope ad monaſterium *Mariæ Stella* Marienſtern ſitus miraculoſam hanc, ut fertur, ſtatuam cuſtodit. Traditio eſt, *a)* in hoc pago ſubſtitiſſe olim Caroli Magni bella contra Saxones gerentis exercitum; fuiſſe inter ejus milites, qui hanc beatæ Virginis imaginem ſecum ferens eam in tilia abſconderit & diſcedente exercitu reliquerit: ab iſto tempore Matronam quandam ſæpiſſime viſam eſſe obambulare campos & prata: tandem Lucianum de Sernan venantem eandem Matronam obſervaſſe, eum deſiderio flagrantem ſciendi, quænam illa eſſet, ſubditis equo calcaribus, celeri curſu eam aſſequi conatum ad colliculum ſupra Roſarum Vallem ſub tilia uſque inſecutum eſſe, ibi autem hanc Matronam diſparuiſſe: eum vero, oculis elevatis, in tilia vidiſſe ſtatuam B. Virginis. De veritate & certitudine hujus narrationis ipſe Autor ita dubitanter b) loquitur, ut alii, quorum non intereſt, his relationibus veritatis aliquam ſpeciem conciliare, merito omnem fidem iis detrahant. Quamvis autem TICINI primarius ſcopus fuiſſe videatur, enumerare miracula & beneficia, quæ Roſenthalenſi Statuæ tribuuntur; magnumque eorum catalogum compilaverit: non tamen utiliora & hiſtoriæ Luſaticæ inſervientia plane ſilentio præteriit, ſed immiſcuit nonnulla, quæ ad hujus Marchionatus generalem hiſtoriam vel particularem quorundam locorum, imprimis ſtatus eccleſiaſtici, notitiam pertinent. Proinde non incongruum fuit, omiſſis dubiis & incertis relationibus, imo ineptis ſæpius & inhumanis contra Evangelicæ fidei addictos diſputationibus, quædam excerpere & huic collectioni inferre. Sunt etiam, præter ea, quæ integre excerpta, nonnulla, quæ notari poſſunt. Conditionem religionis romano-catholicæ, quæ in medio pretioſiſſimi Evangelii lucis nonnullis in locis adhuc hodie conſervatur, prolixe deſcribit, & inprimis monaſterii *StellaMariana* dicti, cui pagus Roſenthalenſis ſubeſt, originem & fata c) recenſet, reliquiarum, quarum ſemper in monaſteriis magnus adeſſe ſolet apparatus, non immemor. Occaſionem fundationis monaſterii Stellæ Marianæ verbis CHRISTIANI PFALTZII *Canonici Pragenſis* ita refert:

a) TICINI. Hiſt. Roſ. p. 67. 68.

b) P. 69.

c) Cap. I. p. 46

Cum Reverendiſſimus ac illuſtriſſimus Dominus Bernardus, Dominus de Cameutz, in Ordine Epiſcoporum Miſnenſium ſeptimus & viceſimus vice quapiam venatu relaxaret animum, atque ad id loci, ubi nunc Cœnobium ſitum eſt, qui mire uliginoſus fuerat, perveniſſet, una cum caballo, cui inſidebat, in uligine ſubſidit. Quandoquidem vero viribus propriis emergere non valebat, Omnipotentis DEI, Sanctiſſimaque Matris MARIÆ auxilium imploravit, emiſſoque ſimul voto ſeſe obſtrinxit, ad fundandum, ædificandumque, ſi diſcrimini eximeretur, Monaſterium. Poſteaquam igitur noctem totam ei inhæſiſſet uligini, indeque elabi nequicquam contendiſſet, matutino tempore, ante ſolis exortum, fulgente Phoſphoro, ante ſe caput conſpexit, pullo candidoque peplo exornatum. Quo viſo tellus primum ſoli-

deſcere, tum firma ſubſiſtere, tandem Præſuli prorſus incolumi facilem evadendi opportunitatem concedere. Poſt quem optatisſimum exitum, voti nuncupati, promisſionisque DEO factæ haud immemor, ſub annum 1264. (quo tempore Sereniſſimi Principes ac Domini Joannes & Otho Marchiones Brandeburgici, Superiori Luſatiæ imperabant) Parthenium Mariæ-Stellenſe Aſceterion ſacri ordinis Ciſterſienſis in honorem Benedictæ Virginis MARIÆ, Divi Joannis Baptiſtæ, & ſanctæ Urſulæ cum Sociabus (quarum ſacra Lipſana hic loci reverenter conſervantur,) exſtruendi initium fecit, vicenniumque ipſum ſtruendo inſumpſit. Etenim Anno 1284. Sacratæ DEO Virgines è Veteri, Camencenſi Urbi adſito Monaſterio in novum ſunt inductæ. Eo ipſo autem in loco, quo Epiſcopus ſubſiderat, in ambulacro Sacellum erectum eſt, quod etiamnum in magna veneratione habetur, ubi ſacræ Virgines ſolennioribus Anni diebus Synaxi ſanctiſſima reficiuntur. Deducto ad Colophonem ædificio, ſeptem & triginta Annorum ſpatia ſupervixit Fundator. Fatis tandem conceſſit Anno 1321. IV. Idus Octobreis, in Parthenone iſthoc tumulatus.

Hæc ſecundum traditionem Cleri, cui genuina documenta plerumque deeſſe ſolent. In fundationis diplomate, quod a Marchionibus Brandenburgicis A. 1264. approbantibus & confirmantibus Dominorum a Camentz inſtituta datum d) fuit, nihil de miraculoſa hac apparitione legimus, illa igitur nobis non poteſt non ſuſpecta eſſe. His non immorabimur, cum alia memoranda ſuperſint. Capite VII. de Budisſinenſis Capituli e) Decano loquitur, eumque *Adminiſtratorem Epiſcopatus Miſnenſis per utramque Luſatiam* dici monet, in cujus tituli originem inquirens, refert, Ferdinandum Imperatorem jurisdictionem eccleſiaſticam Budisſinenſi Decano commiſiſſe, cum Miſnenſis Eccleſiæ Antiſtes Joannes VIII. ad Lutheranorum ſacra ſe convertisſet: approbaſſe hanc a Miſnenſi eccleſia ſeparationem *Zachariam Delphinum* Apoſtolicum ad aulam Cæſaream Nuncium: Tandem a. 1562. Cæſaris atque Pontificis autoritate omnia privilegia Eccleſiæ Miſnenſis & Jura Epiſcopalia ad Budiſſinenſem Eccleſiam translata fuiſſe, quæ ab eo tempore non amplius *collegiata*, ſed *ingenua* atque *exempta* nominata fuiſſet: hoc adminiſtrationis munus per Bullam *Melchioris Biliæ* Apoſtolici ad aulam Cæſaream Nuncii Pio V. Pontifice cum capitulo Budisſinenſi ita communicatum, ut deficiente Decano, ipſi Capitulares hoc munere fungi poſſent, quod etiam Maximilianus II. Anno 1575. ad Capitulares reſcripſiſſet. Pergit TICINUS f) ad oppidum Wittgenavienſe, cujus fata prolixe recenſet. Nomen a Witekindo accepiſſe cum aliis autumat, quibus ſatis argumenti eſt, ſi nomen alicujus loci à *Wit* incipiat. Veroſimilior eorum eſt conjectura, qui hunc vicum a Vitigone Camentienſi Domino appellatum fuiſſe dicunt, uti ex SCHNEIDERI *Scrutinio Hiſtoriæ Luſaticæ* doctisſimus FRENCELIUS g) docet, apud quem etiam integrum TICINI locum de hoc oppidulo deſcriptum invenies.

d) Tom. IV. Script. Luſat. p. 172.

e) Cap. VII. p. 159.

f) P. 267.

g) Nomencl. Luſatiæ. Tom. II. p. 62.

VII. M. CHRISTIANI GOTTLOB PITSCHMANNI Memoriæ GERSDORFFIORUM Familiæ p. 154.

Tomus SECUNDUS SCRIPTORUM RERUM LUSATICARUM.

Exhibet hic Tomus

I. AUGUSTI ADOLPHI AB HAUGWITZ Prodromum Luſaticum. p. 1. - - 22.

EST Synopſis elegantiſſimi Operis, quod de Luſatia generoſisſimus Autor meditabatur. In illo non tantum Hiſtoriam patriæ prolixe tradere, verum etiam exactam chorographicam & politicam deſcriptionem Marchionatuum dare intendit. Magnam de hoc opere Viri docti ex politisſima hac delineatione ſpem conceperant, quæ omnis morte illuſtris Scriptoris ad irritum cecidit. Multo interim in pretio ipſe hic Prodromus habetur, cum etiam in brevioribus hiſce poſitionibus nonnulla lateant, quæ rebus Luſaticis lucem afferre poſſint. Sequitur

II. ABRA-

II. ABRAHAMI FRENCELII LUSATIÆ UTRIUSQUE NOMENCLATOR. p. 23. - - 63.

NOn ultimus Hiſtoricorum labor eſt in locorum nomina & appellationes inquirere. Verba rerum ſigna ſunt; Denominationes inprimis civitatum pagorumque ad certa facta aliaque memorabilia reſpiciunt. Unde utilitas ſtudii etymologici in Hiſtoriæ oculos incurrit. Sed difficillimum eſt propter magnas mutationes, quibus linguæ obnoxiæ ſunt, ad primas notiones recurrere. Experimur illud quotidie in ſtudio antiquitatum germanicarum, quæ inextricabiles ſæpius ſunt. Auget has difficultates confuſio linguæ germanicæ cum Slavica & Venedica, quæ cum potentisſima ſua gente omnem pene Germaniam peragravit. Hinc ea ad patrias antiquitates æque ſcitu neceſſaria eſt, ac ipſa germanica. Imo olim publica lege linguæ hujus ſtudium ipſis Electorum filiis commendatum fuit. a) Optime igitur THOMAS REINESIUS, b) *Slavicam*, inquit, ſeu *Slavonicam linguam gentis Sarmaticæ Venedorum, quæ in Germania, transmiſſo Viſtula & Danubio, e Scythia in Illyrico Dalmatiaque late habitavit olim hodieque plures ejus Provincias inſidet, malo more ceu ruſticam impexam ſordidamque & indignam homine liberali* δουλοπρεπῆ *& polituli nonnulli derident; contra pro Jovis cerebro habent, ſi quid transalpinum Italicum Gallicumque inter æquales tinnire norint; Is neglectus quantum inſcitiæ & tenebrarum in rebus vicini & aquilas easdem nobiscum venerantis populi Germanis objiciat, ſero nimis & cum deplorare ſolum poſſunt ſentiunt.* Et omnino inſervit hujus linguæ notitia egregie ad indagandas innumerorum Germaniæ locorum origines: multæ enim ex præſtantisſimis Germaniæ inprimis Septentrionalis civitatibus natales illuſtri huic genti debent. MATTHIAS MIECHOVIUS c) civitatum a Slavis conditarum ſequentem Catalogum dedit: *Vislaus condidit Mieczziboc, quod nunc Meidburg dicitur, Sobieslaus Caſtrum Daley, quod Dalemburg vocatur; Visſimirus caſtrum Visſimirium (hodie Wismariam), in confiniis Weſtfalorum & Friſonum* Brzemie (*Brema hodie*) *ut ſuſciperet hoſtium Brzemie id-eſt pondus; caſtrum Swerin, Caſtrum Lima (hodie Lim vel Lineburg) in petra lucente, Slavi enim nocturnum ſplendorem Lima vocant, Bukowecz hodie Lubeck, Caſtrum Rathibor; caſtrum Lukow a quodam Miclone conditum, unde Germani Mickelburg vocant; caſtrum Gilow a craſſitudine terræ, caſtrum Roztoky a diſſolutione aquarum; caſtrum Verla a credulitate; caſtrum Zwanow a vocando (vocatus enim Zwany, Slavice dicitur) item Caſtrum Oſtraw ſeu Inſula Guſtrau, in qua Inſula hodieque ſtant Tesſin, Marlow, Bolel, Trebeſſow, Wolgoſt, (Wolgaſt), Czarny, Wolinecz & cætera plura, quæ natio Teutonica occupavit, paucis populis Slavis in jure hodieque permanentibus.* Index hic valde augeri poſſet, ſi aliarum provinciarum loca numerare vellemus, quæ a Slavis ortum habent. De Sileſia HENELIUS d) expreſſe docet, graviter inſanire illos, qui *originem urbium & oppidorum Sileſiticorum & nomina aliunde, quam e Slavica lingua conantur deducere.* De Miſnia D. ANDR. MOLLERUS e) teſtatur, nomina urbium & pagorum in Miſnia, quæ in antiquis Diplomatibus & aliis ſcriptis in iz, in & ow deſinunt, omnes eſſe Slavonicæ originis, ut Lipiz, Chemnitz, Rochliz, Deliz, Coldiz, Oſchiz, Liſniz, Groiz &c. Misſin, Wurzin, Dublin, Stolpin, Mogellin, Nusſin, Dalin, Schmollin, Luzin &c. Torgow, Prinow, Wivickow, Scopow, Zwenckow, Luccow, Glauchow, Strelow &c. Plura de Slavicæ linguæ uſu colligit BALBINUS. ſ) Quid de Luſatia noſtra dicendum, antiquisſima Sorabicæ gentis ſede, quæ hodie adhuc anguſto terræ tractu tam famoſæ & amplisſimæ gentis genuinos poſteros ad tenuem quidem conditionem redactos morum tamen ſuorum linguæque tenacisſimos nutrit & conſervat? Clarisſima hujus gentis veſtigia undique deprehendimus: gratum igitur & acceptum antiquitatum ſtudioſis hunc Nomenclorem civitatum & pagorum Luſatiæ fore credimus. Autor eſt ABRAHAMUS FRENCELIUS, *Paſtor Eccleſiæ Schönavienſis* fidelisſimus, Vir antiquitatum Luſaticarum linguæque Sorabicæ

a) Aurea Bulla in fine.
b) Lib. I. Var. Lect. c. 14.
c) Hiſtor. Polon. Lib. I. Cap. IX.
d) In Sileſiographia.
e) In Proem. Tract. de Vita patris ſui.
ſ) Miſcell. Reg. Boh. Lib. III. C. XX. §. IV. & V. p. 234.

bicæ peritiſſimus, nec non in multis aliis litteris egregie verſatus, qui hactenus indefeſſo ſtudio patriæ Hiſtoriam excoluit & doctisſimam ſuppellectilem commentationum de Luſatiæ rebus posſidet, quarum nonnullas impræſentiarum publicam in lucem prodire paſſus eſt. Optamus, ut etiam reliqua Viri docti ſcripta, inprimis, quæ Sorabicam linguam & antiquitates Slavicas tractant, typis committantur, cum Germaniæ Hiſtoria in hoc capite nimio adhuc defectu laboret, & nondum ſufficientia adſint media, quæ vetuſtisſimam hanc linguam, tot diverſarum linguarum matrem, ab interitu conſervare, & eam diſcendi cupidis faciliorem reddere queant. Querendi cauſam inde habuit GEORGIUS FRIDERICUS MITHOFIUS in epiſtola *de lingua Winidorum Luneburgenſium*, quam de omni litterarum genere meritisſimus Vir, celeberrimus DN. ECCARDUS cum illuſtris LEIBNITII Collectaneis Etymologicis imprimi curavit, quod in Venedica vel Slavica lingua nulli vel potius pauciſſimi extent libri, cui defectui nemo promptius atque felicius mederi poſſet doctisſimo FRENCELIO, a quo Lexicon Sorabicum locupletiſſimum magno cum deſiderio expectamus. Interim nobis hic præbet urbium, oppidorum, Montium & fluviorum Luſatiæ utriusque Nomenclatorem, cujus maximam partem ex Sorabico idiomate petiit, ita ut præſens tractatus ad vetuſtiſſimarum Luſaticarum rerum notitiam apprime utilis ſit.

III. Diſſertationes Hiſtoricæ Tres de Idolis Slavorum, Præſide JOHANNE PETRO LUDOVICO in Academia Wittebergenſi habitæ à MICHAELE FRENCELIO. pag. 63 - - 84.

IV. ABRAHAMI FRENCELII Commentarius Philologico-Hiſtoricus de Diis Soraborum, aliorumque Slavorum. p. 83 - - 236.

QUod SCHEDIUS in rariſſimo tractatu de Germanorum Diis, id in præſenti FRENCELIUS de Diis Soraborum aliorumque Slavorum præſtitit. Edidit quidam MASIUS Schediaſma Hiſtorico-Philologicum, de Diis Obotritis ſeu Idolis Mecklenburgenſium Hafniæ a. 1688. ſed non egit de omnibus Slavorum idolis, cum ipſi primario ſermo ſit de RADEGASTO. Nuper quoque PUSTERUM, Vetus Germanorum Idolum, doctiſſima diſſertatione repræſentavit Academiæ Giſſenſis decus, IMMANUEL WEBERUS, *Jurium & Hiſtoriarum Profeſſor.* AST FRENCELIUS omnem Slavorum idololatriam excuſſit, integrumque idolorum exercitum produxit. Omnia collegit, quæ huc faciunt, & vix credo ipſum fugiſſe locum quendam memorabilem, qui ad illuſtrandam Slavorum & Soraborum ſuperſtitionem aliquid conferre potuisſet. Neque digreſſiones, quas non raro in alias prorſus materias facit, ingratæ Lectori eſſe poterunt, cum vel plerumque curioſa & non vulgaria contineant, vel quæ Theologum ſcribere nullo tempore nullaque occaſione dedecet.

Utiliſſimum hunc tractatum variæ excipiunt diſſertationes, orationes & programmata, quæ cum cito interire & e manibus legentium fugere ſoleant, non raro autem non ubivis obvia contineant, colligi merebantur. Sunt vero ſequentes.

V. M. GEORGII KRUGERI Diſputatio Hiſtorica de Serbis, Venedorum Natione, vulgo dictis die Wenden. p. 237.

VI. JOH. BARTHOL. BECMANNI Diſput. Chorographica de Luſatia. p. 243.

VII. CASP. SAGITTARII Hiſtoria Luſatica, Reſpondente JOH. CHRISTIANO NESENO. p. 249.

VIII. CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHII Diſſ. de Luſatia. p. 265.

IX. MICH. HENRICI GRIEBNERI Programmata duo, quorum primum de Jure Civitatis Germanicæ Luſatiæ competente, alterum de Marchione Gerone. p. 273.

X. ADAMI ERDMANN MIRI Oratio de rebus Luſatorum. p. 280.

XI. JOH.

XI. JOH. GEORG. KUNSCHKI Diſſertationes Hiſtoricæ de Luſatia p. 293.
XII. SAM. GROSSERI Diſſert. Philologico-Hiſtorico-Politica de Bullis Imperatorum aureis, inprimis iis, quæ in Gorlicenſi aſſervantur Curia, p. 320.
XIII. PETRI JÆNICHII Conſpectus Luſatiæ Literatæ. p. 326. Clariſſimus Autor Vitas modo Eruditorum, qui nati ſunt in LUSATIA INFERIORI, recenſet.
XIV. CHRISTOPHORI STAUDII Parnaſſus Gorliciorum p. 354.
XV. CHRISTIANI WEISII Oratio ſecularis de ortu & progreſſu ſcholarum per Luſatiam ſuperiorem. p. 368.
XVI. CHRIST. FUNCCII de Cœnobii Gymnaſiique Gorlicenſis Ortu ac Progreſſu. p 379.

TOMUS TERTIUS SCRIPTORUM RERUM LUSATICARUM.

OMnis hiſtoriæ notitia minoris utilitatis eſt, ſi in ſola rerum præteritarum ſcientia acquieſcat, & non ad alios uſus, inprimis cognitionem accuratam juris tam publici, quam privati applicetur. Quam ampliſſimum enim jurium Germanicorum ſit ſtudium, quotidiana loquitur experientia, quæ docet, quantum a jure romano, & canonico legibusq; imperii univerſalibus particularium provinciarum jura, leges & conſuetudines recedant. Harum rerum notitia, cum inprimis extraneo acquiſitu difficillima ſit, non ſpernenda ſunt ſcripta, quæ privata & publica cujusvis provinciæ jura excutiunt. Commovit illud præſentis Voluminis Collectores, ut diſperſas & fugitivas de Luſatiæ particularibus juribus diſſertationes colligerent & præſenti tomo includerent. De jure publico pauca dicta ſunt, idque a nemine, quantum novi, ex dignitate traditum, licet ampliſſimus de diverſis materiis diſſerendi campus ſupereſſet. Examinandum eſſet vinculum, quo hæc provincia S. R. I. nectitur, an juribus provinciarum germanicarum fruatur, quod illi perperam negant, qui, neſcio quam, conditionem ſlavicam Marchionatui affingunt, videndum de juribus & legibus Slavicis, de ſeptem feudis vexilliferis Saxoniæ, de loco, quem in Matriculis imperii, nempe Norimbergenſi anno 1431. Norimbergenſi 1467. in fine, Ratisbonenſi 1471. in fine, Norimbergenſi 1480. Colonienſi 1488. Luſatia habuit, de Appellationibus Magdeburgum factis, an a judicio Cameræ Imperialis eximatur, de natura feudi Imperii, de diverſis Dominis, in quorum poteſtate fuit, an ad Regem Bohemiæ, ceu Electoris poſſeſſio, pertineat, an Marchioni in Comitiis Imperii aliquando fuerit locus, de incorporatione cum regno Bohemiæ, de pactis diverſis & inprimis noviſſimis & illuſtrioribus hujus Marchionatus, de obligatione ad præſtanda imperii & Bohemici regni onera, de inſignibus, de Regalibus & ſingularibus juribus ac privilegiis Marchioni competentibus. Hæc & multa alia accuratam deſiderant inquiſitionem. Si porro ad interiorem regionis ſtatum nos convertamus, multa de ejus conditione, de ordinum provincialium privilegiis, de civitatum pactis, de nobilium juribus, de feudorum Luſaticorum natura dici poſſent. Quod ad feuda attinet, ſpeciales proſtant diſſertationes, quas in hoc Volumine exhibemus, nempe

I. JOANNIS PETR. LUDEWIG Differentiæ juris feudalis atque communis Reſpond. *DANIEL RIECH.* p. 3.
II. Ej. Differentiæ juris Communis & Luſatici in legitima atque dote, vom Lehns-Pflicht-Theil. Reſp. *JOH. GODOFR. STEUDNERO.*
III. SAM. STRYKII de Feudis Luſatiæ ſuperioris Reſp. *NIC. LIB. BAR. DE GERSDORFF.* p. 54. Has ſequuntur.
IV. D. CHRISTOPHORI DOHNDORFII de Juriſdictione Eccleſiaſtica Reſp. *SAM. FRIDER. GROSSERO.*

V. JOH. BALTH. WERNHERI de Jure circa Honores Senatorios Senatibus in genere ſpeciatimque Hexapolitanis competente, Reſp. Carolo *GUILIELMO LIMMER*. p. 98.
VI. CHRIST. WILDVOGELII Statutorum Budiſinenſium Collatio cum jure Civili & Saxonico communi, *Reſp. CHRISTIAN. GOTTLOB KAULFUS* p. 116.
VII. HENR. BODINI Different. juris Statutarii Zittavienſis a Jure Civili, *Reſp. JOH. CHRISTIAN JOHNE.* p. 126. 153
VIII. GODOFREDI NICOL. SCHLEENSTEIN conſenſus Succesſionis ab inteſtato inclytæ Reipublicæ Zittavienſis cum jure Civili & Saxonico Reſp. *DANIEL PAULI.* p. 160.
IX. ANDREÆ MYLII de *Morgengaba Zittavienſi, Reſp.* JOH. HENR. a LANCKISCH. p. 174.
X. JOH. CHRISTOPH. SCHACHERI Diſſ. de hominibus Glebæ adſcriptis Luſatiæ ſuperioris *Reſp.* JOH. GODOFR. STEUDNERO. p. 184.

SCRIPTORUM LUSATICORUM TOMUS QUARTUS & ULTIMUS.

Scriptores, quos ultimum volumen includit, maximam partem Luſatiæ Hiſtoriam levi modo brachio attingunt: conſultum tamen viſum fuit illos Scriptoribus rerum Luſaticarum jungere, cum hactenus ſeorſim excuſi, extra Scriptorum Germanicorum volumina vagati, rareſcere inciperent, & omnino digni eſſent, ut recuderentur & in majorem aliquam collectionem reciperentur. Hæcque occaſio & cauſa, cur hic videas

I. CHRONICON MONTIS-SERENI ſive Lauterbergenſe p. 31-106.

Debemus illud Celeberrimo quondam Viro, JOACHIMO JOHANNI MADERO, Polyhiſtori & Hiſtorico Præſtantisſimo, qui inſigne hoc antiquitatis monumentum e tenebris Helmſtadii A. clↄ Iↄclxv. protraxit. Quæ de hoc Chronico ejusque fatis dici poſſunt, monuit Editor in doctisſima præfatione, quæ de monaſteriorum in Germania origine & conditione fuſius agit. Hic quædam in compendio repetenda ſunt. Chronicon hoc Lauterbergenſe ſive Montis Sereni a MARQUARDO FREHERO erutum, HENRICUS MEIBOMIUS, ut evulgaret, acceperat; quod cum Meibomius, neſcio, quo fato impeditus, non præſtitiſſet, pervenit in *MADERI* manus, qui religioni ſibi duxit, illo ulterius Germaniæ Hiſtoriæ ſtudioſos privare. Fuit olim in GEORGII FABRICII & PETRI ALBINI manibus, qui in ſcriptis ſuis aliquando ad id provocant, ſæpiusque ejus ſub nomine CONRADI LAUTERBERGII meminerunt. Opinatur tamen MADERUS, a) extare aliud adhuc CHRONICON ex LAUTERBERGIO contractum, illudque adhuc dubio procul in Saxonicis Bibliothecis latere, & latuit omnino hactenus nemini huc usque viſum. Quod ad præſens attinet CHRONICON, hiſtoriam integri ſeculi continet, nempe ab anno 1124. ad 1125. Non ſubſiſtit in enarrandis fatis ſui monaſterii, quod non procul ab Hala Saxonica ſitum eſt, ſed ulterius progreditur & aliena quoque in vicinis provinciis notatu digna juxta annorum ſeriem memorat: Ita enim Autor in præfatione: *Non inutile credidi, quia propria deerant, aliena mutuare, & ad eum quem prædixi effectum ſupplendum aliorum geſta & caſus extrinſecos, hoc eſt, ad propoſitum non pertinentes, dignos tamen memoria, noſtris interſerere.* Imo ſtetit promisſis & inprimis multa de Celſisſimorum Miſniæ Marchionum familia narrat, ex quibus MADERUS b) genealogicam tabulam confecit, quam in præfatione ad hoc Chronicon exhibet.

a) in Præfat. p. 12.

b) p. 27.

II. LI-

II. LIBER DE FUNDATIONE MONASTERII Gozecenſis p. 106.

PErvetuſtum hoc Chronicon MADERUS a) monumentum plane eximium, atque excellentium Virorum judicio digniſſimum, quod in gratiam Saxonicæ antiquitatis integrum evulgetur, in præfatione dicit. Nullo ſane ex alio Scriptore Palatinatus Saxonici, a Gozecenſibus primum ſeu Wetinenſibus ad Sommerſeburgios Comites & inde ad Henricum Leonem, ab hoc ad Thuringiæ Landgrafios, & hinc de novo ad Miſniæ Marchiones, Wetinenſium progeniem, traducti hiſtoria, judicante *MADERO*, melius diſci poteſt. Partem hujus Chronici REINECCIUS, & quidem eam, quæ antiquorum Saxoniæ Palatinorum familiam concernebat, cum WITICHINDO CORBEIENSI Francofurti MDLXXVII. dederat. Integrum illud caſu inopinato ex veteri MSto ad ſe delato doctiſſimus MADERUS in lucem protraxit. Habes in illo Hiſtoriam ab anno Chriſti ↄↄxLI. ad Annum ↄↄxxxv.

a) Præfat. p. 10.

III. LIBELLUS DE FUNDATIONE COENOBII BISAUGIENSIS p. 118.

PRæſens Chronicon partim Epitome eſt ex MONACHI PEGAVIENSIS vita Viperti, partim Continuatio iſtius Chronici. Monachus in anno MCXXIV, qui Viperti emortualis eſt, deſinit, in præſenti libello autem hiſtoriam usque ad annum MCCXII. deſcriptam invenies, quæ non tantum ad monaſterii fata ſpectat, verum etiam res vicinorum epiſcopatuum & provinciarum, imo totius imperii res concernit.

IV. FUNDATIONES, QUORUNDAM GERMANIÆ MONASTERIOrum, collectæ quondam per Monachum Benedictinum. p. 128. - - 137.

V. SLESIA BRESLA ſ. Totius Sileſiæ deſcriptio. p. 138.

NOn injucundum carmen, cujus Autorem rudi ſatis ſtylo conſcripta præfatio prodit. Frater Pancracius Vulturinus Eremita de monte Cervino, Civitate in Sileſiæ finibus non incelebri panegyricum hunc circa annum MDVI. tempore, ut dicit Autor præfationis, *quo aurea quaſi ſecula currebant*, compoſuit. Scopus Poetæ fuit laudes & encomia ſuæ patriæ in compendio exhibere, & id eſt, quod pro virili præſtitit, inſigniores Sileſiæ atque Luſatiæ urbes elogiis ornans. Communicavit hoc ſcriptum ex inſtructiſſima ſua Bibliotheca & elegantiſſimorum MSCtorum theſauro *Vir adjuvandas & promovendas bonas litteras natus* promptiſſimusque Dn. JOHANNES BURCHARDUS MENCKENIUS Conſiliarius & Hiſtoriographus Regiæ Polonicæ Majeſtatis & Profeſſor Hiſtoriarum in Academia Lipſienſi Celeberrimus, cui etiam publicas hic perſolvimus grates.

VI. EXCERPTA EX ANDREÆ HOPPENRODII Annalibus Gernrodenſibus. p. 144 - 155.

HOPPENRODIUS an POPPENRODIUS Autor horum annalium fuerit, dubium MEIBOMIIS, eorum Editoribus, viſum eſt. a) Tandem Hiſtoricus Seculi noſtri optimus Dn. JOH. CHRISTOPHORUS BECMANNUS in præſtantiſſimo opere de Hiſtoria Anhaltina b) docuit, ANDREAM POPPENRODIUM, Paſtorem Gernrodenſem, genuinum hujus libelli autorem eſſe, quod cum ex MSCtis, quæ in principum Archivis conſervantur, didicerit, certo aſſerere & errorem, quando ANDREAS POPPENRODIUS, Autor libri genealogici dicti Stammbuch, cum Poppenrodio confunditur, vitandum eſſe monere potuit. Integros annales hic non exhibemus, excerptis iis, quæ de Gerone illuſtriſſimo Luſatiæ Marchione referuntur, & in præſenti collectione

a) Meib. Script. Rer. Germ. Tom. II. p. 465. 466. 475.

b) Becmann. P. I. Cap. I. p. 8.

Scriptorum de Luſatiæ rebus non prætermitti poterant. Plura qui deſiderat, doctiſſimorum MEIBOMIORUM Collectionem, quæ in omnium manibus eſt, adire, & elegantes Duum Virorum litteratiſſimorum notationes conſulere poteſt.

VII. CASP. HENR. GRAUNII DALEMINCIA SLAVORUM.

p. 155 - - 167.

a) De Pagis Germaniæ.

Erudita hæc de Dalemincia diſquiſitio a diligentiſſimo PAULINO a) edita, locum hic quoque invenit, cum de antiquiſſimo pago agat, qui fines Luſatiæ proxime attingit & arctiſſimo vinculo ita jungitur, ut cum illa ſæpius communia fata habuerit.

VIII. Appendix Diplomatum atque Documentorum.

p. 168 - - 222.

Sine lege loqui erubeſcendum eſſe Jure Conſulti dicere ſolent: *Sine diplomatibus & documentis loqui, erubeſcendum eſſe* non inepte de Hiſtoricis aſſerimus. Magno igitur hactenus ſtudio Germani noſtri ex tabulariis, archivis & monaſteriis antiquiſſima monumenta conquiſiverunt. Operæ igitur pretium fuit collectionem diplomatum ad Hiſtoriam Luſatiæ ſpectantium inſtituere, quorum LVI. hic vides, quæ omnia latino idiomate, reſervatis germanicis documentis in alium locum, conſcripta ſunt. Nonnulla invenies, quæ Dobrilugenſe inferioris Luſatiæ monaſterium attinent, quæ, licet valde ſpecialia ſint, noſcendis & dijudicandis terminis, nec non ſupplendo Marchionum atque Dominorum Luſatiæ Catalogo inſerviunt. Fecit nuper mentionem Codicis diplomatici Dobrelucenſis *Vir ampliſſimus & Doctiſſimus* Dominus BURCARDUS GOTHELF STRUVIUS, a) qui in Bibliotheca Academiæ Jenenſis aſſervatur. Videtur Viro Celeberrimo ſub primordia Seculi XV. ſcriptus. Continentur illo Diplomata Imperatorum, Landgraviorum Thuringiæ, Marchionum Miſniæ, Terræ Orientalis atque Luſatiæ, Comitumve & Burggraviorum diverſorum: deſcripta illa quoque ex authenticis exemplis, cum ligna habeat Codex omnia libri, quem appellatione in Archivis Principum & cœnobiorum recepta, *ein Copial-Buch* vocamus. Permultis diplomatibus ſubjectæ ſunt ſignorum Notæ & amplior Sigillorum cum a materia tum imaginibus deſcriptio, quam pene ſequitur ſingulorum Diplomatum expoſitio vernaculo ſermone facta. Promiſit Vir Doctiſſimus, ſe ſuis faſcieulis inſerturum eſſe plura ex præſtantiſſimo hoc Codice documenta, quem tamen forte brevi typis integrum exſcriptum videbimus. Hic inſigniora excerpta invenies & collecta diplomata, quæ ad noſtram Luſatiam ſpectant. Cum autem nonnulla fuerint omiſſa, quæ locum inter Luſatiæ noſtræ documenta merebantur, non inconſultum erat poſt meſſem ſpicilegium ſequens inſtituere.

a) in Actis litterariis Tom. II. Faſc. VI.

FORMULA CESSIONIS INTER WENCESLAUM REGEM BOHEMIÆ ET FRIDERICUM MARCHIONEM MISNIÆ.

d. a. 1289.

IN nomine Domini Amen. Notum ſit in perpetuum univerſis & ſingulis, tenorem preſentium inſpecturis: Quod Ego Fridericus Dei gratia Miſnenſis & Orientalis Marchio, Princeps & Hæres terræ Luſatiæ, Magnifici quondam Domini Henrici Miſnenſis & Orientalis Marchionis junior filius, de maturo & deliberato meo, amicorum & fidelium meorum, conſilio, eosdem meos Marchionatus & ipſum Principatum & terram Luſatiæ ac ſpecialiter; Terram meam Miſnenſem per prædictum Dominum & patrem meum de expreſſa voluntate & conſenſu fratrum meorum, Domini Alberti Landgravii Thuringiæ & Domini quondam Theoderici felicis memoriæ Marchionis de Landesberg, ſpecialiter mihi traditam & donatam, nec non titulum & dignitatem & honorem ipſorum Marchionatuum & Terrarum & de nomine caſtrorum Scharffenberg, civitatem & caſtrum Dreſden, caſtrum & civitatem

tem Perne, caſtrum Borſeſtein oppidum Dypoldesvvalde: Caſtrum Vrovvenſtein infeudatum, caſtrum Levvenſtein, caſtrum & civitatem Seydovve, civitatem Heyn, & omnia bona & poſſesſiones in diſtrictu ſeu judicio ejuſdem civitatis Heyn ſyta, infeudata, & non infeudata. Item: caſtrum Statim infeudatum, caſtrum Tyſenowe, villam Sumewytecz cum ſuis pertinentiis infeudatam, caſtrum Radeberg infeudatum caſtrum Lobentell, caſtrum Wylin, oppidum Redeberg, munitionem Luſenycz, caſtrum Musſin infeudatum, caſtrum Lychtenwalde infeudatum, caſtrum Sachſenberg infeudatum. Item omnia bona illa caſtra videlicet & civitates oppida & villas, quas ipſe Dominus Pater meus claræ memoriæ ab eccleſia Herweldenſi tenuit, & quæ mihi ab Eccleſia ſunt in feudum collocata &c. &c.

Do, trado, & permuto jure proprio in perpetuum, meo & omnium hæredum meorum nomine, Sereniſſimo Domino Wenceslao Regi Boemiæ præfato & Marchioni Moraviæ.

Et hoc nominatim pro caſtris & munitionibus Fürſtenberg, Polycz, Landescrone, Landesberg, Orthæ, Muthæ, Selim, Wiſchenis & Knos, Hoenſtein, Hoenſtat, Zwichawia, & pro annuis reditibus asſignandis & deputandis, mihi per eundem Dominum Regem ad quantitatem Quatuor millium & quingentarum Marcharum argenti uſualis & ponderis Pragenſis &c. Contulit mihi inſuper & hæredibus meis Dominus Rex advocatiam in Luthomyſlchel in idem concambium. Actum & datum Pragæ Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, octuageſimo nono Octava Idus Februarii, Indictione ſecunda.

CONTRACTUS PERMUTATIONIS ARCHIEPISCOPI Magdeburgenſis Wichmanni concernens bona nonnulla in Luſize Marchia ſita. A. D. MCLXXXV.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Wigmannus Dei gratia Sancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus. Ne per oblabentis temporis curſum aut per oblivionis caliginem facta noſtra aliquam inde dampnoſam inveniantur habere contrarietatem, oportet, quod ea, quæ rationabiliter facimus, privilegia noſtra diſtingvant & elucident. Ea propter notum eſſe volumus tam futuris quam præſentibus, quod nos bona, quecunque in Marchia Luſize Nienburgenſis eccleſia quiete poſſederat, ad uſus noſtros communi & unanimi omnium aſſenſu commutavimus, ita quod in recompenſationem eorundem bonorum his tribus villis Bobowe videlicet Criwize & Bodendorp in Manſis decem Talentorum redditur in annuo cenſu asſignavimus, inſuper in terra noſtra, quæ Juterbock dicitur, centum Manſos contiguos ad menſuram Flandrenſium Manſorum & qui ad ferendum frumentum ſint fertiles in idem concambium addidimus, & ad hec colenda & inſtauranda in nemore noſtro Ztrekovve de paſcuis & ſilvis L, Manſos adjecimus. Preterea ſervitium, quod pretaxata Nienburgenſis eccleſia nobis & ſucceſſoribus noſtris ab antiqua inſtitutione quolibet anno dare tenebatur, eidem conventioni inſerentes, quod in Dominica Palmarum nobis ſerviebat, ad ſupplementum prebendarum fratrum inibi militantium indulſimus & obſervari decernimus in perpetuum. Hinc igitur commutationem ſive conſtitutionem firmam & inconvulſam eſſe volentes, & temerariis malignorum auſibus factum noſtrum irritare volentibus in poſterum occurrentes, auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & noſtra ſub anathemate roboramus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Siſridus Abbas Herſveldenſis, Rokerus Major Prepoſitus, Albertus Archi-Diaconus, Gero Vice-Dominus, Henricus Magiſter Stolarum. Conradus frater Burgravii, Godeſridus, Romarus, Siſridus, aliique Canonici Majoris Eccleſie. Olricus Prepoſitus Eccleſie Beate Marie, Fridericus Sebergenſis Prepoſitus. Laici vero: Bernardus Dux Saxoniæ, Dedo Marchio Orientalis, Burchardus Burggravius Magdeburgenſis, Rodolſus de Jericho, Henricus Sculthetus Magdeb. Gerbertus Advocatus, Huboldus Sculcetus de Calve, aliique quam plures tam Clerici quam Laici. Actum Anno Dnice Incarnationis MCLXXXV. Indictione III.

Hic eſt, *Lector Benevole*, Conſpectus Scriptorum, quos inſtructiſſima Zittavienſis Senatus Bibliotheca tibi offert. Agnoſces ex eo inſerviendi animum & promptitudinem, quæ tibi tam liberaliter omnem ſuum de rebus Luſaticis apparatum

recludit. Plura & non minus grata impoſterum expectare ab illa poteris, cum in conquirendis & colligendis hiſtoriarum & litterarum monumentis iisque pretioſo huic theſauro inferendis, ampliſſimus Senatus, *tot eximiorum, præſtantiſſimorum & doctisſimorum Virorum* Collegium, nullis ſumptibus parcat. Hoc igitur Rerum Luſaticarum Volumen in Majorum & patriæ gloriam collectum accipe, lege & diſce, nec Luſatiæ deeſſe illuſtria nomina, Heroes, præclarosque Viros, qui de republica imo tota Germania egregie meriti ſunt, nec illam deficere Viros doctos, qui optimis ſcriptis memoriam præclare actorum ab interitu vindicare & poſteritati conſervare ſtuduerunt, in quo laudatiſmo inſtituto hodie adhuc laborare vidimus *Virum prænobilisſimum & doctisſimum Dominum* SAMUELEM GROSSERUM *Rectorem Gymnaſii GORLICENSIS meritisſimum*, nec non Ampliſſimum atque Conſultiſſimum Virum D. JOHANNEM BENEDICTUM CARPZOVIUM *Regiæ Majeſtatis Polonicæ a Commisſionibus Conſiliarium*, *Syndicum Zittavienſis Reipublicæ Gravisſimum*, qui accuratisſimis multoque cum judicio & doctrina elaboratis de Luſatiarum Marchionatibus & de Zittavienſi civitate ſcriptis ſuam in patriæ hiſtoria omnique litteratura peritiam prodiderunt, noſtræque Luſatiæ fata & gloriam in multo illuſtriore loco collocarunt. Concedat divina providentia dilectiſſimæ patriæ ea tempora, quibus præteritorum malorum & calamitatum acerbam recordationem perceptione præſentium ſpeque futurarum felicitatum & quietis edulcare ac temperare poſſit. Clementiſſimo huic Numini, Germaniam, Luſatiam, Teque, LECTOR BENEVOLE, commendo.

Vale. Dab. Lipſiæ. MDCCXVIII. die IX. Octob.

HISTO-

Digitized by Google



MAPPA GEOGRAPHICA
MARCHIONATUS
LUSATIÆ
INFERIORIS.
HERRSCHAFFT FRIEDELAND
HERRSCHAFFT LIEBROSE
HERRSCHAFFT NEU ZAUCHE
CAHLAUISCHER
CREISS
Spree
DOBRILUCK




SIC NOTANTUR.
URBES CELEBRES.
OPPIDA
Monasterium
Arces
Pagi cum Templo.
Pagi
Oder Fluss
STIFFT
SCHER
HERRSCHAFFT
CREIS.
SCHLE
SIEN
ER LAU
SITZ
GUBEN
SORAU
CHRISTIANSTATT
SOMMERFELD
PRIBUS
MUSCA
Halbe
FÜRSTENBERG
Schildo

Digitized by Google


Digitized by Google



DIE
OBER
LAUSITZ.
MARCHIONATUS
MISNIÆ PARS
BOHEMIÆ
HERRSCHAFFT
Budissin
Camentz
Pulsnitz
Hoyerswerda
Spremberg
J. L. Blanck sculp.


SORAU
SAGAN
SPROTTAU
Naumburg
LAUBAN
Greiffenberg
Seidenberg



Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



PRONO.
oder wie ihn andre nennen Prove Deus Justitiæ ac Fori der Obotriter Wenden Abgott



CRODO
Der Wenden am Hartz und in der alten Marck Abgott ſo auf dem Schloß Hartzburg u. zu Gardleben ſonderlich verehret worden



TRI
Der Wenden an der
Götze ſo ſonen, beruhm
Stadt Alt-Brandenbu



RADEGAST
Der Slaven und Sorben vornehmſter Krigs Gott deſſen berühmteſter Tempel zu Rethra.



SIWA.
oder die Göttin des Lebens, ſo von denen Slaven insgesambt, ſonderlich aber zu Ratzeburg verehret worden.



FLIN
Wie derſelbe be
in ſine Lib. II. R
worfen und b



TRIGLA

...den an der Havel vornehmſter ...ſeinen, berühmtſten Tempel in der ...: Brandenburg gehabt



POREVITH

Ein 5 köpfiger Götze u. vermeinter Gott des Raub... ...der bewegteriſe nicht nur auf der Inſul W... ...in, ſondern auch an andern Orten ſeine Tempel gehabt.



SVANTOVITH.

Der vornehmſte Götze der Slaven u. Sorb... deſſen vornehmſter Tempel auf der Inſul Rügen ...u. zu dahin alle Slaviſche Völcker ihre Opfer brachten.



FLYNS.

...e derſelbe bey dem Manlio ...n ſeine Lib. II. R. L. p. m. 69 ent... ...erfen und beſchrieben wird.



FLYNS

Wie derſelbe in denen Annalibus Budiſſin beſchrieben wird, u. bey de Dorff Oyne auf einē Felſen geſtand. haſoll



FLYNS.

Wie derſelbe in Görlitz in der Langen gaſſe über dem Wießnerischen Hauſe in Stein gehauen, zu befinden.

BIBLIOTHECA ...

Digitized by Google


Die Creutz Kirche.
Drey Linden so die drey Creutz bedeuten.
Der das Creutz allein tragende Jesus
Der ruhende vom Juden aber von seinem Hauſe fort getriebene Jesus.
Der Christi Creutz zutragen gezwungene Simon v Cyrene
Abbildung
der Ausführung Christi zu seinem sch
Leyden, nebſt Vorſtellung des ſo genan
heiligen Grabes und der Creut
Kirche in Görlitz
1719.


Christi ſchlaffende Jünger.
Der zu Grabe getragene Heyland
Christus nicht über ſich, ſondern über ihr Sünden zuweinen
Christi zu ſeinem ſchmertz
ſtellung des ſo genannten
rabes und der Creutz
in Görlitz

Digitized by Google

HISTORIA
DE
VITA ET REBUS GESTIS
VIPERTI,
MARCHIONIS LUSATIÆ, BURG-GRAFII MAGDEBURGENSIS ET COMITIS GROICENSIS,

A

MONACHO, QVI CHRONICI PEGAVIENSIS AUTOR EST, PRIMUM CONSCRIPTA, NUNC CUM JOANNIS GARZONIS HISTORIA, LUSATICÆ ANTIQUITATIS MONUMENTIS JUNCTA, IN PUBLICUM EMITTITUR

EX

SENATUS ZITTAVIENSIS BIBLIOTHECA.

Digitized by Google

Notationes breves in Hiſtoriam de Viperto Groicenſi Editioni ex officina Wecheliana anno 1580. a Reinero Reineccio Steinheimio adjectæ, quas nos B. L. præmonitionis ſeu introductionis loco præmiſſas offerimus.

§. I.

CUm de Viperto Hiſtoria quadam haud ſatis explicata habeat, viſum fuit notationem de his unam atque alteram noſtram adjicere. Ut ne ſcilicet quiſpiam lectorem attentum ſcrupulus remoraretur.

§ II.

Principio de genere Viperti regio relinquo omnia in medio. Neque enim ubi locorum aut gentium majores ejus primi rerum potiti ſint, vel alibi me legere memini, vel definiri de auctoris noſtri expoſitionibus poteſt. Quod ſi cui tamen eam ſequi conjecturam libet, oriundum Vipertum fuiſſe a Germaniæ populis antiquiſſimis, eoque Teutoniæ nomen alludere: quippe quod a Teutonibus profectum autor iis peculiariter accommodare tractibus videatur, quos alii Nordalbingis attribuunt, hoc eſt Holſatia, Stormariæ, Ditmarſia, quemadmodum ex Helmoldo planum fit, nihil reclamarim.

§. III.

Enimvero Ditmarſos a Teutonibus conditos, dubium nullum eſt,. ac ſi dicas Teutonas riparios aut continentis incolas, nempe a regionis ſitu. Eſt enim & ipſorum & Saxonum lingva Marſch *continens, & locus littoralis. Apparet autem, familiam & majores Viperti variis jactatos caſibus etiam fortuna varia rempub. atque ipſam regiam dignitatem geſſiſſe, imo bellorum qvodam indomito ſtudio ſedes crebro mutaſſe. Hinc enim eſt, quod Herlibo primus Brandeburgi, quod Wolfus primum in Pomerania, deinde in Dania conſedere.*

§. IV.

Nec improbarim conjecturam, Herlibone genitos filios commune iſtud Harlungorum cognomentum a veterum Harlungorum memoria, quos ex Alſatia in ea loca tranſtuliſſe perhibetur Carolus Magnus, & a quibus mons Harlungorum, hodie Maranus nuncupatus, in annalibus celebratur, repetiiſſe. In iisdem Herlibonis alteri magnum eum accolis Henetis uſum, ſingularemque benevolentiæ conjunctionem fuiſſe, augurari inde veriſimiliter poſſumus, quod filium alterum Heneto nomine Svetibor appellari voluit. Qui ita in paterna veſtigia ſucceſſit, ut ex ejusdem gentis lingva & ipſe filio ſuo nomen poſuerit.

§. V.

Ad alterum Herlibonis ſecundi filium, Svetiboris fratrem, Wolfum, ab adverſo in Danis exilii caſu regia ibi dignitas rediit, & idem tum familia Balſamorum regionem (nam ita annales nominant) acquiſivit: Quæ cum poſtea etiam Viperto F. manſiſſet, natus illo Vipertus alter, facta permutatione ab Udone Stadenſi Groiſcam in Myſorum finibus comparavit.

§. *VI.*

Minime autem hic nobis prætereundus ſcrupulus erat, quem plerique de Balſamorum regione ſibi injecere. Nam Brotuſius hoc nomine Holſatiam accipit: Qua in re quas vel rationes vel conjecturas ſequatur, incertum eſt. Ego hoc, quod ἰσάσους nullas habet, amplexari malim, nimirum Balſamorum regionem idem territorium eſſe, quod hodie etiamnum in Marchia veteri vocari das Balſamerland, oder Balſamer Weichbild, *a fluvio Balſamo, qui in agris collectus in alterum fluvium Uchtam infra Stendaliam ſe exonerat. Convenit enim hiſtoria Udonis Stadenſis: & includunt alii diſerte Balſamorum regioni Stendaliam, Oſterburgum, Arneburgum &c.*

§. *VII.*

Accedit huc præterea, quod habet Helmoldus lib. I. cap. 89. de gentibus ab Alberto Urſo in deſolatos Henetorum fines collocatis: Auſtrale, inquit, littus Albis eo tempore cœperunt incolere Hollandi advena, ab urbe Salcveldele (rectius fortaſſe Soltwedel) *omnem terram paluſtrem atque campeſtrem terram, qua dicitur Balſamerlande & Marſchinerlande, civitates & oppida multa valde, usque ad ſaltum Bojemicum poſſederunt Hollandi. Hactenus Helmoldus.*

§. *VIII.*

Cæterum ut ad mentionem de majorum Viperti in Nordalbingis Teutoniæ regno redeamus, ſi quis huic forſitan inde fidem derogandam exiſtimaverit, quod gentes iſtas a Carolo Magno bello ſubactas, exinde in Saxonum permanſiſſe ditione, ac familiæ Billingana paruiſſe conſtat, is e contrario & ad ea animum advertat, qua de gentium iſtarum ferocia paſſim auctorum monumentis prodita ſunt. Inde enim fieri potuit, ut pacis leges tam ſtricte non obſervarint. Quare ut vectigales tam Francis quam Saxonibus fuiſſe non negarim, ita αὐτονομίαν eos retinuiſſe, multa docent.

§. *IX.*

Neque a vero alienum eſt, eadem ex cauſa magiſtratus quos vellent legiſſe, atque in his etiam regiam dignitatem, forte veterum Saxonum exemplo, admiſiſſe. Ditmarſos quidem Henrici Leonis temporibus Comitem peculiarem habuiſſe, ex Helmoldi hiſtoria evidens fit. Et Nordalbingorum finitimis Obotritis Henetis nunc reges nunc principes imperaſſe certum eſt. Ut de Viperti majoribus id amplius ſuſpicer, regiam eorum dignitatem tantummodo arbitrariam extitiſſe, ſeu qua a populi ſuffragiis absque ullo hæreditaria ſucceſſionis jure penderet. Eodem enim retulerim, quod ſedes toties mutarint, cum ſcilicet domi fortuna incerta ſtarent.

§. *X.*

Ut autem ſtirpis propago rectius intelligatur, ſtemma hic breviter ſubjicio:

Fratres

Emelricus, Rex Teuton. — Ditmarus Verdunenſis. — Herlibo Brandeburgenſis.

Emelricus — Vridelo — Herlibo -- N. filia regis Norvegiæ.
Cognominati omnes Harlungi.

Wolfus, Rex Daniæ. — Svetibor.

Otho, Hermannus. — Vipertus. -- Sigena, Goſuini Comitis F. — Scambor.

Juditha, prima conjux — Vipertus, Comes Groicenſis, Marchio Luſatiæ. -- Cunegunda, altera conjux. — N. N. Filiæ duæ ἀνώνυμα.

Vipertus -- Cunegunda, Cunonis Bichlingi F. — Henricus. — Bertha.

§. *XI.*

§. XI.

Alterum, in quod animadverſione opus videbatur, de expugnata ab Imp. Cæſ. Henrico IV. urbe Roma, erat. Nam hac parte, ut auctoris noſtri expoſitio præclara eſt, & fortitudinis heroicæ laus debita Viperto tribuitur, ita in eo tamen, quemadmodum dicitur, aqua hæret, quod nec tempora in rerum geſtarum ſerie diſtingvit, & in Cæſaris poteſtatem Hiltebrandum Pontificem tum perveniſſe, atque inter eos pacis conditiones initas, affirmat.

§. XII.

Hoc enim cum Annalium conſenſu perpetuo pugnat: nec credibile eſt, Imperatorem tot ac tantarum injuriarum, quibus ab Hiltebrando affectus eſſet, memoriam tam facile deponere potuiſſe: aut quem jam Clementis III. nomine illi ſurrogarat, removere per contumeliam voluiſſe. Brotuſius in Commentario ſuo de vita Viperti, geminam Henrici Cæſaris adverſus urbem Romam & Hiltebrandum expeditionem inculcat: & prima captum hunc, atque ab Cæſare in gratiam receptum: altera vero iterum in poteſtatem redactum, Salernum in exilium miſſum, ait. Sed hoc ſcilicet eſt πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι, ſecundum adagium. Tantum enim unam Annales memorant.

§. XIII.

Neque relegatus a Cæſare Hiltebrandus Salernum fuit, ſed Roma ab Roberto Normanno, Cæſare in hybernis agente, abductus, iſthic deinde ſedit. Hoc ſatis conſtat, Cæſarem poſt Romam captam in Germaniam reverſum, inde in Italiam denuo invaſiſſe, ſed jam Hiltebrando defuncto. Fuerat & multis annis ante, extruſus nimirum iſthuc Principum adverſariorum injuriis: Verum per id tempus arma non expediit, ſed criminum, quorum inſimulabatur, expiationem Pontificem popoſcit. Qui cum ad hoc ſe iniquiſſimum præſtitiſſet, Imperator ut tum id, neceſſaria quadam tolerantia, diſſimulavit, ita res indignitas penetraſſe animum generoſum altius videtur.

§. XIV.

Cumque Hiltebrandus a novis injuriis non ceſſaret, Henricus ea tandem uſus vindicatione eſt, ut Synodi ſententia damnatum de Pontificatu deturbarit. A quo tempore cum is Salerni ageret, etſi inſana quadam pervicacia anathema in Imp. tertio repetiit, tamen jam moriturus eo oppreſſus conſcientia terrore perhibetur, ut per legatos ignoſci ſibi ab Henrico poſtularit.

§. XV.

In reliqua ſumere mihi limam haud libuit. Etſi hoc diſſimulandum non erat, quædam de Viperto ab auctore omiſſa. De quibus cum expoſitiones aliorum extent luculentiores, ut inde repeterentur omnia, ſatius eſſe duxi.

HISTORIÆ DE VIPERTO CONSPECTUS, UBI OCCURRIT:

Præfatio de inſtituto Autoris & Thematis Propoſitione.

Cap. 1. *De Viperti progenie ab avis & proavis.*

2. *De Viperti educatione, Groiſca in Miſuenſium finibus, ſacta ab Udone Stadenſi permutatione, comparata, & turbis, quas movit in Miſnia ſuis viciuit.*

3, *De Viperto præclare ſe in Germania & in Italia gerente.*

4. *De Urbe Roma Viperti opera capta, ejusdem Comitis reditu in Germaniam & Bohemiam, Nuptiis regiis ibidem celebratis & acquiſitione Dominatus Niſen & Budeſin.*

5. *De bello Imperatoris Henrici IV. cum Saxonibus, cui intererat Vipertus, de Groiſca a Viperto recuperata, ejusd. uxore & liberis, indignatione & invidia Cæſaris, quam incurrit Vipertus, & itinere ad Pontificem Romanum & Patriarcham Compoſtellanum.*

Cap. 6. *De Viperti Conſultatione de monaſterio fundando, eoque Pegaviæ fundato.*

7. *De Monaſterii Pegavienſis extructione abſoluta, ejusd. dedicatione, Poſſeſſionibus a Viperto monaſterio traditis, ejusd. incrementis, primis Abbatibus & Sedi Romanæ ſubjectione.*

8. *De Juditha, Viperti Conjugis Morte, Funere, Exequiis, Monumento, Viperti munificentia in Monaſt. Pegav. & egenos.*

9. *De alteris Viperti nuptiis cum Cunegunda, vidua Cunonis Bichlingii & Nuptiis filii ſui ſenioris.*

10. *De Imperat. Henrico V. Bojemum exauctorante, ejusd. Expeditione Polonica, Zeutipolco ſublato, Borvo reſtituto ejusque Borvi & Viperti Junioris captivitate.*

11. *De Rebus intra decennium, nimirum ab anno 1113. - - 1123. geſtis.*

12. *De beato fine, quo vita deceſſit Vipertus.*

PRÆFATIO.

Cur præſtantium Virorum res geſtæ literis mandentur.

GEſtá quorumcunque præſtantiſſimorum litteris mandari, veterum provida ſagacitas his de cauſis duxit commodum, ne qua videlicet vetuſtatis aut oblivionis obliteratione favorabilis eorum vita per ſuccedentia tempora mortalium animis excideret; quin potius, ſi qua fortia & honeſta facta attigiſſent, in his mentes audientium oblectarentur, ad imitationem quoque eorum jugi recordatione inculcata proficerent.

§. II. Cum igitur paganis, & veræ fidei penitus extraneis, id potiſſimum fuerit ſtudii, ut non ſolum propria, ſed etiam prædeceſſorum ſuorum geſta probabilia ſcriptis, ob commendationem perpetuam, vel ædificationem, conficta licet nonnulla, poſteris transmitterent, cur non potius nos Chriſti fidelium non tantum honeſta, ſed & felicia geſta ſcriptis & omnium laudum præconiis non efferimus? quorum vita multo probabilior, geſtorum memoria longe delectabilior, executio piorum operum effulſit fructuoſior.

§. III. Igitur de Wigberto Marchione, Bigavienſis cœnobii fundatore, intendentes ſcribere, primo quidem progeniem ejus ab avis & proavis paulo altius ordine repetentes, narrationem ordiamur. Dehinc quis, aut unde oriundus fuerit, ſummatim prælibaris, demum quæ cauſa conſtitutionis aut inſtitutionis ejusdem loci, divinitus, ut credimus, occaſionem dederit, quæve Inſtitutor ejus, tam ſecundum Deum, quam ſecundum ſeculum liberaliter ac ſtrenue feliciterque peregerit, quove fine vita deceſſerit, ſicut veridica eorum relatione comperimus, tum qui ab aliis audierunt, tum qui viderunt, & interfuerunt, quorum plerosque ſuperſtites vidimus, auxiliante Deo, ſimpliciter & ſine verborum ambagibus ſcire volentibus aperiemus.

Hic paucula Verba ad inſtitutum noſtrum accommodatiora mutavimus. Id quod indicandum erat, ne quis in eo forte aliquid deſideraret.

CAPUT. I.

CAPUT I.

De Viperti progenie ab avis & proavis.

Herlibonis filii Harlungi cognominati.

EMelricus, rex Teutoniæ, Ditmarum Verdunenſem & Herlibonem Brandeburgenſem ſtatres habuit. Herlibo tres filios, ſcilicet, Emelricum, Vridelonem & Herlibonem, qui Harlungi ſunt nuncupati, genuit. Ex his Herlibo, filia regis de Norwege ſibi deſponſata, ſobolem ſuam duobus liberis propagavit, quorum unum Svetibor, alrerum Wolfum nominavit. Svetibor Scamborem & ejus fratres habuit filios.

Wolfus ejusque fortuna.

§. II. Wolfus Pomeranorum adeptus primatum, deinde provincia pulſus ad regem confugit Danorum. Qui validæ juventutis virum, fama vulgante jam ante compertum, libenter ſuſcipiens, exinde robore corporis & animi conſtantia frequenter expertum inter præcipuos familiares ſibi aſcivit, filiam etiam ſuam ei tradidit.

§. III. Elapſo autem brevi tempore, fratres ejusdem puellæ, ex fama virtutis & proſpero ſucceſſu tam illuſtris viri invidiæ livore tabeſcentes, illum aggrediuntur a ſe ſuisque propellere terminis, eadem ſibi metuentes in poſterum poſt mortem parentis. Verum livor edax, qui ſelicibus cuncta negat, ipſis plerumque ſuis auctoribus omnia perdendi occaſionem adminiſtrat.

Liberi.

§. IV. Commodum ergo ratus ſocero adhuc ſuperſtite filiorum ejus livori cedere, paulo poſt, ubi patrem defunctum agnovit, militari manu eosdem aggreſſus, occidit, cunctisque ſibi faventibus regnum, utpote gener regis, obtinuit. Secundis dehinc rebus ſibi ſuccedentibus, ex præfata conjuge tres filios ſuſcepit, ſcilicet Othonem, Hermannum & Wigbertum, patrem Wigberti Marchionis. Præterea Balſamorum regio ſorte bellica ceſſit ejus dominio.

Regio Balſamorum.

Felicitatis opinio.

§. V. Qui ſcilicet Wolfus tandem ſenio ſeu frequentia bellorum attritus in tantum vulgi favorem, ob ſuæ felicitatis indicium, emeruerat, ut niſi eo præſente, quamvis nihil agente, vel in bello, vel in alio quovis periculo, proſpera ſibi arbitrarentur non poſſe ſuccedere, ac de eo præſumerent, illo præſente ſe ſemper ſore victoriam conſecuturos: majorem de felicitate quam antea de fortitudine ejus fiduciam habentes, & per virum in ultima ætate poſitum nulla ſibi poſſe adverſa prævalere ſperantes. Denique ex ætatis imbecillitate nec equo inſidere valentem ſuper alligabant, ut vel ſic in bello eos præcederet.

Barbarorum ritus funebres.

§. VI. Qui ubi naturæ conceſſit, Barbari more ſuo ad templum Deorum corpore delato, ſecundum ordinem familiarum ſuarum, quaſi ad præcinctum belli ſtrictis gladiis circa feretrum diſcurrebant, ac flebilibus utentes vocibus, exequias peragebant.

§. VII. Wolfo defuncto, avunculus eorum, quos in Danorum provincia occiderat, odium patris in filios retorſit. Cujus invaſionem cum illi ſuſtinere diffiderent, a patriis finibus ceſſerunt. Quorum primus Otho in Græciam declinavit, Hermannus in Ruſſiam, Wigpertus vero in Balſamorum regionem, quæ ei paterna hæreditate obvenerat, a reliquis fratribus ſeceſſerat.

Vipertus primus princeps regionis Balſamorum.

§. VIII. Is igitur in armis & conſilio viguit, multaque præclara belli facinora miles egregius exercuit. Qua induſtria familiaritatem Domini Goſuvini, Comitis ſenioris de Leige, emeruit. Qui cum videret animi alacritatem nobilitati ejus reſpondere, filiam ſuam Wigberto, Sigenam nomine, elegantem facie tradidit, arbitratus, ut revera fuit, illum generis ſui decus monumentumque ſore: In cujus dotem Morunge & Gaterslebe cum ſuis territoriis & allodiis ac cæteris appendiciis conſtituit. Reliqua vero patrimonia, Leige ſcilicet & Sibichinroth & Trachenſtede, duabus reliquis filiabus aſſignavit.

Goſuvinus, Comes Leig.

Sigena F. Viperto collocata.

Nati ex eadem liberi.

§. IX. Tam ſelici potitus Wigbertus conjugio, ex eadem filium genuit, quem tam ſuo nomine quam patrimonio ditavit, quemque longe præſtantiorem paternis virtutibus, ut clare ſcire volentibus liquebit, poſthumum reliquit. Præterea duas filias ex Domina Sigena ſuſceperat, quarum unam Henricus quidam de Leige duxit, alteram Wernerus ſenior de Veltheim, ex qua idem filios habuit Bernerum & Adelgotum, poſtea Magdeburgenſem Archiepiſcopum. Huic etiam Wernero extrema Bigavienſis villæ platea jure hæreditario ceſſerat.

Wernerus de Veltheim.
Adelgotus.

§. X. Wigbertus igitur ſenior, Balſamorum, ut præſati ſumus, poſſidens fines, memor cum paternæ virtutis tum injuriarum, quas in expulſione ſui fratrumque ſuorum pertulerat, frequenter barbarorum provinciam, & præcipue urbem, quæ Poſduwlc, id eſt urbs Wolfi, barbarica lingua dicitur, incurſu militari vexabat, prædamque incredibilem crebro aſportans comprovincialibus cunctis inde largiebatur. Sic favorem tam nobilium quam plebium ad fidelitatis gratiam ſibi aſciverat. Cum ergo tam virtutis quam roboris enormitate adhuc juvenis polleret,

Vipertus ulciſcitur ſibi & fratribus illatas injurias.

Ejusdem mors immatura.

im-

immatura morte terminum vitæ clauſit, Wigbertn filio adhuc puerulo.

Sigenæ cum Friderico Legefeldio alteræ nuptiæ,

§. XI. Domina Sigena tanti viri contubernio viduata, tandem vix ægre aliquanta conſolatione recepta, Comiti Friderico de Lengenſelt ſe ſociari paſſa eſt, ex quo filium ejusdem nominis ſuscepit, filiam quoque, quam Ruggerus Comes ducens, Ruggerum, Magdeburgenſem poſtea Epiſcopum, & Fridericum Comitem ex eadem habuit. Is quoque uxore ſuscepta filiam genuit, quæ Othoni Palatino de Witilinsbach nupſit, duosque filios edidit, ſcilicet Othonem Palatinum, patre deſuncto, & Fdericum Comitem.

Otho Palat. Witelsbach.

§. XII. Hæc quaſi per exceſſum dicta, cum tantæ Genealogiæ nobilitate nos cogente, tum ob commendationem Dominæ Sigenæ, quæ fundatorem Bigavienſis cœnobii feliciter genitum educavit, tam inſigne genus poſteritatis agnoſcere cupientibus rugoſa fronte paululum relaxata Lector benignius accipiat.

CAPUT II.

De

Viperti Educatione, Groiſca in Miſnenſium finibus, facta ab Udone Stadenſi permutatione, comparata, & turbis, quas movit in Miſnia ſuis vicinis.

§ I.

Henricus III. Cæſar.

PEr idem tempus Henricus Imp. Auguſtus, Conradi Imp. F. illius, qui Henrico Pio ſucceſſit, rerum ſumma potiebatur, cujus induſtria divina cooperante gratia, ſecuritate pacis res publica fruebatur. Sub quo inter cæteros principes, Vdo Marchiam Stadenſem regebat. Hujus obſequio Wigbertus adoleſens, patre, ut præfati ſumus, orbatus, a venerabili matre deſtinatur: per quem honorifice, quousque adolevit, educatus, gladio deinde militari a tanto principe, utpote principum collega quandoque futurus, nobiliter accingitur, ac urbe, Tangermunde dicta, cum ejus attinentiis ab eodem Marchione, liberaliter inbeneficiatur.

Udo March. Stadenſis, Viperti II. altor.

Tangermunda.

Viperti indoles & Virtus bellica.

§. II. Ibat igitur juvenis corporis & animi viribus opibusque ſuccreſcens, dubium conſilio, an actibus efficacior. Cumque multam ex hoſtibus ſtragem manu militari continuis diebus exerceret, jamque non minus quam hoſtibus ipſis ſibi, notis ac familiaribus eſſet metuendus, ut, quod facile ſolet accidere, aliquando & leviter offendere caverent: quia virtus laudem, laus invidiam pariebat ipſi, qui ejus diligere videbantur probitatem, exoſam habebant vicinitatem. Quapropter plerique Marchioni conſilium dederunt, ut quoquo pacto, duntaxat honeſte & pacifice, Wigbertum a ſe removeret: eo quod non ſibi ſuisque tantum, ſed etiam poſteris præcaveret.

Invidia in eundem & metus ex virtute.

§. III. Qui quod prudenter ſuggeſtum erat, ſagaciter implere feſtinans, juvenem amice conveniens, municipium ſuum, quod in orientali plaga ſitum juxta Elſtram fluvium nomine Groiſca, cum omnibus ejusdem adjacentibus, quæ ejus juris erant in villis & ſylvis, pratis & paſcuis, ejus poteſtati tradidit, pro mutatione regionis Balſamorum. Pro Tangermunde vero alia beneficia ad Nortmarchiam attinentia ei reſtituit.

Groiſca Oſterlandiæ cum aliis Poſſeſſionibus Viperto permutatione permiſſa.

Nortmarchia.

§. IV. Wigbertus his annuens, & ad Orientem ſecedens, ſcilicet ubi ea poſtea verus ac medullitus viſitaret exoriens ex alto, etſi non ſtatim, quando tamen voluit, in ejusdem caſtri munitionem ſe ſuosque recepit, & nobiles quosque in ejus vicinia manentes, utpote pacis impatiens, & in malis aſſvetus, non ſine pernicie regionis inquietabat.

Vipertus quietis impatiens.

§. V. Erant tunc temporis plerique nobiles in hac provincia in ſuis ſinguli municipiis conſtitui, ſcilicet hi: Bethericus de caſtello Tuchern, Fridericus de Cutze, Ficelinus de Probin, & ejus frater de Trebniz, Hageno de Tubichin. Hi unanimiter conglobati, quia ſemper omnis poteſtas impatiens conſortis erat, Wigbertum tanquam ſuæ vitæ ſeu regionis invaſorem ocius removere ſunt conati.

Ejus æmuli.

§. VI. Quibus ille non ſufficiens contraire, conjiciensque qualiter ſua non usquequaque perderet, tanquam id potiſſimum ratus eſt conſilium, ſi ipſe e regione ad tempus ſecedens livori eorum cederet. Et cum ſuis collocutus, quorum unus Hertunigus, ejus miniſterialis, alter Petrus dictus erat, ut quaſi ſe inſcio una cum urbe Groiſca præfato Beterico ſe dederent, centum aſſumtis militibus ad Ducem Bojemiæ, Vratislaum nomine, ſe contulit. A quo honorifice ſuſceptus, & ob totius probitatis & induſtriæ nitorem cunctis acceptus facilem familiaritatis aditum tam penes ipſum Ducem quam apud omnes illius optimates emeruit.

Prudentia & moderatio.

Vratislaus, Dux Bojemiæ.

§. VII. Poſt aliquod tempus, ſicut ipſe cunctis, quis aut quantus eſſet, innotuerat, ita cum erga alios cuncta ſagaciter perpendendo crebrius animadvertiſſet, inter alia cum Duce colloquia: Mirari ſatis, inquit, non poſſe me fateor, quod tantus vir, tanti nominis ac poteſtatis, æquanimiter feras detrimentum & abjectionem regii nominis & auctoritatis. Quod in hoc ſatis apparet, quia Comites & ingenui,

A Viperto ad regii nominis decus repetendum inflammatus.

magna

magna poteſtate & honore præditi, anteceſſoribus tuis ſub jurejurando, fidem & hominum ſervantes, tuo recuſant dominio ſubjici. Hoc quam indecens & incongruum ſit, aperiam.

§. VIII. Memini quendam anteceſſorum tuorum Bougonem dici: cujus principatui non dicam Comites aliosque nobilitate opibusque pollentes, imo Duces ac Marchiones militabant. Is adeptus dominium nomenque regium, in provinciam forte Sringorum ſuum dilataverat imperium, aliisque principibus æque potentibus famoſior & eminentior claruit. Quare ſi regii nominis detrimenta recuperare deſideres, conſidera jam opportunum tempus adeſſe, turbataque reſpub. utilem & efficacem dabit occaſionem. Ego quoque, quoad potero, ſicut conſilio ita præſto ſum auxilio.

Bougo.

Forte Sirbiorum, ut infra Sirbia, h. e. Myſnia.

§. IX. Hæc & alia proſecutus, quæ arbitraretur utilia, patefecit, itique Dux in omnibus obtemperaturum ſe ſpopondit.

CAPUT III.

De *Viperto præclare ſe in Germania & in Italia gerente.*

§. I.

EA tempeſtate guerra vel diſſenſio maxima eſt exorta inter regem Henricum, præfati Imp. Henrici F. & Saxones, ita ut ſedari poſſe diffideretur, niſi, quod abſit, ſanguinis judicio. Imperator vero animo gerebat in Longobardiam, & Italiam expeditionem facere, & Saxonum tumultuoſam factionem interim declinare.

Henricus IV. Cæſar.

§. II. Wigbertus igitur conſummandi, quod animo gerebat, negocii tempus fore ratus opportunum, Imperatorem paucis ſuorum aſſumtis adiit, ſeque cum ipſo in ultionem hoſtium reipublicæ cum ſexaginta ſuorum militum & eorum apparatu bellico, ſuis etiam ſtipendiis militantibus profecturum ſpondet, ea tamen conditione, ut ſi regia magnificentia cæterique primates eum reipub. probaſſent neceſſarium, ejus munificentia omne reſtitueret ei damnum in orientali plaga nuper allatum, & remuneraret obſequium.

Vipertus Cæſari militiam ſuam offert.

§. III. Gratanter hæc principes & ipſe Imperator accepit. Adhoc ille, nactus omnium benevolentiam fauſtumque tempus arbitratus, ut aperiret, propter quod venerat, non hæc tantum ſe pro reip. emolumentis, imo potiora, ſi Imperator ac principes ejus conſiliis aſſentirent, acturum allegabat. Cui cum abſque cunctatione ſuum aſſenſum ſe præbiturum Imp. fateretur, ille intulit: nil imperiali dignitati penitus officere, imo prodeſſe, ſi Bojemiæ Ducem Vratislaum in regem pateretur, ac juberet, coronari, & ille 4000. talentorum gazis regiis appenderet. Inſuper & filium ſuum cum trecentis armatis, in expeditionem Italicam cum ipſo deſtinaret.

Petit Vratislao regium nomen.

§. IV. Imperator autem cum jam de perturbatione ſtatus reip. mente fluctuaret, & hos declinare, & illos impetere deliberaret: Wigbertus dato ſacramento peragendæ cum ſexaginta militibus expeditionis, regiæ ſponſionis omnes principes fidejuſſores accipit, ut ſi dictis facta compenſaret, tum pro eo, quod ultro & voluntarie ſibi debitum fecerat tanti laboris obſequium, tum ob fidelitatis, quam verbotenus prætendebat, meritum, dignam eum omnimodis, & ut imperialem deceret magnificentiam, dignitatum & beneficiorum ab eo recompenſationem adepturum.

§. V. Cum hac pollicitatione a rege & a Principibus cum ſalutationis officio dimiſſus, deinde ad Vratislaum in Bojemiam reverſus, quæ pro recuperatione dignitatum & nominis ejus peregerit, intimavit, utque 4000. marcarum argenti transmitteret Imperatori, & 30. libras Imperatrici, inſuper & filium ſuum Borwi cum 300. militibus in Italiam deſtinaret, luculenta ratione perſvaſit.

Borwi Vratisl. F.

§. VI. Ventum eſt igitur ad curiam Herbipolin vel Wirciburg; ad quam cum principes undique ſolenniter conveniſſent, exceptis Saxonibus, Dux Bojemiæ, Wigberto cum indicta theſauri quantitate præeunte, proceribus, quos electiſſimos habuit, ſtipatus advenit. Imperatore ergo jubente, ac ſententia principum aſtipulante, per Moguntinum Archiepiſcopum & Conſtantienſem Præſulem & Wirceburgenſem, Vratislaus regali benedictione ſublimatur.

Wirciburg, Herbipolis.

Vratislaus Rex inunctus.

§. VII. Exinde jurata cum 300. militibus, ubi condictum erat, expeditione converſus Dux ad Wigbertum, quatenus cum filio ſuo proficiſceretur, obnixe rogavit. Quod Wigbertus nequaquam integrum ſuæ ſponſioni fore reſpondit, cum eadem per ſe, quæ & ille Imperatori juraverit: tamen impetraret, ut a rege ſtatuente filii ſui tentoriis ſemper eſſe proximus ſineretur: ſe pro certo comitem & cooperatorem fore individuum. Quod Duce petente a rege, ſtatutum eſt: & impetrata Dux ab eo licentia, repedavit, poſt recuperationem honoris non immemor ſuæ ſponſionis.

§. VIII. Proinde fidum ac familiarem ſibi præ omnibus conveniens Wigbertum, ejusque fidei committens filium, milites

Fides.

300. omni bellico apparatu liberaliter ac decenter cum ſtipendiis expeditos, cum eis in augmentum regii exercitus d ſtinavit, cum apud Ulmam, Sveviæ civitatem, occurrerunt. Qui magis ac magis accelerantes, & reliquum exercitum itinere ſuperantes, primi juga Alpium transvolant, ac ſuas experiendo vires, Longobardiam barbarico more devaſtant, præda, cæde & incendio civitates & caſtella demoliuntur, robuſtos quosque captivatos violenter ſuo ſervitio ſubjiciunt, gnaris quibusdam locorum mortem minitando, niſi loca divitiis referta denudarent. Multas munitiones in deditionem coegerunt: jam ad mille armatos exercitum adauxerant.

Ulma.

Vipertus bellator impiger primus in Longobardiam irrumpit.

§. IX. Poſt quos Imperator Alpes tranſcendens compertis etiam patratis audacter ab his, qui præceſſerant, non modica exultavit lætitia. Coadunata dehinc riteque diſpoſita totius exercitus multitudine, Mediolanum venit, & a Conſulibus & a primoribus civitatis tam pacifice quam honorifice ſuſcipitur.

Cæſaris expeditio Italica.

Mediolanum.

§. X. Quibus inſuper auxilium ferentibus, ſed & eis, quos ex diverſis ſibi provinciis aſciverat, omnes circumpoſitas urbes & caſtella, Cremonam ſcilicet, Papiam & Laudam, Mantuam & Cremam, cum aliis munitionibus quadriennii obſidione plurimoque labore, nec ſine ſuorum detrimento tandem in deditionem coegit, præter Veronam.

Verona rebellis.

§. XI. His peractis, coepto itinere partes aggreditur Italiæ: & quoniam in ſe ſumma ruunt „ (Humanis enim rebus „ hunc numina creſcendi poſuere modum) turbidam Romam, quæ ſemper aut malis paruit, aut pravorum incurſus tulit, ſe quoque nunc Imperatoris offenſam incurriſſe, nondum pœnituit. Imperator tam Italici quam Teutonici fidens exercitus copia, Romam arcta obſidione vallavit, & triennio circiter in eodem ſtatu duravit. Quo evoluto, quia cultores ab agris deerant, alimenta quoque Regis exercitui defecerant, etiam patitur ſævam, veluti circumdatus alta obſidione, famem.

Romæ triennalis obſidio.

§. XII. Sed utrinque frequenti congreſſione facta, quia pari detrimento utriusque partis belli ſors dubia involvebat, neutra pars ab audacia deſiſtebat. Miſſis igitur exploratoribus, ſicubi ciborum copiam recuperare poſſent, Wigberto clam a ſuis exploratum miſſis, denunciatur, juxta in montanis victualia cum armentorum & gregis copia a quibusdam recundita. Qui, utpote impiger, inexpugnabilis, acer, ſociatis ſibi tam Regis militibus quam Bojemis, ocyus advolat, reperit, ut detectum erat, ut per aliquod tempus tanto exercitui inde ſubveniretur.

Vipertus annonam in Cæſaris caſtris levat.

§. XIII. Cui feſtinanter remeanti, intimatur, erupiſſe Romanos, ac Regem ad pugnam laceſſiviſſe. Imminebat autem tunc feſtivitas Aſcenſionis Dominicæ. Qua fama Wigberto jam vicino delata, extemplo belli ſigna corripiens, cunctis etiam in procinctum non ſegniter præparatis, impigre advolat: barbaricoque more ter Romanorum acies ingrediendo ac regrediendo, quaſi tela arancarum cædendo obvios irrumpentes, nimia cæde in adverſarios debacchati ſunt.

§. XIV. At Wigbertus ubi Regem in arcto circumſeptum hoſtibus videt, cum ſuis ad eum ſe contulit, tantumque aggreſſu ſuo Romanos terruit, ut ad portam uſque civitatis eos impelleret. Rege etiam viriliter eis inſiſtente enſis ejus excuſſus deſiliit, cujus dextra crebris ictibus pene diriguit. A quo Wigbertus affuit vocatus, ſuum conquerenti gladium tradidit. Et quia nihil in tali neceſſitate pugnacius animoſitate, elevato proprii acumine clypei, tanto impetu in armatos enſe carens inermis deſævit, ut infra muri ambitum propellerentur, ſicque victores pugnam finiri jubent. Et quia plures utrinque ſauciati fuerant, per ſeptem dies Imperator intra caſtra ſe continuit.

Ejusdem animoſa vigilia.

Fides erga Imp.

CAPUT IV.

De Urbe Roma Viperti opera capta, ejusdem Comitis reditu in Germaniam & Bohemiam, Nuptiis regiis ibidem celebratis, ac acquiſitione Dominatus Neſen & Budeſin.

§ I.

INterim cum aliquando Wigbertus membra quieti dediſſet, nec tamen animum ab inſtanti negocio relaxaſſet, accito quodam ex ſuis viro ſatis induſtrio, nomine Ras, admonuit, ut murorum ambitus perluſtrando, diligenter conſideraret, ſicubi valeret aditum intrandi muros inveſtigare: quo excubantium deſidia explorata, clam potuiſſent aſcendere.

Vigilantia.

Ras, Viperti commilito.

§. II. Paruit ille, diligentia ſolerter adhibita, & qua conjecit aditu muros cuſtodia vacare, caute aſcendit: & poſtquam neminem ſenſit adeſſe, reverſus, Domino ſuo clam indicavit, & facili arte Romanos decipi poſſe, ſi non negligeret, allegat. Qui nil ducens negligendum „ (ſemper enim „ nocuit differre paratis) ſuis omnibus & paucis Bojemorum aſſumtis armatis, duabus

Roma Viperti opera capta.

abus quoque ſcalis, Ras milite ſuo præduce, poſt hunc ſecundus muros aſcendit, miſſo interim nuncio Regi, ut quantocyus præſidium ferre maturaret.

§. III. Ex militibus jam quatuordecim muros aſcenderant, cæterisque accelerantibus, rege quoque cum multitudine ad portas irruente, ac valvas ſecuribus excidente, ſubito Romani conclamant, & eos, qui muros aſcenderant, icto lapidis & lancearum impetebant. Rex tandem urbe potitus, occurſantes valide Romanos multa ſtrage mulcavit, nonnullis quoque ſuorum ſatis nobilibus & ſtrenuis in tanta congreſſione viriliter occumbentibus, eis tamen majorem ex hoſtibus cædem exercentibus.

Petrus Leo Papæ avunculus.

§. IV. Apoſtolico igitur cum Petro Leone avunculo ſuo fugam ineunte, ac per matricem Eccleſiam ad Domum Theodorici tendente, adverſarii prævenerunt,& conatus eorum interceperunt, ſicque intra monaſterium concluſi ſunt, intra quod per triduum ſe continuerunt. Cumque ex ejusdem templi foribus crebro conarentur erumpere, & exteriores impetu quodam ex improviſo laceſſere, Wigbertus cum ſuo ſignifero condixit, ut foribus pateſactis trabem miræ molis injicerent, ne ſubito, velut ante, eas obſtruerent, & intro ſe reciperent.

Templum Vipert. induſtria & audacia expugnatum.

§. V. Illis itaque ſimili conatu ſuam audaciam perpetrare tentantibus, trabe protinus injecta aditus valvarum intercipitur. Adhuc Romanis patentes fores acriter tuentibus, Wigbertus cum ſuis primus eas irrumpere conatus eſt, ut tam diu in ipſis foribus reſiſtentes cæderent, donec eos intro propellerent. Quos inſecutus Wigbertus, quamvis clypeo non protectus (quippe qui erat minutatim hoſtium gladiis confectus) mucronem utraque manu corripiens tam voce quam exemplo multitudinem poſt ſe irrumpentem animavit.

§. VI. Ita peccatis exigentibus, proh dolor, in eodem templo acerrima pugna committitur, plurimum humani ſanguinis effunditur. Erat ſpectare Chriſtiani nominis inane ludibrium, ſacratiſſimi & apoſtolici honoris & auctoritatis excidium. Quis legens & audiens non exhorreat tam grande ſacrilegium, in ſacris Apoſtolorum liminibus humanum fluere ſanguinem inſtar Tiberis?

De hac Hiſtoria alii variant; quos ſequi rectius fuerit.

§. VII. Interim Apoſtolicus cum Petro Leone intra ſanctuarium ſe receperat: Ubi cum majoribus natu comprehenſi, rege jubente, Wigberti cuſtodiæ ſunt mancipati: Saniori deinde utrinque habito conſilio, poſt multas ſententias, excuſationis & conventionis occaſione prolatas, Apoſtolicus regi conciliatur: Rege jubente ac faciente, omni mundo venerabile templum tridui labore vix tandem a ſpurcicia cruoris effuſi expiatur: in ipſius præſentia denuo conſecratur: Rex etiam imperiali benedictione ſublimatur, omni gratis relaxata captivitate ſuorum Apoſtolico. Cædes finiri, nova vita videtur oriri.

Domus Theodorici.

Romanorum veneficia.

Vipertus ſ. ſuorum? ...

§. VIII. Imperator demum Theodorici domum munitiſſimam recepit in dominium, in qua ſuis ſautoribus collocavit præſidium. In eadem ex Wigberti militibus 20. conſtitutis, undecim veneno perierunt, confecto a mulierculis dolo Romanorum, quorum fraus Wigberto inſinuata, Imperatori ſtatim innotuit. Sed hujus viri quilibet animadverterat ſtrenuum propoſitum, & diligens ſtudium erga Regis obſequium, cui transacta ſeptenni revolutione temporis, milites tantum quinque e ſexaginta ſuis & e trecentis Bojemorum, qui ejus paruerant voluntati, novem tantummodo reſidui fuerant. Adeo parato & inconcuſſo ad ſubeunda quæque pericula animo, more barbarico in mortem præcipites ibant.

§. IX. Imperator ergo ne quid infectum poſt terga relinqueret, contra Veronenſes exercitum direxit, ad cujus auxilium una Petrus Leo ſeventurum juramento confirmaverat, datis interim obſidibus & argento copioſo in ſtipendium cunctis exercitibus. Cumque apud domum Theodorici contra Veronam caſtra collocaſſent, Dux Veronenſis conſiderans, licet ſero, ſe regiæ majeſtati ad reſiſtendum non ſufficere, legatos mittens, rogat ea quæ pacis ſunt, ſatisfactionem de omnibus * omnimodis exhibens, & quoquo pacto reconciliari mereretur, donis & obſequiis ſe parare promittens, ut ſuæ duntaxat poteſtati ſeu civitati conſultum foret.

Dux Veronenſis debellatus.

* Forte incommodis.

§. X. Igitur Wigbertus ob conventionem hujus ſatisfactionis Veronam dirigitur; cujus reditum Imperator penes Theodorici domum opperitur. Aſtabant tunc Imperatori Moguntinus & Colonienſis Archiepiſcopi, Halberſtadienſis & Monaſterienſis Epiſcopi, Fuldenſis & Hersfeldenſis Abbates, aliique principes cum Bojemico adoleſcente.

§. XI. Interim de Wigberto ſermo habetur ab aſſerentibus illum præſtantiſſimæ probitatis virum, qui certis experimentis omnibus in hac expeditione claruiſſet. Tunc Imperator ait, hoc ſe velle certius experiri, juſſitque eum, quaſi ſemiplene placiti rationem indicaſſet, ſub celeritate revocari. Erat autem ibi in quadam domo leo clauſus. Hunc emitti ad probandam ejus conſtantiam imperavit. Dimiſſus leo rugiebat: tota frequentia præ-

præſentium ad loca tutiora confugiebat.

Viperti animoſitas per immiſſum leonem explorata.

§. XII. Ille inſcius eorum, quæ gerebantur, ingreditur, & cum leo contra eum relaxaretur, a Bojemico adoleſcente, quo caveret, admonetur. Quem ex improviſo in ſe irruentem videns, gladium a ſpatario ſuo confeſtim accipere nitebatur: ſed ille ubi eum manu corripuit,pro inermi Domino leoni ſe conſtanter objecit. Quod tamen Wigbertus indigne tulit, de propria magis quam de alterius virtute confiſus, retrahensque militem, mirabile dictu, pugno leonem aggreditur. At leo diſturbatis jubis mox ab eo declinavit.

§. XIII. Qua in re nil aliud, reor, niſi divinam providentiam, cui cura eſt de omnibus, poſſumus animadvertere, ut Wigbertus,cui tanta in futurum prævidit Dei clementia, ab inſtanti mirabiliter periculo eriperetur.

§. XIV. Ad imperatorem deinde ingreditur, cur revocatus fuerit, ſciſcitatur. At ille, tuæ,inquit, ſalutis gratia,quoniam beatum te fore jam experimento probavimus. Percunctanti vero diligentius tandem, quod ad comprobationem fortitudinis & conſtantiæ ſuæ revocatus fuerit, Imperator aperuit. Quærebat dehinc & ab Epiſcopis cæteriſque principibus rei veritatem.

§. XV. Quibus eadem allegantibus, ſtatim ab Imperatore cum ſuis repatriandi licentiam petiit. Sed Imperator concedere diſtulit. Cumque obſtinatius a ſua petitione non flecteretur, jamque ab eis divertere deliberaret: Eſt id, inquit, quod bonam laborum & damnorum meorum recompenſationem promerui? Regi autem loquebatur, propter quem tanta pericula ſuſtinui? En, qualia recipio beneficia, quæ pro regni totius emolumentis omnium rerum mearum incurri diſpendia, præſertim propriæ vitæ meorumque diſcrimina? Cunctos obteſtor hos Principes, me ante omnes primum Alpium juga tranſcendiſſe, me inter primos tuæ tuorumque ſalutis ac victoriæ obtentu propugnatorem extitiſſe, & omnium, quæ in hac expeditione Italica proſpere geſſiſti, eorum ego cum meis præcipuus auctor, ſi dici fas eſt, & incentor extiti.

Excandeſcentia juſta.

§. XVI. Sufficere reor, tantos labores & tanta ſtipendia inaniter me conſumſiſſe, milites etiam perdidiſſe. Revertar igitur, aliis, non tibi, ſerviturus, quibus ſat videbatur in ſua neceſſitate meam experiri conſtantiam, non ludibrio feræ meam exponere vitam. Arbitrabar quidem ſatis acceptabile tibi me præbuiſſe ſpectaculum, cum meis brachiis & viribus in cæde graſſarer hoſtium: ſed viſum eſt ſpectabilius, ut beſtiarum demolerer dentibus.

§. XVII. His & hujusmodi verbis in Imperatorem debachatus utpote impiger, iracundus, inexpugnabilis, acer, & adhuc arrogans in armis, ab eo digreditur, propter magnanimitatem etiam Imperatori formidabilis. Quem cum nullis blanditiis aut beneficiorum promiſſis ſibi poſſe ſperaret allicere, conſultius exiſtimabat, ut per alios eum mulceret, ejusque rigorem animi deliniret, quorum verbis ille magis faveret.

Pertinacia.

§. XVIII. Moguntinum ergo cum cæteris præfatis Epiſcopis & Abbatibus, aliosque principes, quo eum ſagaciter conveniant, hortatur, & ut regalis erga ſe devotionis inſtinctu, ac duplicis remunerationis intuitu, Wigberto ex Eccleſiarum & poteſtatum reditibus ſinguli aliquod beneficium ſua vice, ut deceret, largirentur, obnixe deprecatur: inſuper ad ſatisfaciendum illi, quantocyus opportunum foret, ſe paratiſſimum eſſe non dubitarent, quantum ipſi dignum decernerent. Ipſi igitur Wigbertum proſecuti verbis perſvaſoriis alloquuntur, tandemque, licet diu reluctantem, flexere magnanimum, ea tamen interpoſita pollicitatione, ut omnes cum ipſo repatriarent, ſi Imperator aliter, quam promiſerat, ageret.

Reconciliatio cum Cæſ. ex procerum interceſſione.

§. XIX. Talis autem traditio beneficiorum ſolenniter ac omnibus præſente Imperatore facta eſt. Moguntinus 1300. talentorum beneficium, Colonienſis pagum omnem, qui dicitur Horla, Halberſtadenſis & Monaſterienſis, ſinguli ad trecenta Wigberto conceſſerunt. Revertenti tandem eidem Imperator obviam proceſſit, ſeque negligenter in tam utilem ac fidiſſimum ſibi totique regno deliquiſſe fatetur. Proinde caſtellum nomine Leiſnick cum plurimis adjacentibus in proprietatem donavit: poſtmodum ad curiam in Alteſtede beneficium trecentorum talentorum & Dornburg cum ſuis attinentiis: poſtea in curia Merſeburg habita eidem 300. talenta aſſignavit.

Præmia militiæ.

Leiſnick.

Dornburg.

§. XX. Imperator deinde acceptis a Duce Veronenſi obſidibus cum argento, quod exegerat, quingentis ſcilicet pateris, & ſcutellis aureis & argenteis totidem & 4000. marcarum, tandem optata pace potiebatur. Ad quem cum filio Regis Bojemiæ, nomine Borwi, accedens Wigbertus, licentiam abeundi petivit. A quo Imperator conſilium quæſivit, qualiter ut Imperialem decebat honorem Bojemum dimitteret.

Veronenſis mulctatus.

Vipertus cum Borvi Bojemo domum cogitat.

§. XXI. At ille, in hoc, ait, ſatis videbitur, ſi argentum ad ſtipendium ei ſuisque

que ſufficiens exhibeas, inſuper duas pateras totidemque ſcutellas, militibus etiam ſingulis cum veſte duplici binas ſcutellas largiare, ut regalem decet munificentiam, inſuper quicquid virtutis apud te patraverunt patri ejus literis inſinues. Cujus conſilium approbans, denuo quam recompenſationem ipſemet in muneribus ex regalibus donariis poſceret, ſciſcitatur.

Æquitas.

§. XXII. At ille nil in præſentiarum, ſed cum opportunum foret, ſe poſtulaturum allegabat: hoc tamen deſiderare, ut eodem Bojemici Regis filio mediante, & pro eo, ut confidebat, ſagaciter intercedente, ejus patri, remunerandus commendaretur, ut vice Imperatoris ejus ſervitium recompenſaret, non immemor proprii honoris & nominis, Wigberto fideliter ac ſagaciter adminiſtrante, nuper recuperati. Ita vero, quia prudenter ſuggeſſerat, Imperator fieri mandavit, eisque dimiſſis valedixit.

§. XXIII. Bojemici Regis filius cum Wigberto a rege digrediens ſolum natale reviſit. Ubi caterva procerum coadunata, dataque ſandi copia, omnium rerum ſuarum expoſuerunt eventum. Apices etiam Imperatoris repræſentarunt, ac munera. quæ ab ipſo perceperunt. Deinde

Gratitudo.

Borwi manu Wigberti comprehenſa: Hunc, inquit, Dominus Imperator, pater, induſtriæ tuæ hujus obtentu petitionis commiſit, quatenus devotiſſimum ejus obſequium, quod ſtrenuiſſime, me teſte, omni regno hactenus exhibuit, digna recompenſatione remuneres.

Munera Viperto reduci a Rege Bojemo data.

§ XXIV. Jubet igitur Bojemus Rex clypeum exquiſitiſſima opera, cœlaturis ex auro & argento perſecte decoratum, arcum quoque cum pharetra, quæ nuper Rex Ungariæ tranſmiſerat, deferri, & eidem offerri, cum magna copia auri & ar-

Continentia tempeſtiva.

genti. At ille nihil horum præter arcum & pharetram volebat attingere, dicens, induſtria propriæ virtutis auri vel argenti ſe poſſe plurimum acquirere.

§. XXV. Æſtimans ergo Rex plura & potiora eum deſiderare, alterum rurſus clypeum magis decoratum, & potioribus

Schacht-Spiel.

onuſtum donariis, una cum tabula ſcacorum, auro redimita, lapidibus etiam eburneis & cryſtallinis artificioſe ſculptis, deferri fecit. Sed nec ex his quicquam præter tabulam ac lapides voluit contingere.

§. XXVI. Tertio juſſit clypeum ſimilibus onerari, ſuperpoſito cornu eburneo, inſuper 20. equos fabrefactis ſellis ſtratos obtulit, ſed ex his præter cornu nihil contigit. Cœpit igitur Rex animo fluctuare, quid tanti eſſet, quod oblatum ſuſcipere non renueret.

Borvi ſagacitas.

§. XXVII. Cujus filius magis, quam pater, voluntatis ejus conſcius, clam patrem ſuum evocat, & ut ei filiam jam adultam collocaret, conſuluit, multo ſibi commodius fore, ad ſuæ defenſionem regionis aſſerens, quam ſi Ruſſorum vel Ungarorum Regi eam ſociaret Wigbertus igitur evocans, illam ejus fidei tradidit.

Viperti regiæ nuptiæ.

§. XXVIII. Quam ille cum gratiarum actione non modica ſuſcepit, illaque niſignia omnia, rege ſibi annuente, camerariis ſuis reſervanda commendavit, in poſterum ſibi profutura providens. Provinciæ vero illius partem, quam rex in dotem filiæ ſuæ delegaverat, accipere recuſavit, ſed extra hanc pagos duos Niſen ſcilicet, & Budeſin, pro hac exigens impetravit. Quibus ſuſceptis urbem Swortz * nomine conſtruxit, quæ conjugi ſuæ tutum foret præſidium.

* Brotuſio Geravv.

Incurſiones in adverſariorum fines.

§. XXIX. Proſperis ita Wigberto ſuccedentibus, ipſe tamen proſperitatis & pacis impatiens, & injuriarum ſibi aliquando ab hujus provinciæ nobilioribus illatarum reminiſcens, prædas non modicas ex eis frequenter ex inſperato ſuperveniens, agebat. Accidit ergo, ut aliquando in urbis Belgor dictæ confinia tranſiens, proximos vicos ſpoliando vaſtaret, & ſublatis omnibus rediret.

Belgern.

Henricus Marchio Myſnenſis.

§. XXX. Quod ubi Henrico, Myſnenſi Marchioni, innotuit, aſſumtis militibus, illum ab urbe perſequitur: ſed a Wigberto conſtanter excipitur, Congreſſione facta, ſigniſer Marchionis Henrici ab Hertwigo, milite Wigberti, lancea perſoſſus occubuit, aliisque utrinque cadentibus, tandemque adverſariis ſugere in urbem compulſis, prædam milites Wigberti deduxerunt.

§. XXXI. Alio item tempore in quosdam ultionem facere cogitabat, quos clam invadere aoimo parabat. Medio igitur noctis in villam, quæ Lippen dicitur, venit, ubi ſuorum familiarium quidam miles habitabat, & per diem ibi delituit. Sequenti nocte cum eodem Zizam clam venit: ubi inſeſtiſſimorum ſibi Ekelini & Hagenonis explorata præſentia, urbem ſuam Swortz quantocyus repetiit, & electiſſimis ſibi ſociatis, ac Zizam ex improviſo ſuperveniens, comprehendit Ekelinum, & cum 17. peremit, Hagenonem cum cæteris in baſilicam Beati Jacobi ſugere compulſos cum nullo modo, ut egrederentur, minis obtinere potuiſſet, proh dolor, igne crudeliter injecto, baſilica concrematur: ſicque exire compulſi, oculorum tantum lumine privantur, eo quod ad eccleſiæ aſylum conſugiſſent. Tandem non ſine magno regionis exterminio remeavit.

Zeitz.

Eckelini cædes.

Hageno cum ſuis excæcatus.

 CAPUT.

CAPUT V.

De

Bello Imperatoris Henrici IV. cum Saxonibus, cui interat Vipertus, de Groiſca a Viperto recuperata, Ejusdem uxore & liberis, indignatione & invidia Cæſaris, quam incurrit Vipertus, & itinere, quod ad Pontificem Romanum & Patriarcham Compoſtellanum inſtituit.

§. I.

Bellum civile Henrici IV. & Rudolphi.

Uratislaus. Lancea Rudolfi.

Vipertus.

ANno Domini M. LXXIX. bellum fuit inter Henricum IV. & Rudolphum in loco, qui dicitur Fladecheim, ubi in primo congreſſu Saxones terga vertunt. Ubi Vrarislaus Dux & Rex Bojemiæ regalem lanceam Rudolphi adeptus eſt, quæ exinde permiſſione Imperatoris ſemper quemvis illius gentis ducatu inſignem in omni feſtiva proceſſione præcedit. Huic bello affuir & Wigbertus bellicis eventibus ſemper inſignis.

Uratislaus ductore Viperto Saxoniam invadit.

Wurtzen.

§. II. Anno Domini M. LXXX. Rex Bojemiæ Vratislaus Saxones diſponens invadere, Wigberto præduce per pagum Niſen tranſiens, a W.ortzin uſque Libitz ſubira irruprione facta, cuncta depopulatus eſt, apud Woſſin ejus præſtolaretur adventum.

§. III. Hæc dum fierent, ſubito cunctis in vicinia poſiris ſama invaſionis eorum innotuit, ſtatimque conclamantes ad arma, mulra coadunantur millia, Bojemoſque in anxio poſiros aggrediunrur. Quibus in adverſum totis viribus enitentibus, jam Bojemus pene primam aciem amiſerat. Sed Wigberto ſupervenienre, Saxones in fugam convertuntur, plurimis eorum occiſis, ſicque remeandi ſacultas Bojemis ſerro paruir.

Wida.

Rudolphi victoria & interitus.

§. IV. Inrerca Imperator ab Italia rediens curiam ſuam Bojemo apud Ratisbonam indixit. Ibi coadunato exercitu, Bavari cum Bojemis, cæterisque ex Germania genribus, per rerrirorium urbis Widæ transeuntes, uſque ad munirionem, nominc Mulſen, juxra Eiſtram fl. pervenerunt. Ubi Saxones Imperatori cum rege Rudolpho, ante triennium electo, occurrerunt. Bello commiſſo, nec diu protracto, Imperatoris exercirus ſugam iniit, & a Muiſen usque ad villam Widechowe paſſim proſtrarus cecidir.

§. V. Quos Saxonibus acriter inſequentibus, Rex Rudolphus in dextro brachio gravirer vulneratus & in Merſpurg delatus, poſt triduum cum magna pœnitentia, tantæ ſeditionis ac cædis proſpere factæ, morirur, & ibidem honorifice ſepelirur.

Uratislaus. Vipertus.

§. VI. Imperatoris exercitus undique diſperſus, ad ſua, rege relicto, quisque revertitur, Imperatorem Vratislaus & Wigbertus, quod eidem bello aderant, per Bojemiam cum paucis deduxerunr, nondum Rudolphi regis interitu comperro.

Bethericus de Tuchere.

Groisca a Viperto recuperata.

Walrabanus Episc. Cicensis.

γνώμη.

Echertus Marchio Brunſvvicensis Viperti æmulus.

§. VII. Interim Bethericus de Tuchere Wigberti milites ſorte incurrit: quibus fugientem inſequenribus in villa Quitze percuſſus occubuit. Poſt hujus necem Wigberrus Herdvigum & Petrum milites ſuos, qui, ut ante retulimus, cum urbe Groiſca ad Bethericum diverteranr, admonuit, ur fidei ſuæ memores urbem ſibi aperirenr. Quibus ſtarim eam tradentibus, duas turres ſatis munitas in ea conſtruxit. Suſcepit etiam eo tempore in beneficium a Walrabano, Zizenſi Epiſcopo, pagum Butſin, cum mille & centum manſis ei adjacenribus. His aliiſque quam plurimis, quæ tædioſum eſſet enumerare, prædiis & beneficiis prædirus, præcipuum inter provinciæ nobiles virtutis & probitatis præconium eſt adeptus. Sed quia virtutem laus, laudem invidia comitatur, plerique Principum illum maniſeſto perſequebantur odio, quoniam omnis poreſtas impatiens eſt conſortis. Proinde Eckbertus, Marchio de Brunſchwig, æmulus ejus, livore tabeſcens, cum magno exercitu partes ejus nitebatur irrumpere, jamque caſtellum Tuchere tranſibar.

§. VIII. Quo Wigbertus audito, ſuos ſtatim jubet arma capeſſere, illumque nil tale opinantem invadere. Cujus inopinato Marchio rerrirus impetu ſugæ præſidium meditabatur. Sed adverſariis perſequendo gravirer inſiſtenribus, pugna prope idem caſtrum committitur. Ibi miles quidam Eckberto accepriſſimus lancea Wigbertum imperiit, clypeoque ejus transfixo, duos illi denres excuſſir. Quem Wigbertus gladio ſtatim transverberans, frontem ejus mediam debita talione diviſit, totamque multitudinem Marchionis in ſugam vertit.

Ejusdem interitus.

§. IX. Anno Domini M. XC. Eckebertus Marchio rurſus mulriplicaro exercitu cogirabat Wigberti parres invadere: ſed in molendino quodam, anrequam appropiarer, rurpirer occubuir.

Viperti uxor & liberi.

§. X. Wigbertus igitur ex conjuge nobiliſſima, nomine Judirha, Vratislai, regis Bojemorum, filia, ſuſcepir filios, Wigbertum juniorem & Henricum, fratrem ejus, & filiam nomine Bertham, ſemperque de

die

Idem gratia Cæſaris excidit.

die in diem felicloribus ibat ſuccreſcens ſucceſſibus, ita ut non ſolum Saxoniæ Principibus, ſed etiam ipſi Imp. Henrico videretur eſſe formidabilis. Qui invidiam contra eum cœpit habere quam maximam, eumque a ſtatu tantæ felicitatis moliebatur evertere, oblitus juſtitiæ, nec memor ſui fidelis, & hactenus conſortis in magnis ac frequentibus periculis & laboribus.

§. XI. Tandem omnibus pro voluntate circumpoſitis, ne abuteretur divinitus ſibi conceſſa tranquillitate temporis, Wigbertus jam meditabatur, qualiter apud Deum poſſet felix fieri, de cujus mundanæ felicitatis enormitate homines livore tabeſcebant edaci. Tanquam ergo ipſum ſuæ ſalutis auctorem audiret comminantem: Prævaricatores redite ad cor: poſtmodum brevi fundator Bigavienſis cœnobii futurus ipſo miſerante, qui quos prædeſtinat, vocat, corde compunctus eſt, & licet ſero tandem ad ſe converſus, ante ſuæ mentis oculos, quæ & quanta commiſerit, revocavit, quoties ſcilicet aliena diripuerit, quantos cædibus, incendiis ac rapinis affecerit, nec ſolum facultatibus, dignitatibus, prædiis, urbibus, ſed inſuper vita ipſa privaverit: & ut hæc omittam, quantum Romæ apud limina beatorum Apoſtolorum, & in exuſtione baſilicæ B. Iacobi in Ziza commiſerit.

Tangitur religione.

§. XII. Ex horum omnium recordatione medullitus ingemuit. & eum, ſine quo nihil valeat humana fragilitas, ejus dirigere conſilium omni inſtantia depoſcit. O quam efficax ſemper eſt ſententia ore ſanctorum, imo a Spiritu ſancto prolata, ut, ubi abundat iniquitas, ſuperabundaret gratia.

Conſulit de expiatione Eccleſiaſtica Epiſcopos.

§. XIII. Eo interius ſe vocante, Wigbertus a moribunda vitiorum conſvetudine reſuſcitatus, & divina voce lapidei cordis ejus duriciem penetrante, per confeſſionem & pœnitentiam foras prodire commonitus, ad Herdvigum Magdeburgenſem & Wernerum tota animi devotione ſe contulit: quibus ſui reatus enormitatem, & ſatisfaciendi voluntatem aperuit, utpote talibus, qui mederi morbos animarum noſſent: & ipſorum arbitrium omnimodis, pro poſſe ſuo ſatisfacturus.

§. XIV. Hi vero tametſi judicio ſuo & auctoritate illum emendare ſe poſſe non diffiderent, tamen pro modis ſatisfactionis aliquantulum ei relaxando, quod potiſſimum arbitrati ſunt, ad limina beatorum Apoſtolorum Romam, & ad pedes Domini Apoſtolici ipſum venire blande perſvaſerunt.

Petit ex eorundem ſententia Romam.

§. XV. At ille nihil moratus, eo ire non graviter tulit. Paucis ergo ſecum aſſumtis, Romam, ut conſultum fuerat, devenit. Ubi proſtratus humi, limina Apoſtolorum, quæ olim ſanguine fœdavit, veræ pœnitentiæ lachrymis irrigavit. Dehinc opportunitate ſibi data, ad Domini Apoſtolici pedes præſentatur. Cui cum ſumma devotione itineris ſui occaſionem & peccatorum ſuorum enormitatem ac fœditatem ex ordine confitetur.

Amandatur a Papa ad Patriarcham Compoſtellanum.

§. XVI. Tum Apoſtolicus ex ſuorum auctoritate prædeceſſorum, veræ ac ſalutaris medicinæ experientia luculentiſſimus, & in exhibenda ſatisfactionis moderatione diſcretiſſimus, quibusdam pro inculcanda diligentius pœnitentiæ compunctione prælibatis, ad Patriarcham Hiſpanienſium, vitæ merito ipſi etiam Papæ admirabilem, & apoſtolicæ auctoritatis virum, cum transmiſit, ſecretiori ſcilicet habito conſilio, ut ei graviorem itineris laborem, vel aliquam impedimenti neceſſitatem, Deo diſponente, ingereret: & ut illius in omnibus obtemperaret præceptis & conſiliis, conſuluit.

§. XVII. Ad hunc etiam ardenti deſiderio properavit, & eidem quæcunque hactenus circa ipſum geſta fuiſſent, ex integro notificat. Qui non ex propria ſed Eccleſiaſtica cenſura imponens ei pœnitentiæ modum, ſecundum magnitudinem criminum præcavens, ne forte cucurriſſet in vacuum, non ut exactor importunus erga conſervum, ſed ut compaſſione proximus, animum periclitantis per ejus remigium ad portum ſalutis recurrere feſtinantis, his ſalutaribus inſtituit monitis: De publice pœnitentibus noſtri temporis præjudicium quidem facere veremur, qui utinam eſſent pœnitentes & non magis irridentes: qui poſtquam reconciliati recipiuntur, vel ſuſcipiuntur in Eccleſiam, diſſimulant vitam mutare priſtinam: Sed quia non inchoare, ſed perſeverare vera eſt juſtitia, fideliſſime conſidera, quare tanta terrarum tranſieris ſpatia.

O hypocriſim!

§. XVIII. Potuit enim, imo dignius quam ego debuit, Dominus Apoſtolicus tibi dare peccatorum indulgentiam, ſed labore tanti itineris voluit exercici patientiam, ut ex hoc comprobata fructu patientiæ, tuæque perſeverantiæ, remiſſiorem jam a me ſuſcipias modum pœnitentiæ. Potiſſimum ergo & ſaluberrimum judico tuæ dilectioni conſilium: eleemoſynis tua peccata redime, quæ ſicut ignis aquam, ea prævalent penitus extinguere.

Expiatio Papalis.

§ XIX. Cæterum ſi ſuppeditat facultas, cui famulari debet bona voluntas, templum Deo ad venerationem B. Jacobi, cujus exuſſiſti baſilicam, ex tuis ſumtibus conſtrue, & illic Deo ſervitores, quantos te poſſe arbitraris, aggrega, ſecundum

Domi-

Domini præceptum amicos tibi faciens de mammona iniquitatis pauperes, diſciplinæ regularis ordinem conſervantes, ut cum a vita præſenti defeceris, impetrent orationibus aſſiduis, ut in cœleſti manſione recipi merearis.

§. XX. Ad hæc Wigbertus, ſi tua paternitas, inquit, judicat ſufficere, ſex fratribus convenientem poſſum cellam facere, & eorum neceſſitati, quæ ſufficiant, impendere. Cui Patriarcha prudenter obvians: Qui parce, ait, ſeminat, parce & metet: & quæ in hilaritate & abundantia erogaverit, etiam abunde recipiet. Et quia tenor regularis diſciplinæ inter tam paucos non omnimodis poterit obſervari, ſi ullo modo poſſis ad hos totidem alios adde: quia una facilius monaſticum volent ordinem. Majore ſiquidem egent medicina majores morbi, graviores labores majora ſequuntur præmia. γνώμη.

§. XXI. Qui cum omnia pro poſſe ſuo ſe facturum, Deo cooperante, & vitam donante, polliceretur, reliquias eidem Patriarcha, hoc eſt, pollicem B. Jacobi dedit, & Eccleſiæ reconciliatum cum peccatorum indulgentia & benedictione dimiſit.

CAPUT VI.

De Viperti conſultatione de monaſterio fundando, eoque Pegaviæ fundato.

§. I.

Vipertus redux.

His ita feliciter transactis, ad ſua regrediens, in urbem ſuam Leiſnick divertit. Ubi a ſuis cum frequentia læticiaque ſuſcipitur. Quibus ex ordine cauſas & eventus itineris ſui aperiens, conſilium cum eis habuit, ubinam in ſua ditione locus cœnobio conſtruendo conveniens eſſe videretur. Cumque de hoc diverſi diverſe, quid potiſſimum arbitrarentur, judicarent, prudentiores tamen in id ipſum conſenſerunt, ut in vicinia ſuæ urbis Groiſch, ubicunque convenientiſſimum foret, proſpicere debuiſſet.

Conſultatio ejusdem de monaſterio fundando.

§. II. Quo cum eodem animi devoto tenderet propoſito villam quandam Hila dictam forte tranſibat, in qua lignea baſilica ſita eſt, quæ tunc ex vetuſtate lignorum pene dilapſa fuerat. Ad hanc orationis gratia cum ſuo familiari, nomine Giſelera ſeceſſit. Hujus enim moris erat, ut nunquam eccleſiam, niſi oratione facta, præteriret. Surgens igitur oratione facta, mirabile dictu, ſcrinium reliquiarum, altari ſuperpoſitarum, inſtar libri divinitus vidit aperiri, & exinde contra ſe vibrante ſplendore, viri tam magnanimi pectus horrore perculit, ut in ſuo ſtatu vix perſiſtere potuerit.

Pietas.

Superſtitio.

§. III. Inde digrediens, prædictum ſuum familiarem ſciſcitatur, ſi quid viderit. Quo dicente, ſe quidem nil vidiſſe, horrorem tamen immenſum pertuliſſe: narravit quid viderit, aitque id in animo ſibi eſſe, eandem baſilicam renovare. Quod cum ſtatim, ex ſuo ſumtu mandaſſet fieri, cœpto itinere Groiſch devenit.

§. IV. Ibi etiam cum exultatione non modica ſuſcipitur, impatiensque moræ, deſiderium ac votum ſuum, quod indeſinenter animo volvebat, prudentioribus aperuit: quibus viſum eſt, ut in loco quodam eminenti, eidem caſtro adjacenti, Nible antiquitus, nunc, Alte Groiſch dicto, id fieret. Sed altiori conſilio quibusdam cautioribus id ſane diſplicuit, prudenter conjicientibus, ſi aliquando, ut poſt accidiſſe claret, idem caſtrum obſidione vallaretur, illum locum hoſtibus fore refugium & inibi commorantibus deſolationis excidium.

Alt Groiſch.

§. V. Poſtea placuit, ut cis Eliſtram fl. ubi nunc villa quædam Wolfritz dicta, Bigavienſi villæ contigua, adjacet, (quia ille tunc citta plateam ſatis amœnus & amplus locus vacabat) hunc operi tanto deſignaret. Sed quia publica platea cunctis occaſionem, ſeu neceſſitatem frequenter tranſeundi faceret, & id ibidem Deo ſervitutis detrimentum ac ruina foret, etiam id conſilium in irritum ceſſit.

§. VI. Cumque diligenti conſideratione circumquaque cuncta prævidiſſet, ad occidentalem plagam, Bigavienſis villæ locum, ut credimus, huic operi divinitus deſignatum, perſpiciunt admodum habilem, ſed non ex omni parte ſuæ ditionis. Quidam enim Erpo dictus municipium habuit, eidem loco contiguum, qui tamen hæredem non habuit, ſibi quoque conſangvinitate & amicitia conjunctiſſimus fuit. Cui cum ſuum aperuiſſet animum, habuit eum omnimodis conſentaneum, ipſe tamen aliis illum beneficiis in Saxonia donavit, ut ejusdem loci proprietate ſe penitus abdicaret. Juſſit igitur eundem locum complanari, munitionem quoque penitus avelli.

Pegavia.

Erpo.

§. VII. Anno Domini M. XCI. Divina igitur Wigbertum inſpirando clementia præveniente, eadem quoque cooperando ſubſequente, quia caritas in eo divinitus accenſa,encioſa eſſe non potuit, qualiter devotiſſimi ſui propoſiti decenter opus inchoaret, ac decentius conſummaret, perdius ac pernox animi ſagaciſſimi crebra meditatione volvebat. Commodum ergo ratus,

ut

ut a ſocero ſuo Vratisiao, rege Bojemiæ, ſolatium & conſilium conquireret, non neglexit eo venire.

Vratislai Bojem. in Vipertum munificentia.

Hertuigus Magdeburg.

Walramus Cicenſis.

§. VIII. Qui laudabile viri votum, utpote ſui generi gratanter commendans, ſeptingenta eidem ad manus talenta dedit. Qui teverſus domum Hertuigum Magdeburgenſem Archiepiſcopum adüt, invitans, & flagitans, ut loco conliderato fundamenti, ei cœmeteriotum benedictiones daret. Cum quo etiam Walramum Zizenſem, & Albuinum Merſeburgenſem venire corrogavit.

Alboinus Merſepurg.

Pegavienſis monaſterii fundatio.

§. IX. Qui convenlentes ſacerdotalis officii jura perſolvunt, dataque benedictione Wigberto conſuluerunt, ut propriis humeris per duodecim angulos fundamenti totidem cophinos lapidum primus deferret, ſcilicet imitando factum religioſiſſimi principis Conſtantini, qui primus ac potiſſimum Eccleſiarum Chriſti fundator inter Principes extitit.

§. X. Paruit ille libens ſuosque omnes tanto voluntarii laboris accendit ardore, ut non ſicut aliarum Eccleſiarum fundatio mercenariorum fit labore, ſed manu militari, ac illis obſequentium inſtantia certatim ferveret opus, ita ut infra triennium, usque ad cacumen turtium ſine aliqua intermiſſione aſſurgeret. Curiam interim ſibi eidem operi contiguam, in loco, ubi nunc hoſpitale ſitum eſt, conſtituit, & capellam Deo & B. Nicolao confeſſori ſtatim conſtrui fecit.

CAPUT VII.

De

Monaſterii Pegavienſis extructione abſoluta, Ej. dedicatione, poſſeſſionibus a Viperto monaſterio traditis, Ej. incrementis, primis Abbatibus & Sedi Romanæ ſubjectione.

§. I.

ANno Domini M XCII. Dehinc utile ducens, ut aliquem religioſi propoſiti virum inquireret, qui fratribus ſibi ſociatis manum eidem operi ſummam imponeret officinas conſtrueret, præcipue divinum officium initiaret, cœnobium Svvarza dictum ſibi notiſſimum, utpote in religione præcipuum, adiens, Dominum Beronem, aliosque tres fratres, tanti laboris conſortes, ibidem impetravit, cui ſui cœnobii curam demandavit. Huic aliquando triginta marcas ad uſus fratrum & impenſas ædificiorum dederat; quas is balneatum iens, cinguloque clavem innectens, reliquerat.

Svvarza.

Bero primus Abbas Pegavienſis.

§. II. Tunc quidam ex laico converſus, moribus & aſtutia perverſus; cujus fraudulentiam Abbas ſuus, quia ſimplicis admodum naturæ erat, minus notaverat: & quia boni interdum quod ſunt diſſimulant, mali vero quod non ſunt, omni niſu ſimulant, eundem præ cæteris ſibi in miniſtrum aſciverat. Is ſicut Judas hujusmodi beneficiis nequiter abuſus, tandem opportunitatem, diu teot, præmeditatam, nactus, ejus Abbate balneum intrante clavem furtim ſurripuit, pecuniaque ſublata aufugit.

Ejusdem negligentia.

§. III. Hoc Wigbertus comperto, nec modo primum Abbatis negligentiam expertus, quamvis id ex ſimplicitate, non ex prava voluntate accidere perpendiſſet, tamen eum a ſe removere cogitavit, quia per talem virum locum ſuum promoveri non poſſe ſæpius animadvertit.

§ IV. At ille pollicitus, omne damnum quod acciderat, reſtituere, induciis ab eo impetratis, ne videlicet tanti diſpendii infamiam incurreret, ad clauſtrum ſuum rediit, & infra aliquod tempus a notis & conſangvineis quantitatem argenti negligenter perditi totam recuperat. Reverſus deinde toto vitæ ſuæ tempore pro poſſe laboravit, fratrum tamen numerum nullatenus ampliavit, & ſine paſtorali benedictione ſatis matutus 10. Cal. Januarii defungitur, & ibidem ſepelitur.

Mors.

§. V. Anno Domini M XCIII Dominus Wigbertus omnibus pene conſumtis a ſocero ſibi collatis, denuo miſit ad eum, nec ſolita conſolatione fruſtratus eſt. Trecenta enim ei talenta ad ſupplementum inchoati operis iterum transmiſit.

Iterata Vratislai Bojemi in Vipertum munificentia.

§. VI. Eodem anno idem Vratislaus in venatu ex equa lapſus ſubitanca morte obiit, vir utique in ſuo principatu omnibus anteceſſoribus ſuis honoris ac potentiæ ſeu divitiarum dignitate incomparabilis, etiam Imperatori cunctisque Principibus Teutonicis formidabilis, regni tamen cooperator fideliſſimus, in multis neceſſitatibus a rege Henrico regnante frequenter comprobatus, & ideo non inmerito regii nominis excellentia, ab eodem Imp. ſublimatus, regali quoque circulo & lancea primum in ea gente inſignitus.

Mors.

§. VII. Reliquit quinque filios, quorum unus Borvvi dicebatur, qui patre defuncto ducatum aliquo tempore obtinuit, alter Udalricus, qui poſtea Lothario regnante ptincipatum adeptus eſt.

Liberi.

§. VIII. Anno Domini M XCV. ſumma manus monaſterio Bigavienſis cœnobii impoſita eſt. Et Domini Bekonis induſtria locum ſibi commendatum non ſegniter adminiſtrando gubernante, plures officinæ ad uſus fratrum inſtitutæ ſunt.

Pegaviæ extructio abſoluta.

§. IX. Anno Domini M XCVI. VII. Cal. Aug. dedicatum eſt monaſterium Bigavi-

Ejusdem dedicatio.

enſis cœnobii a venerabili Domino Hertvvigo, Magdeburg. Archiepiſc. cooperantibus eidem Epiſcopis Alboino Merſeburgenſi, Walrabano Czizenſi, Ezelino Havelburgenſi, in præſentia Domini Wigberti, ejusdem loci fundatoris, aliisque nobilibus quam plurimis, filiis quoque ſuis Wigberto & Henrico præſentibus.

Juditha Viperti uxor ejusque ἀνακείμενα.

§. X. Eodem die Domina Juditha Comitiſſa, filia Vratislai, Bojemici regis, coronata, & auro textis induviis regulariter adornata, proceſſit, & coronam auro gemmisque ioſignitam, & cycladem auro textam, inſtar Dalmaticæ, & precioſiſſimi operis, quam ſub mantello ferebat, etiam auro texto, induta.

§. XI. Hæc duo inſignia ipſo die ſuper altare Deo ſanctoque Jacobo dicavit. De quibus ſcire volentibus, ſi quo devenerint, quæratur, ſicut comperimus, coronam quidem poſtea dominus Windolfus Abbas pro poſſeſſionibus in Turingia comparandis utiliter expendit, cycladem vero dominus Wigbertus junior poſtmodum vice patris in Italiam ad Imperatoris obſequium profecturus, ſuſtulit, data pollicitatione, quanti valeret, tantum argentum reſtituere. Burcardus autem Monaſterienſis Epiſcopus, cognominatus Rufus, cyclade conſiderata 40. marcas pro ea dedit. Sed Wigbertus ab Italia reverſus multis intervenientibus impedimentis, eas ſolvere non potuit ante ſuum obitum.

Vindolfus Abbas.

Vipertus junior.

Summa poſſeſſionum a Viperto monaſt. Pegavienſ. traditarum.

§. XII. Hæc eſt autem ſumma bonorum Bigavienſis Eccleſiæ, quam Dominus Wigbertus Marchio in honorem S. Trinitatis & S. Mariæ, ſanctique Jacobi Apoſtoli conſtruxit. Dotavit enim eam civitate eidem adjacente cum omnibus ſuis attinentiis, ſylvis, pratis, paſcuis, exitibus & reditibus, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, areis, cultis, incultis, piſcationibus, venationibus, cunctisque quæ dici vel nominari poſſunt utilitatibus, excepta una platearum extrema, verſus ſeptentrionem ſita.

§. XIII. Dedit præterea eidem Eccleſiæ ad dotis augmentum duas villas, quarum una Hilpertitze, altera Wurtzen dicitur, cum vineis & pratis adjacentibus, & molendino, & in Stonſe 9. manſos, & decem ſolidos in Lutzke, quibus ad illuminandam S. Mariæ capellam luminaria compararentur. Proceſſu ergo temporis religione & fratrum numero creſcente, donavit Dominus Wigbertus, majora, ad fratrum ſolatia, villas ſcilicet has, Muchelitz, Boritze, Carleſdorf, Henrichsdorf, Lippen, cum pratis & paſcuis, & omnibus aliis attinentiis eorum.

§. XIV. Et in Borckwice 4. manſos & Eccleſiam in Luzke, cum decimis 16. villarum, & Eccleſiam in Dicmarsdorf & in Suchesdorf novem manſos, quæ poſthæc ab ejus filiis, & ab aliis plerisque fidelibus Eccleſiæ noſtræ Bigavienſi tradita ſunt, congruo loco dicemus. Nunc ad ea unde paululum digreſſi ſumus, redeamus.

§. XV. Præfatæ namque dedicationis feſtivitate per dies quinque ſolenniter protenſa, domina Juditha Comitiſſa totidem diebus ſingulis mutatoriorum inſignibus æqualiter redimitis non ſine admiratione cunctorum adornata proceſſit. Omnibus igitur pro voluntate domini Wigberti decenter ordinatis, cunctisque valedicens, totius concionis ſolvit frequentiam. Dedit præterea ad ornatum pulpiti lapides ſchachorum cryſtallinos & eburneos ſculpturis inſignes.

Judithæ ornatus.

§. XVI. Anno Domini M. C. Dominus Bero, Abbas, hactenus huic loco tam pro poſſe, quam pro noſſe proſpiciens, tandem laborum ſuorum præmia recepturus, migravit ad Dominum, & in antiquo fratrum conventu juxta introitum monaſterii ſepelitur.

Beronis Abbatis mors.

§. XVII. Anno Domini M. C.I. Eo tempore regularis diſciplinæ diſtrictio, quæ ſecundum Hirſaugienſium inſtitutionem jam laudabiliter ubique propagari cæperat, præ cæteris Saxoniæ cœnobiis apud Corbejam, regalem Abbatiam, vigebat, cui tunc Dominus Marquardus Abbas, vir veneratione & memoria dignus, præſidebat. Hunc dominus Wigbertus adiens, ei cuncta ex ordine pandit, quibus ejus afficeretur animus, ſcilicet quia cœnobii ſui ſtatus ac religio hactenus minus quam ſperaverat ad regularis diſciplinæ ſit augmentum provecta: hac ſola tamen occaſione, quod ad tantum opus initiandum cooperatores idoneos hujus propoſiti non haberet vel habuerit.

Corbeja Saxoniæ.

Vipertus ſtudet incrementis monaſt. Peg.

§. XVIII. Proinde quicquid ejus prudentiæ potiſſimum videretur, ſe facturum pollicetur. Hoc tamen ſui obſequii frequentia ſe omnimodis promeriturum, ſi ex eodem ſacræ congregationis collegio, quemcunque ſibi judicaret utilem fore, cum aliquantis ejusdem laboris conſortibus ſecum deſtinaret: Promiſit denique, ſi ejus petitioni tantummodo ſatisfaceret, ſe ad eorum uſus ex prædiis ſuis ſufficientia præbiturum.

§. XIX. Cujus in Chriſto deſiderium ac petitionem Abbas, religionis ac juſtitiæ tenax, gratanter accipiens, totius conventus ſuper hoc conſilium ac voluntatem ſciſcitatur, & omnibus in idipſum conſentientibus, talem tantumque virum in tam pio voto non fruſtrandum, cum eorum unanimi conſenſu dominus Windolfus

Windolfus alter Peg. Abbas.

ſus

ſus venerabilis Monachus, ad hoc opus idoneus eſſe ac utilis, judicatur.

§. XX. Nec immerito. Is enim ob vitæ continentiam, & religionis obſervantiam tunc cuidam cellæ, eidem abbatiæ pertinenti, Prælatus erat, qui Prælati Priores dicuntur, ubi confratribus ſibi commiſſis ſtrenue præfuerat. Antea etiam ſcholarum regimen narratur tenuiſſe, litterarumque ſcientia laudabiliter claruiſſe. Canonicatum quoque in præpoſitiva, quæ Hilgeſtat appellatur, habuerat, ſed eo propter Christum poſtpoſito, religionis amore devictus, apud Corbejam eſt ſuſceptus.

Hilgeſtat.

§. XXI. Tum autem in Abbatem promovetur, aliique fratres ei ad ſolatium adjunguntur, e quibus Ludigerus, qui poſtea in Reineſtorff Abbas extitit, in Priorem ei deſignatur. Plurimis etiam neceſſariis donatus eſt, ac inter cætera his libris, Antiphonario & Graduali, libello miſſali, Regula & pſalterio, quæ uſque hodie apud nos perdurant. Præterea reliquias B. Viti martyris, & aliorum ſanctorum, Dominus Marquardus Abbas ipſi dedit, eoque fidei domini Wigberti fideliter commendato, valedicens omnibus eos dimiſit.

Ludigerus.

Reliquiæ S. Viti.

§. XXII. Verum cum diſſenſio inter regnum & ſacerdotium non modica exorta tunc eſſet, ita ut nullus iſtius provinciæ ſacerdotum Imperatori Henrico communicare dignaretur, Dominus Wigbertus Abbatem ſuum ad Archiepiſc. Moguntinum Ruthardum, qui tunc apud Erpiſfurt erat, ſecum eo adducens, ut ab eodem paſtorali benedictione ſublimaretur, impetrat. Cum quo ſimul ejuſdem civitatis Abbas nomine Burcardus eodem die conſecratur.

Henricus Cæſar abſtentus.

Ruthardus Mogunt.

§. XXIII. Deinde dominus Wigbertus cum Windulpho Abbate ad ſua reverſus, cœnobium ſuum ejus fidei tradidit, ut loco animæ ſuæ illius in omnibus utilitati provideret. Qui locum ſub ſua providentia ſuſcipiens, quanquam adhuc rudem, informem, incultum, præcipue Deum ſibi cooperatorem fore certiſſimus, velut aliquis exarator ſigilli peritiſſimus, prædeceſſoris ſui puſillanimitatem ex tam modica omnium officinarum inſtitutione perpendens, prioribus ædificiis obliteratis, potiora cœpit conſtruere, quæ laboris induſtria, liberalitate quoque domini Wigberti per omnia fretus, perduxit ad unguem.

Peg. monaſt. ab Windolfo Abb. diligentius excultum.

§. XXIV. Loco enim conſiderato, informia ſeu paluſtria loca complanari & extirpari a veprium aliarumque fo[illegible]um ſpurcicie fecit: omnia dilatavit & au[illegible]t, & in Eccleſia ſibi commendata tanquam in ſigillo perfecti decoris imaginem, uſque hodie ſui artificis atteſtantem efficaciam ſapienter exculpſit.

§. XXV. Fratrum inter alia numerum ad 40. & eo amplius ampliavit, quorum quotidiano labore municipium illud domini Erponis, de quo præfati ſumus, vallis ac vallibus inexpugnabili terrarum exaggeratione glomeratum ita complanavit, ut hortus ibidem fieret, qui diverſa fructuum & olerum ubertate refertus, crebro civitatem Dei eandem lætificaret. Præterea locum, qui uſque ab eo Abbatisdorff appellatur, juxta fluvium Wira in orientali plaga cœpit incolere, & arbuſta circumquaque funditus evellere, & denſitate ſylvarum extirpata dilatare novalia: Ubi Eccleſia conſtructa, & curia uſui inhabitantium abundanter dilata, noſtris fratribus in perpetuum fore, conſtituit. Villam etiam Bigavienſi villæ contiguam nomine Wolſtitz ex proprio labore ſtatuit, cujus annualem reditum ad talentum adauxit.

§. XXVI. Locum etiam quendam ad Occidentalem plagam ejuſdem villæ ad uſus fratrum octo ſolidorum cenſu utilem reddidit. Cujus induſtriam ac diligens in loco ſibi commendato propoſitum, Dominus Wigbertus conſiderans, & diligenter approbans, ei liberaliſſimus in omnibus cooperator extitit, cunctiſque ſuis idem ſummopere faciendum injunxit. Quod non ſolum eo ſuperſtite, ſed & deinceps devote compleverunt, tam ob Domini ſui dilectionem, quam ob ſuarum animarum remedium, præter cotidiana beneficia plurima eidem cœnobio prædia conferentes: quæ congruo loco dicemus.

§. XXVII. Anno Domini MC.IV. Poſt hæc Dominus Wigbertus novale quoddam in Merſeburgenſi diœceſi fecit exarari: parteſque Franconiæ adiens, ubi Dominam Sigenam, matrem ejus, in Lengenfelt fuiſſe maritatam nos ante retuliſſe meminimus, plurimos ejuſdem provinciæ colonos inde tranſtulit, quos præfatum pagum, ſylva funditus extirpata, præcepit incolere, & hæreditario jure deinceps poſſidere: ac, ut ridiculoſum quiddam inſeramus, quemlibet illorum cum familiolæ ſuæ contubernio villam vel poſſeſſionem proprio labore conſitam, etiam ex ſuo nomine nuncupare.

Sigena.

Vipertus e Franconia coloniam deducit.

§. XXVIII. Plurimis ergo villis inter fluvios Muldam & Wiram locatis, Dominus Wigbertus nondum devotiſſ. propoſiti ſui pertæſus, ſed indeſeſſo labore ad opus pietatis anhelans, ut ſex ſaltem fratribus cella ibidem fieret congrua, quem locum parochiam eſſe omnium circumjacentium villarum diſpoſuit, eumque Bigavi-

gavienſi cœnnbio ſubjectum fore, voluit.

Alboinus Epiſc. Merſepurg.

§. XXIX. Quod quia ſine conſenſu ſeu permiſſinne Domini Alboini, ac totius cleri Merſepurgenſis, nec effici potuit aut debuit, cum petitione ſupplici ipſe voluntatem ſuper hoc convenit eorum. Qui ob tanti viri erga religionem ac pietatem, juſte petita ſeu deſiderata concedentes, & conceſſa cum auctoritate totius Eccleſiæ rata fore ſtatuentes, annuerunt, ut Epiſcopus de decimis villarum omnium eidem parochiæ attinentium, ſed & aliarum infra Wiram & Sundram fluvios in Burcwardio Groiſch jacentium privilegium daret.

Ejusdem Diploma de pagis territorii Groicenſis.

§. XXX. Cujus exempli cauſa exemplar hic tranſcribimus: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Alboinus, DEI gratia Merſepurgenſis Epiſcopus. Notum ſit omnibus fidelibus, tam futuris quam præſentibus, qualiter ego ob interventionem Domini Wigberti & Windulfi Abbatis decimas villarum, quarum nomina ſubſcripta ſunt, & cæterarum, ſi quæ circa hæc loca adhuc inſtituentur, ob remedium animæ noſtræ monaſterio Bigavienſi in honorem S. Jacobi conſtructo, & proviſori ejus Windulfo tradidimus: Scaslausdorf, Ostendorf, Scarndorf, Monichroth, Luziki, Snoerd, Zulaneſtorf, Belaneſtorf, Milaniſtorf, Drogiſtorf, Scazintorff, Wadiſdorff, Waſeska, Euerbardisdorf, Moiſtorf, Seſciuce, Koſovvo. Hæ autem ſitæ ſunt in Burcvvardio Groiska in Comitatu Udonis Marchionis, inter fluvios Wira & Sunda. Actum anno 1105. indictione 12. 9. Cal. Octob. anno nono ordinationis ejus, conſentientibus illius Eccleſiæ Canonicis Huberto Vicedomino, Dietoldo Decano, Magiſtro Scholarum Walthero, & laicis Ludigero, Henrico, Giſilberto & aliis clericis & laicis quampluribus. Ego Alboinus propria manu ſubſcripſi.*

Groiſca ditionis Udonis March.

Miſericordia Domini plena eſt terra. Si quis autem Diabolo inſtigante hujus noſtræ traditionis impius violator extiterit, perpetuo ſe ſciat anathematis vinculo eſſe damnandum.

§. XXXI. ANNO DOMINI M.D.VI. Dominus Wigbertus comes cœnobii ſui commodis non tantum in præſens, ſed etiam in futurum providens, conſilio Domini Windulfi Abbatis, cæterorumque ſibi fideliſſimorum, decrevit eundem locum Juri ſeu poteſtati Sedis Apoſtolicæ in perpetuum mancipare, quatenus eum in poſterum nullius ſecularis perſonæ dominio vexari contingeret. Proinde vice ſua militem, nomine Luvonem in agendis negotiis & cauſis induſtrium, ſibique familiarem, ad Apoſtolorum limina Romam direxit, qui Romanæ liberati cœnobium idem allegatione fideli deſtinaret, & ab Apoſtolico dari ſuper hoc ipſa traditione privilegia impetraret.

Pegavia ſedi Romanæ ſubjecta.

Luvo.

Paſchalis II. Papa.

§. XXXII. Dominus ergo Paſchalis Apoſtolicus, hujus nominis ſecundus, beati Petri vicariam adminiſtrans, cognitis cauſis itineris ejus, auctoritate fretus Apoſtolica, cum ſigilli ſui impreſſione Bigavienſe cœnobium hac privilegii confirmatione ſancivit. Paſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI, fidelibus per Saxoniam ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Deſiderium, quod ad religioſum propoſitum, & animarum ſalutem pertinere cognoſcitur, auctore DEO; ſine aliqua eſt dilatione complendum. Wigbertus ſiquidem Saxonicæ gentis illuſtris Comes, in Merſepurgenſi parochia in loco prædii ſui, qui Bigowia dicitur, monaſterium pro ſua ſuorumque ſalute conſtruxit: quod miſſo vice ſua Luvone ſpectabili milite ſuper B. Petri altare obtulit, & in perpetuum juri ſedis Apoſtolicæ mancipavit, advocatiam tamen ipſemet Dominus Wigbertus habiturus, excepit, poſt eum aut poſteritatis ſuæ natu primus, ſiquidem juſte & utiliter Eccleſiæ præeſſe voluerit, ſin autem, quod Deus avertat, poſteritas ſua defecerit, Abbas loci ejusdem ſaniori conſilio ſuorum utilem ſibi & Eccleſiæ eligat Advocatum, quem voluerit. Nos ergo ejus deſiderium laudabile proſequentes, decreti præſentis auctoritate ſancimus, ut tam præfatus locus, quam omnia ad eum pertinentia, ſub Apoſtolicæ ſedis tutela munita ſemper & illibata permaneant, ſervorum DEI illic degentium uſibus omnimodis profutura, ut tamen unius aurei cenſus annuus Lateranenſi palatio perſolvatur. Nulli omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel quaſi piis de cauſis uſibus ſuis applicare. Sane ſepulturam loci illius omnino liberam eſſe decrevimus, ut eorum, qui ſepeliri illic deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſunt, nullus obſiſtat. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſive baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines ſunt promovendi, ab Epiſcopo, in cujus diœceſi ſunt, ejusdem loci fratres accipiant, ſiquidem gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioqui a quovis catholico maluerint antiſtite, conſecrationum ſacramenta accipiant. Porro nullus ibi in Abbatem qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſilio, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum DEI timorem, & beati Benedicti regulam elegerunt. Si quis autem, quod abſit, huic noſtro decreto, in perpetuum manſuro, contraire voluerit, anathemate feriatur,

Wigbertus Comes Sax:

Cenſus annuus Pontif. Rom. dependendus.

&

& honoris atque officii ſui periculum patiatur, niſi præſumtionem ſuam digna ſatisfactione correxerit. Obſervantibus autem hæc paxa DEO & miſericordia perenniter conſervetur, Amen.

Eodem anno Henricus Imp. obiit.

CAPUT VIII.

De Judithæ, Viperti Conjugis Morte, Funere, Exequiis, Monumento, Viperti munificentia in Monaſt. Pegav. & egenos.

§. I.

Henricus V, Cæſar.

ANNO DOMINI M. C. IX. Hoc anno Henricus Rex, hujus nominis quintus, Natalem domini Moguntiæ celebrare diſpoſuit. Quo cum Principes Teutonici, magno fulti apparatu, ſolenniter undique convenirent, Wigbertus etiam cum filiis ſuis Wigberto & Henrico affuit, quibus, proh dolor, eadem fêſtivitas in luctum converſa eſt.

Judithæ, conjugis Viperti, mors.

§. II. Domina enim Juditha, Comitiſſa, omnium veneratione memoriaque digna, DEO, ſicut ſperamus & optamus, pie diſponente, pro bona liberaliſſimaque erga noſtrum cœnobium ſua voluntate, cum beatis conjugatis in nativitate ſui Salvatoris Angelico carmine, gloriam in excelſis agno, qui tollit peccata mundi, canitura, & in ſinu Abrahæ cum requie cœleſtibus pro terrenis fruitura, in ſuo patrimonio, Budiſſin dicto, 16. Cal. Januarii viam univerſæ carnis ingreditur.

§. III. Nunciis igitur celeriter utrinque miſſis, qui hujus obitum non ſolum Domino Wigberto filiisque ſuis, ſed etiam Bojemiæ Principibus, dominæ Judithæ fratribus, referren , interim illius exequiis ab omnibus catervatim occurritur. Verum dominus Wigbertus relatione tam triſti per nuncios accepta, ſtatim a rege impetrata remeandi licentia, flebilem de conjugis ſuæ deceſſu querimoniam edit: legatoque quantocyus præmiſſo, qui corpus

Funus.

interim ad Bigavienſe cœnobium deſerri faceret, illud ab Abbate Windolſo cum honore, & a fratribus ejus cum luctu & cantu rite ſuſcipitur, ipſe vero Dominus Wigbertus cum ſuis velocius conſequitur.

§. IV. Quo tandem adveniente, Principibusque Bojemiæ ſimul occurrentibus, lamenta fiunt ingentia: fit concurſus c populorum frequentia, qui inter 4. dies undique confluxerant, ex quo Bigaviæ corpus allatum ferretur, & continue ſuperpoſitum & inhumatum remanſerat. Præterea Epiſcopum Miſnenſem, qui cum exequiis advenerat, dominus Wigbertus, & Alboinum Merſepurg. & Walrabanum Zcicenſem invitavit, qui ſtipati ordine Clericorum, adveniunt, & debita veneratione devote exequiarum officia perſolvunt.

Exequiæ.

§ V. Quo tandem tittulo tantæ tamque celebres exequiæ, quo lectori ſatisfiat, merebuntur inſigniri vel determinari? Brevi prorſus. Quid enim brevius dici, aut verius poterit a nobis audiri, quam terram terræ, cinerem cineri commendari? Sed proculdubio in ſpe ſingulari reſurrectionis ac regenerationis conſtituti ſunt, qui beate in Domino dormientes in pace requieſcunt. Quam regenerationis gratiam Dominæ noſtræ Judithæ concedat redemtor animarum noſtrarum, qui cum Patre & Spiritu ſancto regnat DEUS, &c.

Monumentum.

Sciendum tamen, quia in loco, ubi monumentum ejus factum apparet, ibi corpus non jacet, ſed in crepidine altaris ſanctæ Crucis, qui locus indicio tali manet adhuc notabilis. Idem enim altare tunc in altiori loco poſitum erat.

Viperti munificentia in monaſt. Peg.

§. VI. His ita tranſactis, Dominus Wigbertus ſolita liberalitate erga noſtrum locum uſus, pro ſuæ conjugis animæ remedio ſpecialiter aſcribenda donavit hæc: ſcilicet mantellum ejus precioſum, inſigniter & artificioſe ſatis auro textum, ex quo caſula optima facta eſt, non tamen ad magnitudinem ejus, utpote in varias partes, tum utiliter tum inutiliter mutilati, cujus etiam aurifriſium in alteram cappam pergrande tranſpoſitum conſtat.

§. VII. Addidit huic etiam Scrinium permagnum, & ſuperlativum, tam auro quam gemmis & electro decoratum: Præterea tres pergrandes cruces, etiam electro, gemmis & auro inſignes, & earum baſes argenteas: inſuper urceolum argenteum ad aquam benedictam congruum. Præter hæc duo candelabra, Græco opere fuſilique decora, & optimam inveſtituram principalis altaris, quam ex ejus ſuppellectile fuiſſe tradunt, & velamen optimum, quod analogio ſummis io feſtis ſuperponitur, in quo Evangelium recitari ſolet.

§. VIII. Ex his omnibus quædam apud nos nunc non ſunt: alia enim tempore famis expenſa ſunt, etiam pro comparandis diſtrahi contigit. Præterea iſta domina Juditha cum adhuc viveret, caſulam viridis coloris & aurificio huic Eccleſiæ dederat, ſed & Beati Nicolai baſilicam tam altaris quam ſacerdotis præparatura, & duobus manſis regalibus io villa Borckwize donaverat, ad uſus ſcilicet Presbyteri, qui jugiter ibidem Miſſarum ſolennia celebraret.

In egenos.

§. IX. Quis demum verbis explicet, quanta non tantum triceſima die, ſed etiam inſra, dominus Wigbertus liberaliſſimus, ægrotis, egenis, orphanis, viduis largiendo, fami nuditati, paupertati, omnique eorum neceſſitati large ſubveniendo, miſericorditer expenderit, denique qua frequentia, qua liberalitate ipſum tricenarium ſuæ dilectiſſimæ conjugis exegerit, quis dicere & quis ſcrire modus? Et quia nil dignum tanta feſtivitate brevis hæc noſtra relatio poteſt attingere, viſum eſt lectoris iſta prudentiæ judicioque relioquere.

CAPUT IX.

De

Alteris Viperti nuptiis cum Cunegunda, vidua Cunonis Bichlingii & Nuptiis filii ſui ſenioris.

Alteræ nuptiæ cum Cunegunda, vidua Cunonis Bichlingi.

ANno Domini M. C. X. Poſthæc Dominus Wigbertus de ſuæ conjugis obitu tandem vix ægre conſolatione recepta, neceſſarium ducens alteram ſibi quodammodo matrem familias providere, relictam domini Cunonis, nobiliſſimi Principis de Bichelingen, nomine Cunegundam, ducere ſtatuit. Quæ cum propoſitum viduitatis adhuc animo volveret, & ejus petitioni annuere primo dubitaret, poſtmodum habito cum ſuis saniori conſilio, quoniam multos potentes invaſores prædiorum ſuorum ſuſtinere jam non poterat, quorum abundantiam ei vir ſuus reliquerat, etſi non voluntate, tamen neceſſitate petitæ conjugii copulæ conſenſit.

§. I. Eorundem enim importunitate graviter vexabatur, quorum fraudulentia vir ejus nobiliſſimus occiſus fuerat, clam contra Jus & fas, nil ab eis utpote ſuis hominibus male ſuſpicatus: quorum unus Edelgerus de Ilfeld, alter Chriſtianus de Rotenburg dicebatur. Ejus ergo conſenſu Dominus Wigbertus comperto, ſatis hilariter, nec ſolum ejus ſelici conjugio potitus eſt, imo perſvaſit ei, ut filiam præ aliis elegantiſſimam ac famoſiſſimam, nomine Cunegundam, filio ejus ſeniori, Wigberto ſcilicet deſponſaret.

Edelgerus Ilfeldius. Chriſtianus Rotenburg.

Viperto F. Cunigunda F. collocata.

§. II. Quod cum impetraſſet utrique, videlicet tam matri quam filiæ, una nuptias ſolennes pater cum filio ſupra quam dici nunc poſſit liberaliter exhibuere. Reliquas vero ſorores quatuor nobiliſſimas Saxoniæ & Turingiæ principibus deſponſavere. Ea demum viciſſitudine conjugii pactum, & fide a prædicta matrona firmatum eſt, quod ſi primo eadem Comitiſſa naturæ concederet, Dominus Wigbertus & hujus hæredes ejus patrimonium obtinerent.

Pacta dotalia.

§. III. Habebat autem inter cætera prædia ſua Abbatiam in confinio Saxoniæ & Turingiæ Oldesleben dictam, quam præ omnibus ſpecialiter Domini Wigberti, mariti ſui, curæ dominioque commendavit. Ejus enim res valde dilapidatæ fuerant, religioque deſtructa ſub regimine Luperti, Abbatis ejusdem cœnobii, cujus irreligioſitas jam domino Wigberto innotuerat. Quo merito depoſito, induſtriæ domini Windolfi Abbatis idem locus deſignatur, ut ejus ſtatus illo cooperante, priores utilesque ſratres ibi providente, aliquo modo recuperaretur.

Oldesleben monaſter.

§. IV. Cui loco cum aliquandiu pro poſſe ſuo utiliter providiſſet, pertæſus tandem duplicis laboris, (quia pluribus in-„ tentus minor eſt ad ſingula ſenſus) pen-„ ſansque ex ejus loci proſpectu, Bigavienſis cœnobii defectum, commodius viſum eſt, ut aliquem ibi præficeret, & ſuum ex hoc laborem relevaret. Quapropter dominum Ludigerum apud Corbeiam impetravit, cujus induſtriam jam pridem expertus fuerat: quia ſibi præſtitus prioratum apud Bigaviam ſtrenue ſatis adminiſtraverat.

Ludigerus Abbas Oldeslebenſis deſignatus.

§. V. Hic eidem cœnobio prælatus, cum per multos annos præfuiſſet in Jeroſolymitana profectione, Conrado rege Chriſtianorum exercitum duceote, in comitatu Domini Bernhardi, Comitis de Plozeka, * II. Id. Martii feliciter obiit. Præter hæc poteſtatis imo ſelicitatis incremeotum domino Wigberto per idem tempus acceſſit, quidem Viſo quidam de Viſenburgk, nobilis ac perdives, ei conſanguinitate junctus, ad extrema deveniens, ipſum omnium prædiorum ſuorum hæredem reliquit. Is congregationem ſanctimonialium in eodem caſtello de prædiis inſtituerat.

* prid.

Bernhardus Comes de Plozeka.

Viſo Viſenburgius hæredem Vipertum inſtituit.

§. VI. Quo defuncto, Dominus Wigbertus venerabilem matrem ſuam Dominam Sigenam, jam ſecundo viduatam, ibi pauſare usque ad vitæ ſuæ terminum in ſancta converſatione conceſſit, ad cujus neceſſitates quantum ſuerat dignum impenderat. Qua etiam poſt aliquod tempus ad Dominum tranſeunte, VI. Cal. Marti ibidem in monaſterio ſepelitur cum duabus Abbatiſſis, quæ ejusdem loci præſuerant congregationi.

Sigena;

§. VII. Eodem tempore quædam prædives matrona, neptis ſupra memorati Friderici, Comitis de Lengeoſeld, ad eundem locum ſe cum propriis ad quindecim talenta contulit. Hæc cum ipſa facultate, tum collegarum ſuarum imo nobilitatis libertate abutens, animum Domini Wigber-

Fridericus Lengefeld.

berti erga religionem ſacram ſemper detentum graviter offendit, qui non diu offenſionis vindictam diſſimulavit.

§. VIII. Situm enim ejusdem irreligioſitatis occaſionem non modicam afferre, ideoque tam ordinem ipſum, imo exordinationem, quam etiam loci ſitum transponere cogitavit. Prædictam ergo virginum, utpote fatuarum, cohortem ſub interminatione locum juſſit deſerere, ne illum, quem DEO ſervientes utiliter inhabitare poſſent, deinde inutiliter occuparent.

Monachæ laſcivientes exterminantur.

§. IX. Conſilium enim a Domino Othone, Babergenſi habuit Epiſcopo, cujus fama religionis ac pietatis late tunc percrebuerat, ut in ejusdem caſtelli vicinia juxta fluvium Unſtrot monaſterium fundaret, in quo Monachis aggregatis, prædicti loci prædia eis confirmaret. Qui nil parere moratus, in loco qui Reinerſtorf dicitur, ſacræ religionis iterum ſundator eſſe cæpit, Abbatemque ſuum Windulfum convenit, quatenus aliquem virum induſtrium, & ad id opus utilem, eidem loco præficeret.

Otho Epiſc. Babebergenſis.

Monaſterium Reinerſtorf a Viperto fundatum.

§. X. Cui ſatisfacere per omnia ſagaciter Abbas ſtudens, Dominum Ludigerum fratrem venerabilem, de quo ſupra retulimus, quod in Priorem ſibi datus, ſed denuo receptus, Decaniam apud Corbeiam adminiſtrabat. Hunc igitur in Abbatem ſibi dari obtinuit, quem eidem cœnobio præficere cogitabat. Quo apud Bigaviam, revocato, & regulariter electo, interim Dominus Wigbertus, nuncio celeriter præmiſſo præfatas ſorores locum dare quantocyus juſſit, demandans absque ulla retractione abſcederent, nec illius adventum, donec ipſe cum Abbatibus & fratribus ſuperveniret, ulla ratione præſtolari præſumerent.

CAPUT X.

De

Imperat. Henrico V. Bojemum exauctorante, ejusd. Expeditione Polonica, Zuetipolco ſublato, Borvo reſtituto ejusque Borvi & Viperti Junioris captivitate.

§. I.

Henricus V. Cæſar.

Borvvi Bojemus exauctoratus. Zuetipolcus. Vipertus.

ANNO DOMINI M.C.XI. Henticus ergo junior regno potitus filium Vratislai, regis Bojemiæ, nomine Borwi, regno privavit, & quendam nomine Zuetipolcum ei ſubſtituit. Ex hoc Wigbertus valde doluit, & ut reſtitueretur, ſumma devotione Regem obnixe petiit, nec tamen obtinere potuit, & ex hoc Regi frequenter exprobravit. Rex autem Zuetipolco conſuluit, ut omnes primates, qui Worſwice dicebantur, decollaret, illeque paruit.

Conſilium crudele.

§. II. Deinde in Poloniam expeditionem ſuis indixit, & Wigberto, ut ſimul proficiſceretur, imperavit. Qui ſumtis duobus millibus profectus eſt. Cum ergo propter Borvvi regem haberet infenſum, Zuetipolcus cum rege plurima de Wigberto clam tractabat conſilia, quod illius non diu latuit induſtriam. Sæpius vero Zuetipolco mediæ noctis tempore ab hujusmodi conſiliis ante Wigberti tentoria ad ſua redeunte, tandem cum ſuo egit milite quodam, ut tranſeuntem ſicut heri & nudius tertius inprovifum clam perimeret. Cujus tranſitum idem diligenter explorans, cuſpide in eum vibrata inter ſcapulas Ducem transfixit. Illoque ruente, ad caſtra Wigberti miles aufugit.

Cæſaris expeditio Polonica.

Vipertus Zuetipolcum æmulum tollit per inſidias.

§. III. Exorto deinde clamore Bojemorum, ubi eis interitus Ducis innotuit, oil morati, præcipites aufugiunt, & regem poſitum in grandi anxietate relinquunt. Vocatus dehinc à rege Wigbertus, aſſuit. Quem Rex ut ſe cum ſuis a Polonia deduceret, obnixe petiit. Quod ſe facturum gratanter pollicetur, ſi Borwi per eum in paternum principatum reſtitueretur. Cujus petitioni refragari tandem non valens, utpote neceſſitate ductus, annuit, & ut illum in paternam ſedem reduceret, imperavit. Rex itaque feſtinus, Wigberto præduce Polonia deceſſit: Sed Wigbertus juvenis, filius Wigberti, patre jubente Borvvin in principatus ſedem Pragam reduxit.

Intercedit pro Borvvi.

Vipertus junior.

§. IV. Rege vero in partes Teutoniæ usque in Nuenburg veniente, compertoque quod Wigbertus junior Borvvi reduxiſſet, & adhuc in Bojemia moraretur, Ladislao magis favens, fratri ſcilicet Zuetipolci, quem Wigberto inſcio pro fratre doloſe in principatum ſubvexerat, eodem inſtigante, ſeu cooperante Bojemiam ingreditur, Wigbertum juniorem & Borvvi doli inſcios inſequitur.

Ladislaus Zuetipolci frater.

§. V. Cujus adventu & dolo quaſi præfati comperto, ad præſidium confugiunt, & Rex Wigbertum quidem in Praga, Borvvi in Wiſſegrad obſedit, eosque per ſeptem dies fortiſſime reluctantes tandem obtinuit, & captivos ſecum abduxit, eosque in Hammerſtein cuſtodiæ mancipavit.

Vicegradum. Viperti junioris & Borvi captivitas.

§. VI. Anno Domini M.C.XII. Wigbertus ſenior compertis his, quæ acciderant, graviter doluit, nulloque alio pacto filium redimere potuit, donec urbem Leisnick & pagos Niſen & Budeſſen, una cum urbe Morunge, regi tradidit: quæ omnia ſtatim Hogero, Comiti de Mansfelt,

λύτρον.

Hogerus. Mansfeldius.

felt, ſibi familiariſſimo, in beneficium Rex conceſſit. Wigbertus junior relaxatus, non multo poſt cum Rege in Turingiam venit, ubi eum municipio quodam Ekehardberk, alias Eckersberg dicto inbeneficiavit.

Eccarsberga.

CAPUT XI.

De Rebus intra decennium, nimirum ab anno 1113. — 1123. geſtis.

§. I.

Vipertus a Cæſare hoſtis judicatur.

Vipertus junior captator.

ANno Domini M. C. XIII. Rex ergo manifeſto jam odio Wigbertum ſeniorem inſectatus, Ladislao ſibi auxilium ferente, Groiſcam deliberavit invadere. Wigbertus quoque junior Nuenburg urbe ſe ſperans inbeneficiari, regi contra patrem fuit auxilio: Wigbertus autem ſenior electiſſimos quosque milites cum apparatu bellico & militaribus inſtrumentis in munitionem urbis aggregavit.

Ladislaus Bojemus.

§. II. Cumque ab exercitu Regis eo ventum eſſet, Ladislaus cum ſuis ſubita aggreſſione niſus eſt urbem expugnare, ſed ultra 500. ſuorum amiſit. Rex autem expugnationem omittens, poſt octo dies inde tranſiit, & Nuenburg urbe quendam ſibi familiarem inbeneficiavit. Sicque Wigbertus ab eo deficiens, ad patrem rediit.

Sigefriedus Palatinus. Orlamund. Ludovicus Turingus.

§. III. Anno Domini M. C. XIV. Wigbertus igitur denuo Regis adventum præcavens, amicitiam cum Sigefrido, Palatino Comite de Orlamunde, & cum Ludovico, Comite de Turingia pepigit. Qui ob hujusmodi apud Warenſtede condixere colloquium. Quorum contra regem conventione Hogerus comperta, cum trecentis inſperatus advenit. Illi cum impares armis ac militum numero ad reſiſtendum eſſent, Ludovicus fugiens evaſit, Sigefridus Palatinus occiditur, Wigbertus multis vulneribus ſauciatus, captivus abducitur, & in Leiſnick cuſtodiæ mancipatur. Deinde Wirciburg in curia coram principibus habita regi repræſentatus, ab omnibus capitali ſenrentia adjudicatur.

Vipertus a Mansfeldio captus capitis damnatur.

§. IV. Traditur ergo ad decollandum cuidam militi de Pliſna Conrado. Qui cum juſſa perficere moraretur, & in campo ejus necem differendo, nuncium Regis meliorem aliquem expectaret, interea cuncti principes Wigberto juniori ſuggeſſerunr, ut Groiſcam cum omnibus paternis prædiis ad revocandam mortis ſententiam pro patris ſcilicet redemptione regi devotus offertet, Quod cum feciſſet, Wigberto quidem vitam indulſir, ſed in munitiſſima urbe ſua Drunts eum reſervari per triennium circiter mandavit.

Ejusdem λύτρον & triennalis captivitas.

§. V. Quo comperto Wigbertus junior & frater ejus Henricus contra Regem ad Saxones ſe contulerunt, & ob hoc cum Ludovico Comite rei majeſtatis adjudicantur. Per triennium ergo patre in captivitate poſito, ſylvarum latibulis, hominum deſtituti ſolatiis, inſtar ferarum ſe ſuosque tuebantur.

Filii majeſtatis damnati.

§. VI. Anno Domini M.C.XV. Interim Henricus Imperator inſolentiæ ſuæ modum neſciens imponere, omnes principes Saxoniæ, cenſu ante inaudito cunctis Indicto, vehementer infeſtabar, ita ut Epiſcopum de Halberſtadt Reinhardum & Palatinum Comitem de Sumerſeburg, & Fredericum de Arnsberg, Rudolphum Nortmarchia potitum, ſingulos ſuis dignitatibus privaret, aliosque ſibi faventes ſubſtitueret.

Cæſaris in Saxones injuria.

§. VII. Qua injuria unanimes commoti, cum Lothario, Duce Saxoniæ, & Wigberto juniore & fratre ejus Henrico cæterisque ab eo injuriatis pariter adunati, multa conventicula ſimul habuerunt, & tandem juxta Cruciburg ſimul conglobati initum fœdus juramento firmarunt. Inde proficiſcentes caſtrum, quod Wallebeche dicitur, ad injuriam Regis ædificarunt. Ex quo Hogerum Comitem omnibus modis infeſtabant.

In eundem conſpiratio & rebellio.

Creutzberg.

Hogerus Mansfeld.

§. VIII. Wigbertus vero junior juxta Guntorſ nemoris latibulo ſe occulens, ex adverſariorum frequenti invaſione neceſſitati propriæ ſubveniebat. Menſe jam Novembri opaca ſylvarum ſoliis deficientibus illuſtrabantur: quarum latebris ſibi ratus deinceps haud ſore tutas, aut Adelgotum tunc Archiepiſcopum, ſuum nepotem, legatum cum petitione deſtinavit, ut in aliquo ſuæ ditionis municipio cum ſua conjuge Cunegunda, paucisque militibus eum concederet hyemare, quem bruma non ſineret ſub dio latitare.

Viperti junioris exilium.

Receptaculum apud Adelgotum Archiepiſc. Magdeburg.

Cunegunda conjux.

§. IX. Cujus neceſſitati Epiſcopus compatiens, miſſo nobili viro, nomine Adelberto, Wigbertum una cum conjuge, & quodam Suidigero, alioque Brunone, ſuisque quinque miniſterialibus, ultra Albiam in urbe quæ Luburg dicitur, fecit collocari. Cujus præfectus urbis, nomine Pribron, adhuc pene paganus fuerat, eo quod ultra Albiam illis temporibus rarus inveniebatur Chriſtianus. Quod factum ubi Imperatori innotuit, ad curiam Goſlariæ indictam Archiepiſcopum evocavit, ignorantem erga ſe doloſe agi. Cumquo Wigbertus ad curiam legatum ex ſuis deſtina-

Luburg.

Pribron.

Goslaria.

ſtinavit, quatenus ſi quid de ſe ibi ageretur, per eum reſciret.

Indicium tempeſtivum.

§. X. Cumque ſero jam eſſet, ex quo poſtera die Imperator cum frequentia Principum erat aſſeſſurus, & de reipublicæ ſtatu tractaturus, quidam Archiepiſcopo familiaris a ſuo nepote, qui in regis erat miniſterio, eſt clam præmonitus ſcilicet Archiepiſcopum regis circumventum fraudibus, & non ſolum ſequenti die deponendum, ſed etiam cum ſuis omnibus capiendum. Quibus ille compertis, ad notitiam domini ſui ea detulit: & ille nil moratus, in ipſius noctis tenebris, ignorantibus adverſariis, & celiter equis aſcenſis, Magdeburg ante mediam noctem cum ſuis auſugit. Mane facto, factum Rex comperit, contemtumque regiæ majeſtatis graviter tulit.

Adelgotus auctoratus, Saxones proſcripti.

§. XI. Qverimonia ergo de hoc coram principibus habita, quorum favore illius alebatur audacia, Archiepiſcopus abſens deponitur, & ultio fieri de Saxonibus reipubl. contemptoribus illico decernitur. Expeditione dehinc poſt 40. dies ſcilicet 4. Id. Februarii ſuis omnibus indicta, apud Walehuſen ſuum adunant exercitum, Saxonibus e contra pro poſſe in id ipſum enitentibus. Ventum erat ad tempus indictum, ad locum, qui Welſeſholrz dicitur, & ibidem propter hyemis aſperitatem, ac nivium importunitatem, bellum in craſtinum differtur.

Welfesholtz.

Reinhardus Epiſcop.

§. XII. Nncte tranſacta, ſub tempnre primæ ſurgentis auroræ, Reinhardus Epiſcopus inter Miſſarum ſolennia verba fecit ad populum, monens eos, divinám implorare clementiam, ſatis affirmans, Deum invncantibus in veritate nunquam defuiſſe, Peractis Miſſarum ſolenniis regis adventum conſtantiſſime præſtolabantur, & ad deſenſionem libertatis & patriæ ſe viriliter cohortabantur.

Hogeri Mansfeldii temeritas.

§. XIII. Imperator adveniens, ordinavit acies, & in primo congreſſu Hogerus cum ſuis collocatus, prior omnibus a ſuis paululum cum quodam Ludnlſo remotus, & audaciæ jactantiam jungens, ſolus equo deſiliit, & manu gladium erectum gerens, in Saxones præceps accurrit. Quem Wigbertus junior duobus ſibi ſociaris, Conrado & Hermanno fratribus, viris valde præſtantibus, aggreditur forti niſu, cuſpide in ejus pectus vibrata. Qua per Ludolſum confeſtim extracta, Hogerus Wigbertum enſe commotus impetiit, ſed ictus, clypeo illum protegente, caſſatur, ſtatimque gladio per medium caput reverberatum Hogerum proſtravit, & nitentem exurgere, limbo loricæ nudatum gladio transfodit.

Duellum cum Viperto juniore, & cædes.

Saxonum victoria.

§. XIV. Sublato ergo clamore, cunci utriusque partis conſequuntur, & Saxones pro patria viriliter agentes, hoſtes nec ſpe nec timore enitentes, quaſi oves tanto ſurore agreſſi ſunt, ut 30. ſeu 20. ab uno Saxone occumberent. Tota ergo die pugnatum eſt, & nox interveniens bellum diremit. Ita Rex victus fugatus eſt a Saxonibus, tota nocte metu inſidiarum ibidem perdurantibus. Victores ubi poſtera die Regem in Bojariam fugiſſe compererunt, ad ſua redierunt.

Adelgotus Magdeburg.

§ XV. ANNO DOMINI M.C.XVI. ſundatum eſt a venerabili Adelgoto, Archiepiſc. Magdeburg. cœnobium Hallenſe, quod dicitur ad novum opus. Ludovicus Comes abſolvitur a vinculis. Eruinus Comes Monachus factus eſt. Apud Moguntium civitatem concurrentibus civibus una cum Arnoldo, ipſius civitatis Comite, Rex coactus, Epiſcopum Mogunt. Adelbertum a vinculis abſolvit.

Ludovicus Turing. Eruin c Comite monachus. Comes Mogunt. Adelbertus Archiepiſcop. Mogunt.

Terræ motus.

§. XVI. Anno Domini M. C. XVII. III. Non. Januarii, ante ſolis occaſum, terræmotus factus eſt magnus, Luna in ſangvinem converſa deficere viſa eſt. In Svevia terribile quiddam contigit: terra enim inſtar domorum ebulliens, ſubito in abyſſum delabitur. Aër viſus eſt igne pariter & ſangvine mixtus. Igitur Wigbertus Dedonem de Croſſig obnixe rogavit, ut miſeriæ ſuæ condolens in aliquod municipium ſuum eum cum ſuis reciperet: Sed illo dicenre, ſe militum ejus inſolentiam cavere, ſaltem atrium ſibi Eccleſiæ concedi flagitabat.

Prodigia.

Dedo de Croſſig.

Viperti junioris excurſiones & ſucceſſus.

§. XVII. Quo annuente, cunctis in vicinia poſitis lignorum & lapidum abundantiam ei convehentibus, infra 14. dies tutum ſibi ſuisque ædificavit aſylum, & circumquaque poſita violenter invaſa ſuis dimiſit militibus in beneficium. Novem fere dehinc transactis hebdomadibus, urbem Dewin per inſidias occupavit, tantumque auri & argenti, veſtium, equorum ac cæterarum rerum ibi abundantiam diripuit, ut ſinguli ex ejus militibus ſuam inde relevarent inopiam. Hac igitur urbe potitus, 24. in brevi circumpoſita ſubegit municipia, deinde auxilium ferente Adelgoto, Magdeburg. Archiepiſc. & Gertrude Marchiſa, matre ſcilicet reginæ Richniſæ, opitulante, duobus millibus militum Groiſcam obſedit & obtinuit.

Adelgotus Magdeburg. Gertrudis, Rixæ Auguſtæ mater. Groiſca.

§. XVIII. Archiepiſcopus Adelgotus

Fridericus Palatinus. Numburgi obſidio.

cum Halberſtadienſi Epiſcopo & Palatino Comite Friderico, Wigberto etiam & Ludovico Numburg obſidione vallavit & adjacentem Turingiæ provinciam grandi ex parte vaſtavit. Cumque ad diripienda pabula circumquaque diſcurreret exercitus, Henricus cognominatus cum capite multa per inſidias intulit eis incommoda. Quapropter Wigbertus & Ludovicus cum cæteris nobilioribus per ſe ſtatuerunt, ad diteptionem pabulorum occupari, ut eidem poſſent inſidiari. Quem cum obvium haberent, fugientem in munitionem Arnsberg perſecuti comprehenderunt, & ad Achiepiſcopum cæterosque principes producunt.

Henricus cum capite.

Vipertus cum captivitatis ſociis permutatione dimiſſus.

§. XIX. Quo audito urbani Numburg tradiderunt. Imperator etiam his compertis, Wigbertum ſeniorem & Ludovicum, Burcardum quoque de Miſna a captivitate relaxare tunc demum compulſus eſt, pro relaxatione Henrici. Wigbertus ergo dimiſſus, Groiſcam revertitur: ſed dum ab urbanis ab ea arcetur, miſſo Imperator Legato, ut ei reſtitueretur, mandavit.

Recuperat Groiſcam &

Leiſnick. Conſequitur Burggrafiat. Magdeburg.

§. XX. Exinde Leiſnick Wigbertus cum exercitu petiit: ſed caſtellanis ei reſiſtentibus, multo tandem labore multoque tempore confecto urbanis expulſis, eam obtinuit. Eodem tempore ab Adelgoto Archiepiſcopo præfecturam 1000. clypeis & 500, talentis præditam in beneficium accepit.

Redimit ab Imperatore Luſatiam.

§. XXI. *Omnibus igitur ſuis ei reſtitutis, ad curiam Wormaciæ indictam perrexit, & Imperatori pro ſuorum recuperatione grates perſolvit, & ut Marchia Luzenſi ab eo inſigniretur, promiſſis 2000. talentorum, exoravit. Imperator utile ſibi fore ratus, ut tanta virtutis virum cum tali beneficio ſuæ familiaritati aſciſceret, dignitate, quam affectaret inſignivit, ac deinceps inter reliquos Principes tam honore quam familiaritate parem habuit.*

§. XXII. Sed antequam remeandi licentiam ei concederet, cappa Dalmatica, & tunica, ſatis decentibus eum donavit, quæ ornamenta Monaſterienſis Epiſcopus, rufus Burcardus, Imperatori obtulerat. Ita Wigbertus proſperis ſibi ſuccedentibus regali munificentia inſignitus ad propria remeavit.

Mors Paſchalis II, Papæ.

§. XXIII. *Anno Domini M. C. XVIII. Paſchalis Papa ſecundus obiit, qui Privilegium Bigavienſi cœnobio primus tradidit, impetrante hoc Wigberto ejusdem cœnobii fundatore, poſtmodum Marchione Luſatiæ. Pro Paſchali Gelaſius, qui & Johannes, conſtituitur. Qui mox ab hæreticis expulſus, cum ſuit in Galliam fugiendo devenit. Concilium magnum Coloniæ ſub Cardinali Cunone, Preneſtinæ civitatis Epiſcopo congregatum eſt. Iterum aliud concilium ſub eodem in Friſislare.*

Gelaſius.

Synodus Colonienſis & Friſlarienſis.

Oppenheimum a Saxonibus & Moguntinis inflammatum.

§. XXIV. Saxones cum civibus Moguntinenſis civitatis oppidum Oppenheim violenter impugnantes deſtruunt, & ex omni parte flammis conflagrantibus, fere ad 2000. hominum utriusque ſexus perierunt. Caſtrum etiam Cupheſe in hac formidine Saxonum, non ſine morte plurimorum, & vulneribus innumerabilium, funditus everſum interiit. Henricus Imperator quintus de Italia revertitur. Poppo de Henneberg obiit. Inundatio fluminum facta eſt.

Poppo Hennebergius.

§. XXV. ANNO DOMINI M. C. XIX. Gelaſius Papa ſecundus obiit: pro quo Calixtus, Viennenſis Epiſcopus, a ſeptem Cardinalibus & reliquo clero ac Romanis, qui cum Papa Gelaſio expulſi apud Gallias exulabant, & ab univerſis Galliæ Epiſcopis, Papa conſtituitur. Conventus regis ac totius regni principum fit apud villam Eckſtein ſuper ripam fluminis Mogen. Synodus apud Remenſem urbem a 450. Epiſcopis & Abbatibus ſub Papa Calixto celebratur. Eodem anno Adelgotus Magdeburg. Archiepiſc. tam Deo quam hominibus acceptabilis obdormivit in Domino,

Calixtus Papa.

Conventus Imperii Eckſteinenſis,

Adelgoti Magdeburg. mors.

Rugerus Adelgoti ſucceſſor.

§. XXVI. Anno Domini M. C. XX. Rugerus Adelgoto in Archiepiſcopatu ſucceſſit. Colloquium ab univerſis regni Teutonici Principibus ſuper diſſenſione regni habendum Fuldæ condicitur. Quo miſſis nunciis, Rex cum ſuæ partis aſſentatoribus rei negotium omni qua poterat arte, obſecrando, pollicendo, Wormaciam differens, paucis Saxonum ad regem, reliquis omnibus ad propria redeuntibus, conventionis eorum propoſitum diremit. Welpho Dux Bavariæ obiit. Fridericus Palatinus de Saxonia obiit. Beatrix, relicta Popponis de Henneberg, obiit.

Conventus Imperii Fuldenſ.

Welfonis Bavari, Frid. Palat. & Beatricis Henneberg. mors.

§. XXVII. Anno Domini M. C. XXI. Erlingus Wirceburgenſis Epiſopus obiit. Sed mox orta diſſenſione tam cleri quam plebis, pars Regi favens Gebehardum quendam, altera vero Friderici, Ducis de Svevia, & Conradi fratris ejus Ducis nihilominus auxilio freta, Rugerum conſtituit, qui & paulo poſt ab Epiſcopis, Moguntienſi, Wormacienſi, Spirenſi Epiſcopatum dereliquit expulſus. Sol aëre funo-

Erlingus Antiſtes Wirceburg.

Contentio de Epiſcopatu Wirceburg.

Prodigium.

fumoſo & fœtenti obſcuratus, & quaſi in ſanguinem converſus, ab hora diei nona usque in diem tertium ſolito ſplendore caruiſſe, viſus eſt.

Cæſar diris ſolutus.

§. XXVIII. Anno Domini M. C. XXII. Cardinales duo a Papa Calixto miſſi, regem cum omnibus partis ſuæ ſautoribus apud Wormaciam excommunicatione abſolvunt, ipſo tum Rege omnem prius hæreticam pravitatem, propter quam ſuerat excommunicatus, abjurante, & eccleſiæ Catholicæ fidem & obœdientiam promittente.

Reinhardi Halberſtad. & Theod. Cicenſis mors.

Ludovicus Turing. ante mortem Monachus. Henricus junior Marchio.

Hermannus Vinceburg. Albertus & Conradus Saxon. Comites.

§. XXIX. Anno Domini M. C. XXIII. Reinhardus Halberſtadienſis Epiſcopus obiit, pro quo Otto conſtituitur. Theodoricus, Epiſcopus Cicenſis ex improviſo occiditur, pro quo Richwinus conſtituitur. Ludovicus Comes, Reinherbrunnenſis cœnobii ſundator, ibidem Monachus factus obiit. Henricus Marchio junior obiit, pro quo Imp. Henricus binos Marchiones conſtituit, Wigbertum quendam prædivitem, & Comitem Hermannum de Winciburg. Adelbertus & Conradus, Comites de Saxonia, Ducis Lotharii cæterorumque Saxonum freti auxilio, depulſis illis loca eorum pariter atque dignitates invadunt.

Duderſtat.

Tumultus Turingicus de decimis.

Erpesfurt. Erfurdia.

§ XXX. Per idem fere tempus, cum Epiſcopus Moguntinus Adelbertus a provincialibus, qui Duderſteten Marcham incolunt, decimas frugum exigeret, illique fortiter reſiſterent, contigit quosdam ex eis a militibus Epiſcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos vero captivos abduci. Unde Turingi permoti, ac ſimile ſibi metuentes, in collem Treteburg de cunctis finibus ſuis conveniunt. Jamque civitatem Erpesfurt, ubi tunc Epiſcopus forte manebat, cum 20000. irrumpere parant, cœptumque perpetraſſent opere, ſi non idem Epiſcopus, ut erat vir naturali præditus ingenio, prudenti eos avertiſſet conſilio.

Spectra ad Wormatiam.

§. XXXI. Eo tempore juxta Wormaciam apparuerunt animæ inſtar exercitus equites & armatæ, vagari, quæ ſatebantur ſe animas multorum militum nuper interſectorum.

CAPUT XII.

De Beato fine, quo vita deceſſit Vipertus.

§. I.

ἀνακεφαλάιωσις.

ANNO DOMINI M. C. XXIV. Quomodo in præcedentibus, pro poſſe & noſſe, retulimus Domini Wigberti Marchionis, Bigavienſis cœnobii fundatoris, nobiliſſimam Genealogiam, tum etiam a puero in virtute animi & corporis induſtriam, & qualiter in hac provincia, quæ Sirbia dicitur, in prædiis & beneficiis tam in pace quam in bello acquiſitis, tandem præ cæteris ditatus invaluerit, principatum quoque ac monarchiam in Luſitz, ſed & præſecturam in Magdeburg obtinuerit: & inter hæc quam ferventer in Bigangis & aliorum cœnobiorum tum ſundatione tum cooperatione pro ſuorum enormitate delictorum, Deo & ſanctis ſatisſacere ſtuduerit, cunctisque terrenis opibus divinum cultum prætulerit: Modo dicendum reſtat, multis tamen brevitatis cauſa omiſſis, quam beato fine deceſſerit.

Miſnia antiquitus Sirbia.

Hala.

Vipertus palearum incendium nudis pedibus reſtinxit.

Ejusdem ex uſtione morbus.

§ II. In villa Halle, ubi advocatiæ cauſas adminiſtrabat, dum hyemale tempore pernoctaret, in ipſius canticinio noctis, omnibus ex ſecuritate, peractique diei lætitia, gravi ſomno detentis, paleam ad militum lectiſternia huc & illuc negligenter ſero disjectam, focus ex vicino lare corripuit, & cum aliquandiu ignis invaluiſſet, ſolus Princeps expergeſactus ſomno excutitur, impatienſque moræ ſilenter tum, ut erat ſeminudus, ſurgens, nudis plantis conculcando paleas extinguere aggreſſus eſt. Quod & omnibus inſciis perfecit, & ſemiuſtus ſtratum reviſit. Ex hac uſtione paulatim in tantam imbecillitatem devenit, ut ex eo nunquam convaluerit.

Animus ad mortem paratus.

§. III. Mane ſacto manifeſtis indiciis res innotuit, quæ tam compaſſione quam admiratione cunctos affecit. Exinde ad ſuam Groiſcam ſe jubens reduci, prius ad ſuum aſylum, ut ante ſemper conſueverat, Bigaviam divertit: Ubi inter manus ſuis eum deducentibus, tandem ex intimo cordis oratione fuſa, ne fratres ſuæ imbecillitatis præſentia nimium ſolicitaret, Groiſcam pergit. Ubi tota hyeme ingraveſcente morbo, tandem exterioris hominis pertæſus importunitatem, totum ſe convertit ad Deum, qui ſolus interioris hominis ſanat infirmitatem, ut ejus ab interitu perpetuo vitam redimeret.

Rugerus Magdeburg. ex ſorore nepos.

§. IV. Miſſo ergo nuncio ad filium ſororis ſuæ, Rugerum Magdeburg. Archiepiſc. alioſque vicinos Epiſcopos, Arnoldum Merſepurgenſem, Richuinum Cicenſem, Goteholdum Miſnenſem & venerabilem Windolfum, Abbatem ſuum, quæſivit ab eis auxilium & conſilium ad animæ ſuæ remedium. Qui conſiderantes eum

O vecordes conſultores. in deſperatis rebus agere, poſt multa compaſſionis & cooſolationis alloquia, habitum monaſticæ religionis eum aſſumere, conſultum inierunt.

§. V. Qui quam libenter ac devote ejusmodi conſilium animadverterit, ex ſequentibus conjici melius poterit.

§. VI. Statim in præſentia eorundem Epiſcoporum cum deditiooe gladii, tam militaria quam omnia ſecularia peroſus abdicavit. Vipertus e Principe Monachus Pegavienſ. Sequenti die Bigaviam allatus, cum luctu maximo fratrum eſt ſuſceptus: habituque ſuſcepto, cum magna ſpiritus contritione regularis propoſiti votum coram altari principali præſentibus fratribus fecit, moxque inter multorum manus deductus eſt. Deinceps, ut dicitur, tanta obſervantia obœdientiam exequi ſtuduit, ut nec eibi nec potus quicquam ſumere, nullique ſuorum ſed nec a filio ſe videri vel viſitari, niſi permiſſione data conſentiret, obœdientiæ ſilentioque ſummopere vacans.

§. VII. Ita poſt aliquot dies Deo vocante ſolutus, cum magna frequentia Epiſcopis & Laicis exequias peragentibus, ita ut ſinguli Epiſcopi ſingulis diebus pro eo miſſas facerent, honorifice terræ commendatur, & in medio ſui monaſterii inter uxorem ac filium ſepelitur. Mors ejusd. atque juſta. Eadem die prædium, quod dicitur Carlesdorf, pro ejus anima traditum, conſtat. Tranſiit autem XI. Cal. Junii. Cui ſuccedente filio Henrico, duo Comites Adelbertus & Conradus Marchiam ejus invadunt, quam etiam aliquamdiu idem Adelbertus obtinuit. Henricus F. & Succeſſor. Albertus & Conradus Comites. Sed Lothario regnante, Henricus in ejus gratiam rediens, eam recepit.

HISTORIÆ DE VIPERTI GROICENSIS VITA
FINIS.

JOAN-

JOANNIS GARZONIS, BONONIENSIS DE BELLIS FRIDERICI ADMORSI

SEU

DE REBUS SAXONIÆ, THURINGIÆ, LIBONOTRIÆ, MISNIÆ ET LUSATIÆ

LIBRI II.

AD ILLUSTRISSIMUM FRIDERICUM SAXONIÆ DUCEM.

Notationes Reineri Reineccii in Hiſtoriam Johannis Garzonis introductionis cauſa huic Editioni præmiſſæ.

§. I.

DE Johannis Garzonis hiſtoria id primum repeto, non plane eam cum annalibus convenire: & apparet ipſum magis eloquentiæ oſtentandæ, quam rerum geſtarum veritati ſtuduiſſe: quippe quod inſtitutum ſuum haud plane in proœmio diſſimularit. Nos hic capita inde duo repetemus, primum de familia FRIDERICI, alterum de diſſidii cum patre belliqve ab eo geſti cauſis. De neutro enim Garzon recte explicavit, cum quidem hiſtoria hujus partes ferme præcipuæ ſint.

§. II.

Familia FRIDERICI, quem Garzon Magnum, alii Fortem & Admorſum cognominant, ita ſe habet. TIMONE abavo, proavo Conrado, avo Othone, patre Ditterico, Marchionibus Miſnenſibus, ex proſapia Wittechindi, Regis Saxonum, genitus HENRICUS, cognomento Malleus & Illuſtris, uxores tres habuit: Conſtantiam Auſtriacam, Agnetem Bojemicam & Elizabethem Maltitiam, ſeu ut alii, Lichtenſteiniam.

§. III.

Liberos tantum e prima & tertia ſuſcepit: ex illa quidem ALBERTUM & Ditticum, cognomento ſapientem: ex hac Fridericum cognomento Rigoroſum. Acquiſitis majorum virtute provinciis adjecit Turingiam & Palatinatum Saxoniæ, quam utramque poſt HENRICI Landgrafii mortem, ob matrem Juditham ſibi vendicabat.

§. IV. Fi-

§. *IV.*

Filiorum tam amans fuit, ut totis annis 20. ante mortem poſſeſsiones cum eis ſuas diſpertitus ſit. Qua in diviſione cum Alberto Turingia ceſsiſſet, Ditterico Oſterlandia & Marchia Landsbergenſis, Friderico Dresda, Hayna & alia oppida, ipſe Miſniam ſibi retinuit. Addidit hoc inſuper & peculiare in Albertum beneficium, quod nuptias ei conciliavit Margaritæ, Imp. Cæſar: FRIDERICI II. F. Ex ea nati Alberto liberi fuere: Dicemannus, Fridericus & Elizabetha. Quibus nos e Chronico Miſnenſi adjicimus Henricum.

§. *V.*

Ubi deinde in Cunegundam Iſebergiam Albertus deperiit, tandem a Margaritæ fuga juſtæ hanc uxoris loco habet, & filium inde genitum Apollonium ſeu Albertum per Imp. Caſ. Rudolphum I. referri inter legitime conceptos curat. Aliquanto poſt hoc cum matre vita defuncto, tertiam uxorem ADELHEIDEM, viduam Arnshagenſem, ducit, ſed nihil inde liberorum procreat.

§. *VI.*

Cum Ditterico, Alberti fratre, conhupta fuit Helena Brandeburgia, e qua natus Fridericus, cognomento Tuto. In filiis Alberti Fridericus, Henrici avi dominatum ſucceſſor excepit, ut Chronic. Neoſtad. alter Dicemannus Friderici Tutonis, patruelis, ut idem Neoſtad. & Miſnenſe Chronic. Hic enim ex uxore Hilda Bavarica ſobolem nullam ſuſcepit.

§. *VII.*

Qui tertio Alberti filio Henrico tractus reſſerint, legere me nuſquam memini. Habet tamen hoc Chronicon Miſnenſe, oppugnatum patris Alberti, qui ſociis Brandeburgico & Anhaldiis uteretur, bello, & finibus tum ejectum cognomentum inde Exulis accepiſſe. Cui additur à recentioribus, nuptam ei fuiſſe Heduigem, Henrici Ducis Glogovienſis filiam, indeque filium illi natum Fridericum, qui ſine liberis deceſſerit.

§. *VIII.*

De reliquorum fratrum, Friderici & Dicemanni, conjugiis ita annales explicarunt, ut Dicemanno Jutta, Bertholdi Hennebergenſis F. Friderico Agnes Carinthiaca & altera Adelheidis Arnshagenſis, conjuges tribuantur. Dicemannus liberorum nihil reliquit: Fridericus e prima conjuge Fridericum Claudum, ex altera Fridericum Gravem & Elizabetham ſuſtulit.

§. *IX.*

Hæc cum ita ſint, impingunt tripliciter Garzonis expoſitiones, quippe quæ Ditterichum Sapientem Henricum nominent, & ſine liberis diſceſsiſſe velint, denique etiam de ſucceſsione familiæ a vero aberrent.

§. *X.*

Quod ad ſecundum caput attinet, de diſſidii inter Albertum & Fridricum F. ac belli, quod contra eundem ab Adolpho Caſ. geſtum fuit, cauſis, de his ita annales plerique (neque enim plane omnes conveniunt) explicant. Cum eo usque inſaniiſſet in Cunegundam Iſebergiam Albertus, ut Margaritæ conjugis cædem agaſoni cuidam imperarit, ille ex eo facinore diſcrimen ſibi anceps metuens, hoc rectius ſequitur conſilium, ut omnino eam declinandam duxerit, & Margaritæ, quod ei ſtrueretur periculum, detexerit.

§. *XI. Non*

§. *XI.*

Non potuit non hac inde vehementer perturbari: nec mora, cum aliter ſe ſalvam eſſe non poſſe perſpiceret, fugam clandeſtinam parat. Ad hanc ubi inſtructa jam omnia eſſent, liberorum amore nonnihil detinetur: in quorum complexu dum nimia eſt, denique in dolore extremo genam Friderici mordicus apprehendit, atque vulnerat: Ut eo tanquam monumento ſempiterno de matris calamitate, & erga ipſum amore, commoneretur.

§. *XII.*

Non defuit, ut parentibus deeſſe fere nunquam ſolet, omini huic atque præſagitioni eventus. Etenim Fridericus, ingenio praditus heroico, teſtificari hoc de ſe poſtmodo ſolitus palam fuit, cum cæteras injurias, quas cumulare in eum pater non ceſſaret, facile ipſi condonaret, morſus ſe materni adeo obliviſci non poſſe, ut neque cicatrix ipſa ſibi diſperiret.

§. *XIII.*

Jamque inde ab ipſis ferme adoleſcentiæ annis a Patre alienatus, cum is rei indignitatem augeret pervicaciore in Cunegundam & nothum Apollonium amore: & proceres ipſi partium ſtudiis diſtracti, alii Patri, alii Friderico adhærerent, hoſtilia audet: Epiſcopum quendam, a cujus conſilio præcipue Pater penderet, interceptum in vincula conjicit. Id Albertus vindicaturus, rurſus in filium Comitem Keferbergium ſubornat, per eumque in poteſtatem redactum, annum integrum Wartberga in cuſtodia detinet.

§. *XIV.*

Nam poſt hoc tempus Fridericus amicorum opera elapſus eſt: cum interea ex crevìſſet apud exteros nominis fama atque exiſtimatione, ut a Longobardis ad rempubl. ipſorum gerendam evocatus ſit. Nec domi illi deinde blande arridentis fortunæ ſucceſſus defuere. Poſtquam enim juſſu Rudolphi Cæſ. cum patre pacem fecit, Henrici Avi demortui provinciam ſucceſſor excipit: & inde patre odio in eum novo exacerbato, aliquanto poſt oppreſſum hunc ex inſidiis capit.

§. *XV.*

Hoc cum improbaretur Cæſari, improbaretur Principibus, Albertus a Friderico dimiſſus, ita ad ingenium redit, ut filios jam extreme oderit: multa Apollonio notho largitus ſit, & cum alia filiis repugnantibus alienarit, tum Turingiam, quandoquidem Nobilitas & civitates jurare in Apollonii verba nollent, & ipſe filiis eam invideret, Adolpho, Rudolphi ſucceſſori, vendiderit.

§. *XVI.*

Inde graviſſimum in Fridericum bellum motum, in ſalutis & fortunarum hunc diſcrimen ſummum conjecit: quippe qui mox inter initia finibus omnibus ejectus fuerit: Quæ fortunæ procella ubi ipſi tandem ſedata fuit, ita rurſus fratrem corripuit, ut ex inſidiis ille caſus ſit: & denique in Patre confidens, hunc ex juſta DEI vindicatione in miſerias extremas conjecit.

§. *XVII.*

Patet ergo hinc alter Garzonis lapſus, qui belli hujus cauſam ab Ditterici Sapientis, quem Henricum ipſe nominat, teſtamento extitiſſe ait. Ac tametſi alicubi

cubi idem pene fateri videatur, Iſebergiam tamen non recte Catharinam, ut neque genitum ea filium nothum Ludovicum, nominavit.

§. *XVIII.*

Quæ præterea animadverſionis alicujus indigebant, lectoris judicio & diligentiæ committimus. Sane ut ſua merito Garzoni, ſuo itidem inſtituto ſervienti, laus tribuitur, ita hiſtoriæ veritatem præcipue ex noſtris petendam annalibus ſtatuo.

§. *XIX.*

Hoc tantum de orationis genere, quo utitur, adjicio, id cum & copioſum ſit & ſatis terſum, alicubi tamen ita quaſi degenerare, ut non plane Latinæ linguæ proprietatem tueatur. Quod tamen utrum Garzoni, an exemplari, quod nacti nos depravatiſſimum eſſemus, aſcribendum ſit, dubito.

§. *XX.*

Cæterum ut de Marchionum Miſn. familia, quam ſupra perſtrinximus, omnia fierent planiora, ſtemma ex nominum ſerie, quam ibi dedimus, apponere hoc loco viſum fuit.

TIMO.

Conradus.

Otho Dives.

Dittericus,

Conſtantia, prima conjux. — HENRICUS Illuſtris. — Elizabetha Maltitia, tertia conjux.

Margarita Friderici II. Cæſ. F. — Albertus — Cunegunda, Iſebergia. Dittericus Sapiens. — Helena Brandeburg. Fridericus Rigoroſus.

Apollonius nothus. Fridericus Tuto.

Dicemanus — Jutta Henneberg. Agnes prima conjux. — FRIDERICUS Magnus & Admorſus. — Adelheidis Arnshagenſis. Henricus Exul. Elizabetha.

Fridericus.

Fridericus Claudus. Fridericus Gravis. Elizabetha.

Fridericus Strenuus.

FRIDERICUS Bellicoſus, primus Saxoniæ Dux, & creandis Roman. Imperatoribus VIIVir.

HISTO-

HISTORIÆ JOHANNIS GARZONIS CONSPECTUS,

UBI OCCURRUNT:

I. Præfatio Eraſmi Stellæ Hippocenii Libonothani.

II. Præfatio Johannis Garzonis.

III. Hiſtoria hujus liber

Primus, in quo

Cap. 1. Agit de Dominis ac Poſſeſſoribus Thuringiæ, Libenothriæ, Miſniæ & Luſatiæ.

2. De Federico Admorſo ſeu Magno & fratre ejus Theodorico ſ. Dicemanno Marchionibus Miſniæ & Luſatiæ.

3. De Situ terræ Miſnenſis, & Brandenburgenſium in eam irruptione.

4. De bello a Brandenburgicis inſtaurato & continuato.

5. De Pace cum Brandenburg. conſtituta.

Secundus, in quo

Cap. 1. Agit de Alberto degenero ſuo quidem notho, ſed non filiis legitimis bene cupiente.

2. De Friderici expeditione Bornenſi contra Philippum Naſſovicum.

3. De Expeditione Cæſaris Adolphi in Miſniam.

4. De Bornio fame expugnato, Friderici pompa triumphali, ejus periculo, fuga aliisque rebus.

5. De Dicemanni in Miſnia ſucceſſu & Friderici in Thuringia & Miſnia Expeditionibus.

Illuſtrisſimo & magnanimo Principi Georgio, Saxoniæ Duci, Thuringiæ Landgravio, Marchioni Miſnæ, Eraſmus Stella Hippocenius Libonothanus felicitatem.

§. I.

Bellum, quod progenitores tui, Georgi, Princeps illuſtriſſime, adverſus duos Romanorum Imperatores, Albertum & Adulphum, (*Jo. Garzon deſcripſit bellum Marggraviorum Miſnenſium.*) dum patriam hanc noſtram armis occupandam contenderent, non minus fortiter quam pie geſſerunt ſuperioribus annis, Johannes Garzon Bononienſis, Præceptor meus eruditiſſimus, hiſtoria tum eleganti, tum illuſtri complexus eſt, quam (*Deſcriptio dicatur.*) fratri tuo Federico Principi & magnanimo, & pientiſſimo dicavit, vel quo res tam prælustres Federico Duce geſtæ, eædem Federico Auſpice in publicum prodirent, vel quo generoſiſſimo Principi domi eſſe, ut in proverbio eſt, indicaret, unde rationem imperandi ſumeret, hoc (*Cauſæ ſcriptionis.*) eſt, gentilitia exempla patere, quibus ad conſummati Principis munus obeundum incitaretur, rebuſque patriæ & pacis & belli tempore ſalubriter conſulere poſſet.

§. II. Cum nulla accommodatior via (*Imitatio antiquorum conducit.*) Principi ad recte agendum, ac juſte decernendum inveniri queat, quam ſibi majorum veſtigia, quibus patriæ decus, commodum & ſalus obtigit, imitanda præponere, ut his obſervatis, res patriæ facilius non modo conſervaturus, ſed etiam ampliaturus ſit: qua opinione ſapientiſſimus ille animi effictor nihil a via aberravit. Nam brevi poſt, Federicus noſter, cui latiſſimum Boruſſiæ imperium cum ſacroſanctæ Tevtonicorum militiæ ſupremo (*Elogia Federici.*) magiſtratu delatum eſt, talem egit principem, qualem ante eum nullus, poſt ipſum vix alter.

§. III. Tanta enim ſapientia, juſtitia, prudentia, magnanimitate univerſam provinciam adminiſtravit, ſuperiorum bellorum incommodis, non ſolum laceram, ſed etiam ob diverſa factionum ſtudia in nova bella, veluti inter ſaxum & ſacrum conſtituta, pendentis, ut eam & pacatiſſimam, & omnium rerum copia florentiſſimam redderet, quibus commodis Boruſſia non modo ſe vivo, ſed & poſt fata ejus perfungitur, qua etiam hodie felicitate gaudet, Federici prudentiæ acceptum refert, qui ea diligentia ſeminaria procuravit, ut plantulas perpetuæ pacis parturirent:

quamobrem non ſolum ſuis charus, ſed & finitimis gratus, hoſtibus vero formidabilis cxt tit. At de his ſuſius in commentariis noſtris de rebus Boruſſicis

Quid expoſuerit Garzon in ſua Hiſtoria.

§. IV. Nunc ſtilum ad Hiſtoriam Garzonis vertamus, quæ majorum tuorum, Princeps illuſtriſſime, præclara facinora vivo & germano ſimulacro exprimit, quæ avitas virtutes depromit, ſuper hæc civium amorem in principem ſuum indicat, quin etiam ipſa pacis & belli artes edocet. Inſuper ſtratagemata pulcherrima oculis ſubjicit, denique labores, pericula, exantlationes, quibus patria tua nunc florentiſſima, & conſervata, & aucta eſt, recenſet: quæ cuique cognitu, non poterunt non eſſe jucundiſſima: cuncta tamen huc uſque caligine oblivionis & Cimmeriis (quod ajunt) tenebris involuta, ſine honore, ſine gratia jacuerunt, quod idoneum Scriptorem non reperierunt, quouſque Garzonis noſtri literario lumine, quod unicum præclaris rebus immortalitatis affert, illuſtrata & e receſſu antiquitatis, ceu e letheis aquis aſſerta: in hominum coronas prodire non erubeſcerent, ſolem, lucemque nihil formidarent.

Conſilium de Hiſtoria hac edenda.

§. V. Verum cum Federicus germanus tuus omnis virtutis ſpecimen, lege fatali e vita hac ad meliorem conceſſiſſet, ne recens hæc fœtura patrono cum parente orbata, antequam oculis hominum obverſaretur, in priſtinas tenebras rediret, ac perpetuis carceribus lege oblivionis damnata manciparetur: Ego pro mea in domum tuam illuſtriſſimam obſervantia, & quo animi in te mei ſtudium utcunque teſtificarer, has mihi partes deſumſi, ut foribus patefactis ipſam e vinculis aſſererem, antequam ora hominum in theatris, in concionibus, in foro, in diatribis ſiſterem.

§. VI. Quare, ceu mihi præſagit animus, domni tuæ ſplendorem, patriæ ornamentum, civibus voluptatem, literarum ſtudioſis notitiam & utilitatem me adlaturum auguror. Quod ſi aliena a noſtratibus ſæpe numero cum delectatione, ſimulque admiratione leguntur; cur ea, quæ noſtra ſunt, & tam ſapienter, quam proſperiter geſta deſpiciunda forent: præſertim cum ea ipſa a Garzone ex fide & diligentia conſcripta ſint, eoque dicendi genere condita, quo nulli claſſicorum cedant. Verum cum invidia gloriæ comes eſſe ſolet, quo tam præclara facinora majorum tuorum malignitatis aculeos effugere poſſint, Te Principem illuſtriſſimum ipſis patronum delegi, ſub cujus tutela invulgentur, non dubito, quin tuis auſpiciis freti, omnem loquutulejorum rabiem facile ſuperabunt.

Domeſtica aliena non poſtponenda.

§. VII. Inſuper tuam Celſitudinem rogo, immo obſecro, ut a rebus serioſis feriatus, ocium tuum illius hiſtoriæ lectitationi accommodare velis, invenies in ea quam plurima, quæ tua intereſſe putantur, & quæ ad uſum Reipublicæ conducibilia deprehendes.

Commendatur hæc Hiſtoria ab utilitate ejus.

§. VIII. Quemadmodum enim Demetrius Phalæræus Ptolomæum Ægyptium monuit, ut libros, in quibus juſti regis & clariſſimorum principum geſta ſcripta eſſent, ſtudioſe lectitaret, e manibusque nunquam dimitteret, quæ in his exempla digna imitatione continerentur. Quod Alexander cognomento Magnus adeo obſervavit, ut Homeri Iliada quam interdiu in manibus verſabat, noctu etiam ſub pulvinari retineret, ſæpiuſcule dictitans, ſe ejus lectione . . uti ſapientiſſimis conſiliariis uti.

Commendatio illuſtratur exemplis.

§. IX. Sed, ne ſus Minervam doceat, receptui canam, hoc ſi adjecero: Natura ita comparatum eſſe, ut exempla progenitorum in natos natorum & qui naſcuntur ab illis, uſque in omnem poſteritatem traduci, ob id imitatu facilia fore. Supervacaneum duxi me Garzonis laudibus intendere, cum ipſe ſuo ſplendore ſic refulgeat, ut id moliens, facibus ſoli lumen addere viderer.

Exempla domeſtica admodum facilia ſunt imitatu.

Joannes Garzon Bononienſis, illuſtriſſimo Federico Duci Saxoniæ, Thuringorum, & Miſſinenſium Principi S. P. D.

§. I.

Auctoris inſtitutum.

SEmper meæ conſvetudinis fuit, illuſtriſſime Princeps, ut qui omnem operam atque ingenium ad virtutem contuliſſent, hos ampliſſimis laudibus proſequerer. Haud enim ſcio, quid virtute præſtantius in rebus humanis inveniri queat: quando qui eam poſſident, ſoli ſunt divites, ſoli fruuntur rebus ſempiternis: quod ſi, qui urbibus præſunt, ea fuerint præditi atque ornati: hos non cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimos Deo judico.

§. II. Plus ter centum anni aguntur, Italiam cum nobiliſſimæ domus tuæ fama pervaſit Nam ut a Federico illo, quem Dii immortales Saxoniæ præeſſe voluerunt, ordiar, haud ſcio, cuinam principi tam ampli adhibiti ſint honores, cum Archi-

Fridericus bellicoſus Elector.

mare-

mareſchallus Imperatoris Romani Elector, gladiique aureati antelator, Thuringiæ Landgravius & Archimandrita, Miſnæ Marggravius & Liminarcha decretus ſit. Is etſi in tam alto honorum gradu collocatus eſſet: non ſolum Lipſiæ literarum gymnaſium inſtituit, ſed & alterum Erſurdiæ conſervavit.

Academiæ Lipſienſis fundatio.

Friderici bellic. poſteritas.

§. III. Ex caſtiſſima uxore ſua duos in lucem ſuſcepit filios, Federicum & Wilhelmum. Federicus patri in ducatu ſucceſſit, qui hæreticorum in Bohemia malleus & ſeveriſſimus perſecutor, liberos reliquit Erneſtum & Albertum; hi nequaquam & ab avo & patre degenerarunt. Siquidem ille paternis muneribus ornatus, Saxoniæ Dux declaratus eſt, ſimulque Thuringiæ & Miſnæ imperavit. Albertus vero juſſu Maximiliani, quod ex omnibus Imperatoribus ei principatum detulerat, cum exercitu adverſus Morinos (qui & Flandri dicti) & Advaticos (qui hodie Brabantini) profectus eſt. Quæ egregia facinora fecerit, ſuo loco exponentur.

§. IV. Erneſto quatuor fuerunt filii, qui primum in lucem editus eſt, Friderico, delata eſt dignitas paterna. Alius, (quem Erneſtum vocant) Archiepiſcopatus Magdepurgenſis munere ac Germaniæ patriarchatu decoratus eſt. Quis ſilentio prætereat Albertum Archiepiſcupum Maguntinenſem? cujus quanta ſit autoritas, res ipſa oſtendit. Illi adjiciam Joannem principem, certe omni virtutum genere præſtantem. Quid loquar de Georgio Fratruele tuo, quem de Latinis literis optime meritum omnes affirmant? Ex quo ſit, ut in præſenti parentis munus ſuſtineat.

§. V. Quid de Henrico, qui nullam magis egregiam, quam ut ſub Maximiliani Cæſaris ſignis militaret, navare operam potuit? Hæc quanquam ita ſint, tu tamen antecedis illuſtriſſime princeps, qui de te grande quiddam polliceris. Nun enim (id quod a fratribus tuis eſt ſactitatum) a ſtudiis literarum tuum illud ſingulare ac divinum ingenium ſejungendum putaſti.

χρεία.

§. VI. Ille ipſe Plato, a quo omnis Academicorum familia emanavit, tum Rebus publicis bene eſſe arbitratur, ſi qui eas regant, ad Literarum ſtudia ingenium conferant. Tantorum principum ac tua dignitate, virtuteque compulſus, Federici Magni hiſtoriam ſcripſi, eamque nomini tuo dicavi, quam cum legeris, reliquis Germaniæ principibus ejus legendæ copiam facies.

Fridericus Magnus.

Joannis Garzonis Bononienſis, de bellis Eriderici Admorſi, ſeu Rerum Saxonicarum, Liber Primus.

CAPUT I.

De Dominis ac Poſſeſſoribus Thuringiæ, Libonotriæ, Miſnæ & Luſatiæ.

§. I.

Widechindus M. famil. Saxoniæ conditor.

QUo tempore Federicus ſecundus, Imperator Romanus ætatem agebat, Vitigitis, Saxonum Regis, cui ob res geſtas magno cognomen fuit, familia Thuringiæ, Libonotriæ, Miſnæ, ſimulque Luſatiæ, quæ regiones ſunt Germaniæ, imperabat. Conſequentibus temporibus Albertus atque Henricus, qui parente orti fuerunt Henrico, his terris præfuerunt. Siquidem ille Thuringiam, hic Luſatiam cum Miſna rexit, ac Libonotriam.

Ditericus, Henrici F. autori perperam Henricus.

§. II. Henrico nulli fuerunt liberi virilis ſexus: Alberto filio duo, Federicus & Theodoricus. Forte ita caſus tulit, ut Henricus animam prope extremis, (ut ajunt) labris teneret. Igitur Federicum atque Theodoricum ad ſe acciri jubet. Apud quos in hanc ſententiam locutum accepimus: Macti virtute, juvenes, multos annos Miſnæ, Luſatiæ ac Libonotriæ imperavi, & ita imperavi, ut majorum noſtrorum nobilitati reſponderim. Nunquam ab illis degeneravi, nunquam genus noſtrum dedecoravi. Nam cum hoſtes bello perſequerer, nullus unquam me ſubiit timor, ſt tenui militis, & boni imperatoris officia ſemper ſimul ſum executus. Siquidem ſi caſtris locus capiendus erat: ſi exercitus inſtruendus: ſi urbes expugnandæ: ſi cum hoſtibus collatis ſignis dimicandum: ſi vis frigoris, atque hyemis excipienda, quis hæc me elegantius fecit? Quoties cum Vindelis ac Sarmatis (quos noſtri Bohemos & Polonos vocant,) ſigna contuli, toties victi, cæſi ſunt, & fugati, ut arma ceſſarunt, ad pacem animum verti. Quanta tranquillitate, quantoque ocio uſæ ſunt regiones noſtræ, nequeo verbis conſequi, eas nemo unquam, vel minimo latrocinio vexatas audivit. Qui ſe flagitiis contaminarunt, ſive infimo, ſive nobili eſſent genere, in eos eſt ſevere vindicatum; qui ad me venerunt legati, & humane ſunt & benigne accepti, & ampliſſimis muneribus affecti. In hunc modum rem & privatam & publicam conſervavi atq; auxi. Urbes, quas quivis urbeculas dixiſſet, ampliſſimas reddidi, ſubditorum noſtrorum ſalutem cœteris rebus ſemper potiorem habui. Sub terram fodi inveniendi argenti gratia, optatis fortuna reſpondit: omnem operam, ingenium, ſtudium, vigilantiam, ad eorum.

Theodoricus qui Dicemannus.

Oratio Diterici ad nepotes.

O verum patrem patriæ.

Juſtitia.

qui imperio meo ſerviunt, utilitatem contuli. Nunc quoniam mihi de vita decedendum eſt, illud vos admonitos volo, ut alter alterius ſtudioſus exiſtat. A vobis, quod uterque apud me liberorum ſvavitatem obtinet, mihi ſuccedetur: quare fortem & conſtantem ſuſcipite animum. Diu mihi cognita eſt virtus veſtra, ac perſpecta, nulla ſpe decido, quin ii futuri ſitis, quales opto. Prioribus annis, mi Federice, a Wenceslao Bohemorum rege Imperator adverſus Sarmatas creatus es; quæ in eo bello egregia facinora feceris, haud mea dilabuntur memoria. Reportaſti tu ampliſſimam de hoſtibus victoriam. Nec video, Theodorice, quin mihi de te bene ſperandum ſit, qui in quam frugem evaſurus es, maxima ab adoleſcentia dediſti documenta. Nam quæ ad ſtrenuum militem ſpectant, ea tu calles, qui ætatem virtute ſuperaſti. Adſit vobis memoria, quod non infimo, non ignobili, ſed regio eſtis genere: quare regiis moribus ſitis ornati, neceſſe eſt. Ego per meas (ſi quæ ſunt) virtutes, exempla edidi: nec eſt apud me dubium, quin quæ geſſi, ea ſit omnium mortalium fama celebratura.

φιλαδελφία.

Venceslaus Rex Bojem.

Generoſitas

§. III. Cum finem dicendi feciſſet, qui apud ipſum maximo erant honore, Libonotanos & Miſnenſes, ad ſe accerſiri juſſit, atque ita locutus fertur: Etſi, viri optimi, diu re ipſa cognoverim, qui nunquam fide deceſſeritis, tamen quod ſum a vobis poſtulaturus id, ut non modo non inficiamini, ſed facturos ſpondeatis, vos obteſtor & obſecro. Non vos fugit, hominibus diu vivere denegari, ex quo ipſis relinquendum eſt aliquid, quo ſe vixiſſe teſtentur. Plura bella geſſi: Exteras gentes, potentiſſimos populos, clariſſimos reges prælio ſubegi, hoſtem ſemper ſuperavi, poſtravique, nunquam ceſſi, nunquam referre gradum ſum coactus. Quæ homini optanda eſt, eam ſum conſecutus gloriam: Senex ſum & gravis annis: Explevi naturam vivendi ſatietate: brevi ſum vita deceſſurus: Chriſtum optimum maximum, Mariamque cœli reginam, ut mihi in cœlum aſcenſus detur, quibus poſſum precibus, obſecro. Quare illud peto: ut hos, qui me cognatione attingunt, juvenes veneremini, obſervetis, colatis. Hi ſunt, quibus regni mei dominatum, principatumque trado: eorum ſtudio pareatis. Ipſos quippe futuros mihi facile perſvadeo, qui imperium non ſolum conſervaturi ſint, ſed etiam aucturi. Ut orationi finem impoſuit, nemo potuit lachrymas continere, quod principem integrum, caſtum, gravem, amiſſuri eſſent. Tandem cum mœrorem luctumque depoſuiſſent, reſponderunt: ſeſe eos fore, qui voluntati ſuæ, ſi caſu de vita exiret, minime defuturi eſſent.

Ad proceres Miſnenſes obteſtatio.

γνώμη.

ἦθος.

CAPUT II.

De Federico admorſo ſeu Magno & fratre ejus Theodorico ſ. Dicemanno, Marchionibus Miſniæ & Luſatiæ.

§. I.

IN hunc modum Federicus imperium adeptus eſt: atque ab omnibus, qui Luſatiorum, Miſnenſium, & Libonotanorum ſummum obtinebant gradum, princeps vocatus. Theodoricus vero in imperio ſocius atque adjutor dictus. Haud multo poſt Henricus migravit de vita, ac magnis funeris impenſis ad templum, quo majores ſui elati fuerant, elatus.

Federicus Magnus.

§. II. Nequeo oratione conſequi, quantum laudis in regno bene gerendo, ſibi juvenes vendicaverint: quando in tanta poteſtate ſic ſe adhibuerint, ut nulla alia ab his, quibus præerant civitatibus deſiderata ſit poteſtas. Nam ut incredibilem eorum liberalitatem ſilentio prætercam: nullum virtutum genus eſt ab his prætermiſſum, ut quivis de cœlo delapſos arbitraretur.

Ejuſdem ac fratris elogium.

§. III. Ad eos ex diverſis civitatibus legati gratulatum mittebantur, quos maximis atque ampliſſimis muneribus afficiebant. Quæ res illis non mediocre odium apud Albertum patrem, qui Thuringiæ imperabat, conflavit. Nam ut liberos in tam alto atque amplo dignitatis gradu collocatos animadvertit, ad eos literas in hæc verba ſcriptas perferri juſſit: Quod Miſnenſium regnum, cui jure præficiendus eram, præoccupaveritis filii, magna me tenet admiratio. Henrico frater eram. Non me præterit, quibus cauſis adducti Miſnenſes hujusmodi ſcelera machinentur. Haud impune illis erit, quorum conſilio, alieno minime abſtinuiſtis. Diu mihi nota eſt Miſnenſium inſolentia, qui libertatem reliquis potiorem habent. Ad quam ut mentem erigant, atque extollant, Otto, quem Endanum eſſe ajunt, plurimum hortatur. Quin illud mihi gravius ferendum eſt, quod vobis, quibus per ætatem nullus eſt rerum uſus, principatum detulerunt. Accedit, quod eos, qui noſtræ ſunt ditionis, quam ampliſſimis proſequimini honoribus.

Alberti invidentia.

Literæ ad Miſnenſes.

Otto ab Enda.

§. IV. Has literas cum princeps, quive apud ipſos autoritate poterant & voluntate, viri præſtantiſſimi, ac populus Miſnenſis legiſſent, non mediocri, quod Albertus tantam temeritatis notam, nulla laceſſitus injuria ſubiiſſet, qui in liberos & Miſ-

Miſnenſium ad Albert. reſponſio.

Miſnenſes nimis acerbo niteretur odio, ſunt admiratione perculſi. Igitur Miſnenſes, ne tantum animo dolorem capiat, reſpondent: quando Henrici voluntati morem gerant, qui cum animam efflaturus eſſet, Federicum & Theodoricum hæredes inſtituerit: ſeſe qui illius mandata exequerentur, ſacramenti religioni obſtrictos. Nec arbitretur, eos ſuæ libertatis immemores, ut non malint ſub ejus principis, ad cujus ſummam prudentiam magnus uſus accedat, exiſtere: quam ab homine nec prudentia, nec uſu exculto, gubernari. Quare ſi liberis ſuis principatum detuliſſent, nullo dolore afficeretur, illos eſſe, quibus parendum ſtatuiſſent.

§. V. At principes, ne parentis odium ſibi concitarent, ad eum literas perferri curant, quibus illum docent, nullum in ipſis hærere crimen, nec ulla temeritate lapſos.

Friberga.

Hæc dum Fribergæ (quæ urbs Miſnæ eſt argenti minerisque opulentiſſima, geruntur, allatæ ſunt ad Albertum literæ, quas cum legiſſet, nulla voluptate affectus eſt. Igitur legatos ad principes mittit, ut ſimul, quorum apud Miſnenſes magna eſt autoritas, hos conveniant, ad Lipſim urbem, quæ Libonotriæ caput exiſtit: ubi de rebus ad regnum pertinentibus habendum erat conſilium: cuncti proficiſcantur moneant, ipſe confeſtim aderit.

Oſterlandia auctori Libonotria.

Fabula.

§. VI. Nomen hæc regio a Libonicis populis vetuſtis, vel a Libonoto principe, qui regioni imperavit, ſortita eſt: hi populi a Cornelio Eudoſii nuncupantur.

Conventus Lipſienſis.

Haud multum interim tempus fuit, cum omnes Lipſim venerunt. Tandem multis verbis ultro citroque habitis, ira ab Alberto ſuſtineri non potuit, quin in principes graviter inveheretur, ac ſuam vocaret hæreditatem lege agnationis, quod Henricus ei frater extitiſſet. At principes Henricum ea fuiſſe ſententia, reſpondent, ut ei vita functo ab ipſis ſuccederetur: periniquum eſſe, & non ferendum, ſi Henrici voluntati deeſſent.

Henricus Schonbergius ejusque παῤῥησία.

§. VII. Eandem protuliſſe ſententiam, ſunt qui affirmant, quendam Henricum Schonbergenſem, quod is Miſnenſibus ſtudebat. Ut enim Albertus iram ſupreſſit: Non, inquit, tibi ex animo excidant, quæ in Vitigitis familiam beneficia contulit populus Miſnenſis: ea fuerunt quibus illa in multum potentiæ evaſit: Turingiam ditionis ſuæ fecit. Federicus primus, cum in Italiam exercitum trajeciſſet, ad Mediolanum & Florentiam caſtra poſuit. Non te fugit, quantam in Miſnenſium præſidio gloriam adeptus fuerit: multas Italiæ urbes obſedit; quas tandem vi ſubegit. Statutum eſt Miſnenſibus ad decretum, ut Henrici hæreditatem liberi tui adeant. Abjeciſti tu omnem humanitatem, qui filios, ob tam ſingulare beneficium collatum, incredibili odio proſequeris. Quod ſi illis bellum indixeris, nec ſtudiis tuis obtemperabunt, nec deerunt, qui tuendos ſuſcipiant, etſi ſupervacaneum eſt, quando uterque ea ſit magnitudine animi præditus, quin imperium ſuum per ſe tueri poſſit.

Alberti excandeſcentia & conatus bellici.

§. VIII. Tum Albertus ira percitus, quod fortuna ſua deſpecta eſſet, Turingiam ſe recepit: atque animo agitare cœpit, ſibi ut liberorum ex Miſna pellendorum daretur facultas. Igitur haud tutum ratus, ſi ſolus in eos impetum faciat, cum Johanne Principe, (hic quidem Marchiæ Brandeburgenſi præerat,) colloquium habuit, hunc ut ſibi, qui eum liberis bellum ſuſcepturus eſſet, præſidio foret, precibus obſecravit.

Johannes Marchio Brand. b.

Nullam eſſe urbem, quæ illorum ſit ditionis, ad cujus mœnia non ſigna prope inſerat. Facile eos poſſe opprimi, ſi agros populetur: vicos exurat: arbores ſuccidat: hominum pecorumque prædam agat. Quod ſi cum exercitu vim repellere adnitentur, ſe cum magnis copiis, quibus abundaret, præſto futurum, qui illorum conatus comprimat. Nec vereri, quin brevi ſit eos ſub imperio ſuo redacturus.

CAPUT III.

De Situ Terræ Miſnenſis & Brandenburgenſium in eam irruptione.

§. I.

Chorographica Miſniæ deſcriptio.

Libet mihi Miſnæ, quæ regio eſt Germaniæ, ſitum paucis exponere. Hæc ad Albim flumen poſita eſt. Ab ortu ſolis haud longe abſunt Vindeli, a meridie, Bohemi: a ſeptentrione, Saxones: ab occaſu Libonotria eſt; cui fines Sala & Muldanus omnes præſcribunt; ultra Salam Thuringi ſedes habent. In ea multæ ſunt opulentiſſimæ civitates, munitiſſimaque caſtella. Hanc olim Calucones, Danduti, Ptolemæo teſte, inhabitarunt.

Veteres coloni.

Libonotriam vero Herthane, Eudoſi, Varini, atque Svardones tenuerunt. Qui poſtea in univerſum Sorabi dicti fuerunt.

Sorabi.

Regio adeo in omni frugum genere fœcunda eſt, ut toti fere circumjacenti regioni ad abundantiam ſufficiant: huic non frumenti modo eſt magna copia, verum etiam vini, mellis, pecoriſque.

Princ. fr. de bello conſultatio.

§. II. Cum igitur principes parentem cum manu haud quaquam contemnenda adverſus ſe contendere, & fama & literis accepiſſent, repente ad Lipſim iter contenderunt: ubi, quos ſibi officiis & benevolentia conjunxerant, principes complu-

res ad ſe evocari jubent, quæ ipſis animo ſententia ſedeat, exprimunt, ſeſe incertos conſilii, parenti ne cum expeditis militibus, id quod eſt filiorum ab omni humanitate abhorrentium, ſe objiciant, urbeſque & caſtella ab irruptionibus tueantur: an voluntate in deditionem proficiſcantur: at in ſummum dolorem adduci, cum quos Henricus hæredes inſtituit, eos exhæredare pater adnitatur. Nullam tem eſſe, quæ illi admirationem præbeat, quando ſe futuros, qui Henrici teſtamentum re ipſa executuri eſſent, ſacramenti religione obſtrinxiſſent. Ipſi cum ingenio & conſilio præſtarent, ne quid detrimenti reſp. caperet, enixe operam darent. Henricus Endanus, cui in capiendo conſilio ſumma erat prudentia, & in dicendo fides: Nullus (inquit) maximi principes, vos ſubeat metus. Chriſtus opt. max. præſtabit auxilium, propulſare patris injuriam: cui ſi ob perpetrata ſcelera eſſetis in odio, æquiori animo ferrem. Quis eſt tam injuſtus rerum æſtimator, quem tanti diſſidii cauſa lateat? pare veſtra dixerim, Alberto ex viliſſimo ſcorto, cui Catharinæ eſt nomen, natus eſt filius: illius hortatu ad hunc principatum deferre conſtituit. Eſtis principes, & eo corporis robore, ea animi magnitudine, ut patris (ſi pater dicendus eſt) impetum excipere poſſitis: quoties cum ejus militibus ſigna contuli, toties cum ipſis proſperam pugnam feci. Ad unum omnes cæſi ſunt: mihi hanc provinciam depoſco, nec recuſo omnem impetum belli in me convertere.

Henrici Endani ad eosdem exhortatio.

σφάλμα.

§. III. Dum hæc aguntur, nunciatum eſt principibus, Johannem Brandenburgenſem, quem Albertus neceſſitudine (ut ſupra diximus) conjunxerat, cum copiis in agrum Miſniacum iter feciſſe, cuncta igni ferroque abſumpſiſſe: magnam vim hominum pecorumque abigere. Tum Federicus tantam animo concepit iram, ut ejus juſſu Theodoricus cum exercitu ad ulciſcendas illatas civibus injurias proficiſceretur. Oppidani ubi principem cum præſidio profectum cognoverunt, patefacta porta (nam ſe mœnibus tenebant) ſubito erumpunt, hoſtes adoriuntur, plus ſexcentos ceciderunt: reliqui in fugam verſi ſunt, quibus omnis præda adempta eſt.

Brandenburgici in Miſniam irruptio & clades.

§. IV. Præerat exercitui Theodorici Jacobus Schonbergius, rei militaris ſcientiſſimus: is nihil commiſit, ut eo prælio re prehendi jure poſſet. Interea nunciatum eſt Theodorico, hoſtes non longe ab urbe Luca Luſatiæ caſtra poſuiſſe: quo ipſis ab Alberto (nam copias Mars minuerat) armatorum ſubſidia mittenda eſſent. Verum Theodoricus, ſi in hoſtem, antequam numero fieret amplior, impetum faceret,

Jacobus Schonbergius.

Luca.

tutius exiſtimans, Jacobum Schonbergium in ſecretum abducit: Multo inter ſe, an cum hoſte ſigna conferenda eſſent, conſilio egetunt. Tandem in hanc ſententiam inclinatum eſt: ut legati ad Johannem Brandenburgium mitterentur, qui cauſas belli ſciſcitarentur.

§. V. Re ita compoſita, legati ad Johannem pervenerunt: qui dignitate præſtabat, ita locutus fertur: Vehementer admiramur, cur nulla facta belli denunciatione, Miſniacos agros, qui Federici principis imperio ſubjiciuntur, pervaſtandos duxeris. Tu Henricusque inter vos pacti eſtis, ne alter alterius agris, urbibus, caſtellis, vel minimam jacturam afferret. Deſciviſti a fide, cujus milites latronum ritu, Federici agros populati ſunt, conatique ejus oppugnare urbes. Neque tu ignoras, quo animo, qua fide, qua conſtantia in Majores veſtros Miſnenſes extiterint: qui de ſuo erga illos ſtudio & perſeverantia, cum difficillima erant tempora, nunquam remiſerunt. Tantam injuriam abs te præter juſtitiam nobis illatam, principes noſtri ferre nequeunt, quare ſatiſfacias oportet: Sin in ſententia manes, tibi illorum verbis bellum indicimus.

Feciales ad Brandeburg.

§. VI. Johannes ira incenſus: ſi, inquit, Miſnenſibus & Luſatiis, qui & Miſnenſes ſunt, bellum intuli, mirari deſinite. Haud abs re in Miſniacum agrum a militibus noſtris facta eſt irruptio. Siquidem nonnullas Vindelorum urbes, quæ imperio meo ſubjiciebantur, ſuæ ditionis fecerunt. Quis illud non iniquo tulerit animo, cum Federico imperium me minime conſcio tradiderint? Mihi profecto jure optimo ſuccedendum erat, conſulendum illi fuit exiſtimationi meæ, ad eam omnis cura ſua conferenda: accedat ipſa, quam mecum iniit, pactio: Nunquam ſe regnum, quoad mihi vita contingeret, occupaturum. Quare ſi belli ſtudia mihi deponenda ſunt, provideant, ut mihi jactura reſarciatur.

Ejusdem militaris excuſatio.

§. VII. Tum Legati, non eſſe Miſnenſium, reſpondent, ut, quæ ſecunda pugna parta ſunt, ea languore & deſidia adducti, reddant. Si Vindelos vi ſubegerunt, eos merito imperio ſuo ſervire. Verum Sarmatarum, ac Sleſiatarum poteſtate ac ditione liberatos, ſe ſummopere, cur ejus tei mentionem fecerit, admirari. Federico ſub ea conditione regnum traditum, ut Alberto præſidio eſſet. Optimum quemque principem, ſi parens in filios alieno eſſet animo, ad componendam pacem, omnes rationes ſuas conferre: abhorruiſſe eum ab hac ſententia, qui honeſtiſſimos filios, nullaque virtute egentes, acerbiſſimo odio proſequeretur. Fortunam belli ancipitem eſſe, ſæpe numero robuſtiſſimum

γνώμη.

mum exercitum parva manu profligatum: nec a quibus bella ſuſcipiantur, ipſos ocio vacare.

Dobroluchum.

§. VIII. Interea Theodoricus cum validiſſimo exercitu in agrum Doberlochium pervenerat: ad eum ſe Legati receperunt: cui cum quod acceperant, reſponſum reddidiſſent, ab univerſo exercitu eſt ad arma conclamatum, omniom manus ad gladium lanceamque prutiebant. Verum Theodoricus, ac Jacobus Schonbergius, cujus conſilio & ſapientia ad rem militarem utebatur, ſeſe a pugna continuerunt. Io ſequenti nocte, (nam cœlum albeſcebat,) cum copiis profecti, quinque millia ſuum ab hoſte locum caſtris ceperunt. Tertio poſt die ſub lucis exortum, Theodoricus curare corpora milites juſſit, eosque accerſiri: Atque ut booo animo pugnam capeſſerent, hortatus eſt: Non illius virtutis bellicæ non militaris diſciplinæ, non præteriti temporis famæ cum ſub Henrici ſignis militabant, memoriam abjicerent: ſe eosdem eſſe, qui tot ampliſſimas de hoſtibus victorias reportaſſent, ſibi in memoriam redigereot. Ipſe quantum in ſe eſſet, & ſtrenui militis, & optimi imperatoris officia ſimul exequebatur.

Jacobus Schonbergius.

Dicemannus ſuos ad pugnam animat. Oratio militaris.

§. IX. Theodorici oratione militum animi vehementer acceoſi ſunt. Igitur omnes, quadringentis præmiſſis equitibus, qui hoſtes ad pugnam allicerent, armati atque inſtructi prodeunt. Hæc paucitas effecit, ut ipſi nulla interpoſita mora, caſtra egrederentur, manumq; confererent. Inter congreſſiooem Theodoricum cum expeditis Regionibus adeſſe, qui Joannis copiis præerat, ex exploratoribus cognoſcit. Tum Theodoricus quo egregiam fratri oavaret operam, acies inſtruit, quemque militem, cujus virtutem pluribus prælii didicerat, ſuo loco diſponit. Imperator hoſtilis, ne circumveniretur, metu perculſus, gradum retulit. At Theodoricus, cujus animus ad conferendum manum ferebatur, eos milites, in quibus conſequendæ victoriæ ſpem conſtituerat, hortatur: hoſtem perſequamur, quod ejus animum fugiendi magis quam pugnandi cogitatio ſubeat. Vix ſe in caſtra retulerat, cum Theodoricus affuit. Imperator hoſtilis, quod animum receperat, copias in aciem eduxit. Diu pugnatum eſt æquo Marte. Tandem intra caſtra compulſus eſt. Jacobus ut hoſtem prælio profugum ſe in caſtra retuliſſe animadvertit: Haud cunctemur, inquit, Theodorice victoriam oobis fortuna protendit: Stationes oppugnemus: nimirum expugnabimus, quod peditum multitudine abundamus: & ab equitatu firmi ſumus.

Schonbergius victoriæ urgendæ auctor.

§. X. Vix finem diceodi fecerat, cum Theodoricus quinq; equitum millium manu, ac pari fere numero peditum comitatus, hoſtium caſtra ingreſſus eſt: ad quæ qui cuſtodiam habebant, illi occurrunt. Sed cum vis vi rejici non poſſet, necati ſunt, hoſtium ſupra tria millia occiſa, ſupra ſeptem millia capta, cæteri ſaluti ſuæ fuga conſuluerunt. Theodoricus ne de militibus ſuis male mereretur, caſtra ipſis diripienda conceſſit. Verum tam memorabili victoria lætus, ad Federicum nuncium cum literis mittit: quibus illum docet, hoſtilem exercitum a ſe ſuperatum, proſtratumque. Federicus non mediocri exiluit gaudio. Erat is ea tempeſtate Picaſtri, quæ urbs ad Eliſtrum amnem ſita eſt. Siquidem paucis ante diebus cum maximis copiis eo contenderat, quod Alberto imperatori ſuo ſuppetias laturo illuc diverteodum erat. Is quanta laude Theodoricum proſecutus fuerit nequeo oratione complecti: illum ſemper extitiſſe, in quo ſpem omnem, fidemque locaſſet, nec ſua eum feſelliſſet opinio: Nec vereri ipſum, ſi ætate procederet, Q. Maximo ſapientia, ſuperiori Africano celeritate: ei qui poſtea fuit, ſingulari conſilio, Paulo, ratiooe ac diſciplioa, C. Mario virtute præſtaturum.

Pegavia ficto nomine auctori Picaſtrum.

Elogium Dicemanni.

CAPUT IV.

De Bello a Brandenburgicis inſtaurato & continuato.

§. I.

INterea equites duo, qui cum prælium in mala ſpe eſſe cognoviſſent, ſeſe fuga proripuerant, ad Johannem Marchionem venerunt, nunciantes exercitum victum, cæſum eſſe & fugatum. Eos, Imperator ne ex prælio, cum adverſam fortunam videret, profugerit: an cæde cæſus fuerit, latere. Igitur, ne tantam cladem acceptam ioultam relinqueret, maximum ex equitatu ac peditatu, cœpit, exercitum, atque in Luſatios pervenit. In ea regione urbs eſt, quam incolæ Lucam vocant: ejus mentiooem fecimus. Cum agrum populatus eſſet, & prædas hominum pecorumque egiſſet, caſtra ante portam locavit, diu eam obſedit.

Brandenburgicus bellum inſtaurat.

Luca irrito conatu obſeſſa.

§. II. Sed cum in poteſtatem ſuam minime poſſet redigere, quod ipſam Federicus firmiſſimis præſidiis munierat, ſitus præterea inexpugnabilem faciebat, exercitum abduxit, atque ad oppidum Haganum, quod id Theodorici imperio ſubjiciebatur, oppugnandum pervenit, ipſum nocte & interdiu tormeotis verberabat.

Hagana tentata & defenſa.

Ut

Ut vidit id fruſtra inceptum eſſe, robuſtiſſimos milites, ac rei militaris ſcientiſſimos, ad ſe acciri jubet: his magnam vim argenti aurique, ſi noctis ſilentio in murum evaſerint, ſeque præcipiti ſaltu in oppidum immiſerint, ac necatis cuſtodibus portam aperuerint, pollicetur: Se cum expeditis militibus confeſtim affuturum, atque intraturum. Illi imperata faciunt. Intempeſta nox erat, cum armati muros ſcandunt, ac fune, id quod tutiſſimum viſum eſt, de ipſis demiſſo per eum in oppidum deſcendunt.

Caſpar Malticius.

§. III. Qui cuſtodibus præerat, Caſpar Makicius adeſſe hoſtes cognovit: eos admonet, ne vocem emittant, quoad unum omnes ſupplicio mortis afficerentur. Ipſi retrorſum, ne inſpiciantur, ſe recipiant. Cum clamore ſublato ſignum dederit, eductis gladiis in eos impetum faciant: cogantur omnes vita decedere, ne ab his imposterum aut vis aut fraus timeri poſſit. Dum ſecuribus freti, portam effringere moliuntur, Caſpar voce ſignum edidit. Accurrunt cuſtodes, prælium conſeritur: haudquaquam par hoſtibus dimicatio fuit, quod cuncti occidione occiſi ſunt. Ad portam extra urbem erat Joannes cum commilitonibus ſuis equo armisque inſtructus atque ornatus. Ubi illuxit, oppidani, quive in eorum præſidium venerant milites, porta effuſi, in hoſtes impetum faciunt. Alios trucidant, alios in fugam vertunt, alios capiunt. Sunt qui Johannem captum ſcirbant, ſed cognitum in priſtinam libertatem reſtitutum. Tantæ ſtragis hoſtibus illatæ, Caſpar Federicum, atque Theodoricum participes effecit. Federicus paucis equitibus aſſumptis, quod reliquas copias ad Eliſtium reliquerat, ad Miſenam urbem contendit, quo Theodorico, (ſi ita caſus tuliſſet) præſidio eſſet. Dum hæc geruntur, non mediocri Joannes, quod ad eum exitum, quem ſibi propoſuerat, pervenire non poterat, ira exardebat: Deos, quod rerum ſuarum curam poſthaberent, incuſans. Itaque literas ad principem Eberhardum, qui Cheruſcis & Aſcaniæ præerat, in hanc ſententiam ſcripſiſſe fertur: Quanta benevolentia, quantisque officiis, patrem tuum majores noſtri eo bello, quod prioribus annis cum crudeliſſimis hoſtibus geſſit, complexi fuerint, res ipſa docuit. Illorum præſidio ſuperior diſceſſit. Ad complures Germaniæ principes, neque tu id ignoras, ab eo legati miſſi ſunt, præſidii implorandi gratia: cuncti ſe eſſe reſponderunt, qui cogitationes ſuas alio contuliſſent, nequaquam eis obeſſe, a quibus nulla unquam fuiſſent injuria laceſſiti. At majores noſtri regnum veſtrum ſibi defendendum ſuſceperunt, pluris patrem tuum, quam aliorum principum injurias exiſtimantes. Noli per Deos immortales ingratitudinis notam ſubire. Quo in ſtatu res Alberti ſit, te ſatis ſuperque intellexiſſe, puto. Superiori anno cum Miſnenſibus ſigna contuli. Fortuna improba, ut ſuccumberem, effecit, cujus res ſuperior eſſe conſveverat. Ipſe prælium adverſus hoſtes nullum ſecundum facio, tanto in me fortuna exarſit odio. Quare ſi quid precibus apud te poſſum, Alberto egenti atque inopi auxilium præſta. Tecum precibus fraternis ago. Contendamus cum legionibus expeditis in Miſnenſes, binisque conſidamus caſtris. Haud vereor, quin eos brevi ſubacturi ſimus, atque ad deditionem compulſuri.

Friderici vigilantia.

Brandeburgius bello redintegrando incumbit.

Eberhardus Princ. Anhaldius.

Propugnat pro Alberti partibus.

§. IV. Eberhardus tum miſericordia commotus, tum ne beneficiorum memoriam abjeciſſe videretur, adductus, Albertum auxilio ſuo juvandum ſtatuit. Igitur exercitu ex quatuor millibus hominum congregato, in Miſnenſem agrum profectus, primum ad Ilburgum, (ſic illi nomen eſt, quod Ilba comes extruxit,) caſtra poſuit. Duorum itinerum altero ad caſtrum illi veniendum erat terreſtri, quod ab amne Moldavo non longe aberat: aut per Albim flumen navigandum. Hoc ei tutius viſum eſt, quod terreſtre iter permultis inſanis ſubſtructionibus eorum, qui Federici parebant imperio, erat refertum. Igitur navi ad urbem Vitigisburgum primis ſe intendentibus tenebris pervenit. Ei præerat quidem Bernardus agnatus Eberhardi. Ad hunc, ut ſibi tutum præbeat tranſitum, oratum mittit.

Ilburgum.

Vitigisburgum ſeu Viteberga.

Bernhardus Saxon. El.

§. V. Bernhardus metu territus, ut ne Federici odium ſibi concitaret, ſe illum ut illuceſceret, voti compotem facturum reſpondit. Interim ad Federicum, quem ad Miſnam iter feciſſe non ignorabat, nuncium cum literis mittit. Hic Eberhardum cum valido exercitu ad Vitigisburgum veniſſe admonet. Ut ſibi tutum præbeat tranſitum, poſtulaſſe. Illum, quantum conjectura conſequi poſſet, Miſnenſium agrum igni ferroque abſumpturum, atque pecorum hominumque prædam acturum. Ipſe rebus ſuis conſulat, ſe vereri, ne agnati Eberhardi ſtudiis, quod hominum multitudine abundet, obſequi cogantur. Ipſum Ilbæ caſtrum primum in poteſtatem ſuam redacturum.

Henricus Endanus.

§. VI. Has literas cum Federicus accurate legiſſet, ſuſpicione, ne Eberhardus oppido potiretur, adductus, cum copiis atque oppidanis ad Albim, quo illi occurreret, prævenit. Inſuper Henricum Endanum, qui ſub ſuis ſignis, cum plurimis cohortibus militiam militabat, ad Muldanum,

Muldau fl. accolæ.

num, ut omnes ejus accolas, qui partim Pliſnenſes, partim Sorabi, partim Prætoriani nuncupabantur, ſumptis armis, ad Ilbæ caſtrum deduceret, ubi & ipſe cum Legionibus expeditis adeſſe pollicitus eſt, monet. Primum illi ad caſtrum quoddam, quod incolæ

Dorganum. Torga.

Dorganum, olim a Dorgeberto Satrapa conditum, nominant, per Albim iter fuit. Ut cognovit Eberhardum agris diripiendis, vaſtandisque intendere, Henricum, ut relicto ad oppidum præſidio, cum cætero equitatu ad ſe accederet, literas perferri juſſit. Nondum ille appulerat, cum Federicus haud procul ab hoſtium caſtris caſtra habuit.

Fridericus Eberhardo occurrit.

Haud pugnam, quod milites de via feſſi erant, edere ſtatuit. Veruntamen ut omnes armati inſtructique eſſent, quando collatis ſignis cum hoſte dimicandum ſtatuiſſet. In ſequenti die per præconem edixit, cum tuba ſignum daretur, procederent. Cuncti Federici obtemperarunt voluntati. Verum ſe nocte in diem inclinante, an hoſtes, quorum artus lenis ſomnus corriperer, adoriretur, diu conſilium agitans, tandem congreſſu abſtinuit, tum ob militum paucitatem, tum quod gravi itineris labore confecti erant.

§ VII. Erant in caſtris ejus centuriones, & animo & corpnre præſtantes, qui cum ad conferendam cum hoſtibus manum oblatam ſibi occaſionem intuerentur, tela vibrabant, militum inſuper animi ad pugnam incendebantur. Igitur centurionum juſſu tubicen ſignum dedit. Sublato clamore ad hoſtium caſtra contendunt telaque conjiciunt. Quibus ſtationum cura cuſtodiaque mandata erat, confeſtim hoſtes adeſſe Eberhardo denunciant: cui cum caſtra egrediendi nulla eſſet poteſtas, ad ea tuenda animum

Expugnat ejusdem caſtra.

vertit. At Federicus milites, ne animum contrahant, dimittantve hortatur, quod magnus hoſtes metus inceſſerit. Verum Eberhardus ſe acri defenderat animo, atque hoſtem omnibus viribus repellere conabatur: utrinque acriter prælio concurrebatur, cum pulvis ex loco haud diſtanti ortus velut nube inducta implebat omnia.

§ VIII. Federicus Henricum advenraſſe exiſtimans, haud falſus vates fuit. Bene (inquit) res ſe habet. Nunc optima ſpe præditus ſum. Haud nox adventabit, cum hoſtilibus potiar caſtris. Nolite, commilitones mei, animis deficere. Quisque non modo ſibi, ſed alii quoque animum afferat. Exuite hominem caſtris, præda in veſtra manu eſt. Hac oratione militum animi vehementer accenſi ſunt.

Henricus Stella Lipſienſis.

Erat in exercitu Federici Henricus Stella Lipſienſis: hic, quod facinus memoratu dignum efficere ſtudebat, primus hoſtium caſtra ingreſſus eſt. Hunc militum multitudo eſt ſubſecuta, hoſtium plus quatuor millia cæſa ſunt, quinque millia capta, milites ad diripienda caſtra paſſim diſcurrunt.

Eberhardus captus.

Capti ſunt Eberhardus, ac Remigius Erotinus, deductique ad Federicum. Conferto prælio Henricus affuit.

Remigius a Roten.

Tum Federicus ſubridens: Si (inquit) Henrice affuiſſes, ingentem prædam feciſſes. Sed ne novi motus adverſus ipſum excitarentur, militem triduum in caſtris continuit: Ut nihil eſſe animadvertit, quo in ſuſpicionem incideret, juſſit copias in hyberna proficiſci. Ipſe cum paucis equitibus ad urbem Fribergum iter contulit.

Brandenburgici anguſtia.

§. IX. Ut Johannes Brandenburgenſis Eberhardi copias profugatas, ipſumque una cum pluribus nobilibus captum ex nunciis cognovit, non mediocris eum terror invaſit. Non enim ipſius opes ac divitiæ adeo inſignes erant, ut illius redimendi ſibi eſſet facultas. Inſuper populus Cheruſcus, qui nunc Aſcanius dicitur, odium diuturnum & jam inveteratum in ipſum habebat. Quo factum eſt, ut urbem obſidione ſolvendam duxerit: animumque ad pacem cum Federico & Miſnenſibus componendam verterit. Verum quoniam meliori ſe conditione animadvertit, ſolutionem ſimulavit. Siquidem nobilibus quibusdam, ut nocte in proxima villa, quo a Miſnenſibus prehenderentur, ſe occultarent, edixit.

Irritum adverſus Decemannum ſtratagema.

Edixit præterea, ut expeditiorum militum duo millia, haud procul a paludibus, quo Miſnenſes, ſi ad prælium faciendum egrederentur, aut comprehenderent, aut de medio tollerent, in locis abditis deliteſcerent. Ipſe in ſequenti die, luce prima ab urbe caſtra movere viſus eſt.

CAPUT V.

De Pace cum Brandeburgenſibus conſtituta.

§. I.

Miſnenſes, quibus urbs tuenda data erat, non parva, quod ſubita obſidione liberati eſſent, admiratione imbuti, nequaquam urbem, ne per dolum caperetur, egredi audebant: ut illuxit, ex muris ſolitudinem in caſtris proſpectant. Qui diligenter ſpeculetur, ſpeculatorem præmittunt, quo ſe Johannes contulerit, quid ei ſit negotii, quos in conſilium adhibeat, conquirat. Speculatori primum ad loca, ubi milites Joannis juſſu in inſidiis ſubſidebant, iter fuit: illis obequitat, incertus, an totus exercitus illic inſideat. Ut retro in urbem rediit, & quæ inſpexerat, refert, repente Theodoricus

quosdam ſortis extremæ juvenes, qui caſtris ignem injiciant, proficiſci jubet. Reliquum exercitum bipartitus eſt, & alteram partem non longe a militibus, quos Joannes in occulto locaverat, juſſit conſidere: quo inexplorato exeuntes occideret: Alteram, quæ illi ſubſidio eſſet atque adjumento, non multum ſejunxit.

§. II. Ipſe magna armatorum ſtipatus caterva proximum clivum conſcendit, quo res evaſura eſſet, proſpectaturus. Cum caſtra flammis conflagrarent, eo ſe retuliſſe hoſtes Joannes arbitratus eſt: qui dum ſpolia colligunt, eos facile ſi quos in inſidias collocaverat milites, ad itinera inſidenda mitterentur capi poſſe exiſtimavit. Igitur militibus, qui apud ipſum erant, ut arma expedirent, juſſis, eo ſe recepit. Hæc Theodoricus ex clivo proſpectans, ut legiones duæ, quæ Johanni occurrant, per convallem proficiſcantur, edicit: Cum his vero, qui caſtra incenderant, ut confeſtim in urbem redeant, per nuncium agit, monetque, quo illis, ne in hoſtes, quos Jnannes ſubſidiarios vocabat, in antrum reconditos incidant, utendum ſit itinere: quod ſi antro ſe continebunt, neminem, quantum in eis fuerit, egredi patiantur.

§. III. Rebus ita compoſitis, cum reliquo exercitu ad itinera inſidenda, quo Joannis legiones ducendæ erant, profectus, cum non multo poſt Iohannes eo cum copiis adventaſſet, ob equorum hinnitum, armorumque fremitum inſidias ac dolum formidans, retro vertit iter. Extemplo qui per convallem iter ſecerant milites ſeſe illi objiciunt, nec certaminis ullam quidem moram ſaciunt. Theodoricus, quas ſilentio continuerat legiones in aciem eduxit. Diu congreſſi ſunt. Verum Johanni haud æqua dimicatio fuit. Ex prælio profugientem pauci ſubſecuti ſunt equites peditesque ſuorum: ceciderunt ea pugna duo millia, duo capta: haud procul fuit, cum a peditibus duobus ex equo proſtratus eſt. Nulla alia cauſa evaſit, quam quod eos, ut pietatis, clementiæ, humanitatis partes ſuſciperent, precibus fatigavit.

Clades & fuga.

§. IV. Principio noctis Lucam ſe retulit, juſſitque ad Federicum literas perferri, quibus de proſpera pugna a ſe facta certiorem ſecit. Is cum eas legiſſet, incredibili exiliens gaudio: Abi, inquit, qui literas detuliſti: ac nuncia Theodorico, quæ ab eo acta ſunt, mihi grata extitiſſe, ſed illa multo fore gratiora, ſi ad eas urbes, quæ Johannis ſubjiciuntur imperio, exercitum admoveat, coneturque eas in poteſtatem ſuam redigere. Inſuper agros ferro ignique pervaſtet, quos obvios habuerit hoſtes, ad unum necandos curet, quibus potietur, urbes & diripiat & incendio abſumat. Inter cætera ad Francofordiam caſtra ponat, ipſe paucis poſt diebus, qui illi ſuppetias feram, cum manu minime contemnenda adero.

Friderici mandata ad fratrem.

Francofurtum ad Viadrum.

§. V. Theodoricus, quo in Federici voluntatem concederet, validiſſimo in urbe relicto præſidio cum reliquo exercitu, ad Francofordiam contendit, ipſam diu obſedit. Ut vidit expugnationi difficilem (nam in eo dies prope tringinta abſumpſerat,) ad vaſtandos agros omni ſuit cura intentus. Ex quo tantus Johanni pavor injectus eſt, ut Theodoricum ex diſcordia valde acerba, atque diuturna in gratiam inducere inſtituerit. Igitur, qui inducias peteret, oratorem ad Theodoricum miſit. Is non eſſe in ſua poteſtate eas dare reſpondit, ad Federicum iter faceret: quicquid ab eo inſtitueretur, ſeſe ratum habiturum. Acceſſit orator Theodorici ſententiæ: ut autem legationem expoſuit, inducias ſibi dari petiit.

Brandeburgicus ad pacem animum adjicit.

§. VI. Federicus in Oratorem oculos conjiciens: Quoniam (inquit) non ſemel, ſed ſæpius victi & ſugati eſtis: exercitus veſtri occiſione occiſi, agri pervaſtati, urbes obſidione cinctæ, ad petendas inducias veniſtis. Nulla vos injuria laceſſivi, mihi bellum indixiſtis, antequam in Miſnenſem agrum a vobis direptiones fierent. Hæc erant agenda conſilio: nunquam vobis fortuna aſſulſit, quoties nobiſcum ſigna contuliſtis, toties victi, perculſi, ac majori parte exercitus amiſſa conſternati, profugiſtis: ut mihi fratrique meo imperium extorqueretis, nullum diſcriminis genus vobis deſugiendum putaſtis. At ne clementiæ videar abjeciſſe memoriam, duorum menſium inducias impetretis, volumus.

Oratio Federici.

§. VII. Oratore dimiſſo de induciis Joanni datis, Theodoricum certiorem facit, ad Jacobum Schonbergium, ut in caſtris militem contineat, quod ei ad Haganum urbem proficiſcendum ſit, per literas admonet. Is locus erat, quo nobiles permulti Joannis & principes ipſi conventuri erant. Cum principes, quod ſuum de bello conſilium foret, expoſuiſſent, Joannes Eberhardi, quem captum oſtendimus (erat is quidem inſolens atque arrogans) mentionem habuit, indignum eſſe, ut tantus princeps in carcerem ſordidum conjiceretur, quod inter captivos facienda eſſet diſtinctio.

Jacobus Schonbergius.

Actio Haganenſis cum Brandeburg.

§. VIII. Tum Gotardus quidam Libanotanus. (huic Endano erat agnomen) ita concionatus eſt: Exiſtimavi te, ô Joannes, huc contendiſſe, qui conditiones pacis tanquam a victoribus acciperes. At quantum

Oratio Endani, Gotardus ab Enda.

tum conjectura poſſum aſſequi, in hanc urbem profectus es, qui victoribus eas dares: An principes noſtros tantam temeritatis notam ſubiiſſe arbitraris, ut captivos tibi reddendos curent? Nihil a te prætermiſſum eſt, quo principum noſtrorum poſſes imperium evertere, ſi durius aliquid accidiſſet, omnem in ipſos crudelitatem adhibuiſſes: optatis tuis fortuna minime reſpondit. Quas clades acceperis, animo agita.

Reſponſio Joannis. §. IX. Hac oratione Joannes vehementer commotus eſt, omniſque ioſolentia ei ex animo excidit: Igitur in hanc ſententiam reſponſum reddidit: Quod me non ſolum prælio ſuderitis, ſed caſtris quoque exueritis, nulla me capit admiratio, cum ſint incerti bellorum exitus. Si me prælio inferiorem diſceſſurum autumaſſem, nunquam manu conſeruiſſem. Brandeburgicus ſe purgat. Nec vos a me diſſentietis, quibus ſi fortuna adverſa fuiſſet, eandem ſubiiſſetis calamitatem. Illud prædico, illud denuncio, ne maximæ cuique fortunæ credatur. Cui quondam fortuna aſpiravit, cogor pacem petere, quas mihi conditiones ſubeundas ſtatueritis, haud recuſaverim, modo ab humanitate minune abhorreant.

§. X. Nulla ſum imprudentia lapſus, ipſe miſericordia adductus, quod parens veſter ſeſe regno a vobis ſpoliatum aſſerebat, hunc impetum belli in me converti: ut ei ſubſidio eſſem: non poſtulabat, ſed flagitabat, quod cum domo veſtra conſtitutam neceſſitudinem longe antequam vos nati eſſetis, habebam. Non referam, quæ mihi beneficia contulit: quæ ſi memoria deleviſſem, quivis me crudelitate præditum, ferum, aſperum, inhumanum exiſtimaſſet. Nondum ſua in me merita ſum aſſecutus. Suſcipite per Deos immortales meam excuſationem. Quid loquar de Eberhardo principe, qui ut parentis veſtri ſaluti dignitatique ſubveniret, a vobis prælio fractus eſt? Is clauſus in tenebris, cum mœrore & luctu morte graviorem vitam agit. Eum obſecro tam aſpero carcere emittendum curate. Plura dicere parantem, haub ſuſtinuerunt principes. Tum inter eos pax confecta eſt: ea in has conditiones convenit: Omnis diſcordia e memoria excederet: impoſterum ſe mutuis proſequerentur officiis. Eberhardus ſub ea conditione, ut auri pondo ſexdecim ſolverentur, priſtinæ libertati reſtitueretur. Joannes filiam Federico in matrimonium traderet. Extractum eſt hoc belllum in aonos duos, menſes novem. Cum eodem pax conſtituta.

Joannis Garzonis Bononienſis de bellis Federici Admorſi ſive rerum Saxonicarum Liber Secundus.

CAPUT I.

De Alberto degenero ſuo quidem notho, ſed non filiis legitimis bene cupiente.

§. I.

Albertus. INterea Albertus, cum, quod antea tentaverat, id parum procederet, incertus conſilii, utrum omnem curam ſuam ad componendam cum liberis pacem conferret, an bellum inſtauraret, ſeſe in Turingia continebat. Ita enim propoſitum illis ex ſententia ceſſerat, ut nonnunquam rebus ſuis diffideret, ac deſperaret; tandem eos iterum bello proſequendos ſtatuit.

Vendit filiorum poſſeſſiones Adolfo Cæſ. §. II. Ut igitur regionem Luſatiorum, Miſnenſium & Libanotanorum, cui Federicus Theodoricuſque imperabant, ditionis ſuæ faceret, Adulphum Naſſavum, cui per id tempus delatum erat Romanum imperium, convenit: Huic reliquæ urbes, caſtella, agrique, quibus liberi imperabant, ab eo venierunt, ut quorum poteſtas late patebat, (ſiquidem magnam Germaniæ partem complectebatur) hi in paupertatem inciderent, miſerique redderentur. Verum Adulphus cum emiſſet ære alieno, in multum potentiæ evaſit, ut ne Deos quidem iratos ſibi timendos duceret. Haud præterea parva elatus lætitia, quod in Bohemos, quibus cum bellum ſuſcipere ſtatuerat, facile patebat aditus. Paucis poſt diebus Albertus ſeſe patriæ reddidit.

§. III. Tum ipſum, qui fieri poſſet, ut Studet notho. quem ex impudico ſcorto in lucem ſuſceperat, filio (huic Ludovico nomen erat) Turingia hæreditate obveniret, cogitatio ſubiit. Et ſi res ipſa admodum difficilis eſſet, nec mediocri egens conſilio, eos tamen, qui inter cæteros inſignes erant, ſibi conciliabat. Id optimum factu exiſtimans, qui annos pubertatis egreſſi erant, nobiles ad ſe alliciebat, hortabaturque, ut ad rem m[illegible]em incumberent: qui ea præſtitiſſe[illegible] cæteroſque antecellerent, hos maximis muneribus ſe proſecuturum, non ſolum recipiebat, verum etiam ultro pollicebatur. Complures in auratorum Ejus lud. militares. equitum numero adſcripſit, & eos potiſſimum, qui nobili erant genere. Forte ita caſus tulit, ut ludos militares ex induſtria pararet.

§. IV. Permulti convenerunt, tum ſpectaculi, tum dimicationis gratia. Fama

eſt,

Invidioſa munificentia.

eſt, alios luſiſſe haſtis, alios gladiis, alios lapidibus, alios palæſtra. Ut ludis finis impoſitus eſt, ex omni multitudine ſexaginta ad ſe acciri jubet juvenes: qui quoniam longe ante alios egregie dimicaverant, ab eo balteis aureis, gladiis militaribus, calcaribus, aureis, caſtellis, agris donati ſunt. Princeps (cum ampliſſimis verbis juvenes gratias egiſſent) hujuſcemodi orationem habuit: Egregia virtus veſtra, quam hodierna die præ vobis tuliſtis, præſtantiſſimi juvenes, effecit, ut maxima ſim vobis benevolentia obſtrictus. Quæ a me accepiſtis munera, etſi debilia ſunt, atque exigua, ea quæſo bono jucundoque animo accipiatis, inpoſterum majora amplioraque accepturi eſtis. Optima rei militaris jeciſtis fundamenta, in ea per Deos immortales incumbite, hæc eſt, qua fortiſſimi viri cœleſtium numerum auxerunt. In hunc maxime modum nomen veſtrum immortalitati commendabitis. Nec quicquam eſt ex omnibus rebus humanis præclarius aut præſtantius, quam vos ea præditos eſſe virtute, qua a patria hoſtium impetum poſſitis propulſare. Illius amplitudinem non ſolum conſervare debetis, ſed etiam augere. Semper verum decus in ea virtute poſui, quæ patriæ ſalutaris eſſet, eam vos facultatem habituri eſtis. Quare pergite, ut cœpiſtis: Quantum in me fuerit, nec conſilio nec voluntate vobis deero. Plura in hanc ſententiam dicerem, ni vos eos, quales opto, futuros confiderem.

Patriæ ſtudium.

§. V. Hæc eo referebantur, ut Ludovicum inſtitueret hæredem. At juvenes quod virium robore florebant, tantam principis liberalitatem non admirari non poruerunt. Quisque ſe eum futurum pollicebatur, qui, ut in virum virtute præditum evaderet, ne ullum quidem laborem deſugiturus eſſet. Qui vero gravi premebantur ſenecta (non enim ad quem exitum res ipſa perventura eſſet, eos latebat,) his hujuſcemodi ſpectacula dolorem mærorem que afferebant. Hæc dum agebantur, Adulphus Philippum Naſſam (erat hic quidem illi patruus,) cum legionibus expeditis Svevorum in agrum Libanoranum proficiſci jubet: monetque ut cuncta igni fertoque, abſumat, civita[illegible]ppugnet; principes ſubmoveat, atqu[illegible]mnem regionem in poteſtatem ſuam redigat.

Philippus Naſſovius Adolphi legatus.

§. VI. Philippus ut hæc Adulphi voluntati concedat per Turingiam ad Citicam urbem (olim a Citto conditam) venit, inde populato agro, tuguriisque & villis ac templis igne crematis, ad Bornium contendit; ibi dies aliquot ſtativa habuit: ad Eliſtrum revertitur. Tandem non longe a Picaſtro, ubi nonnullæ Federici copiæ hybernaverant, cum exercitu conſedit.

Zeitz.

Born oppidum. Picaſtrum.

Hæc poſteaquam Federico nunciata ſunt, confeſtim Lipſim cum exercitu iter fecit: Theodoricumque, ut reliquas copias ad Picaſtrum admoveret, monuit, quod eo profecturus eſſet. Theodoricus enixe imperata fecit. Haugvitius qui ad Picaſtrum cuſtodiam habebat imperator, tanrum ei hoſtili exercitui rerrorem injecerat, quod nec egredi audebat, nec militem in aciem educere. Igitur qui exercitum hoſtium luſtret contempleturque, ſilentio noctis emittit, caſtra ubi ſint locata conquirat. Egredientem haud cœpit parva admiratio, quod agro pervaſtato, non niſi ſolitudo eſſet. Nec a ſuſpicione abſuit, quin hoſtes locum inſiderent, ex quo impetu in ipſum facto præhenderetur. Caſu villicum habuit obvium, ex quo intelligit, exercitum ingenti præda hominum pecorumque acta, ad Aldenburgum urbem contendiſſe, nec procul ab Eliſtro amne ſtativa habere. Aldenburgium Cauritani a Choris vel Cauptis Prolomæo dictis, incolunt, nullius principis poteſtate ſubjectum, opulentum quidem tum ſuis opibus, tum agrorum fertilitate oppidum. Senatores urbis, ut in curiam proficiſcendum eſt, eſſedis vehuntur. Matronis in ſolenni pompa, non niſi ſtratis per viam tapetibus ad templum eſt iter. Incolarum voluntatem, ut inde frumentum, atque omnē genus commeatus portaretur, conatus eſt Philippus ad ſe allicere. Non longe ab urbe collis eſt, in eo ſita eſt arx firmiſſimis munita præſidiis. Hugo ejus præfectus, qui partes Federici ſovit, ut ex nunciis cognovir, Philippum pro hoſte eſſe habendum, repente in urbibus & caſtellis, quæ ad Pliſſinam amnem ſuæ ſuberant ditioni, expeditos milites cum fundis & jaculis & alio genere armaturæ impoſuit: Bornium urbem, quæ non multo ab Aldenburgio diſtat intervallo, magna vi magnoque telorum præſidio muniendam duxit.

Haugvitius.

Aldenburgum ejusque vetus opulentia.

Hugo præfectus Aldeburg.

§. VII. Poſtero die ad Philippum Legatos miſit, quibus cauſis ipſe adductus ad alienas terras pervaſtandas, vim ſuam expreſſiſſet, nulla belli denunciatione facta, ſciſcitaturus. Philippus nequaquam iram ſuppreſſit. Non modo non legatorum verba auribus admovit, ſed capi etiam eos juſſit, ac torquere necarique. Ex legatis quendam, quod magno viſus erat ingenio, ſummaque induſtria, (huic Hermanno Kaynuto nomen fuit,) ad ſe deducendum curavit, eumque in ſecretum abduxit. Tum ita locutus eſt: Quod Federicus de parente male mereatur, non te fugit, qui tres prope annos pluribus eum præliis oppreſſerit. Federico nihil eſt curæ, niſi ut patrem parvis opibus ac faculta-

Legati a Philippo Naſſ. violati.

Hermannus Cnautus.

Verba Philippi.

tibus

tibus reddat præditum. Quis hanc offenſionem pertulerit, quis tolcravetit? Quare nullam magis egregiam navare operam poteris, quam ſi aut homini perdito & nefario potionem, qua epota decedat, dederis, aut mihi vivum tradideris. Neque ego ingratitudinis notam ſubibo, quin maximis officiis tua iſta beneficia remunerabo.

Ejus fides animusque apertus atque intrepidus.

§. VIII. Tum Hermannus, prius, inquit, de vita decedam, quam a me fides ſolvatur. Magnum Svevis dedecus inuris, qui cum collatis ſignis patenti campo, dimicare inſueveritis, ad venenum, id quod eſt hominis infimo loco nati, ac nullo ſplendore vitæ, nullaque commendatione famæ defenſi, declinaſtis. Quod ſi aliqua polleres virilitate, non veneno, ſed gladio, aut telo Federicum appeteres. Qui veneno honorem petunt, hos ad Aquilios & Vitellios recidiſſe dixerim. Libanotanus ſum, cujus conſvetudinis eſt cum hoſte manum conſerere. In poſterum de veneno infundendo ne verbum quidem feceris, educito gladium, te in Federicum confeſto. Cognoſces viri fortitudinem: fortem mihi crede, & conſtantem ſuſcipe animum, haud quanto te ſcelere inquinaveris, intelligis, qui jus legationis non ſolum verbis, ſed re ipſa violaſti. Nec Federicus Legatos omni ſupplicio interfectos, inultos relinquet. Romani Corinthum, totius Græciæ lumen, quod eorum legati ſuperbius appellati erant, extinctam eſſe voluerunt: ne tibi quidem impune cedet: ipſi Dii vindices ſcelerum de te exquiſitiſſimum ſument ſupplicium. Quod vero, ni voluntati tuæ paruerim, te capite meo potiturum, affirmas: Sequar Hannibalem Carthaginenſem, cui cum a Nerone ferro vita eripienda eſſet: Utere, inquit, Marte tuo, Hannibal ſum, nullò terreor letho. Philippus tantam animo concepit iram, ut ipſum in vincula conjiciendum duxerit.

CAPUT II.

De Friderici expeditione Bornenſi contra Philippum Naſſovicum.

§. I.

INterim qui fuga evaſerant, Legati ad Federicum veniunt, nuncianteſ Hermannum a Philippn captum. Ille tanti viri caſum non dolere non potuit, quem ut vindicaret, omnibus ſtatuit viribus Philippum concidere. Hæc inſtituenti nunciatum eſt, Philippum cum copiis in agrum Bornianum perveniſſe, vaſtaſſeatque non longe ab urbe conſediſſe. Ex quo ad Bornium, ut cum Philippn congrederetur, exercitum admovit; Duum millium ſpacio a Philippi caſtris aberat, cum urbis primates ad ſe acciri jubet: quæ profectionis ſuæ ſubſit cauſa exponit, ſe conſilio agitaſſe; qui cum hoſte ſit prælio congreſſurus. Quare cum non minus de ipſorum, quam de ſua agatur ſalute, ad pugnæ præſidium ei robuſtiſſimos milites, quibus abundent, conferrent: corroborato exercitu, inter urbem & Philippi ſtationes conſedit. Duorum dierum quietem ſumpſit, cum milites ut arma expediant, jubet.

Friderici expeditio Bornenſis contra Phil. Naſſ.

§. II. Qui levis armaturæ erant milites, ut hoſtium caſtris obequitent, eosque ad pugnam alliciant, præmittit. Ipſe cum reliquo exercitu ipſorum tergis inſiſtebat. Vix demandatum ſibi munus obierant, cum qui ad caſtra cuſtodiam agebant, quanta maxima poſſunt voce, inclamant adeſſe hoſtes. Qui cæteris ætate anteibat, Svevus quidam, ſubſiſtite, inquit, Libanotani, ſi viri eſtis, nunc operas viris dignas edite, nunc in acie ſtate, an Svevis Libanotani in re militari præſtent, ſit nunc periculum: utrorumque virtus enitebit. Hæc ubi dicta dedit, ipſe una cum cæteris cuſtodibus in equum aſſiliit, atque in hoſtes ſe confert; nec illi pedem referunt, quin ſubditis equis calcaribus, ſe in medios hoſtes mittunt & memorabilem edunt pugnam.

Verba Svevici militis.

§. III. Interea Federicus hoſtium caſtris appropinquavit: qui manum conſerebant, ne interciperentur ſuſpicione adducti gradum referunt, permulti ferro vitam amittunt. Tum Philippus, ubi Federicum in acie ſtantem compertum habuit, edixit, ut milites parati inſtructique in hoſtes impetum facerent. At Federicus, ut illorum impetum ſui excipiant, commonet. Diu contractum erat certamen, cum Philippus militem, ne animum contrahat, demittatque hortatur, eum victoria potiturum. Verum Federicus, quod hoſtium plures ex equis proſtrati erant, vulneribusque affecti, ſe prælio ſuperiorem futurum animo præſagiebat. Igitur capita ad ſe accerſiri jubet. Ut diu inter ſe ſermonem contulerunt, acies inſtruunt, & collato pede concurrunt. Inclinabant Svevi.

Prælium ſecundum.

§. IV. Tum Philippi juſſu tubicen receptui cecinit. Svevorum mille interfecti ſunt, ducenti capti. Haud affirmaverim, quod quidam annales habent, Federicum, ne ullum quidem deſideraſſe militem, plures tragula confixos. Fuere nonnulli, de quibus magna Federici erat opinio, qui caſtra hoſtium oppugnanda cenſebant. At Federicus edixit, ut pugna abſti-

Svevi cæduntur.

Tempeſtiva prudentia.

abſtinerent. Si quis ejus injuſſu oppugnatum ea proficiſceretur, ut in hoſtem animadverſurum. Cum igitur ſe in caſtra retuliſſet, Philippi trium dierum inducias petentis, ut corpora ſepeliendi gratia in unum conferrentur, voluntati obtemperavit, Hæc accepta clades effecit, ut Philippus rebus ſuis ſapientius conſuleret, nec temere & ſortuito ſibi ſubeunda eſſet dimicatio.

Verba Federici ad milites, ſ. Concio militaris.

§. V. Interea Federicus, qui ea pugna de ſe optime meriti ſuerant, milites in prætorium acciri juſſit, atque hujuscemodi verba locutus eſt: Quanta in rebus bellicis virtute polleant Suevi, proxime intelligere potuiſtis, ea clade illata, ut caſtra minime egredi audeant. Eo perventum eſt, tantus eſt ipſis terror injectus. Quamobrem nolite commilitones mei fortunæ (id quod eſt tritum ſermone proverbium) ſe præbenti deeſſe, & oblaro caſu ad conſilium flectere. Prioribus diebus hoſtium ſtationes adoriri, atque oppugnare inſtitueratis: ne caſtra egrederemini prohibui, quod ex vobis alii vulneribus aſſecti erant, alios pugnæ labor conſecerat, pauci integri & recentes. Plures a nobis dati ſunt ocio dies, petamus hoſtium caſtra, ea oppugnemus. Nobis in manu eſt victoria, langvori ac deſidiæ, ut exploratores reſerunt, ſe dederunt. Pudendum eſt, Svevos in agris veſtris tam opimis, tam fertilibus, ut varietate fructuum, & magnitudine paſtionis cæteros antecellant, ſtativa habere: Quare pœnas aut morte, aut turpi dependant ſuga.

Oppugnatio caſtrorum hoſtilium.

§. VI. Hac oratione impulſi, prælium capeſſere ſtatuerunt, & quales ſe gloriari ſoliri erant, eos ſe præſtare. Igitur tripartito exercitum inſtruxit: nam qui non multo erant corporis robore, ac animo demiſſo, his urbem tuendam dedit. Qui vero rem militarem callebant, hos ad ſtationes hoſtium oppugnandas ſecum duxit. Reliquos ut triariorum munus ſuſtinerent, inſtituit, qui ſi quid adverſi illis eveniſſet, ipſi præſidio eſſent. Re in hunc modum compoſita, Federicus Imperatorem cum legionibus expeditis, ſeſe in hoſtem conſerre jubet. Haud procul ab eorum caſtris aberat, cum Philippus ab exploratoribus de ipſius adventu certior fit. Igitur factu optimum ratus, ut milites inſtructi atque armati caſtra tueanrur, hoſtemque tantum repellant, per præconem pronunciat: Si quis ea egrediatur, is ſciat pœnam ſibi eſſe conſtitutam. Ut ad caſtra ventum eſt, utrinque tela conjiciuntur. Federici Imperator militibus animum afferre adnititur, eam præ ſe ferant virtutem, quam tot ſecundis præliis præ ſe tulerant.

Victoria.

§. VII. Hac oratione commoti, in caſtra proſiliunt. Res geri gladiis cœpta eſt. Eo prælio victoria penes Imperatorem fuiſſet, ni Philippi hortatu Svevi animum recepiſſent. Utrinque complures gladio ad internecionem cæduntur, ac ſine ullo reſpectu pietatis extingvunrur: atque Imperator portam, quam patefecerant milites, in poreſtatem ſuam redegit. Tum univerſus exercitus in tentoria impetum facit. Nequeo oratione conſequi, quantum ſangvinis ſuderit. Quippe quantum dextræ ad cædendum valebant, tantum interficiebantur. Philippus deſperata victoria, cum paucis equitibus prælio profugus Aldenburgium pervenit. Imperatori, eum ſubſequi, haud ſuit in animo. Satis ſuperque erat, quod eum caſtris exuiſſet. Hac victoria elatus, Bornium exercitum deduxit.

Spolia.

Tulit in ea ſigna militaria complura, galeas cælatas, vaſa argentea, auri argentique vim magnam. Vaſa galeæque Miſnam ejus juſſu deportata ſunt, atque in divi Donati templo locata. Interjectis paucis diebus Philippus ad Adulphum literas perſerri curat, quibus ſe prælio profligatum exponit, exercirum cæſum, impedimentaque amiſſa: Quare ſi bellum inſtaurandum curet, mittendum ſupplementum eſſe, mittendamque in ſtipendium pecuniam.

Georgius Ottingenſis ſupplementi Cæſarei ductor.

§. VIII. Adulphus qui mentem ſuam ad Miſnam ſubigendam contulerat, audita exercitus ſtrage, repente Georgium Ottingenſem cum infinita Svevorum ac Rhenenſium multitudine, Philippo in præſidium miſit.

Bornium fruſtra obſeſſum.

Cum uterque copias conjunxiſſet ad Bornium, ut ea potiretur, obſidione cingendæ negocium ſuſcepit. Quanquam ab ea cum exercitu non longe conſediſſet, ipſam rormentis nocte & interdiu verberaſſet, cives tameo, qui in Federicum fide & animo erant ſingulari, nullus præſtringebat pavor. Obſidio ipſa etſi dura eſſet atque aſpera, eam tamen oppidani nihil pendere, quod Federicum omnibus rebus potiorem habebant. Verum magna vis hyemis adeo Svevos premebat, ut Imperatores exercirum abducere cogerentur. Paucis poſt diebus Aldenburgium hyematum contenderunt, Adulphumque ut novum militem eis ad belli præſidium conſerret, literis monuerunt. Interea Legatos pro petendis triginta dierum induciis ad Federicum mittunt: quod ad componendam pacem, omni ſint cura inrenti, Aldenburgium ipſorum legati conveniant.

Actio Aldenburgenſis de pace.

Qui cum convениſſent, humane, benigneque accepti ſunt.

Oratio Philippi ad Libanothanos.

§. IX. Tum Philippus hujuscemodi orationem habuit: Nunquam in animum meum

um induxi, viri Libanotani, ut Adulphus, etſi illum cognatione attingam, vos bello proſequeretur. Quod ſi ipſum ad ſententiam meam traducere potuiſſem, profecto res meliori loco ſtaret. Neque neſcii eſtis, quantum urbibus, atque agris veſtris ex bellis damna ſint ſuggeſta. Toties nobiscum ſigna contuliſtis, multis cladibus perculſi ſumus. Nondum bello ſuperiores diſceſſiſtis, in fine ſtabit laus, permulti in prælio mortem occubuerunt: clariſſimis viris, quos ſi fieri poterat, immortales eſſe oportebat, orbati ſumus. Quod ſi in mea poteſtate ſitum fuiſſet, nequaquam inter nos manus conſeruiſſemus, mihi in Adulphi ſententiam concedendum fuit. Si ager veſter vaſtatus eſt, ſi ædes veſtræ flammis abſumptæ, ſi ad mœnia urbium ſigna prope intulimus, ſi eas obſedimus, nimirum abſumus a culpa, voluntati alienæ ſum obſequutus: ut utilitatem publicam privatæ anteponerem, nullum genus mortis mihi recuſandum putavi.

§. X. Princeps Albertus, hanc, quam injuria poſſidetis regionem, venum Adulpho dedit: hic magnam vim auri exolvit. Sua repetit, qui ſi hac occupatione ſe relaxaret, quivis eum nulla mente conſtare arbitraretur, magnum Romano imperio dedecus inureret. An vos eos eſſe exiſtimatis, qui Adulpho, qui omnem prope Germaniam, Pannoniam, Bohemiam, ſub imperio ſuo redegit, reſiſteris? Hac ſi eſtis mente (bona venia dixerim) aniliter deſipitis. Veſtrum eſt, viri Libanotani, quantum ſtudio & fidelitate conſequi poteſtis, incepto abſiſtere. Accedite ſententiæ meæ: eum eo redite in gratiam: quæ inter vos extiterunt diſcordiæ ac diſſidia, ſempiterna deleantur oblivione. Ipſe, ut rem paucis complectar, prius de vita quam de ſententia decedet: qui Romani imperii decus atque utilitatem ſibi defendendam ſuſcepit. Quod ſi jure non poterit, armis tuebitur: quam ampliſſimum ex equitatu ac peditatu cogit exercitum: ſtatuit, quam ſibi Dii daturi ſunt, experiri fortunam.

CAPUT III.

De Expeditione Cæſaris Adolphi in Miſniam.

§ I.

Otto Pflugius.

UT Philippus orationi ſuæ finem impoſuit, Otto Pflugius, qui apud Libanotanos ſummo erat in honore, in hunc modum reſpondiſſe fertur: Si quæ protuliſti verba, cum his, quæ abs te priore anno geſta ſunt, conſentanea eſſent, viri Libanotani excuſationem tuam acciperent. Nam quod infeſtiſſimo in eos odio eſſes, maxima dediſti documenta, qui legatos ſuos vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatos, necandos juſſiſti: quid abs te crudelius fieri potuit? Quod vero ais regionem Libanotanam Romano imperio ſubjici, quod eam Albertus venum Adulpho dederit, ex quo Federico decedendum ſit: Verba ſunt, atque ineptiæ. Quod ſi in ſententia permanſeris, Adulphum quod ei ſummi imperii jus datum ſit, regno ſpoliaturum affirmas.

§. II. Haud tanta nos capit mentis inſania, ut eos nos eſſe arbitremur, qui Adulphi impetum excipere valeamus. Multa in Italia atque Aſia bella ab Imperatoribus geſta ſunt; nunquam eorum voluntati defuimus, maximas hoſtium copias noſtro ſanguine ac ſudore fuderunt: atque inimico ferimus animo, cum nobis præter juſtitiam, bellum inferendum duxeris: et Deûm benignitate reſiſtemus. Non langvor, non deſidia nos in oppidis atque agris, quæ ditionis ſunt Federici, tuendis occupat. Nulla te dubitatio capiat, quin hi ſimus, quales patres noſtri, qui Quintilium Varum cum tribus legionibus de medio ſuſtulerunt. Illo invito eam regionem incoluimus: nec tu ignoras, Svevos tuos a Saxonibus inde propulſatos. Sed ut rem paucis abſolvam, tibi nos eos fore pollicemur, qui nunquam fide deceſſuri ſimus. Federico corpus animumque addiximus. Igitur infecta pace, quisque in tecta ſua diſceſſerunt. Poſtero die Legati urbe exceſſerunt. Philippus rem omnem, ut acta erat, ad Adulphum deferri jubet: ex quo iracundia adductus, adversus Libanotanos comparato cum ex Svevis, tum e Rheni accolis exercitu expeditionem fecit. Adolfi Cæſ. in Miſniam expeditio.

§. III. Igitur per Tubantinorum agros in Libanotriam ducens, ibi primum ad urbem Cygnæam exercitum duxit: Fuit hæc urbs tunc Imperatori ſubdita, a Cygno conditore dicta, poſtea ab Henrico primo inſtaurata; ubi triduum ſtativa habuit. Ibi parte exercitus Philippo tradita, cum reliquis copiis ad Fribergum contendit. Inde per Cammaonos iter fecit. Eſt hæc urbs Marchioni Miſnenſi ſubdita, ob Ottone, tempore Federici primi, ob opulentiſſimam argenti venam, muris circumdata. Nec procul ab ea caſtra poſuit, quod ad ipſam poteſtati ſuæ ſubjiciendam propenſo ferebatur animo. At Federicus, ut ex ſpeculatoribus, Adulphum urbem ipſam obſeſſurum, accepit, repente Nicolaum Hauguitium cum manu minime contemnenda, qui eam tuendam ſuſcipe-

Tubantinorum agri. Cygnea.

Fribergum.

Nicolaus Hauguitius.

ſcipetet, ſilentio noctis præmittit. Clivus non longe abeſt a Fribergo, ſub eo foſſores foſſam admodum altam duxerant, inveniendi argenti gratia. Ejus rei inſcius erat præfectus quidam Adulphi. Is in clivi cacumen, ut urbis mœnia & ſitum contemplaretur, atque eo in loco caſtra poneret, cum his quibus præerat copiis, evaſit. Vix hora ioterceſſit, ut clivus concidit: ea ruina ipſe una & copiæ oppreſſæ ſunt.

Adolfus caſtra ad Fribergam mutat. Verba Adulphi ad milites.

§. IV. Adulphi animo tantus eſt pavor injectus, ut extemplo caſtra deſerenda duxerit. Tum commilitones ſuos ad ſe acciri jubet. Ego, inquit, ſi gradum retuli, nulla vos admiratio ſubeat: non enim ab obſidione abduxi exercitum: verum tot exiſtunt cuniculi occulti, ut niſi rebus noſtris conſuluerimus, eandem profecto ſimus ſubituri fortunam: quare concedite in ſententiam meam. Præmittendus eſt ſpeculator, qui loca, in quibus conſidamus, caſtris idonea metetut. Cum igitur is loco diligentet inſpexiſſet, non longe ab urbe retulit ſolidum eſſe ſolum: nulliſque refertum cuniculis: eo cum exercitu iter convertit.

§. V. Inter ea oppidani in muris præſidia diſponunt, jubentque, ut per vices vigilias agant cuſtodes. Inſuper deligunt, qui nocte intra pomerium muris obambulent: ſi quem habuerint obvium, qui nequaquam edet nomen, illico comprehendant, ſciſcitenturque quid cauſæ ſubſit, cur nocte ad pomeria contenderit. At Adulphus, quod jam urbem oppugnare ſtatuerat, tormeota diſpoſuerat, in muros ſaxa ingenti pondere emittebat: quo factum eſt, ut magna pars muri cum fragote haud parvo procideret. Confeſtim oppidani, peregrinique alterum ex lignis, tenaci terra, virgultiſque miræ latitudinis murum extruunt, qui ſaxorum ictus poſſet excipere. Ubi hoſtis, quod tentaverat, ſecus ceſſiſſe animadvertit, Adulphi juſſu gradum retulit, profectuſque ad aliam muri partem, quæ ab ruina non exiguo ſpatio aberat, ſcalas admovet, conſcendere adnititur: qui ad eam partem cuſtodiam habebant; illum dant præcipitem, aliis ventrem, aliis pectus, aliis brachium haſtis transfigunt: alios in faciem umbone percutiunt, quo ictu ex muro prolapſis crura, cervicesque infringuntur, nihil fuit foſſæ, quod cadaveribus non impleretur. Ex quo Adulphus, qui a tergo non aberat, præcedentibus receptui cecinit: atque omnes cogitationes ſuas ad urbem fame macetandam contulit.

Obſidionis diuturnitas.

§. VI. Annum unum, menſes quatuor traxit hæc obſidio, cum juvenis quidam, qui urbem incolebat, ex occulto in hoſtium caſtra proficiſcitur. Ei Adulphus ſui conveniendi poteſtatem facit: ſi mihi, inquit, Imperator, præmium fuerit, te omni, qua vehementer afficeris, moleſtia liberabo: diu hanc urbem obſediſti, nondum ejus compos factus es. Acquieſce conſilio meo, a quo ſi te ſejunxeris, omittenda tibi prorſus erit obſidio. Aquæductus, per quem nonnunquam aqua in urbem fertur, non longe a porta abeſt: in eum ſi miles ingrediatur, non modo ad mœnia urbis penetrabit, verum etiam in urbem tranſibit: Non abſum veritate, tu periculum facito. Adulphus juvenis verba auribus admovit, ſpondens ſe muneribus & beneficiis complexurum. Igitur milites duo e ſuis cum illo miſſi, qui aquæductum inſpiciant, & an ita ſit, conſiderent. Illi re diligenter inſpecta, nunciant juvenem nullo mendacio contaminaſſe veritatem. Itaque milites tricenos clypeum, gladium, ſcalprum, malleum, ſecurim jubet ſumere, atque accenſis luminaribus aquæductum ingredi. Ut ad murum ventum eſt, ſubſtiterunt, ſubito in infringenda muri fundamenta, omnem operam conferunt, brevi ingens lapidum multitudo amota eſt: vix aquæductum egreſſi erant, cum magna pars muri corruit.

Verba proditoris. Transfuga Fribergæ capiendæ modum docet.

Adulfus urbe potitur.

§. VII. Ilico Adulphus cum expeditis legionibus aſtuit: oppidani, quo hoſtis ingreſſum prohibeant, accurrunt, ingens contrahitur certamen. Atrox cædes utrinque editur; ſed cum vis vi rejici non poſſet, Adulphus ſiquidem armatorum multitudine abundabat, victoria potitus eſt. Oppidani complures ex prælio in arcem demigrant. Inſequenti die Adulphus caduceatorem ad arcis præfectum præmittit, qui vitam fortunaſque omnium, ſi eam velint tradere, polliceatur. Præfectus, ne moleſte ferat, reſpondit, ſi prius ad Federicum rem ipſam detulerit. Erat Fedei icus per id tempus in Miſna: ubi urbem captam, arcemque in ſummo eſſe diſcrimine, nec poſſe illi eſſe præſidio, quod Philippus cum maximis copiis tranſitus inſederat, cognovit, præfectum ut eam traderet, literis monuit. Pluris præterea homines, quam arcem commilitoneſque ſuos, quorum virtutem pluribus præliis didicerat, æſtimabat. Hic igitur quod omnibus in columibus res ſuas liceret efferre, in booam ſpem adductus, Adulpho arcem tradidit. Cum in urbem, cuncti veniſſent, Adulphus portas, ne quis ingredi, aut egredi queat, obſervari jubet. Præco ejus juſſu, ut qui arcem egreſſi fuerant, confeſtim omnes arma ſub exitu vitæ deponant, edicit: id edicti non parvum illis timorem incuſſit.

Fridericus ſuorum quam artis amantior.

Adolphi perfidia.

§. VIII.

§. VIII. Ut tandem animos receperunt, inſtituunt egregiam mortem occumbere, ſed eos Miſnenſis quidam, cui multum tribuebant, dehortatus eſt. Armis in hunc modum depoſitis, eos Adulphus ad ſe accerſit, atque niſi intra dies tres grandi ære redempti ſint, unumquemque turpiter, ignominioſeque periturum, ſe Sacramenti religione obſtringit. Hæc ubi Federico, quem illorum viſendorum ſummum capiebat deſiderium, nunciata ſunt; ſtomachatus eſt, & moleſte tulit, quod paucæ ei erant admodum pecuniæ, nec qui ipſius imperio ſerviebant, quod per tot annos exhauſti erant, pecunias imperare audebat. Ex quo Legatos ad Adulphum mitrit, querentes, non eſſe Imperatoris Romani, fide decedere, ſe ejus commilitonibus ſponſione fidei eſſe obſtructum. Adulphus, qui in Federicum hoſtilem gerebat animum: Quæ, inquit, protuliſtis verba, apud me pro nugis habentur: Ni die craſtino, quem necis captivis deſtinavi, pecuniæ ſolventur, cunctis moriendum erit. Ut legati ad Federicum redierunt, quo in captivos Adulphus eſſet animo, exponunt: ipſum de vita potius, quam de ſententia deceſſurum. Ni æs grande exolvatur, ad unum omnes perituros. Federicus in captivos miſericordia commotus, quod ſua cauſa id diſcrimen inciderant, Legatos ad Adulphum iterum mittit, qui ejus verbis, ſi captivi reddantur, tres urbes nobiliſſimas, Grymin ſcilicet, Rottlitium, Luſniacum, quæ non multo a Muldavio diſtant, pollicentur. In hunc maxime modum, Adulphi lenita eſt ira.

Pervicacia.

λύτρον pro captivis.

§. IX. Cum legati & captivi urbe exceſſiſſent, ad Federicum conceſſerunt: quos ut intuitus eſt, haud lachrymis temperavit. Tum ita orſus eſt: Quam utilitatem, quod emolumentum, quem fructum commilitones mei, quibus urbem noſtram tuendam dederamus, conſecuti ſunt, improba fortuna, quæ fortiſſiſſimis viris, ac de virtute optime meritis, ſemper fuit inviſa, atque infeſta, crudeliſſime negavit. Si Fribergium amiſimus, abeſtis vos a culpa, commilitones fideliſſimi. Biennium ab hoſte obſeſſum eſt: nunquam ipſum ſuæ ditionis feciſſet, ni fortuna ipſa viam aperuiſſet. Quanta vos benevolentia, amore, charitate, complectamur, quivis hac conjectura conſequi poteſt, cum vos tribus civitatibus potiores habuerimus. Nullus nobis ſcrupulus, nullaque dubitatio injicitur, quin Deum munere eas repetituri ſitis. Quæ feciſtis, prudentiſſimo cuique probata ſunt, non ſemper hoſtibus fortuna affulgebit. Non incruentam reportarunt victoriam: Si extrema cum primis contexent, haud multum aſſecuti ſunt. Hujusmodi verba commilitonibus lachrymas excuſſerunt, ipſisque dolor vocem incluſit.

Fridericus ſuos confirmat.

CAPUT IV.

De Bornio fame expugnato, Friderici pompa triumphali, ejus periculo, fuga aliisque rebus.

§. I.

HÆc dum gerebantur, Adulphus literas ad Philippum curat perferri, quibus illum docet, & Friburgium, & arcem in poteſtatem ſuam redegiſſe; quare ſit bono animo. Paucis poſt diebus ad Fontejam, quam paulo ante obſederat, regreſſus diu eam oppugnavit, quod Federicus robuſtiſſimis militibus cuſtodiendam dederat: ſed fame oppreſſi, urbem in Adulphi imperium dediderunt. Inde cum ad Picaſtrum caſtra moturus eſſet, ad oppidum, quod Lucam Libonotanorum vocant, iter convertit: non enim parva ei ſuſpicio inerat, ne ab oppidanis exercitu damna ſuggererentur.

Bornium fame expugnatum.

Luca Oſterlandia.

§. II. Igitur oppidum oppugnare adnititur: ut animadvertit fruſtra id incœptum eſſe, quod ipſum Federicus firmiſſimis munierat præſidiis, hyems præterea appetebat, copias abduxit, ſeque in Sveviam contulit: ubi ampliſſimum numero coëgit exercitum, quod ineunte vere in Libanntanos ei caſtra movenda erant: ſed certior factus, quod adverſus ipſum Albertus, Pannonicus princeps, expeditionem parabat, nequaquam in ſententia permanſit. Veruntamen magnam copiarum partem ad Philippum, qui per id tempus Fonteja ſtativa habebat, ſub ea conditione, ut ſeſe ad illum adjungerent, properâre juſſit. Paucis diebus quieti datis, quod de via feſſi erant, ad Lucam abierunt. Equidem ſi annalibus fides adhibenda eſt, peditum erant viginti millia, equitum duodena.

Albertus Auſtriacus Adolfi hoſtis.

Copiæ Philippi ſubſidiariæ.

§. III. Hæc ubi Federico nunciata ſunt, ſuſpicione, ne hoſtis primum urbis compos fieret, deinde Picaſtrum obſideret, cum numero & robore virorum eſſet inferior, ex Libonotriis & Miſnenſibus pro tempore congregavit exercitum. Inſuper qui in civitatibus hybernaverant milites, cuſtodiis relictis, ut ad Lipſim convenirent, edixit. Celebratis miſſarum ſolenniis, cuncti Chriſtum optimum maximum, ut ipſis de hoſtibus det victoriam, precibus fatigant. Ipſe ut ſe eos præſtarent, quales prioribus temporibus præſtitiſſent, pluribus

Fridericus militem legit.

ribus verbis hortatur. Inſequenti die Picaſtrum pervenit: ubi noctem unam ocio dedit, ſub lucis exortum ad hoſtium caſtra profectus eſt, quibus cum appropinquaſſet, copias in aciem eduxit, eosque in prælium excivit, nec hi pugnam detractarant. Adeo acriter concurſum eſt, ut fremitus pugnantium Picaſtri ſit exauditus. Diu victoria neutro inclinata ſtetit: Libanotrii, quod egregiam Federico navare operam inſtituerant, equis calcaribus concitis maximo impetu in hoſtem ferebantur, unumquenique obvium ferientes. Svevi quanquam ſe illis objicerent, cogebantur tamen pedem referre, quod gravibus vulneribus acceptis, mortem occumbebant.

Hoſtem ad conflictum excitum ſternit.

§. IV. Quo factum eſt, ut perturbato ordine, prælio profugi, deſerta & avia petierint, quibus nullus fugæ locus patuit, hi occidione occiſi ſunt. Ea pugna Philippus captus eſt, unaque permulti nobiles. Federicus Picaſtrum cum victore exercitu reverſus, interjecto paucorum dierum ſpatio, ad Lipſim contendit: præibant ipſum, qui equis vehebantur armati, exuvias in pilis geſtantes. Sequebantur vincti captivi. Ut Lipſim intravit, quicquid auri, argentique fuit, in Thomæ apoſtoli templo poſuit. Poſtquam Adulphus copias victas, cæſas & fugatas, ac Philippum captum reſcivit, ad reparandum exercitum omni fuit cura intentus. Ex quo milites complures ad eas urbes, quas ditionis ſuæ fecerat, tuendas ejus juſſu proficiſcuntur, ut ipſe quam primum oblatam ſibi occaſionem putabat, ſubſequeretur. Verum prohibitus, quod ei ab Alberto graviſſima bella inferebantur, cum reliquo exercitu ſe in ipſum confert: cum quo dum collatis ſignis dimicat, interficitur, id quod Federico maximam peperit lætitiam. Quin eo fuit animo, ut urbes amiſſas brevi recepturus eſſet. Igitur Philippus, ut acerbi quicquam atque incommodi ei nunciaretur, a cuſtodibus in ipſius conſpectum deducitur.

Philippus Naſſ. captus.

Friderici pompa triumphalis & manubiæ.

Bellum Adolfi cum Auſtriaco atque cædes.

§. V. Tum Federicus, quo nunc, inquit, tua ſeſe jactabit audacia? In quem abs te fiet impetus? quem legatum mactandum jubebis? quas urbes latronibus tuis diripiendas concedes? Ni quæ ad me jure attinent oppida reddenda curaveris, maximo tibi erit infortunio. Philippum tantus pavor, tremorque omnium membrorum cœpit, ut diu hiſcere non poſſet. Animo tandem recepto, quæ in mea, inquit, ſunt poteſtate, oppidorum compos fies. Fribergii reddendi, quando in aliena ſit manu, ne mentionem quidem feceris. Paulo poſt Philippus in carcerem in Rottlitiana arce demittitur. Ubi cum aliquot dies manſiſſet, cuſtodum fraude fuga evaſit: ad Colditium pervenit: ubi a ſuis ſumma cum jucunditate acceptus eſt. Adeo Federicus illius fugam moleſte tulit, ut cæteros nobiles ſordidiſſimo carcere incluſerit, atque amotis cuſtodibus ejus, fores firmiſſimis præſidiis munierit. Interea Alberto, de quo paulo ante meminimus, ſummi imperii jus defertur. Ad eum tum Philippi, tum Federici verbis literæ afferuntur, quod hunc Adulphus nulla laceſſitus injuria, regno depellere ſit conatus, urbibus ſpoliaverit, cladibus affecerit. Quare ut aliquando tantis laboribus modus ſtatuatur, ſuæ majeſtatis eſſe. Id facile fieri poſſe, ut opera ſua Philippus alieno abſtineat. At Philippus ſe in maximum diſcrimen adductum, vererique ne his urbibus, quas Adulphus in imperii Romani poteſtatem redegerat, privaretur, affirmabat. Quare ferendas ei ſuppetias ſtatuerat, ne de Imperatoris dignitate minueretur.

Sarcaſmus in Philippum.

Ejusdem fuga Colditium.

Albertus Auſtriacus Cæſ.

§. VI. Albertus, quod ad omnes dolos, & ad omne conſilium vel cogitandum, vel explicandum prudentiſſimus erat, utriuſque literas & diligenter & accurate legit. Igitur Federicum bono reſpondit eſſe animo, eum nulla ſpe decidere, quin amiſſa oppida ſine ictu gladii ſit recepturus: Se ad Bohemiam brevi iter facturum, Federicus ad eum divertat, Philippus aderit, pacis inter eos compooendæ ſe curam onusque ſuſcepturum, atque ut oppida reddantur curaturum. Federicus hoc reſponſo accepto, non mediocri exiliit lætitia. Haud multi dies interceſſerunt, cum Albertus Aldenburgium pervenit, ad Federicum, ut ad ſe iter intendat, nuncium mittit. Conceſſit Federicus in Alberti ſententiam. Nulla ſiquidem interjecta mora, eo contendit: ab Oppidanis humane benigoeque excipitur. At Albertus erga Federicum collocutiones familiariſſimas, complexusque ſummæ benevolentiæ falſo indices ſimulat, ſeque pollicetur, quantum in eo fuerit, acceſſurum deſiderio ſuo.

Ingenium verſipelle.

§. VII. Haud multo poſt hoſpes advenit, Federicum ad ſumendum cibum invitat. Interea Albertus quendam ex armatis, quos ad cuſtodiam corporis, non ſolum in bello, ſed etiam in pace habebat, ad ſe accerſit: huic ſi Federicum necaverit, magna argenti aurique præmia ſtatuit. Igitur avaritia captus, ſeſe rem transacturum ſpondet. Cœnabat nobiliſſimus princeps, cum latro diſtricto gladio in triclinium ex occulto intervenit: qui cum Federico erant robuſtiſſimi ac fideliſſimi milites, hominis mirati adventum, repente ſurgunt, atque in eum convicia faciunt. Non defuerunt, qui ſe latroni opponerent: uni gladio brachium trajecit.

Friderici periculum.

Mili-

Milites ira perciti, latronem prehendunt diſcerpuntque.

Fuga.

Querimonia apud ſuos.

§. VIII. Hoſpes ne tanti ſceleris conſcius haberetur, hoſpitio Federicum abducit. Interea tanti facinoris fama urbem pervaſit, ad rem viſendam maximus ſit hominum concurſus, hoſpitium oppugnatur: ingrediuntur. Ut Federicum nusquam intuentur, in milites impetum faciunt: alios vulnere afficiunt, alios occidunt, alios prehendunt, alios in fugam vertunt. Poſtero die Federicus mutata veſte, ac nullo comite, urbem egreſſus eſt, ac per nemora avia Picaſtrum terreſtri itinere conceſſit. Inſequenti die, quibus apud ipſum præcipua erat autoritas, ut ad ſe accedant, commoneri jubet. Paruerunt illi principis voluntati. Cum omnes ei aſſediſſent, quantam in ipſum & commilitones ſuos credulitatem hoſtis adhibuerit, quive impetus factus ſit, exponit: haud procul abſuiſſe, quin ab Alberti milite occideretur: ſe cum fore, qui poſt hac nulli Imperatnri ſit fidem habiturus. Nunquam in eo principe ſpem collocandam, cui ingenium non eſt laudabile, neque lene conſilium, qui ſævitiam meditatur more leonis, qui & vi & animi ſuperbia fretus, prædæ avidus, gregem invadit. Se nondum eſui potuique finem impoſuiſſe, cum miles ſtricto gladio, ut ab eo occideretur, miſſus eſt: ſe commilitonum ſuorum beneficio ſervatum.

Avaritia omnium malorum radix.

Auſtriaci artes.

§. IX. Cum in hæc deſtenda prolaberetur, ſteterunt graviſſimi viri diu mutua admiratioue defixi, omnes in ava:itiam, qua vehementer impediebatur, crimen contulerunt Enimvero ſi a veritate abeſſe nolumus, fatebimur unam eſſe avaritiam, cui ſi etiam adjeceris ſuperbiam, haud ibo inficias, quæ officium omne pervertit. Tandem omnium eo, ut in Alb. rtum vindicaretur, inclinarunt ſententiæ. Cum in hoc ſtatu ad Picaſtrum res eſſent, Albertus captivos, quod Federicum incolumem petiiſſe Picaſtrum reſciverat, e carcere emitti juſſit. Hi ſe patriæ reddiderunt. Nec parva præterea, ne eſſent qui eum tanti ſceleris autorem arbitrarentur, ſuſpicione adducebatur. Philippum vero ne fide decedat, ne animo deficiat, ne ullus ipſum ſubeat timor, verum urbes atque arces ſibi tuendas putet, quod ei ingentes copias in præſidium brevi ſit miſſurus, certiorem facit. Poſtero die ad Fribergum, ut cives ad amicitiam & conſvetudinem ſuam traducat, proficiſcitur: eis tributorum immunitatem tribuit. Rebus ita compoſitis ad Bojemiam divertit. Hæc ubi Federico nunciata ſunt, nulla interpoſita mora exercitum comparat atque ad Fontejam caſtra ponit.

Friberga immunitate donata.

Alberti indulgentia.

Mors.

Procerum diſſidium.

§. X. Interea Albertus, princeps Turingius, ut filium Ludovicum, quem extra matrimonium natum diximus, inſtitueret hæredem, ſe principatu imperioque abdicavit. Eam rem permulti inimico tulerunt animo. Sed præmio corrupti, nequaquam in ſententia manſerunt: haud multum temporis interceſſit, cum Albertus in Erfordia extremum vitæ diem morte confecit. Confeſtim inter proceres, quod alii Ludovico, alii Federico principatum, deferendum cenſebant, eſt oborta contentio. Ubi his de rebus ad Federicum allatus eſt nuncius, Theodoricum cum multitudine a: matorum ad Fontejam circumveniendam mittit: ipſe in Turingiam iter intendit: repente inſoita expeditorum militum multitudo ſeſe ad eum adjungit. Ex quo civitates complures ditionis ſuæ fecit. Qui Ludovico ſtudebant, Erfordenſes. Comitem Vinariæ, Comitem Glichovicaſem, non niſi prælio ſuperatos dimiſit: quibus ad fugam pedes auxilio fuerunt. Secundo ad Albertum Imperatorem proficiſcuntur auxilium orantes: haud defuit Albertus eorum voluntati. Nam quem ex Pannonicis coegerat exercitum, illis ad belli præſidium contulit.

Friderici in Turingia ſucceſſus.

Gothá.

§. XI. Interim Federicus urbem Gothiam, quondam a Gothis conditam, obſidebat. Cum legiones Alberti in Turingiam pervenerunt, cuncta ferro incendioque abſumentes, tandem cum Erfordenſibus, ut tutiores redderentur, ſe conjunxerunt. Ea tempeſtate Comes Vinariæ, de quo paulo ante dixi, Erfordenſibus impe. abat, corroboratn in hunc modum exercitu, in urbis Sangerhauſenſis portis conſederant. Diu eam obſederant, cum incolæ occultum nuncium ad Federicum, ut ipſis copias in præſidium mitteret, proficiſci jubent. Paruit hic Illorum voluntati: nam quæ ipſis præſidin eſſent legiones expeditiſſimas duce Theodorico mittendas duxit. Nec multo poſt ipſe Gothiam ſub imperio ſuo redegit. Ut aliquot ocio dati ſunt dies, cum victnre exercitu in hoſtes iter confert. Quod ubi reſciverunt, ab urbe copias abducunt, atque in urbem Vinariam profugi ſe recipiunt. Nec veſtigiis abeſt Federicus, ubi eos ſe in urbem conjeciſſe animadvertit, binis caſtris modico inter ſe diſtantibus intervallo, ne exitus incluſis ab urbe, neve aditus foris ad auxilia intromittenda eſſet, in portis conſedit. Tandem ejus compos factus eſt, Vi ne an deditione incertum habeo: hoſtium alios occidit, alios cepit.

Sangerhauſum.

Vinaria.

§. XII. Comes Vinariæ cum permultis Erfordenſibus captus eſt, & in vincula conjectus. Ex Alberti exercitu milites

Salza.

compluresmirum! fuga evaſerunt, ſeque ad urbem, quam Salzam vocant, contulerunt. Qui cum Erſordenſibus & Comite Glichovienſi, ut eis præſidium mitterent, per occultos agunt nuncios. Eo præſidio ad arcem, quam Hectorisbergium vocant, caſtra admovent, annum prope obſederant, nec eam imperio ſuo ſubjecerant. Ex quo Fridericus, quod multitudine hominum abundabat, ad eam obſidione liberandam divertit: quod omnes fere ſe fuga proripuerunt: qui operas fortibus viris dignas edant, mortem oppetierunt.

Hectorisbergium. Eccarsberga.

CAPUT V.

De Dicemanni in Miſnia ſucceſſu, & Friderici in Thuringia & Miſnia Expeditionibus.

§. I.

Dicemanni in Miſnia ſucceſſus.

HÆc cum in Turingia geruntur, Theodoricus copiis Svevorum proſtratis, Fontejam, Fribergium, compluraque oppida, quæ ad eos deſciverant, in poteſtatem ſuam redegit. Ex quo ad Lipſim in hyberna contendit. Caſu accidit, ut dominicæ Nativitatis ſacra in templo Divi Thomæ celebrarentur. Is cum adeſſet, quod religioſiſſimus eſſet, a milite quodam interfectus eſt. Ex templo fama percrebruit, id factum Philippi hortatu. Id ubi Federicus ex nunciis cognovit, nulla interpoſita hora, Lipſim venit, & in templo Divi Pauli Apoſtoli Theodoricus tumulatur. Ibique Philippum Cygnavinrum, Aldenburgenſium & Camannorum præſidio, Fontejam poteſtati ſuæ ſubjeciſſe comperit: deinde Lucam copias duxiſſe, atque in portis conſediſſe.

Cædes.

Philipp. Naſſ. auxiliares.

§. II. Ex quo legatos in Thuringiam, qui delectum habeant, mittit. Ipſe cum Libonotriis Picaſtrum pervenit. In eam civitatem cum omnis exercitus conveniſſet, in Philippum iter intendit, eo animo, ut ſua manu eum occideret. Cum uterque exercitus diu congreſſus eſſet, Imperatoresque ſuis animum afferrent, Philippum pugnantem animadvertit, hic eſt, inquit, cujus proditione frater meus mortem occubuit, haud impune ſibi erit. Igitur in nobiliſſimum ac robuſtiſſimum equum aſſilit, eumque educto gladio in Philippum concitat: nec ille pugnam detrectat: pugnam diu pugnaverunt, cum Philippus pluribus ac mortiferis vulneribus gravatus, ex equo prolabitur. Subito quæ ſub ſignis ſuis militabant, copias fama pervaſit, Philippum cæſum eſſe, ex equo prolapſum: omnes terga dederunt. Quibus etiam Philippus urbes ab ſe captas tuendas dederat, ii ut interfectum intellexerunt, ipſis relictis ad Fribergium confugiunt: quoniam eo temeritatis devenerant, ut ipſum tueri minime diffiderent.

Conflictus cum Friderico & interitus.

§. III. Federicus vero quod ei civitates relictæ ſeſe dediderant, in Turingiam regreſſus eſt. Ibi comperit Ludovicum comparaſſe exercitum, quod Albertus magnam vim Gallorum illi in præſidium miſerat, quo auxilio Calonem oppidum obſederat. Præterea Erſordenſes & Comitem Glichovienſem ad Herciniam, (id eſt ſylvæ numen) caſtra poſuiſſe. Ex quo iracundia adductus, cum Ludovico manum conſerere ſtatuit. Dextrum cornu tenuere Libonotani & Miſnenſes, ſiniſtrum Turingi. Etſi diu collatis ſignis dimicaſſent, Federicus tamen prælio uſus eſt ſecundo. Præerat hoſtilibus cohortibus Bohemus quidam, cui Schonbergo erat agnomen: hic captus eſt, & in carcerem conjectus. Hac victoria elatus, ad Erſordenſes animum vertit: ac prius conſilio, quod humaniſſimi eſt principis, quam armis agendum ſtatuit.

Friderici in Turingia expeditio.

Victoria.

Schonbergus Bojemus.

§. IV. Igitur ex ipſis quoſdam, qui magnæ autoritatis erant, (nam eos per nuncium ad ſe acciri juſſerat) in hanc ſententiam alloquitur: Non ſum neſcius, viri Erſordenſes, quanto amore Ludovicum, incerto patre natum, complectamini, cui vosmet ipſos addixiſtis, oppida, quæ mihi hæreditate obvenerant, ſub illius imperio redegiſtis: Quod ſi id quanto vobis futurum eſſet periculo, cum animis veſtris conſideraveritis, nimirum aliena fuiſſetis voluntate: jam coacti eſtis ſubire fortunam, cujus memoriam perhorreſco. Ex animi mei ſententia juro, ut ego de Erſordenſibus, ſi poſthac in eandem curam incumbent, exquiſitiſſimum ſupplicium ſumam. Quo temeritatis adducti eſtis, qui cum Federico, cui tot victorias de hoſtibus dii immortales dederunt, manus conſerere audeatis? Svevi bello fortiſſimi ſunt, eos tamen non ſemel, ſed ſæpius prælio ſubegi. Proxime Alberti exercitum, cum quo Norici, Helvetiique ſe conjunxerant, prælio ſudi, caſtris exui, ingentique præda ſum potitus. Quæ cum ita ſint, decedite a ſententia, accedite deſiderio meo, conſulite ſaluti veſtræ, dejicite de principatu & imperio, expellite incerto patre genitum. Quod ſi in ſententia perſtabitis, bellum parate, qui pacem pati non poteſtis.

Oratio Federici ad Erſordenſes. Fridericus Erfurtenſes acri oratione caſtigat.

§. V. Erſordenſes, qui infeſtiſſimo in Federicum erant odio, ſe ad eos, qui opibus, armis, potentia valebant, de ea re relaturos reſpondent. Nec vereri, quin

in

in ipſum ſuam ſint voluntatem collaturi. Ut igitur regreſſi ſunt, Federici orationem exponunt, qui ſe populo addixerant, armis, inquiunt, decernendum eſt, quod Federicum terror invaſerit. Poſtero die Erfordenſes & Federicus inter ſe manus conſeruerunt. Nunquam acrius caſtra caſtris collata ſunt. Quippe gener ac ſocer, fratres, cives infeſtis haſtis ſe mutuo petierunt. Eo prælio res Federici ſuperior fuit: Erfordenſes Ludovicum Comitem Glichovienſem in ſylvas equo abripuerunt. Reliqui arma abjicientes ſeſe Federico permiſerunt: omnis fere Turingiæ populus a Federico in deditionem receptus eſt. Ipſe paucis poſt diebus, quod reficiendus erat exercitus, ad Miſnenſes divertit, Fribergum, quod a Svevis captum diximus, recepturus.

Eorundem pervicacia.

Clades

Ludovicus Glichovienſis.

§. VI. Cum igitur ſtationes ante urbem poſuiſſet, caduceatorem præmittit, qui cives admoneat ad unum omnes: ni in ſententiam ſuam concedant, Svevos exterminent, urbem tradant, perituros. Fribergum ſui juris eſſe, ad ſe attinere. Cives atque hi potiſſimum, qui plurimi fiebant, non ad ſe ſpectare, qui urbem tradant, reſpondent: ſemel Alberto Imperatori fidem ſuam conſtantiamque præſtitiſſe, non eſſe conſvetudinis, ſe ab illa deſciſcere, quin in eos, qui eam violaſſent, ab ipſis ſeveriſſime vindicatum: nec par eſſe his, qui urbis cuſtodiam haberent, injuriam facere, quin eos eſſe ea virtute præditos, qui amiſſam brevi recepturi forent. Federicus Caduceatoris verba mente agitans, tormenta idoneis locis diſpoſuit.

Friberga a Frid. obſeſſa.

§. VII. Brevi procidit magna pars muri cum ingenti fragore: ambibat murum foſſa miræ latitudinis atque altitudinis: ea juſſu Federici oppleta eſt. Conabantur obſeſſi miſſilibus hoſtem ſubmovere: quæ in portis erant præſidia diſpoſita, parum proficiebant, quod tormentis teliſque icta moriebantur. Verum foſſa oppleta militibus Federici ad muros tranſitum dedit: magnam partem dolabris ſubruerant, cum ruere incepit. At obſeſſi ad defendendam urbem, quæ opus erant, nihil prætermittebant: tum qui apud Federicum militiam militabant pedites nonnulli, quanta maxima poſſunt voce inclamant: Referte, commilitiones, gradum, mœnia corruunt. In hæc verba ut corruerunt, adeo excitata eſt pulverea nebula, ut multos cum oppidanos, tum hoſtes oppreſſerit. Ut ſedata eſt, tollitur omnibus ingens clamor, nunquam acrius concurſum eſt.

§. VIII. Nam quo magis oppidani jaculis, catapultis, baliſtis, atque omni telorum genere repellere nitebantur, eo magis ſeſe inferebant. Plus mille hominum interſectum eſt. Federicus deſperato ingreſſu, ad alteram murorum partem, quæ a ruina multos paſſus aberat, ſcalas admoveri jubet, magnumque numerum militum conſcendere, ſeque in urbem immittere. Vix murum conſcenderant, cum hoſtes urbem cepiſſe rumor emanavit: quo factum eſt, ut Svevi civesque pedem retulerint. Tum Federicus inſtare, unumquemque obvium ferire, animum ſuis afferre. Mars ipſe ex acie optimum quemque pignoratur, complures metu mortis compulſi abjectis armis, in loca abdita ſe conferunt, quibus nullus fugæ locus patuit, ad Federici genua procidunt, errati veniam petentes. Tum princeps clementiſſimus in eos miſericordia commotus, ne quis poſthac feriretur, per præconem pronunciavit, quod ipſi ſuo exemplo docti, arrogantiæ pœnas dediſſent.

Vi expugnata.

§. IX. Svevi ut armis depoſitis intra biduum urbe egrederentur, edictum. Permultæ civitates, nunciata Fribergi clade, ſe Federico ſponte permiſerunt. Tandem ad Aldenburgium caſtra poſuit: annum prope illud obſedit, quod a civibus fortiſſime obſiſtebatur. Eſt non longe ab urbe arx in colle munitiſſima, quam expugnare eſt aggreſſus: ſed cum vi id efficere diffidebat, ad inſidias confugit. igitur milites, (quorum virtute fidebat) ad ſe convocat, his ſi arcis murum ſcandant, ac cuſtodibus aut interſectis aut prehenſis, eam ſibi tradant, magnam vim argenti pollicetur. Illi Federico obtemperare cupientes, interdiu in ſylvis, quæ ab urbe haud procul aberant, deliteſcunt, ſimulque murorum altitudinem contemplantur. Secunda vigilia inſidias aggrediuntur. Qui cæteris ætate anteibat, omnes in ſecretum abducit, oratque, ut conſertis manibus mutuam dent fidem, ſe diligenter ſpexiſſe murorum ambitum, eos eſſe cuſtodes, quorum animos confeſtim timor ſubibit: ſe primum qui murum conſcendat fore. Res in hunc modum componitur: erat nox intempeſta, tum nullam emittentes vocem ex ſylva abeunt. Ut loco eis accommodo perſpecto in mœnia evaſerunt, paululum morati, ſcalas lineas, quarum extremis illigatæ erant manus ferreæ, ſuperiorum murorum parti injiciunt. Nimirum quibus fortuna affulget, id quod eſt in proverbio celebratum, ii nullo egent conſilio. Cuſtodes, qui in murorum cuſtodia erant, ad unum omnes necarunt: alios in caput a muro præcipites dederunt, aliis vitam ferro eripuerunt. Non multo poſt Federici ſigna ad mœnia depoſuerunt. Ego cuſtodes vel mente vino alienata fuiſſe crediderim, vel ſomno oppreſſos. Hoc maxi-

Aldenburgum.

Arx qua arte capta.

γνώμη.

maxime modo Federicus arce potitus eſt.

§. X. Ipſe antelucano tempore cum legionibus expeditis intromittitur. In ſequenti nocte ardentiſſimas faces in civium tecta conjici juſſit: quæ flammam incendii evomebant, eorum ruentium fragor ubique audiebatur: fama eſt tertiam prope partem urbis flamma abſumptam. Coacti ſunt obſeſſi ac mœnibus incluſi ſe dedere. Qui in pertinacia perſtiterant, eorum bona diripuit, reliquos tutos præſtitit. Quæ proxima erant oppida, ne eandem cogerentur ſubire fortunam, metu perculſa claves ad quercus depoſitas ei detulerunt. Reluctarunt autem aliquot annis Cignæi & Camanni, ne ſe ſuæ ditioni ſubderent: quoniam hi juris imperii ſemper fuere; Sed diuturnis incurſionibus & multiplici incommodo affecti, in ſententiam ejus concedere coacti ſunt, adſentiente Ludovico Bavaro Imperatore, qui has urbes Federici adminiſtrationi commiſit.

Aldenburgi deditio.

Cygnea & Chemnitium a Friderico in poteſtatem redacta.

§. XI. In exitu annus erat, cum de integro in Turingiam victorem ducit exercitum. Caſtella demolitus, vicos incendio conſumpſit, agros vaſtavit, arbores ſuccidit, turres ad ſolum evertit. Paucis poſt diebus in Erfordiam infeſtiſſimo progreditur odio. Erfordenſes ei obviam prodeunt, precibus orantes, ut modum iræ ſtatuat, quæ ut ſuppreſſa erat, alio referret cogitationes ſuas: ſe fateri, e recta via declinaſſe, hoſtibus ſuis præſidio fuiſſe, eſſe clementiæ ac prudentiæ ſuæ, ipſorum excuſationem ſuſcipere. Federicus eis crimina condonavit, juſſitque ut quotannis maximis ipſum, & a quibus ei ſuccederetur, muneribus proſequerentur, ac ſingulos jurejurando adegit.

Ejus poſtrema in Turingiam expeditio.

FINIS.

IDYLLIUM, PATRIA,

QUOD REPETIT HISTORIAM EJUS REGIONIS, QUÆ OLIM DICTA PROVINCIA NISSANA ET NICÆA, NUNC HEXAPOLIS ET LUSATIA SUPERIOR VOCATUR,

A

CASPARO PEUCERO,

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORE,

IN CARCERE SCRIPTUM ET DEDICATUM AMPLISSIMIS ORDINIBUS EJUS REGIONIS IN MONUMENTUM AC ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΝ GRATITUDINIS ÆTERNÆ ERGA DEUM ET PATRIAM.

BUDISSINÆ 1594. PRIMA, NUNC ALTERA VICE IN PUBLICUM PROLATUM

EX

SENATUS ZITTAVIENSIS BIBLIOTHECA.

IDYLLIUM, PATRIA.

LAudabunt alii ſua quivis commoda vitæ,
Nam rerum non eſt omnibus unus amor.
Me patriæ memorare vices, ab origine prima
Quas varia ſubiit conditione, juvet.
Proſperitatis ut hæc pars non ſpernenda putatur,
Judice me, paucis anteferenda bonis.

Introitus.

Legi-

Legibus eximia ſi quem cœloque ſalubri
Urbe ſatum fauſto ſidere vidit Eos.
Mirus amor Patriæ, ſic omnibus inſitus, omnes
Detinet, immemores nec ſinit eſſe ſui.
Nataliquc ſolo, patriis & legibus ævo,
Virtutum in primo ſemina quisque trahunt.
Mox ubi progenitos veſtit circumfluus æther,
Hauſtu ipſo nova vis luminis induitur.
At quæ quis primis adoleſcens combibit annis,
Arte vel exemplo, more vel imperio:
Ceu, quo teſta recens imbuta eſt, ſervat odorem:
Haud ſecus illa animis fixa manere ſolent.
Hinc concepta vigenr primæ veſtigia flammæ,
Quam radice virens ſemper origo ſovet.
At de cognato tacitus qui ſangvine ſenſus
Intima cordis habet viſcera, ut ignis, alit.
Suſcipiens rapido confinem ſomite flammam,
Atque olei paſcens rore madente ſui.
Non hæc de nihilo cauſa eſt, ſed verior illa,
Ipſe quod hos opiſex indidit igniculos.
Æſtu ſervet ab his in me quæ ſtorga perenni,
Effigie memori ſubque vetuſta novat:
Non animum curis varium ſinit ante quieſſe,
Quam patrio ſolvam debita digna ſolo.

Urbs eſt in Sorabis, priſcis qua Vandalus annis — Budiſſina urbs.
Claruit indomitus Marte, Quirine, tuo.
Qua Niſſana jacet, pone & Luſatica rellus — Niſſana Provincia.
Nota orbi, celebri limitis officio.
Teutonicis citra quod gentibus, ultra Henetisque;
Meta ſuit regni, Sarmaticisque Scythis.
Hic ubi præruptam gelido Sprea præterit amne, — Ortenburg arx.
Arcem, cui lunes nomen habere dedit.
Exiguo montes ſundunt quam fonte Sudetes
Vix ter vicenis altius hac ſtadiis.
At prolapſa pigro tandem miſcetur Havelo — Havelus.
Ad Spondas lento gurgite Marchiacas.
Invidus abſorpſit qui mox ubi nomen & undas,
Albidos in flavas præcipitatur aquas.
Gentem, quæ late quondam eſt dominata; Suevam — Svevus fluvius Sprea vulgo.
Hujus ab antiquis vox celebrata reſert.
Defluit at curſu, quo primo ſertur ab ortu,
In Boream Venetum nec ramen inde fretum.
Quod pervulgatus multorum credidit error,
Ex Chorographicis ſed venit ille libris.

Induperatores OTTONES his, FRIDERICOS, — Ottones, Friderici, Henrici.
Conſtat & HENRICOS caſtra habuiſſe locis.
Arma in Sauromatam quoties, Henetumque tulerunt.
Sanxere aut bellis ſœdera compoſitis.
Henrico quondam ſic conſtituente Monarcha
Aucupe, ſubjecta, gente ab utraque jugo.
Saxonicis fuerit quod enim his antiquitus oris
Sedes, & limes Regibus imperii:
Comprobat a magno Witechindo nomen adepta, — Witichenävv.
Quod Vallis reliquo ſervat in oppidulo.
Et prius huc Francos regna extendiſſe, Rolandi — Ruland.
Utilis arx bello nomine dicta monet.
Quæ Sorabo rurſus, quamvis ceſſere feroci,
Teutonicum manſit nomen utrique tamen.
Fama reſert, nullum hoc utroque vetuſtius eſſe,
Excipias noſtram ſi tamen Acropolin. — Ortenburg.

Qua

Qua non eſt aliud monumentum antiquius ullum:
Si veri locuples teſtis habetur avus.
Inter at hæc vicus, Specula eſt cui Regia nomen,
Quis datum ab excubiis regis id eſſe neget?
Nominibus voluit Deus hæc documenta vetuſtis
Edita Teutonicis hoc ſupereſſe ſolo.
Ut ſcires quod ſit Sorabis Germanica victrix
Luſatoque ſimul vis dominata truci.

Konigeswart.

Fixit avunculus inſigni duce caſtra Rolando,
Carolus hoc contra te, Witechinde, ſolo.
Quem magnum pietas vindex victricibus armis
Orbis & occidui reddidit imperio.
Te debellatum pepulit, manſere Rolandi
Hinc ſtatuæ, tanti fixa trophæa ducis.
Quæ libertatis tunc partæ, quodque tulere
Tempore tam longo, ſunt monumenta jugi.
Nam victor pariter Sorabo ſua jura propinquis
Atque hinc Luſatis indidit ac Henetis.
Nec formidatus belli tam ſorte forte ſecundi,
Quam propter carus mitia ſceptra fuit.
Hinc ille armata patulaque urbs libera quævis
Lege fuit Franca qua ſtetit effigie.

Carolus Magnus anno 786.
Rolandus Avunculus Caroli,

At non ulla tamen factis famaque celebre,
Oppidulum præter nomen id obtinuit.
Amplum circuitu quondam, nunc pene cadaver,
Devaſtata manu Martis ut eſſe ſolent.
Nec Witechindum in tota ita Saxonis exprimit ora
Ulla urbs, noſtratis nomen ut alterius:

Ruland & Wittechenau, oppida circa annum Chriſti 709.

Carole, te certum eſt victorem fluminis usque
Ad ripas, eſt quod Viſtula ut ante vetus.
Sarmaticis tua tunc populis ſub ſceptra redactis,
Cum trepido leges impoſuiſſe metu.

Carolus M. ad Viſtulam usque domuie Polonos.

Quas regnans tandem laxavit tertius Otto,
Adjecit regni cum Diadema Duci.
Sed laxarit ut has, non priſtina ſuſtulit idem
Jura tamen, fidei aut fœdera pacta prius.
Carolus at fines non tranſtulit inde vetuſtos
Iſti ſed fixos juſſit ineſſe loco.

Polonia Regnum ſub Ottone III. circiter annum Chriſti 995. circa quæ tempora Otto fuis Budiſſinæ,

Quos longo ante illum ſtatuerunt tempore priſci
Regibus excifis Franci ibi Tyrigetum.
Dittricus quando Erenfrido fraude perempto
Cum dira eripuit ſceptra Turinga nece.
Nec contentus & hoc, aliique ex ordine reges
Plurima victrici perdomuere manu.

Erenfridus Tur. R. Dittericus. Fran. R. 524.

Arcibus, ut caſtris, & munivere ſubacta,
Tutaque præſidio ſuſtinuere ſuo.
Struxit juxta Hieræ ſacra Phrontiſteria, victis
Saxonibus celebris tum Dagobertus, aquas.
Erecta eſt etiam tum Brennonis arx ad Havelum,
Harlungis iſto cardine præſidibus.
Quæ colle ex alto ſubjectam reſpicit urbem,
Priſca ſtructorum cognita voce diu.

Dagobertus Rex. anno 632, Brandeburgum. Harlungi Franci.

E Tribocis mixtos duxit quos Francus Alanis,
Qua Rheni Alſatos accola tangit agros.
Arx manſit nomenque Heneti illam quando propinqua
Subjecere ſuo cum ditione jugo.
Auceps Henricus Luſatis donec abactis
Fanum Chriſticolis condidit eſſe ſacris.
Ad vada ſed Viadri deducta colonia & illa eſt,
Quæ Franco autorem nomine nota refert.
Altius at Sorabo fixa eſt in culmine noſtra
Arx, foret Eoi limes ut Imperii.

Francofortum ad Oderam circa annum 650. Ortenburgum arx Budiſſ. eod. tempore.

Arguit

Arguit antiquum nomen, quod ut ultima Regni
Sit cum præſidio finibus impoſita.
Urbs at Budiſſina ſitu arci juncta cohæret
Conſpicuo, hac geminis collibus editior,
Budiſſinæ ſitus & deſcriptio.
Rupibus, occaſum qua ſpectat, inhæret acutis:
Plana patet, rapidis Sol ubi prodit equis.
Cœlo qua propter patula undique liberiore
Perflatur, ſpirat montibus eque gelu.
Quod tamen Auſtrino mollit de cardine Titan,
Mitificans leni frigora temperie.
Aëris hic puri documenta, colore venuſta
Corpora ſunt, vegeto robore firma diu.
Aeris ſalubritas.
Indigenæ prorſus quæ ſunt expertia labis,
Sontica vis cœlo nulla, nec ulla ſolo eſt.
Ingeniis rectus, manſvetus moribus, omnis
Candidus eſt populus, plenus & officio.
Natura & ingenia hominum.
Nil hic fucatum, nil fraudibus inſidioſum,
Congreſſus faciles aſperitate carent.
Eſt cultus nitidus, ſine ſordibus, illuvieque,
Plus etiam victus commoditatis habet.
Cultus.
Expers deliciis, luxu, nimioque paratu
Sedulitas gratum quem prope ſola facit.
Frugalitas.
Legibus & ſtudiis, æquali jure, probatis
Moribus, & juſti laudibus eminuit.
Leges & diſciplina.
Prudenti valuit ſemper cultoque Senatu,
Addicto Muſis cive ſuitque frequens.
Doctrinæ nunquam Schola idonea deſuit altrix,
Æmula Phidiacæ nec manus artificum.
Studia.
Mundicies tota paſſim ſpectatur in urbe,
Conveniens operi ſtat ſua cuique domus.
Mundicies.
Magnum ſolertis ſpecimen ſtructura coloni eſt,
Ipſa gubernacli formaque pacifici.
Ædificia.
Ordo, gradusque hominum diſtincti claſſibus, apti
Ad bona diverſis publica muneribus.
Ordo civium.
Hæ etenim perhibent, induſtria, conſiliumque
Urbi quod nullo tempore deſuerint.
Semper honos doctis habitus, tulit & ſua virtus
Præmia, major & his relligionis amor.
Doctrinæ & virtutis honos.
Plurima quod veteris monumenta ſuperſtitionis
Conſecrata ſacris, plebe vovente, docent.
Pietas.
Ad cultus vetitos ſeclis extructa vetuſtis,
Auro atque argento quæ coluere DEUM;
Impenſe edicta eſt Regum venerata thronumque,
Quos Dominos legit ſponte volensque ſibi.
Plebem, ſit numeroſa licet, moderata poteſtas
Sceptra intra facili continet imperio.
Gubernatio.
Cura Magiſtratum populo quod ſedula rerum
Mutuus huncque illi rurſus adunat amor.
Copia, quanta ſat eſt, frugum ipſo naſcitur agro,
Mercator merces incola ſuppeditat.
Fertilitas.
Quas peregre important cives magis urbis in uſum,
Quam turpis lucri ſpebus & aucupiis.
Exoſi illecebras ceu morum damna bonorum,
Et pariter vitæ certa venena piæ.
Namque omnem luxum gemmis auroque nitentem
Lex ſacra, cumque illis ſerica texta vetat.
Simplicitas in veſtitu.

Arx prior eſt ipſa multoque vetuſtior urbe,
Teutonicæ prodens nomine gentis opus.
Adverſi primum ſtetit inque cacumine montis
Diruta cui liquit quod modo nomen habet.
Budiſſina circa annum Chriſti condita 800. arx annis 150. ante.

Ex uſu caſtrum reprimendis hoſtibus aptum : Protzſchenberg.
Quod vocis Sorabæ parte priore notat.
A Sorabis etenim, qui ſucceſſere vetuſtis
Olim Hermunduris, ædificata ſuit.
Hanc bello excidit Francus flammiſque cremavit,
Non opportuno quod ſtaret illa loco.
Conſtruxitque ultra vallem meliore profundam
Sede aliam, excelſo præcipitique ſitu.
Solis ad exortum ſubter labente Suevo,
Qua nulli acceſſus difficilesve pateot.
Molis at exuſtæ monumeotum inſigne prioris
Ad ripam gelidi fluminis Heſperiam.
Emioct in ſummo proclivum vertice dorſum,
Congeſtis inſtar collis ab aggeribus:
Extenſo in longum tractu quod ſurgit io altum
Cui cinerum cumulus cui ruderumque ſubeſt.

Luſato arcem igitur Sorabo Zechio atque Polono Arx Ortenburg a Francis condita.
Oppoſuit Francus limite contiguo.
Inquo concurrere ſuis hi finibus omnes
Diverſas quamvis incoluere plagas.
Ac foſſis ſeptam vallo circumdedit alto
Militis auroram verſus ad excubias.
Securas præſtare vias, villaſque tueri
Cujus ab immiti cura latrooe fuit.
Quin & tres ſtatuit caſtrum foris ante tabernas,
Hoſpita defeſſo tutaque tecta viro.
Poſt aliquot ſed ſecla: ubi Franca potentia lapſa
Nudavit ſolitis hæc loca ſubſidiis:
Niſſana iſta iterum ceſſit provincia dudum Urbs Budiſſina condita a Bohemis.
Vicinis populis præda petita feris.
Arcem Bojemus prior & pugnacior armis
Maturis fecit deditione ſuam.
Urbemque adſtruxit, gravida de conjuge adimplens Budiſſin urbis nomen.
Votum; ſi ſoboles maſcula nata foret.
Nam partu primo facilique enixa maritum
Poſſeſſa fecit ſoſpes in arce patrem.
Hinc urbi a voto tractum poſt nomen inhæſit,
Quod rogat, ut fœtum det Deus eſſe marem.
Effractis velut his felici Marte repagIis Bojemi ſubegerunt Sorabos Dalmantas &c.
In Sorabum Zechus proruit enſe ſolum.
Protinus inque aditu primo, Dalmante ſubacto,
Se fecit victor nomine reque Ducem.
Tunc peperere in agro primum jura illa Miſeoo
Poſt aſſera teneot quæ modo Zechiadæ.
Namque ſui e Sorabis prius hunc rexere dyoaſtæ: Milticii reliqui ex veteribus Sorabis.
Milticia e quibus eſt priſca propago ſuper.
Semina bellorum mox inde enata novorum
Excivere alios mutua ad arma Duces.
Zechiadas, quibus eſt contra rigidoſque Polonos
Certatum varia ſorte parique vice.
Urbs nova in his facta enituit cito Martis alumna,
Civibus armatis militiaque potens.
Primus poſt Francos Auceps ad ſceptra Mooarcha Henricus Auceps Imper. circa annum 920.
Romaoæ evectus ſedis & Imperii.
Saxonica de ſtirpe Henetas ex ordine gentes
Attrivit, veteri ſubdomuitque jugo.
Bojemos idem pepulit, Soraboſque recepit:
Unde habet exortum Marca Miſena ſuum.
Tunc Luſata etiam, tunc Brenooque pyrgica cepit,
Protenſo in Boream limite & ad Zephyrum.

Nam-

Namque quod orſus erat Francus prior, obruit omne
Juncta pharetrato Sarmatis ora Heneto.
Otto Patrem Magnus Rectores cuique ſecutus
Præfecit titulo jureque Marchiaco. *Otto Magnus Imp. circa annum 950.*
Chriſticolasque rudes Doctore Antiſtite ſacris
Imbuit, ac docuit noſcere rite Deum.
Inde gubernata eſt urbs Præſide noſtra ab eodem,
Marchio qui Soraba in ſede Miſenus erat.
Creſceret in tota utque potentia Præſulis ora
Obtinuit genti innata ſuperſtitio.
Tertius Otto Boleslao quæſita Polono, *Otto III. Imp. circa annum 995.*
Rebus compoſitis, regia jura dedit.
Sarmaticas armis terras ingreſſus & absque
Pacta novæ præſens ſanxit amicitiæ.
Fœdere ſed rupto reparant dum bella Nepotes:
Meſto dolo hanc tanquam firmum objicemque capit:
Henricus repetens amiſſam nomine ſanctus
Cæſar, ab alliſo qui pede claudus erat. *Henricus Sanctus Imper. Anno 1005.*
Dum validis cinctam circumſidet undique caſtris
Acria pone etiam prælia flumen adit:
Impetitur telo, quod ab altis mœnibus hoſtis
Torſit in oſtenſum proditione caput.
Sed DEUS avertit: meta nam miſſile aberrans
Collimat ſtantem mox jugulatque prope.
Cæſar at urbe iterum potitur vi, Sauromatasque
Vectigale prius ſumere cogit onus.

Cœli urbs luce ſui hæc me natum excepit & aura:
Hæc aluit, ſtudiis erudiitque bonis.
Tempore, quo pulſa errorum caligine, toto
Ferme Evangelii fulſit in orbe jubar.
Aureus exornat ſed cur inſignia murus
Urbs tua? & his cæli cærulus unde color? *Inſignia Luſatiæ ſuperioris & urbis Budiſſinæ una.*
Nempe quod hoc muro repreſſit limite in ipſo
Olim Sauromatas Teutonis ora feros.
Et regni cœleſtis opes ſibi, vindice Chriſto,
A populo, qui tunc impius, aſſeruit.
Tuque acie ſtares quod prima fidus & acer
Cuſtos, aut fortis miles ut excubitor,
Murus ut invictus cum fines texeris ergo
Virtutis merito fers monumenta tuæ.
Et quæ cum tota tibi ſunt communia gente,
Uſu Metropolis nunc tua ut arma geris.
Arx ſociis quia fida tuis tutusque receptus,
Et propugnaculum mœnibus una fores.
Vexilli hoc cura eſt tibi credita propter equeſtris,
Nam cuſtos priſco curia jure fuit.
Tecum Martis opus quod eques generoſus obiret, *Equeſtris ordo,*
Militiæ pugnans in ſtatione paris.
Qui de Teutonica, Sorabaque propagine mixta
In genus exortu pace coivit idem.
Hos inter multi quondam ſua ſtemmata promti
Conſilio auxerunt, prævalidave manu:
Ampli divitiis, rerum moderamine clari,
Sive domi fuerint, quæ vel agenda foris.
Majores numerant tot feri a ſtirpe nepotes,
Quot vix ipſe ſitu Cæſar Iule tuo.
Ut quæras, an ſit vicinæ natio gentis *Nobilitas Antiquiſſima.*
His alia antiqua nobilitate prior.
Inter adhuc celebris quos ſtirps Gerſtorffia floret,
Haugviciumque ſimul Noſticiumque genus. *Gerſtorffii. Haugvicii. Noſticii.*

Illo cum domus ac Rechbergia ſtemmate ab uno Rechbergii.
Quæ venit inſignis Marte togaque diu.
Nec non Mezrodii, virtute pareſque Roſeti, Metzrodii. Roſenbergii. Ponicei. Barones Domini in Camentz.
Fundos quæque amplos gens Ponicea colit.
Quos Caminizeni quondam tenuere Barones,
Pars ſub Niſſani præſide magna ſoli.
Balthaſar hoc priſcum poſtremi & Wittichus ambo
Illuſtres meritis, muneribusque ſacris.
Tertius hosque ſuper Burſimus relliqua fertur,
Vendita qui precio deſeruiſſe volens.
Huſſitæ prope ſub funeſti exordia motus, Circiter annum 1410.
Orbi abruperunt poſteritate genus.
Horum quod complexa fuit ditio atque poteſtas
Servitii id veteris cum poſito omne jugo.
Alberti Auſtriaci tabulæ gaudere fruique, Anno Chriſti 1438.
Æquali reliquis lege graduque jubent.
Agnatus quas Henricus diſtantior unus Anno 1440.
Conſenſu firmas fecit & eſſe ratas.
Præter & hos alios tulit hæc quoque terra Barones,
Ut priſco inſignes ſtemmate Kitlicios. Kitlicii.
Inter cœnobii ſtructores ſama celebrat,
Quos ſervans nomen vicus idemque vetus.
Quosque habuit nigro circumflua Werda ab Eliſtro Hoherſwerda.
Quæ ſveta, dominum nunc quoque voce refert.
Heroem Werdæ nam prævia dictio ſignans
Sedem hic heroi lege fuiſſe monet.
Schonburgos habuit nuper: proſapia late Schonbergii.
Quorum apud attiguos eſt dominata Myſos.
Ceſſit Promniciis heroibus illa ſed empta, Promnicii.
Creſcere quos meritis mens generoſa facit.
Quæque vetuſta ab origine, fortibus inclyta & auſis,
Nunc alibi eſt ſparſim relliqua progenies.
Donavia, oppiduli celebris de nomioe priſci Donavii. Domin. opp. Domin. Schellendorff.
Juris ubi ſedes juſtitiæque fuit.
Huic olim poſſeſſa Nolanus nunc ſua fecit
Advena ab Elyſiis ære cöempta novus.
Polſena qua findit fines, arx regia celſo
Eminet in Saxo: Nomen & unde loci.
A ponte eſſe alii quod malunt, vulgus ut effert, Königsburg.
Sive a ponte: nihil, ſit vel ab arce, refert.
Regis ſat Zechi diſterminat, huicque cohærens
Limite quod Myſum Polſena ut amne ſolum.
Hos prætérque alii, quos vel meminiſſe vetuſtas
Noo ſinit, hæc vel non pagina parva capit.
Tunc maris Arctoi quod vergit littus ad Auſtrum
Gens Heneta & campos condidit attiguos. Gentes Henetæ.
Plurima conformis linguæ, ſed nomine diſpar,
Naturis, habitu, moribus, ingenio.
Warnavis, Wagris, Polabis hic atque Obotritis,
Finitimis Welicis late Henetisque vagis.
Quos vulgo mos eſt Venetos & dicere Vindos,
Sed priſcis nomen notius eſt Henetum.
Circipanis mediis, Tollenſibus & Riadurcis.
Luſatoque olim milite terribili.
Brizanis fidis, & nobilibus Stoderanis,
Hirſutis ultra pelleque Caſſubiis.
Ad mare ſed, Pomerane, tibi, propiusque Sidenis
Ad Viadri ſedes oſtia nota fuit.
Diſtiogvunt varii quos ſtemmate & ordine Gryphes,
Radix una ſed his Sarmata ſtirpſque ſatu,
Separat ut terris Henetum radicis origo:
Sic armis Bubali Bucephalique caput.

Qui

Qui tractu Viadri ripas atque Albidos intra
Lato, protentos ad mare rexit agros.
Nomine Marchiaca eſt ubi nunc ſub Brennonis ora
Alite ab inſigni nota rubente Jovis.

Aſcanio poſt illa Urſo eſt completa colonis, Albertus Urſus anno 1140.
Quos e Pleumoſiis duxit, & e Batavis.
Ex Boiis qui Duxnovus Henricoque Leoni Henricus Leo.
Amplo Saxonibus præfuit imperio.
Regia queis ſemper gravis atque inviſa poteſtas,
Invictoque Heneti Morte moleſta fuit.
Urbs validum contra quem condita Brunnonis ampla
Marchiaco fovit nomine præſidium.
Illuſtris Megales poleos fluit inde propago,
Scripta duces inter, Carole Quarte, tibi.
Intermixtus erat priſca de gente Caycus,
Arcebant Rugum littora curva maris.
Quas quondam terras flavi tenuere Suevi, Suinus.
Qua Suinus Venetum, qua Panis æquor init. Panis flu.
Suinus ad antiquum ſi quid modo nomine Svevum
Alludit, nil hoc nobile præter habet.
Albidos ad fauces, & Baltica littora Marſus, Veteres ad Albim accolæ.
Trux mixtuſque Herulus, Teuroque priſcus erat.
Herciniis alia propiorque ex parte Cheruſcis,
Lombardus veteri cumque Seno Aſcanio.
Nomine Saxonico gaodebat quidquid ad oram hanc
Teutonici reliquum ſangvinis usque fuit.
Fontibus undenis manantis at Albidos (unde
Effinxit nomen Teuto, quod unda gerit.
Boii cum veteres intra coluere Sudetes,
Extra Hermunduri, genſque Nariſca vetus.)
Accola ſede fuit tunc Vandalica uſque Sudetum Sorabia antea ubi nunc Miſnia, olim Vandalia.
Ad montana vafer conſilio Sorabus.
Gente potens armisque diu, nam Milticiani,
Dalmantesque Hieræ ſuſtinuere Gethas.
Francos poſt Salios, Zechos tandemque Polonis
Certantes varia Saxonibusque vice.
Cultis qua clivis Lomacia ſurgit in altum Lomacia opp. Miſn.
Albiacos campos continuatque jugis.
Poſſidet excultam quam nunc celebrata Myſorum
Gens diſcreta Salæ limite Tyrigethis.
Agros Elyſios tunc obtinuere Poloni, Poloni olim ubi nunc Sileſii, Viadrus flu.
Fæcundo Viadri parte ab utraque ſolo.
Carpathus excelſo quem ſtillat vertice rivum
Pene caput juxta principiumque ſui:
Qua juga continuans Bojemica tendit in ortum
Dividit & Boreum Pannone Sauromatam.
Bregæ ad præcipiti curſu hinc devolvitur arcem,
Quæ priſca eſt celebris nunc quoque ſede ducum.
Inde petit lapſu Breslavica mœnia prono, Uratislavia, Sileſiæ metropolis.
Urbis, quæ caput eſt gentis, honosque ſoli.
Ampla loco ſpacioque, viris inſignis & armis,
Totaque ſtructuris ſplendida magnificis.
Conſiliis, opibus, ſacrarum & in agmine ſancto
Muſarum hoſpitio, juſtitiaque vigens.
Amplificata domi muro tibi, Carole Quarte,
In latum extenta ſed ditione foris.
Hanc præterlapſo tandem fluxu ergo tricorni
Quorum opera artifici tertius intrat Olam.
Emenſoque procul Glogovica rura profundo
Croſſinis ad colles gurgite vitiferos.

Miſcentur juncti rapidus Bober, ante ſuasque — Bober & Quiſſus flu.
Huic Saganum infudit qui prope Quiſſus aquas.
Imbre illum ſubito torrentis more ruentem
Pootibus adverſa vi Leoberga times. — Leoberga.
Quæ cum ſis Saxo celebris, ceu marmore, cedis
Nulli opibus, nulli laudibus ingenii.
Altera Laubanum, genio magis ubere ſelix — Laubanum.
Muſarum, quam vel ſœnore dives agri, — Quiſſus flu.
Præterit, ac dirimit Luſatos, Elyſiosque,
Utrosque & quæ nunc Niſſa pererrat agros, — Niſſa flu.
Non procul undenis exorta a fontibus Albis,
Tendit in adverſas hinc ſed uterque plagas.

Flumine Niſſa duas poſt claras alluit urbes
Disjunctas poſitu, fœderibus ſocias.
Ottocarus Sittam quam ſtruxit; Carolus auxit — Sitta.
Quartus, cui leges, cui ſua jura dedit.
Cui recti ſtudium, vindex & dextera nunquam
Deſuit, in rebus conſiliumve malis.
Notius ex fama, primoque vetuſtius ortu,
Gorlicium rigida nobile juſtitia; — Gorlicium.
Cautis conſiliis, juxta imperioque ſevero
Leges, fœcundi cum bonitate ſoli.
Structuris, opibus, ſtudiisque illuſtre, bicornis
Et Choroſtephani culmine conſpicuum.
Quas prius inter ſe disjunctas corpus in unum
Junxerunt patriæ regia juſſa meæ.
At deinceps ſævis cumulata pericla rapinis,
Illata & longis damna latrociniis.
His & cum Lubam veterem, ac Camenicia celſa — Luba, Camicium. Anno 1398.
Ante meæ patriæ conſociata diu.
Autonomi cives cum libera jura, Baroni
Subjecti quamvis, obtinuere tamen:
Fœdere concordes devinxere arctius uno,
Omnes Autonomas, urbs velut una forent.

Polſena ab occaſu quam claudit, Quiſſus ab ortu, — Limites ſuperioris Luſatiæ.
Luſata ad Boream gens, juga Boia Notum.
Fæcundam Svevo, Niſſa, nigricantis Eliſtri
Fontibus, & multis amnibus irriguam.
Ipſa igitur regio hoc ſancito a fœdere primum — Hexapoleos nomen quando & unde.
Hexapolis dici nomine cœpta novo eſt.
Limite ab occiduo ſcatebrarum gurgite terno
Uno collis agit flumina terna ſinu.
Exit Rethra prior, mox Polſena, ſorbet utrumque — Retbra. Polſena. Eliſter niger fluvii.
Albiacis qui ſe miſcet Eliſter aquis.
Altius arva ſuper paullo Glogovica, magnum
Ad vicum quem mos dicere Parchvicium.
Influit in Viadrum, & valles emenſus & arva,
Antiqua rivus relligione ſacer.
Conſecrata Deo propter vada muoere ab auri
Ubere, cognomen repperit unde vetus. — Goltberga. Goltbach.
Heſperiis olim ſic appellatus Iberis
Auriferi veoas qui ſubiere ſoli.
Auri quod ramenta vehit mixta inter arenas,
Urbs ſtructa adſcivit nomen & inde ſibi.
Alluit excelſo poſitam quam colle pererrans
Ipſe ſuo valles flumine, prata rigans.
Mutavit nomen poſt cooſvetudinis uſus,
Et falſo, Cattum ceu notet, ore ſonat.
Vena ſed exhauſto terræ poſtquam aruit auro,
Et ſoſſore frequens deſiit eſſe locus:

Exculit

Extulit hanc rurſus, celebri Rectore Magiſtro,
Inſtructæ ſtudiis fama decusque Scholæ.
Fridlandum dico, gratæ quem gratus alumnus,
Ut par eſt, mentis ſemper amore colo.

Anno 1539. Valentinus Trozedorff.

Hic quoque Ligneſii claram prætermeat arcem,
Quæ veterum ſede eſt nobilitata Ducum.
Quos inter Scythicas, victor pietate celebris,
Contudit Henricus, cæſus at ipſe, manus.
Præter & has aliis cultis, inſignibus, amplis
Nunc campi florent urbibus Elyſii:
His & contigui Lygii gleba ubere dites,
Quadi confines Marcomannisque ſitu.
Quæ tunc exiguæ cultore rudesque Polono
Sarmaticæ gentis triſte tulere jugum.
Teutonibusque hoc excuſſo, ceſſere colonis
Accitis in opem cura operaque Ducum.
Qui parere odio Bojemis regibus ultro,
Eſſe magis ſociis quam voluere ſuis.
Funeſtas olim ſtuduit componere lites
Cæſar, quem rubro barba colore notat.
Tempore quo multis noſtra quoque in urbe moratus,
Menſibus hoc armis egit & urſit opus.
Pacis inanis erat ſpes: non medicabile vulnus:
Diviſo crevit diſſidiumque ſolo.
Elyſii Regis ſpernebant juſſa Poloni,
Oderat agnatos nec minus ipſe Duces.
Germanæ auxiliis quod gentis ſeſe inimicæ
Munirent, civis præſidioque novi.
Semper enim hi Zechos intermedii atque Polonos
Bellorum ambobus præda fuere diu.
Has Wenceslaus Rex donec nomine primus,
Qui Scythicas acies fudit & Auſtriacas,
Tot bellis victor, potius ſibi fœdere junctos,
Quam vi perdomitos junxit amicitia.
Cujus ſponte duces Trouppanus & Oppolienſis
Ante alios primi mox ſubiere jugum,
Diſſidiis reliquos tandem fatalibus actos
In cœpta heu ſtirpi pernicioſa ſuæ.
Cauta ſubjecit perſvaſos arte Johannes
Zechiadum certis legibus arbitrio.
Lucelburgiaco qui natus ſangvine, rebus
Conſpicuus geſtis, pace acieque fuit.
Cognatæ inter ſe vario certamine gentis
Pugnatum eſt multo hinc inde cruore diu.
Hæc te cum victrix peteret: mox illa viciſſim
Utraque ſeſe ipſam clade tuaque furens:
Utraque finitimo quod limite qværeret aucto
Imperii metas amplificare ſui:
Zechiadum tandem vicit ſors proſpera fati,
Conſilio ut melior ſic quia fine fuit.
Condere quæ terras, quæque exornare beato,
Non vaſtare ſtatu flebiliore ſolet.
Devictis ergo Sorabis ab origine prima
Infeſtas gentes uſu in utrasque pari,
Patria te dulcis Reges ſummique Monarchæ
Hoc arcem belli tunc coluere loco.
Extructam Francis, poſt Saxonibusque receptam,
Auctam Bojemis urbe ſed ante nova:
Militiæ deinceps cum Teutone cive perennis,
Sub duce ſupremum certo habuere caput.

Mar-

Ligneſium.

Fridericus Barbaroſſa, anno 1156.

Sileſia conjuncta Bohemiæ. 1242. Wenceslaus Rex 8. Sub hoc inſerti Bojemiæ regno.

D. Oppoli. anno 1289. Nicol. Dux Troppan. ann. 1291. Joh. Lucelburg. Rex 1330. ſub hoc acceſſerunt. Henricus Dux Vratisl. 132. Ladisl. D. 7. Coſſelens 1327. 11. Cal. Martii. Jo. D. Osvventinus 1327. 6. Cal. Martii. Caſim. D. Teſch 1327. 11. Cal. Martii. Conr. D. Glog. cum parte 1329. 6. Maii. Joh. D Steinavienſis 1329. 4. Cal. Maii. Henricus D. Saga 1329. Joh. Glog. cum toto 1331. Bolesl. Wencesl. & Ludo. D. Lig & Breg. 1331. 13 Dec. Bulco Sſurinus & Svidnic. D. 1353. ſub Carolo 4.

Marchiacos fines Franci poſuere. repertos
Reſtituit victor Saxo, ubi deficerent.
Hinc a Saxonibus, magno ſed ab Aucupe rurſus
Ultima Romulidum meta dicata ſolo.
Limitis arx ut eras, ſub præſidibusque Miſenis
Libera, Romanis ſubdita Cæſaribus.
Multo ut Luſatus poſitum tamen ante Miſenum,
Hoc ideoque prior cardine limes eras.

Niſſanæ Provinciæ Præſides Marchiones Miſniæ ſub Henr. Aucupe

Marchiones Miſnenſes veteres inde usq; ab Henrico Aucupe.

Marchiadum gentis Witechindo a Saxone ducunt
Exortum, quamvis haud ratione pari,
Certa alii, dubia nonnulli, ſunt & eadem
Unum qui patria ſtirpe fuiſſe negent.
Uno de rivi memorantur fonte Ridacus
Guntherusque iſto tres aliique ſati.
Fratribus Eccardus cum Brunnone, Guncelinoque,
Fertur & Eccardus tres genuiſſe parens.
Hermanno cum Guntherum Eccardumque ſecundos,
Agnatos alios ramus at alter habet.
Quos inter celebres vixere, Dedo & Fridericus,
Natus Dittricus quique Dedone fuit.
Alter Dittrico Dedo ſed cum fratre Timone,
Illoque Henricus, tertius eſtque Dedo.
Ortus at hoc Cunradus, ab Aucupis incipiendo
Ottonum & Claudi Cæſaris auſpicio.
Præſidiis ergo, hi quamvis rexere Miſenum
Niſſanique ſimul jura propinqua ſoli.

Marchiones conſtituti Imp. arbitrio.

Haud utrumque tamen ſemper, nec & ordine tali,
Qui ſtirpis veterum traditur eſſe libris.
Sed bellis rupto, juſſu quandoque Monarchæ,
Ut detur quod gens una ſit illa ſatu.
Diſſidiis tamen inter ſe certaſſe feruntur,
Iſtum, mox illum quæ pepulere loco.
Miſcuit & crebro ſe Zecha potentia, ſæpe
Armis acceſſit viſque Polecha ſuis.
Henrico a Sancto Cunradus ibi obruit alter
Belli adverſantes fulmine Lutitios.

Anno 1037. Cunradus II. Imper. frater.

Aucto vicinas & milite muniit urbes,
Inque rebellantes præſidis arma duces.
Jam cum Cæſaribus ſocias ad prælia vires
Jungebant certo fœdere Zechiadæ;

Henricus III. 1043.

Unde Bratislaus meruit diadema decusque
Regale, Henrico jus tribuente Nigro.
Impoſuit Trevir præſul ſacer atque Triumvir
Tertius e cleri eſt, qui mediusque tribus.

Hinc nigro genitore ſatus, ſed in ordine Quartus,
Ultimus ut columen qui fuit Imperii;

Henricus IV. Imperat.

Bisque & ſex decies fortis pugnavit in hoſtes,
Mercedis Zecho te dedit eſſe loco.
Impenſas belli propter civilibus armis
Exhauſtus, ſævis Pontificumque dolis.
Adjunxit cui caſtra memor numeroſa paterni
Muneris, hoc fidum ſe docuitque modo.
Pontifici addictus cum non ceſſaret ad arma,
Luſatum & Sorabum Saxo ciere ferox:
Eripuit rurſus Comes obtinuitque Vipertus,
Groceni notus nomine ab arce libris.

Vipertus Comes Grocenus.

Clarior at belli fama, poſtremus & idem
Hic ex Marchiacis, præſidibusque Miſis.
Tunc Henricus ubi Quintus Diadema parenti
Impulſu extorſit ſceptraque Pontificum,

Henricus V. Imperat.,

Pugna-

Pugnaci ille minax & formidabilis enſe,
Impia nam gnati ſigna ſecutus erat.
Hocque Miſena etiam propter tellure potitus,
Niſſano Zechis oppoſitusque ſolo:
Marchio non tantum eſſe Miſis contentus, in imos
Zechiadum armatus vi penetravit agros.

Anno 1110.

Hoc pulſo victor Laslads at acer in armis
Zecha ſibi aſſeruit regna, ſolique thronum.
Regis erat Soboles qui primo maſcula ſexta,
Denus at, ex numero ſeptimus ante Ducum.
Gnato interque alios injecit vincla Viperti,
Qui ſummæ cuſtos urbis & arcis erat.
Solvit at hunc pater ut, regionem pace redempta
Niſſanam regi reſtituiſſe ferunt.
Congrua quæ tabulis geſtorum ac digna videntur
Eſſe fide, Dominus non fuit ergo diu.
Sic ad Bojemos te fert rediiſſe vetuſtas,
Sed legum ut ſtaret non violatus honos.

Provincia Niſſana cum urbe Budiſſina rediit ad Bojemos ſub Henricis IV. & V.

Libera jure tuo vetus ante ut munus obires
Limitis, imperio tradita Zechiadum.
Nec dubium, hac ipſa quod tunc Henricus in ora
Concivit lectos Quintus ad arma viros.

Henricus V. Imp. ann. 1109.

Infauſta ſed dum certat cum forte Polono,
Morbis attritus miles & enſe cadit.
Hoc quæ Germano maduerunt Quada cruore,
Nomen rura tenent inde canina ſuum.
Ut vulgi cenſet perſvaſio: cæſa notantur
Corpora nam rabido præda fuiſſe cani.

Hundsfeldt.

Tradita ſacrorum eſt tunc illis cura, vocari
Cuſtodes templi qui voluere ſacri.

Templarii.

Præſidioque fuere, potentia ſed quod amico
Non minus atque hoſti ſurgeret aucta gravis:
Illos una omnes momento Europa necatos
Suſtulit, ut Socios Græcia Pythagoræ.
Græcia magna, Tarentinos quæ fuſa per agros
Eſt habita extremæ terminus Italiæ.
Stirpe Sobislaus Zecha quo tempore cretus
Mœnia complevit Gorliciana novus
Conditor; Hic orſus toto fundamina luſtro
Ante dedit plebi perficienda novæ.

Gorlicium ceptum anno 1131. a Sobislao Bojemo abſolutum 1136.

Poſt Francos Cunradus adhuc, qui nomine Cæſar
Tertius, a prima ſtirpe Suevus erat;

Cunradus III. Imp. Svevus anno 1143.

Romanas ſummus res quando Monarcha regebat,
Jura hic præſidibus præſulibusque dabat,
Diſcordes propter circum tua mœnia pagos
Arbiter æquato jure quieſſe jubens:
Præerat horum alter ſacris, alterque prophanis
Rebus, ſed titulo jure & uterque Miſus.
Antiſtes Reinhardus erat, Comes ante Bithinus
Marchio Cunradus, præſes ibique novus.
Cujus in hæredes poſt Marca voluta Miſena
Gentes ſupra alias extulit una caput.
Legibus & ſtudiis, argenti æriſque metallis,
Ingeniis, cultu, nomine, divitiis.

Miſnia ſub Cunrado Marchiæ cæpit creſcere.

Cunrado prior at ſucceſſit qui Fridericus,
Hic genti leges pacis utrique tulit,
Zechiadæ atque Polechæ. Armis hanc namque coegit
Parere impoſitis legibus edomitam.

Fridericus I. Barba. anno 1156.

I Sed

Sed junxit thalamos, fortiſſima vincla putatos
Semper amicitiæ regibus eſſe novæ.
Illi cuncta prius ſanxit poſſeſſa tabellis,
Regia ſub ſocia jura decusque fide.
Pro meritis belli contra Inſubres Cenomanos
Lombarda huc quorum gens fuit uſque caput.
Laslaus gerere hinc titulos diademaque primum,
Præque aliis cæpit celſior eſſe loco.
A quo ſe reges, qui ſucceſſere, vocarunt,
Arma quibus tandem, cui diadema Leo.

Ladislaus Dux Bojemiæ ſub Friderico I. primus titulum regium uſurpavit.

Hæc tua origo igitur, progreſſus & iſte, vigorque
Cæſare ſub ſummo, Zechiadisque fuit.
Cæſaris at dono te Rex Bojemus adeptam
Brennoniæ ceſſit pignore principibus.
Ut bellive ſtipem; regi ſuffraga & eidem
Ottocaro multi vota coëmpta putant.
Pignus præceſſit, ſunt cætera forte ſecuta,
Jure ubi cum pleno tradita terra fuit.
Sittam victo idem quo ſtruxit Pannone ſeclo
Humectæ in vallis mœnia menſus agro.

A Bojemicis Regibus provincia N ſtand venit ad Marchion. Brand.

Sittavia ab Ottocaro condita.

Ante quid hunc habuit pulcer jam Marchio juris
Albertus, nati cui ſubiere duo,
Ambo annis teneri, majorque Ottone Johannes
Utrique & nata eſt quæ ſua poſteritas.
Tres etenim ex primo cum Cunrado Otto Johannes
Se coram mites exhibuere tibi,
Præſule quando ortum cum tranſegere Miſeno
Ex pacto & tabulis diſſidium Ottocari.
Quorum Otto ferrum gereret quia fronte ſagittæ
Infixum, nomen Teliferi inde tulit.
Woldemarus genitus Cunrado eſt ultimus hæres
Ottone & patruo nobilis Otto ſatus.
Atque hoc Hermannus: reliquus annalibus omnes
Ignotos noſtris quid memorare juvat?
Omnibus Albertus pater eſt, cognomen ab urſo
Cui fluit, Aſcanio ſanguine ducta domus.
Omnes te celebres tunc poſſedere Dynaſtæ,
Brennonis antiqui cum tenuere ſolum.
His rerum Dominis multum res ſacra quiete
Crevit, & urbs variis civibus aucta fuit.

Marchiones Brandeb. Albertus 1220. 1250 Joh. Otto.

1272. Cunrad Otto. Johannes.

Hermannus Woldemar. ult 1310.

Cœnobiis geminis hac primis in regione
Regnum eſt orſa ſuum cæca ſuperſtitio.
Urbanum prius eſt, ſed egens; campeſtre Mariæ
Notum ſub ſtellæ nomine, dives agro.
Alberto cæptum eſt illud patre: Nato at utroque
Hoc indiviſim ſceptra tenente, ſtetit.
Inceptum tamen eſt ratione Barone Camenti
Fundos & ſumtus ſuppeditante pia.
Intra Gorlicium, Laubanaque tecta ſecunda,
Ædificata aliis tertia ſuntque tribus.

Cœnobium urbanum cæptum eſt ædificari, ann. 1218. Conſecratum 1225. Cœnobium Mariæ ſtellæ ann. 1264.

Gorlicium anno 1234. Laub. 1273.

Ordo Sacerdotum poſt paulo cæpit in urbe
Hac quoque: ab antiquis cujus origo Scholis.
Muneribus certis collegia condita quondam
Uſibus addictum quem peperere piis,
Hic invaſit opes, fundos poſſedit & omnes,
Militiæ tenuit, quos prius ordo ſacræ.
Addidit Antiſtes ſacer his non pauca Miſenus:
Larga hilarique probans ſe Pietasque manu.

Collegium Canonicorum 1254.

Ante

Ante tamen templi multo ſundamina jacla 1213.
Sunt, in quo locus his hoſpitiumque datum.
Cum pareret adhuc Bojemi legibus, Aedem
Major majorem poſceret urbsque novam: 1284.
Cunradus rurſus fratres ac Teliſer Otto
Magna auxere tuum commoditate forum.
Plebis egeſtati, communibus ac bene rebus
Qua foris, & pariter conſuluere domi.
Plura dedere, quibus ſtatus & Respublica crevit,
Jura ſed imprimis libera judicii. 1294.
Talia Gorlicio quoque conceſſere Camento,
Laubano, ſolita Lubæ itidemque fide, 1306.
Hermanno cum Woldemarus: Luſata ſuperna 1313.
Tunc dici a Dominis Marchia Marchiacis,
Hæc cœpit primum, primisque auctoribus iſtis, Luſatiæ ſuperioris nomen unde & quando Ditmarus Epiſcopus Mersburg.
Nomen cui priſcum cærula Niſſa dedit.
Nonnullis tamen eſt Graja Nicæa notata
Voce, quod antiquus Magnus & auctor habet.
A populis hoc ſed victoribus auguror ortum
Scriptoris ſtudio nobilitaſſe locum.
Luſatum nunquam certo hic habitaſſe colonum
Compertum eſt, tantum ſede propinquus erat.
Quicquid nunc etiam eſt Hencta de ſtirpe ſuperſtes,
Se patria Sorabum voce ſonoque vocat.
Luſato Sorabus differt idiomate lingvæ,
Congrua fronte licet ſemper & una fuit.

At cum Woldemaro non eſſet maſculus hæres, A March Brandeburg. rediit Niſſ Provincia ad Bojemos.
Mutaretque ſuos Brennonis ora duces:
Tu quoque Bojemis dominis repetita vetuſtis
Atque ſub aſſvetum ſponte reverſa jugum,
Submittis te ſponte tua, pars facta libenter
Regni: delectis regibus inde ſubes.
Hinc igitur primi tibi munificentia Regis Reges Bojemici
Ex voto indulſit libera jura tuo. 1319.
Marchia ſis ut dicla ſitu Luſata ſuperna;
Sis caput; ut fueras, metropolisque ſoli.
Lucelburgiaco ceſſit ſua Jura Johanni, Johann Lucelburgiacus Rex 1320.
Brennoniæ qui Dux Bavarus arcis erat,
Cæſaris aſſenſu patris, addidit inque propinqua
Huic quod Cæſaribus regna Polona fuit.

Hæc ubi ſucceſſit tibi res feliciter, illo 1329.
Gorlicium exemplo poſt modo fecit idem.
Rex Laubanum idem, defuncto Hincone, recepit, 1346.
Qui Dux Elyſis fecerat ante ſuum.
Marchia cum varia bellorum exercita ſorte
Deſertæ juſtam ferre nequiret opem.
Carolus at patris capiens moderamine Quartus Carol. IV. Imper.
Romulidumque ſimul publica ſceptra manu:
Urbem diſtincto ſub nomine utramque ſuoque 1355.
Cum Budiſſino, Gorlicioque ſolo.
Zechiadum inſeruit regno titulo ſub eodem, 1374.
Marchiacus fuerat quo prior uſus herus.

Invexit nomen Ducis & faſtigia Jannes, Johann. Dux
Hoc genitus, regnum Gorlicioque novum, Gorlic. 1380.
Imperium breve ſed, patriæ quod jura nequivit
Priſtina, non nomen, non abolere decus.

Hoc Budiſſinos propter ſpreviſſe colonos,
Concordi claſſis mente utriusque ferunt.
Illum, poſt habitis qui legibus, arce, & honore,
Antiquis, auſit quid, pariatque novum.
Nec quid ab hoc juris petierunt, nec decus unquam
Marchiacum adſcito poſtpoſuere Duci.
Mox omnes titulum ſed ubi rediere ſub unum,
Quisque ſuo & manſit, quo, fuit ante, loco:
Gorlicium reliquis memori de nomine ſaltem
Solum quid voluit dignius eſſe Ducis.
Carolus & Sittam repetivit mœnibus auctam — Oibinum.
Ac prope in abrupto culmine cœnobio.
Hæc a Bojemis mox Elyſiisque redemta — 1364.
Acceſſit quinis fœdere ſexta pari.
Extitit Hexapolis vox unde frequentior uſu, — Hexapolis nomen unde.
Quæ nunc & vulgi notior ore ſonat.

Cæſar at has omnes dotavit juribus amplis — Carolus IV, auxit urbes privilegiis.
Subdidit & natis Brennonis arva tribus.
Excoluitque domi variis virtutibus urbes,
Extruxit Muſis ampla Lycæa ſacris.
Wenzeslaus ab hoc cum ſuſcepiſſet habenas: — Wenceſl. 1379.
Straviſſetque aliquos ſeditione truces.
Reddidit illa iterum, quæ propter ademerat iſtos, — Sigism. 1382.
Multa Sigismundus fratris ab interitu.
Præſtitit, adverſo quamvis diſtractus ab hoſte,
Cui ſæva igne minax induit arma Papa.
Poſt Socerum Albertusque gener de ſtirpe Rodolphi — Albertus 1438.
Ad ſumma evectus Cæſaris Auſtriaci.
Maxima cui tria regna favens uno dedit anno,
Sors fatum eripuit præcipitique nece.
Hocque Ladislaus patre natus, poſthuma proles,
Curriculo infelix lucis uterque brevi.
Inde Georgius adjecit Boëbratia nomen — Georgius 1460.
Cui, namque hæc ſedes ſtirpis avita fuit.
Hunniades multum doctrina illuſtris, & armis, — Matthias 1471.
Atque Ladislaus gente Jagello pater, — Ladisl 1503.
Nato cum Ludovico; ævi quem flore ſub ipſo — Ludovic. 1526. periit.
A Turcis victum merſit iniqua palus,
Quam fecit limus niger, acdeformis arundo,
Pervia cænoſo ne foret illa vado,
Horum de numero quicunque accepit habenas,
Auxit jure novo jura vetuſta tibi.

At ferro & flammis Mars Husſi ubi ſæviit ultor,
Hoſtis & exemplo ſumeret arma novus.
Arctius ad vinclum tanti ſociale pericli — 1398.
Res nun tantum ipſos compulit indigenas,
Sed cum finitimis conſenſu bellica Regum — 1409.
Junxerunt ducibus fœdera Saxonicis.
Cum primo Enſifero Friderico e ſtirpe Miſena, — 1421.
Wilhelmoque auri divite fratre rubri.
Horum Tyrigethæ Friderico & in arce Methones,
Ad ripas Ilmi qui patruelis erat.
Graſſantem adverſus furtis & cæde latronem,
Vaſtantem patrios igne furente focos.
Inde latrociniis mox formidabile pulſis
Hexapolis nomen cæpit habere foris,
Hæc ſeros olim virtutum exempla parentum
Profuerit natis commemorare patres.

Regno motus erat fautor Boebratius Huſſi, Pro Georgio Matth. Hunniades conſtitutus Rex a Pontificib.
Auſonii bruto fulmine Pontificis.
Id Pœon rapuit juſſu compulſus eodem,
Ac partem obtinuit deditione ſoli.
Exempto vivis illo, legere Polonum
Laſlaum proceres, lis fuit unde nova.
Bellum quæ peperit, poſitis ſopita ſed armis
Eſt prius, enſe fero quam nocumenta dedit.
Lex hæc pacis erat, Zechum liquere quot ante,
Omnes ut maneant rege ſub Hungarico.
Juramenti iterum ſeſe ergo ex fœdere pacto,
Pannonio obſtringunt religione novi.
Fecere id Moravi, fecerunt Elyſiique 1479.
Civis & Hexapoli de regione frequens.
Patria ſola ſed hoc cum nobilitate recuſans Ab anno 1480. usque ad annum 1490. mortem Matth.
Ad Boii rediit priſtina ſceptra throni.
Mitteret ad regem ut ſuffragia, ſigna, tabellas,
Non vi, non potuit cogi animoſa minis.
Exemplum reliquæ mox laudavere ſecutæ,
Hinc fidei totam laus manet Hexapolin.

Poſt ubi Ferdinandus delatas cepit habenas Imp. Ferdin. 1534.
Imperii ſummas, frenaque Romulidum:
Lites compoſuit veteres, diſcordia claſſes
Has inter ſevit quas regione duas. 1544.
Civilis quarum eſt, muro quæ clauditur, una:
At rura & campos altera equeſtris habet.
Jura etenim muros intra ſua juſſit & extra
Ad priſcas tabulas cuique manere rata.
Componi quod non potuit, ſalvo omne relictum eſt
Jure utriusque pari præſidis arbitrio.
Funeſto exarſit tandem Germania bello,
Urbibus his quod erat ſuſpicione grave.
Namque has caſtra ſequi contraria, fama ferebat,
Cum veteri oblitas religione fidem.
Hac irritatus Ferdnandus, ubi ante rebelles 1547.
Zechos paucorum ſuplicio domuit,
Omnes jure ſuo, & communibus exuit armis,
Et quas longa illis cura pararat opes.
Mox ubi proſpiceret fractas hac clade perire
Urbes, quæ longo tempore floruerant,
Laude gubernacli, communi rebus & ipſis
Ex uſu geſtis, obſequiique fide:
Pro culpa & magna pœnæ ſat mole gravatas,
Juſtitiæ fautor, civis amansque ſui,
Tam libertatem, quam municipalia jura
Æquo reſtituit priſtina judicio.
Plura his adjecit ſucceſſor Maximilianus: Maximilianus II. Imp. 1562.
Æmulus hæc auxit patris avique bonus,
Imperii ſummas qui nunc moderatur habenas, Rudolphus Imp. II. 1578.
Fatum atavi ſpondens nominis augurio.

Quin a Brennoniis memorant monumenta Toparchis
Regibus & deinceps ordine Zechiadis,
Illis præfecti, Voitnrum nomine, Innga Præſides provinciales.
Qui ſerie (tunc ut resque locusque tulit)
Abſentum geſſere vices, rexere locoque,
Demenſo pactis jure ſed atque fide.

Uſque a Cæſaribus vi conſvetudinis actæ
Præfectos Voitos namque habuere ſuos,
Ex his Polſnicia referunt de gente Barones,
Cum Caminiæna ſtirps quibus una fuit,
Iſtos ante alios Svevorum a tempore ſceptri:
Poſt itidem, ſummus Brenno ubi Eparchus erat.
Zechis & primis ſub regibus inde duobus,
Neutrorum ſatis at nomina ſtirpsque liquent.
Eſt notos inter qui Pflugius (a) eminet unus,
Tres ſtirpis celebres Eliſiæque duces,
Svidnicius Bulko (b) Henricus (c) Glogovius, unus
Cumque his (d) Fridericus ſtemmate Ligneſius.
Duxque Sigismundus Lituana e gente Jagello,
Rex qui poſt geſſit ſceptra Polecha ſenex.
Rege creatus avo novus advena (e) Carolus oris
Munſterbergiacis, Dux quoque & ipſe novus.
Orti ex diverſis regni illuſtresque Barones,
At claris priſco nomine ſtemmatibus.
(f) Coldicio, (g) Wartburgiaco, (h) Sternbergo, (i) Ilebergo,
(k) Colbrato, (l) Roſeo vertice, (m) Donavio,
Bircæo, (n) Comitum Schlickonum, (o) Schleinicioque,
Qui nunc & munus Jan. Ditericus obit,
Armis illuſtri natu ſtirpe ex Zerotina. (p)
Advena ut ingeſſit ſe quibus & (q) Stenius,
Hunniades rerum Corvinus quando potitus
Oppida Pannonio ſubdidit iſta throno.
Qui vivam regis cælatamque arte ad amuſſim
Arcis in erexit veſtibulo effigiem,
Infeſtusque urbi fuit & gravis, illa relicto
Pannone quod mallet proxima regna ſequi,
Cuique inſerta fuit regno, conjuncta manere,
Quamtumvis duras ederet iſte minas.
Gnatum Bulkonis, dum forte ignobile vulgus
Commotum inſana ſeditione furit,
Legesque ex libito ſtatuit, mutatque Senatum,
Conjurata legens, urbe quieta fugans.
Ac partitur opes, reditus, cenſusque perennes,
Munera vult quibus & publica diſtribuit:
Armis illum igitur cives ſepſere coactum
Non munita ſatis tecta ſub acropolis.
Marchio ſed Moravus compoſita lite Jodocus (r)
Tunc Wenceslai Regis ad arbitrium.
Ardentes iris animos & noxia tela
Ponere contentum juſſit utrumque ſuo.
Non plebs cæca tamen rectique ignara reſedit,
Sceptra neque expulſis debita reſtituit.
Rex Wenceslaus donec capita enſe reſecta
Suſtulit, in veteri res ſtatuitque loco.

Nunc ad te laudesque tuas, urbs clara, revertor (s)
Naſcenti primum patria facta mihi,
Quæ tantis ornata licet ſis dotibus, arctis
Rebus & a miti ſæpe reſecta Deo!

Hoc

Otto de Polſnitz ſub Ottone & Conrado March. anno 1284.

(a) Sub Wencesl. Imperat. Henric. Pflug. anno 1598.

(b) Bolco Dux Svidnic. anno 1410.

(c) Sub Sigismund. Imper. Henricus junior Glog. Dux anno 1420.

(d) Albertus a Colditz a. 1448 ſub Georg. Bojem. & ex eadem familia.

(e) Tioio & Joannes.

(f) Henricus Roſeb. anno 1458. Hinco Colobratius 1465. Sub eodem & Matth. Cor. Ladislaus a

(g) Sternb. anno 1467.

(h) Frid. Dux Lign. 1477.

(i) Georgius Stenius usque ad mortem Matth. ſub Ladislao Reg.

(k) Sigism. Warteob. anno 1515. Wilhelm. Ilberg anno 1517.

(l) Sub Lud. Reg. Carol. Dux Münſterberg. anno 1518. ſub Ludov. R. & Ferd. Imper.

(m) Ladisl. Bircke anno 1522.

(n) Chriſtoph. Burg. Dom. 1547. ſub Ferd. & Maximilian. Imp.

(o) Joachim Schlick Comes anno 1562. ſub Rud. Imp.

(p) Joann. a Schleinitz. anno 1572. (q) Joann. Dietericus a Zerotin anno 1594. (r) Jodocus Marchio Moraviæ componit diſſidium. (s) Concluſio.

Hoc major tamen es, ſi neſcis, muncte ſummum
Divini quod adhuc pignus amoris habes,
Quod te Evangelii mature voce vocatam
Duxit ad electi Chriſtus ovile gregis.
Hoc tua damna leva ſolamine, multa tuliſti,
Impavida verum dogma profeſſa fide.
Cunctis ſorte piis communi: grata Deo ergo
Nobile conſerva depoſitum, idque cole.
Hæc gemitus & vota tui memor inter, opima
Exiliens ad te ſpe reditusque cano.
Moriger hoc Chriſto dum carcere ſervio miles
Militis inſvavis ſeptus ab excubiis.
Excipit allapſæ lento qua vortice Pliſſæ
Præterlabentes albus Eliſter aquas:
Solis ad occaſum quibus & ſe languida cœno
Admiſcet nigris tertia Barta vadis:
In quo multa meo triſtis dum corde voluto,
Adverſa opponens priſca retexta novis.
Dum magni ſatum geniumque Melanthonis, & quæ
Ex illo maneant me quoque ſata, puto:
Quantis extulerint me hunc propter honoribus auctum
Obruerit quanta mole Deusque crucis.
Miraclo quanto, cauſas præterque ſecundas,
Spes hominum ſupra ſervet & hujus ope:
Dum mecumque agito, quis finis utrumque malorum
Expectet, vel quæ lumine caſſus obit,
Vel quæ vivus adhuc tolerem, ſed carcere, clauſus
Ceu tumulo: quod, quæ tradidit ille, probem:
Recreor a celſo ſpe, qua ſpondetur utrique
Illi antiquus honos, at mihi certa ſalus.
Hac ſpe ſuſtentor, lætus finemque dolorum
Opperior, vitæ certus & effugii.
Humani quamvis pe itus ſolaminis orbus,
Attamen infractus, me relevantis ope,
Ardet amore tui cognati ſanguinis ardet
Et deſiderio pectus, ut igne, meum.
CHRISTE tibi natale ſolum, cætumque piorum,
Quos Flacicus toto ſparſit in orbe furor,
Sanguine conjunctum mihi quicquid amicitiaque
Commendo, addictum quicquid & officio eſt.
Te precor, hac agmen tibi collige ſemper in ora
Electum, & flatu ſanctificante rege.
Dogmata cognoſcat tua quod, ſonet ore, fideque
Te pure conſtans juſtificante colat.
Invocet & caſto te pectore, moribus ornet
Omne ſuum ſanctis, quod tibi præſtat, opus.

Cura gubernandi populum quibus atque poteſtas
Eſt commiſſa, ſacri juris & arbitrium,
Quemque ſua reliquis, qua præeſt, ſede, locoque
Dirige conſilio, præſidioque juva.
Subjectorum animos, aureſque inflecte, capeſſant
Juſſa Magiſtratus ut veneranda ſui.
Pelle procul rerum fortunarumque pericla,
Contagies cœli peſtiferasque fuga.
Illo urbemque vide vultu, quo cuncta ſerenas:
Fac vigil excubias angelus intus agat.
Cæſaris imperio da proſpera ſecla, ſecundas
Res cum ſucceſſu, rectaque conſilia.

Annus Idyllii ſcripti 1583.

Diſcot-

Diſcordes animos ſana, civilia bella
    Reprime, pacato regnet in orbe quies.
Averte hoſtiles acies, Scythicasque ſagittas,
    Fac prædam Hircanis Turcica caſtra feris.
Tattaricos averte canes, rabiemque retunde,
    Quæ gladio carnes ore hominumque vorat.
Quæ nimboſa velut cum grandine & igne minaci
    Obvia cum tonitru cuncta procella quatit,
Eventu inque tuas læto omnia dirige laudes,
    Nominis ut vigeat gloria ſola tui.
Poſt tenebras & lux toto dominetur in orbe,
    Judicio dictum tempus ad usque tuo.

F I N I S.

CHRI-

CHRISTOPHORI MANLII, GORLICENSIS PATRICII COMMENTARIORUM RERUM LUSATICARUM DEIGMA

SIVE

EPITOME

NONDUM USPIAM IMPRESSUM,

NUNC

CUM IPSIS COMMENTARIIS OMNI MODO EXPOLITUM ET PERFECTUM

IN LUCEM PRODIT

EX

SENATUS ZITTAVIENSIS BIBLIOTHECA.

Daniel.

DEUS conſtituit & transfert regna.

Deut. XXXII.

Memento dierum antiquarum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: majores tuos, & dicent tibi.

Deut. IV.

Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die, quo creavit Dominus DEUS hominem ſupra terram.

Ovid.

Et pius eſt Patriæ facta referre labor.

Ampliſſimis & ſpectatiſſimis Viris, Conſulibus & Senatoribus inclytæ Reipub. Gorlicenſis,

Dominis & Patronis ſuis honorandis.

PLurimum referre judicant eruditi, ſtudioſos bene inſtructos eſſe cognitione hiſtoriarum de domeſticis & patriis rebus, quod hæc efficacius quam peregrinæ animos moveant, & ad virtutis ſtudium inflamment. Id cum mihi quoque eſſet perſvaſiſſimum, proximis his quatuor annis, quicquid de Luſatia patria noſtra, latiſſimos hiſtoriarum campos libanti uſpiam occurrit, haud oſcitanter excerpſi & conſignavi. Cum autem paulatim velut alluvione ſatis crevisſent qualescunque illæ annotationum obſervationumque mearum συλλογαι, nuper paucis pagellis quoddam eorum quaſi incerniculum ſive ſpecimen concinnavi. Hanc meam properatam ſane opellam VOBIS, Ampliſſimi VIRI, Patroni honorandi, offero, teſtem mei in patriam amoris: quam ſi eo animo, quo a me proficiſcitur, ſuſceperitis, hoc eſt, ſi impenſum illud ſtudium diligentiæ noſtræ non improbaveritis, ad majores & meliores in hoc genere conatus non leve mihi calcar addetur. Magnum & difficile opus eſt, hiſtoriam recte ſcribere, & haud ſcio, an inter humanæ ſapientiæ & eloquentiæ opera, omnium longe difficillimum & ſummum. Neque ego ita ſum ridicule ineptus, ut non intelligam, quam ad tantam Provinciam ab omnibus neceſſariis adminiculis & præſidiis longe ſim imparatiſſimus. Optare tamen me & cupere, ut Luſatiarum & patriarum rerum commentarii ſaltem non deſiderentur, atque adeo ceſſantibus aliis, in hanc curam ipſum incumbere, utique non fuerit reprehendendum. Inſtituti quidem a me operis guſtum præbebit τοῖς φιλοπάτρισι hoc ceu δεῖγμα, de quo bonos & æquos candide judicaturos confido, atque ut ita faciant, vehementer oro. Vos cum ipſa Republ. diutiſſime valentes ex animo opto. Ex ædibus paternis XIV. Cal. Jan. Ann. ciↃIↃ LXIIX.

Chriſtophorus Manlius
Gorlicius.

Conſpectus Deigmatis,

quod

Diſpeſcitur in XX. capita, quorum

1. *Agit de Origine Nominis Luſatiæ & Luſatiorum.*
2. *De finibus Luſatiæ.*
3. *De Diviſione Luſatiæ & Urbibus Luſatiæ tam ſuperioris quam inferioris.*
4. *De Fluviis Luſatiæ.*
5. *De incolis Luſatiæ priſcis.*
6. *De Marchionibus Luſatiæ in genere, eorumque officio.*
7. *De Marchia Brandenburgenſi.*
8. *De Marchia Miſnenſi & Luſatica, nec non primo Luſatiæ Marchione.*
9. *De Primi Marchionis Succeſſoribus.*
10. *De Bellis, quæ geſſerunt illi Marchiones cum Polonis, Bohemis & Imperatoribus.*
11. *De Mutatione regiminis in Luſatia ſuperiori tempore Henrici IV. Imperat. ab Anno 1056. 1106. regnantis.*
12. *De Converſione Pomeranorum & Luſatorum ad fidem Chriſtianam.*
13. *De urbe Gorlicenſi condita.*
14. *De Marchione Cunrado.*
15. *De reliquis Luſatiæ Marchionibus ex ſtirpe Timonis.*
16. *De Regibus Bohemiæ, Dominis & Marchionibus Luſatiæ.*
17. *De Marchionibus Brandenburgenſibus, Luſatiæ ſuperioris Poſſeſſoribus & Dominis.*
18. *De Regibus Bohemiæ, qui poſt Brandeburgenſes denuo facti ſunt Luſatiæ ſuperioris & inferioris Poſſeſſores & Marchiones.*
19. *Exhibet ſummam ſive Compendiolum Deigmatis ſeu Hiſtoria Luſatica.*
20. *Exhibet Deigmatis concluſionem cum Catalogo Autorum, quibus Manlius uſus fuit.*

LUSATIÆ ΔΕΙΓΜΑ.

CAPUT I.

De

Origine Nominis Luſatiæ & Luſatorum.

§. I.

Origo Nominis Luſatiæ. LUSATIÆ nomen fecere Luſatii, Slavica gens. (Slavos enim rectius dici, quam Sclavos, Cromerus autumat. (a) Et ſine C. litera idem nomen ſcribit Sigiſmundus Herberſteinius. (b) Quare & nos hanc ſcriptionem tanquam veriorem ſequimur:) Ipſos autem Luſatios Luſatiorum. a Luſuntio Bohemiæ amne nuncupatos, ex Æneа Sylvio (c) aſſeruit Crantzius. (d)

Fluvii Bohemiæ tres. §. II. Cum enim tres ſint ejus terræ fluvii, quos Multavia in ſe receptos & exoneratos in Albim ſecum devolvit, Saxona nimirum, Luſuntius & Miſa: credibile eſſe ait, pulſos inde a Marcomannis Bojos nomina fluminum, ad quæ pridem incoluiſſent, ſecum extuliſſe: ut Luſuntii accolæ, qui in proximis ad Bohemiam regionibus conſediſſent, Luſatii dicerentur, ſicut qui ad vicina his loca tranſiiſſent, Miſæ accolæ, Miſnenſes etiam num appellentur, & ultra hos progreſſi Saxonæ accolæ, Saxones. Fluviorum accolæ. Luſatii, Miſnenſes. Saxones.

§. III. Sed de poſterioribus duabus gentibus forte a vero non fuerint hæc aliena. De Luſatiis autem quæ adfert, ea qualia ſint, examinabimus alias accuratius. (e) Quid ſentiat Autor.

§. IV. Hos & Luticios, Luſicos, Luiticos, Luſanos, Luſuncios, Luticenſes, Luſnicenſes, & Luſatios &c. regionem autem Luſitiam, Luticiam, Luſnizam & Lauſniciam Synonymica Nomina Luſatiorum & Luſatiæ.

(a) Libro I. de Rebus Polonorum c. 13, lit. 6. p. 14. Edition. Baſil. 1568. ubi hæc verba habet: corrigendus hic eſt error eorum, qui eos Sclavos ſ. Sclavinos vocant.

(b) Folio ſecundo Commentariorum de Rebus Moſcovviticis, qui 1549. publicati multis Geographiæ atque imprimis Sarmatiæ ac Scythiæ tum Europææ tum Aſiaticæ partibus lucem attulerunt.

(c) Hiſtoria Bohemica c. I. de Situ & Flumin. Bohemiæ p. 82 ſeqq. Edit. Baſil. 1571.

(d) In Saxoniæ procemio, non D. Nicolai Ciſneri, ſed ipſius Krantzii, libro Saxoniæ primo præmiſſo & paginis juncto. Adeoque hanc aſſertionem Crantzianam invenimus pag. 3. ſub num. 10. 20. Edit. Francof. apud A. Wechelum 1575.

(e) Conf. integrum cap. 38. libri I. Commentariorum.

ciam nonnullos (f) appellaſſe reperio. Antiquitus Ditivoniam quoque dictam ex Cromero liquet. (g) Nos populares noſtros Luſatios, patriam Luſatiam (h) ubique vocabimus. (i)

CAPUT II.

De *Finibus Luſatiæ.*

§. I.

Fines Luſatiæ.

EA ab oriente ſole Sileſiam attingit, a meridie Bohemiam, Miſniam ab occaſu, a Septentrionibus Marchiam Brandeburgenſem. (k)

Quos deſcribit Joachim Meiſterus.

§. II. Hos limites eleganter, ut omnia, Joachimus Meiſterus his verſibus complexus eſt: (l)

Qua videt emerſi nitidos Hyperionis ortus
Prætexerunt latus umbroſi pinea Sileſi.
Proxima (qua Calaber dominator fulminis Auſter
Imbre ferit) loca monticolæ coluere Bohemi.
Divitiis gens clara, feracibus inclyta terris,
Seu Cereris dotes, ſeu Bachi vina requiras.
Heſperios mittit Zephyros, auraſque tepentes
Miſnia, turritum tollens caput alta, metallo
Vincta pedes, variaſque gerens in corpore merces.
Sed qua Mœnalia, Boreas ruit horriſer Arcto
Uda paludoſis attingit Marchia terris.

CAPUT III.

De *Diviſione Luſatiæ & Oppidis utriusque.*

§. I.

Luſatiæ diviſio.

PORRO Luſatia omnis in duas partes diviſa eſt. Superior ſex habet civitates, a quarum numero Hexapolis tractus ille dicitur; nimirum Budiſſinam, Gorlicium, Sittaviam, Löbaviam, Laubam & Camicium. Hoc enim ordine recenſentur in inſcriptione Epiſtolæ cujusdam Huſſitarum, de qua poſtea dicetur. (m)

Luſatiæ ſuperioris urbes.

Harum antiquiſſima.

§. II. Harum antiquiſſimam eſſe Lobaviam perhibent. Celebratiſſimum quidem & primi nominis Gorlicium eſt, quippe cujus apud exteros quoque in tantum percrebuit etiam quam pro re major fama, ut qui patrum memoria in aula Pannonica Ludovici Regis fuerunt ex hac vicinia oriundi, narrare comperiamus, magnum ad ipſos factum hominum concurſum certatim rogitantium ſuper iis, quæ de republica noſtra omnem fidem ſuperantia tum paſſim jactari audiviſſent. (n)

Gorlicii fama.

§. III. Inferioris quoque ſex ſunt oppida præcipua: Calum, Gobbinum, Lubinum, Cotbuſium, Sprembergum & Luca; reliqua hic recenſere nihil attinet.

Luſatiæ inferioris urbes.

CAPUT IV.

De Fluviis Luſatiæ.

§. I.

Fluvii Luſatiæ.

IN hac regione fluvii nominatiſſimi ſunt:

(f) Albinum Chron. Miſn. Tit. VII. p. 77. Protuff. Chron. Martisb. L. III. c. 3.

(g) Libro II. de Rebus Polon. ſub Tit. leſcus tertius pag. 25. lit. a Conf. Neugebauerus lib. II. Hiſt. Polon. in leſco III. anno Iɔcccx.

(h) Nam a temporibus Henrici Aucupis & Ottonis I. Luſatia inferior & ſuperior communi hoc nomine inſignita fuit, cum illa olim modo audiret Luſatia, quia Luſicorum ſedes erat, hæc vero Sorabia a Sorabis vel Serbis ibi habitantibus. Conf. c. 5. §. 5. bujus Deigmatis & in ipſis Commentariis libro I. c. 30. §. 2.

Præter nomen Sorabiæ Luſatia ſuperior alia etiam olim ſortita eſt cognomina v. g. dicta fuit Milzavia, Milzienia, Milcenia, itemque Niſſana & Nicæa, nec non Marchia Budiſſinenſis. Peucerus in Idyllio verſ. 17. 109. 117. 201. 202. 288 312. 342. 370. 371. 372. 373 374. 375. 376. 381. Goldaſtus de Regno Bohemiæ lib. 2. c. 4. n. 2, 3. Georgius Fabricius lib 2. Orig. Sax. p. 248. ſeqq. & libr. 3. p. 386. 393. Hujus vocis Luſatiæ origo ac ſignificatio fuſius quoque exponitur in aliis ſcriptis huic Collectioni inſertis, v. g. in Bechmanni Diſſertatione Theſ. 2. in Caſp. Sagittarii Hiſtoria Luſatica §. 2. 3. 14. in Kuntſchkii Diſſertatione prima de Luſatia Sect. I. de Nomine Luſatiæ p. 4. 5. in Haugvitzii Prodromo Luſatico c. I. in Groſſeri Memorabilibus Luſat. Part I. libro I. p. 3. In Frentzelii Luſatiæ utriusque nec non urbium Oppidorumque nomenclatore. Carpzovii Analecta Faſtorum Zittav. Part. I. cap. I. §. 2. pag. 1. 2.

(i) In ipſis Commentariis libro I. evolvatur inſimul c. 36. imprimis vero c. 37. §. 5.

(k) Conf. Commentariorum lib. I. c. I.

(l) In Urbis Gorlicenſis deſcriptione carmine Heroico confecta Anno 1555. quam circa finem hujus voluminis, ſi viſum fuerit, additam evolvere licet.

(m) Libro I. Commentariorum c. 2. §. I.

(n) Conf. Groſſerus Lauſitziſche Merckwürd. variis in locis, quæ indicat Index, imprimis autem Part. III. c. II. p. 69. ſeqq. ut & cap. 13. hujus Deigmatis.

AnnoChriſti. | AnnoChriſti.

erga hoſpites exereere. Fuit igitur initio Luſatia ſuperior Ilingorum ſeu Elyſiorum, inſerior Senonum, utriusque Svevicæ gentis Sedes.

Svevos pulſerunt Heneti & Sarmatæ.

Qui communi nomine dicuntur Slavi.

§. III. * Poſterioribus vero temporibus infuſi ex Aſia ad Viſtulam & Carpathum, indeque in Germaniam Heneti & Sarmatæ, quæ gentes cognatæ, ὁμόγλωττοι & vicinæ Slavi (q) communi nomine dicuntur. (Vandalorum enim nomine, ut vulgo aſſolet, honeſtari eos minime oportet, cum hos Gothicæ atque ita Germanicæ nationis populus fuiſſe Plinii, Procopii & aliorum claſſicorum Scriptorum autoritate conſtet, & Etymon ipſum teſtetur, etſi ex devictis his nomen ſibi illas adoptaſſe Dubravius exiſtimet:) Pulſis Svevis, cum magna Germaniæ atque adeo Europæ parte has quoque terras occuparunt, idque ante Coroli Magni Imperium.

Multæ horum fuerunt familiæ.

§. IV. Fuerunt enim horum quoque multæ ac diſtinctæ familiæ, ex quibus Sorabi, (r) qui & Syrbi ſive Sorbii Sarmatarum nomen, ut Melanchthonem ſecutus Peucerus aliquot locis judicat, referentes, Luſatiam ſuperiorem obtinuerunt, una cum Miſnia & principio Saxoniæ ſuperioris ad Herciniam oppreſſis ibi Hermunduris & ipſa Svevica gente. Unde dictæ regiones omnes uno nomine Sorabia appellari cæpere.

Quas regiones complexa ſit Sorab.

Inferioris Luſatiæ incolæ.

§. V. In inferiore (s) Luticii conſederunt, qui nunc Luſatii, ipſi quoque Heneta ſeu Slavica gens. (t) Neque enim vere proditum eſt a Garzone, eosdem cum Miſnenſibus eſſe Luſatios. Conſentaneum eſt autem, cum tandem Heinricus Auceps Soraborum regionem ſubacta gente, provinciam Romani imperii feciſſet, conſtitutis Marchiis Miſnenſi & Luſatica, tunc igitur Sorabiæ nomen exſtinctum, atque hanc quidem oram, quæ Hexapolis eſt hodie, cum Luticiorum terra conjunctam, communi nomine, Luſatiam dici cæptam. Soraborum tamen ſeu Serbiorum nomen, relliquiæ in Luſatia ſuperiori adhuc uſurpant.

Sorabi ſubiguntur.

Sorabiæ nomen extingvitur.

In Luſatia ſuperiori retinetur.

§. VI. Hæc de priſcis Luſatiæ incolis tum Svevis tum Slavis Peuceri & Brotuſi aliorumque vera & conſentiens eſt opinio. At Pirckeymerus ſcribit, quondam circa Cotbuſium & Dreſdam Benochemas & ſuper hos Corcontos habitaſſe ſub monte Aſciburgio, ubi hodie Gorlicium ſit & Budiſſina, cum reliquis civitatibus uſque ad Poloniam.

Pirckeymeri opinio.

§. VII. Aſciburgii autem nomine apud Ptolomæum montana illa contineri, quæ per Sileſiam ad Poloniam & Cracoviam usque ſe extendunt. Sed cum de Aſciburgio non videantur idem ſentire omnes, de Gorcontis quidem ſubſcribere Pirckeymero nondum auſim, licet eum Crato quoque ſecutus videatur. Melanchthon etiam aſſerit Calucones, quos ſub Ilingis collocat Ptolomæus, eſſe oram circa Lucam & Dobrelok, in quo tractu eſt & oppidum Kirchan, Lok autem nomen vetus idem quod nemus, & Dobrelok bonum nemus ſignificare.

Cui Manlius non ſubſcribit.

Aſſertio Melanchthonis.

§. VIII. Hæc conjectura ſi vera eſt, ſicut & nominum ſimilitudo & ſitus faciunt veriſimilem, Luſatiæ inferioris partem etiam Calucones (u) olim poſſiderunt, licet Peucerus, a quo non diſſentit Pirckeymerus, Electoratum Saxoniæ iis aſſignet, in quo & ipſo eſt Locha arx ſaltu celebris.

Calucones poſſidens Luſat. infer.

§. IX. Ex Slavicæ etiam gentis familiis in Luſatia inferiori circa Lucam, olim Lunkynam dictam, conſediſſe Stoderanos, (w) quorum nomen retineant etiamnum in eo tractu Domini de Stodericheim, Brotuſus paſſim monet, vocatque metropolin eorum Colshaimum. Peucerus Wilinorum & Stoderanorum ſedem ad Berlinum & Brandenburgum fuiſſe autor eſt.

Nec non Stoderani.

§. X. Sorabi & Heneti ſeu Vinedi, quique inter nos medii ad Svevum amnem incoluerunt Luſatii non contenti amplitudine occupatæ terræ, diu multumque ex parte una Turingorum initio, deinceps Francorum, qui Turingos ſibi ſubjecerant, ex parte altera Saxonum arma exercuerunt: illorum ad Salam terras, horum ultra Albim ad Luneburgum agros perpetuis deprædationibus carpendo atque infeſtando, adeo ut utrique ſæpe vim bellicoſiſſimarum gentium ægre & difficulter ſuſtinuerint ac repreſſerint.

Sorabi fines ſuarum regionum extendunt.

§. XI. Hos primum aggreſſus eſt Heinricus I. Auceps Imp. (humilem nominant veteres Germanicæ hiſtoriæ) Brandeburgo, quod fuit arx belli Heneti, obſidione expugnato. Anno 927. vel ſequenti, ut aliqui volunt, aſperrima hieme poſitis ſuper glaciem caſtris. 927.

Hos aggreditur Henricus Auceps.

CAP. VI.

* 320. poſt Chriſtum natum teſte celeberrimo Ludovici in Germ. Principe p. 205.

(q) Vid. cap. 29. & 30. libri I. Comment.
(r) v. cap. 31. Ejusd. libri Comment.
(s) v. cap 37. 38. C.
(t) v. cap. 40. Ej. libri C.
(u) v. cap. 34 Ej libri C.
(w) v. cap. 35. Ejusd. libri C.

CAPUT VI.

De
Marchionibus in genere.

§. I.

Conſtituuntur Gubernatores.

DOmitis Henetis, Sorabis & Luſatiis totam eorum oram diſtinctam in præfecturas Limitaneas, quas noſtra lingua vocamus Marchias ſeu Marchionatus, (x) diſtribuit gubernatoribus, quos Marggravios & Marchiones nominamus, h. e. limitum Præſides.

Qui vocantur Marchiones.

Marca idem eſt ac limes.

§. II. Marca enim teſte Munſtero Germanice ditionis limitem & extremitatem ſonat. Et Veltmarck (y) lingua Saxonica, inquit Cranzius, vocat quodque villagium ſuum agrum. Quos autem Gravios veteri Germanico nomine vocamus, olim judices fuiſſe armatos publica autoritate & poteſtate ab Imperatoribus non eſt dubium.

Gravius vero ac judex.

Quid ſint Marchiones, deſcribuntur ab officio.

§. III. Ut Marchiones aliud non ſint, quam præſides limitanei, qui aſſidue ad Imperii limites excubabant in armis, cumque finium & muniendorum perpetuo præſidio & proferendorum curam agerent, ſimul populis, quos armis defendebant adverſus vicinos hoſtes, juradabant. Nam quod ad Marchionem quendam Trojanum Antenoris Filium appellationis hujus originem referunt nonnulli, id minus placet.

Certa quædam origo eorum rejicitur.

Nomen eorum inoleſcit.

§. IV. Atque hujus Aucupis tempore primum inoleviſſe Marchionum nomen ante inauditum, idem Cranzius affirmat. (z)

CAPUT VII.

De
Marchia Brandenburgenſi.

§. I.

Marchia Brandenburgenſis opponitur Henetis.

HEnetis Auceps oppoſuit Marchiam Brandenburgenſem, (a) eique præfecit Sigefridum, cujus Sororem Mechtildim, Diterici Saxonis filiam, uxorem habebat, ut vult Peucerus, licet plerique diverſum ſentiant.

Henr. Aucupis uxor.

§. II. Conſtat quidem inter omnes, duxiſſe Aucupem Mechtildim filiam illuſtris Comitis Ringelheimii Diterici, ex eaque ſuſcepiſſe Ottonem I. Magnum Imperatorem. Sed fratrem hujus fuiſſe Sigefridum, nullus meminit. Urſbergenſis enim & Brotuſus aliique, tres ſolum Mechtildis fratres commemorant: Vitikindum, ultimum Ringelheimium, Immodum & Regenbornum, qui Danos Saxoniam depopulantes profligavit, quos ipſos tamen patruos ejus faciunt Beutherus & Peucerus.

Hujus uxoris fratres.

§. III. Solvet autem forte hunc de Sigefrido nodum id quod Brotuſus ex Chronicis Ditmarſi Epiſcopi Marſiburgenſis adducit, priorem videlicet Aucupis nondum Imperatoris uxorem fuiſſe viduam & monialem Hatteburchim, quam poſtea dimiſerit, ſive ob ſanguinis propinquitatem, ſive aliam quamcunque ob cauſam: nam de ea ipſe ſibi non conſentit. Hanc Sororem eſſe Sigefridi Comitis Marſeburgenſis ex Vitichindo Corbrien: probat, eandemque matrem Tanquardi, de quo mox dicetur. Atque iſtum ipſum Sigefridum ab eo, quem Peucerus ponit, non eſſe diverſum, manifeſtum eſt ex 1. Cap. lib. 2. Chronicorum Marſiburgenſ. Brotuſus tamen Marchionem Brandenburgenſem eum nusquam appellat, ſed primum, hac dignitate ornatum nominat Johannem comitem Stadenſem & Hertzfeldenſem Anno 928.

Solvitur nodus de Sigefrido.

CAPUT VIII.

De
Marchia Miſnenſi & Luſatica, nec non I. Marchione Luſatiæ.

§. I.

Inſtituitur Marchia Miſnenſis,

COntra Bohemos, Polonos & Sileſios, Hungaros item, aliasque gentes Sarmaticas & Scythicas condidit Henricus Marchias Miſnenſem (b) (ſive revocato veterum Myſorum nomine, ſive a rivulo ejus loci arciacurbi, atque inde toti regioni nomine indito) Anno Chriſti circiter 931. & Luſaticam.

& Luſatica.

§. II. Marchiam Luſatiæ commendavit Gereoni (c) ſeu Geroni comiti Stadenſ. præpotenti principi. Eidem enim poſtea Anno 937. quo & obiit Auceps, Otto I. cognomento Magnus, Aucupis Filius & Succeſſor, tradidit Marchiam Brandenburgenſ. & reliquam ditionem Sigefridi ſine liberis extincti, quem quidem fratrem Gereonis facit Brotuſus: qua de cauſa Tanquardus ſeu Tancmarus, qui & ipſe materno genere

Primus Luſatiæ Marchio eſt Gero.

(x) Vid. cap. 7 lib. II. Commentariorum.
(y) In Saxonia libr. III. cap. 9. pag. 70. linea 3.
(z) Loco citato, confer ejusdem Wandaliam Coloniæ impreſſam 1519. libro III. cap. 16.
(a) vid cap. 8 libri II. Commentariorum.
(b) vid. cap 9. libri II. Comment.
(c) vid. cap 10. libri II. Comment. item cap. 19. ejusd. libri Comment.

AnnoChriſti.

nere Sigeſridum attingebat, fratri Ottoni intulit bellum, cujus hiſtoriam latius perſequitur idem Brotuſus.

Qui & Magdeburgi fuit Burggravius

§. III. Primus etiam Gereo Magdeburgenſis Burggravii munus geſſit ejusdem Ottonis ordinatione. Memoriam ejus conſervat Cœnobium Veſtalium Gerenroda, quod de bonis Sigeſridi prope Quetlinburgum & Ballenſtetum ad Hirciniam fundavit, ubi & ſepultus eſt, cum obiiſſet Anno 965. quo ipſo Poloni & Sileſii Baptiſmum ſuſceperunt.

965. Poloni Baptiſmum ſuſcipiunt.

Geronis Uxor. Flius.

§. IV. Uxorem habuit Hildam ſeu Hiddam, Ottonis Comitis de Lauenmingen filiam, ex qua genuit filium Gereonem Epiſcopum Colonienſem, ut habet Chronicon Miſniæ. Plura de hoc Gercooe Brotuſius ex Ditmaro Epiſcopo Marſiburgenſi & libris rerum Saxonicarum Vitichindi. Variat tamen is non nihil a Peucero. Miſnenſem enim Marchionem Gereonem nominat, Brandenburgenſis vero Marchiæ ei collatæ non meminit.

Creditur Dux Saxonum.

§. V. Nec deſunt, qui hunc Saxonum, quorum præſidium Auceps Brandenburgo impoſuit, ducem ſuiſſe, atque ab Imperatore primum ibi Marchiooem conſtitutum, prodere auſint. Hæreditatem certe in Saxonia habuit, quam Peucerus ſcribit ab Ottone primo attributam Hermanno Bilichii filio nobili, cum Saxoniæ ducem eum crearet. Sed tantam Scriptorum diſcrepantiam conciliare, non eſt hujus loci.

CAPUT IX.

De Primi Marchionis Luſatiæ Succeſſoribus.

§. I.

Geronis Succeſſores.

Sororius.

GEreonem in Marchionatu Luſatiæ ſecutus eſt Sororius ejus Chriſtianus (d): in Brandenburgico Brunnico, cujus ſepulchrum extat Brandenburgi in monte Harlingorum. In Magdeburgenſi Burggraviatu ſucceſſor ei datus eſt, Hermannus dux Saxoniæ, is opinor, de quo jam diximus.

Chriſtianum primum excipit 2dus, hunc alii.

§. II. Chriſtianus ſecundus Luſatiæ Marchio reliquit filium Ditmarum, (e) eum ſortaſſe, cui Seuhildam ducis cujusdam Hermanni filiam nuptam fuiſſe in Chronico Miſnenſium legimus. Ex hoc natus filius ejusdem nominis genuit Ottonem.

§. III. Chronicon tamen Ditmarum alterum ἄπαιδα facit. Ottone ſine liberis mortuo Marchiam Luſatiæ obtinuit Theodo ſeu Dedo (f) frater Timonis Marchionis Miſniæ. Hoc loco quærendum, ſitne hic Otto ille ultimus, cujus filiam Luſatiæ Marchioniſſam Sigfrido I. Comiti Aſcaniæ Alberti III. filio innupſiſſe Genealogia Anhaltina tradit.

CAPUT X.

De Bellis, quæ geſſerunt Màrchiones.

§. I.

GEſſerunt autem Marchiones Miſniæ & Luſatiæ (g) magna bella cum vicinis Polonis & Bohemis, & aliquot ex illis fortiter præliando occubucruot. — Bella Marchionum.

§. II. Boleslaus Polonus is, qui Rutenorum lingva Chrobri h. e. acer dictus, quique poſtea ab Ottone III. Imperatore, quem puerum & Mirabilia mundi cognominarunt, creatus eſt primus rex, is igitur penetravit populabundus ad urbem Miſeoam usque, genti ἐμώνυμον, vi expugnata Budiſſina, poſt mortem Echardi ejus nominis primi, qui ab Ottone II. Imperatore, quem pallidam mortem Saracenorum vocarunt, Marchiam Miſnenſem acceperat, & ut fieret hæreditaria, impetraverat. — Boleslaus Polonus. Creatus primus Rex Polon. expugnat Budiſſam,

§. III. Nec finis bellorum fuit, antequam Otto III. Poloniam imperio conjunxit amicitia & fœderibus. Notetur etiam hic obiter Budiſſinam prope ſeſquicentum ante inſtauratum Gorlicium annis jam tum ita fuiſſe munitam, ut acerrimi Polonorum Ducis obſidionem aliquandiu toleraverit. — quæ obſidionem diu tolerat.

§. IV. Ipſi etiam Luſatii Ethnici adhuc (etſi enim fortaſſe Auceps Victor & filius ejus Otto Magnus ſicut Henetis & Sorabis, ita his quoque Eccleſias condiderunt, ut recte de DEO erudirentur, & ad pictatis atque humanitatis cultum aſsveſierent, ſæpe tamen gens levis ad quamlibet occaſionem abjecto veræ religionis ſtudio in priſtinas & inveteratas ſuperſtitionis Ethnicæ ſordes relapſa eſt facilime, unde & ab Ursbergenſi Abbate expreſſe pagani (h) nominantur:) Luſatii igitur ſæpe excuſſo — Luſatii adhuc Ethnici, Ad Chriſtum converſi, relabuntur ad ſuperſtitiones Ethnicas, & renituntur Marchionibus.

(d) vid. cap. 16. libri II. Comment.
(e) vid. cap. 17. - - -
(f) vid. cap. 18. - - -
(g) vid. cap. 20. - - -
(h) vid. cap. 24. - - -

cuſſo

cuſſo Imperaroris jugo, & contemptis, aut ſuperatis, ut credi par eſt, Marchionum præſidiis, ad arma redierunt. (i)

1035. §. V. Nam anno Chriſti 1035. qui fuit undecimus Imperii Conradi II. Franci, quem Saliquum appellant, Virbinum Caſtellum in confinio Saxoniæ ſitum expugnarunt, multis Chriſtianis occiſis & captis, ut ex Abbate Funccius annotavit. Addit tamen, hos ab imperii bello contritos, & ei factos tributarios anno ſequenti. Sed nihilo minus non ita multo poſt, videlicet Anno 1056. Henrici III. nigri, qui Cunradi hujus filius fuit & in Imperio ſucceſſor, exercitus ab iisdem ad internecionem cæſus eſt, magnaque edita ſtrages Chriſtianorum, quorum quidam gladio, quidam fugientes in aquis perierunt, inter quos & Gvilielmus Marchio nominatur ab Urſbergenſe. Hanc jacturam cum graviter tuliſſet Imperator, eodem anno ægritudine correptus diem ſuum obiit buccella panis grandiori ſuffocatus Nonis Octobrib. ut habet marmor ſepulchrale, quod Spiræ viſitur.

Adducitur exemplum.

1056.

§. VI. Atque ſuſpicari aliquis poſſit, Henricum I. Aucupem initio Luſatiis non tam præfeciſſe victis, quam oppoſuiſſe Marchiones, qui longius progreſſuros reprimerent. Poſtea ramen paulatim domiti, & commerciorum atque aliorum officiorum conſvetudine manſvefacti, tandemque religionis Chriſtianæ agnitione ac ſtudio prorſus deleniti, feritatem cum bellorum ac prædandi conſvetudine exuerunt, & Imperio Romano ſubditi fuerunt.

Domantur tandem Luſatii, & ad jugum coguntur ab Imperatoribus.

§. VII. Porro Dedo Sextus (k) Luſatiæ Marchio incidit in Imperium Henrici IV, cognomento Senioris. Sub idem tempus alius Dedo Miſniæ Marchio, qui Eckardo ſupra dicto tertio loco ſucceſſerat, mortuus & filius ejus patri cognominis a proprio miniſtro confoſſus eſt. Marchiam igitur Miſnenſem obtinuit Henricus Dedonis Miſnici patruelis. Hunc, quod ad Saxones Imperatoris hoſtes tranſiiſſet, expulerunt Bohemi mandato Imperatoris, qui Marchiam Miſnenſem decrevit & donavit Timoni Domino Bithyniæ & Sorbeci magno patrueli Henrici, præmium præſtitæ fidelis in bello operæ. Nam apud Cæſarem is fuerat educatus. Sed hic eam non poſſedit. Tenebatur enim adhuc a Bohemis cum vicina Luſatia.

Dedo VI. Luſatiæ Marchio.

Henricus, Marchio Miſnenſis, expulſus relinquit Marchiam Timoni, qui eam amittit.

§. VIII. Aliquanto autem poſt Conradus Timonis filius auxilio Lotharii II. Saxonis imperio Bohemis tota ditione exterminatis hæreditatem paternam acquiſivit, adjunctis ejusdem promiſſo & deinceps Conradi Svevi conſenſu pluribus, quæ ad Pliſſam & Eliſtrum amnes Vipertus Groicenſis & Hermanus Bincebergenſis Comites tenuerant.

Filius ejus recuperat.

§. IX. Atque hic Timo (l) genus ducens a Vitickindo cognomento Magno, poſtremo Saxonum rege (quem victum & baptizatum Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ ducem creavit Carolus Magnus) conditor eſt ſtirpis Marchionum Miſnenſium, qui mox Miſniæ Luſatiam, poſtea etiam comitatum provincialem Turingiæ, & tandem Ducatum atque Electoratum Saxoniæ adjecerunt.

Timo hic eſt conditor ſtirpis Marchionum Miſnenſium.

CAPUT XI.

De
Mutatione Regiminis in Luſatia ſuperiori tempore Imperatoris Henrici IV.

§. I.

Mutavit igitur tempore Henrici IV. dominos utraque Marchia Miſnenſis & Luſatica. Nam Luſatiæ bonam partem, eam nimirum, quæ nunc ſuperior eſt, Miſnenſibus ademerunt, & Imperatoris conceſſione retinuerunt Bohemi, quorum dux viceſimus Vratislaus ad ſollicitationem Viperti Groicenſis a Cæſare ob præſtitam contra Saxones fidam operam, apud Mogunciam in principum concilio, impoſito capiti ejus manu Imperatoris regali circulo, primus Rex Bohemiæ declaratus, & poſtea 17. Cal. Junii h. e. ipſo die S. Viti Pragæ quoque in templo SS. Viti & Wenceſlai Marryrum per Archiepiſcopum Trevirenſem Egilbertum inunctus & coronatus eſt Anno 1086. Atque hinc eſt, quod eo tempore cum Moravia, Sileſia, & Polonia etiam Luſatiam Bohemorum imperio adjectam eſſe ſcribunt Æneas Sylvius & hunc ſecuti Bonfinius Münſterus, & alii. (m)

Luſatiam ſuperiorem acquirunt Bohemi.

Quorum Dux primus Rex Boh. declaratur, & coronatur. 1086.

§. II. Dubravius Vratislaum bonam Luſatiæ partem ait adeptum mercedis loco ab Henrico IV. quod factionem ejus in bello contra Henricum filium plurimum foviſſet. Poſtea ei imperante Lothario principe Saxoniæ, cum in Luſatia Syrbii h. e. Sorabi res novarent, ac poſtquam Saxonem Cæſarem nacti erant, magis ad Saxones, quam ad Bohemos reſpectarent, a Vratislao ad hos compeſcendos, arcemque

Teſtimonium Dubravii.

(i) vid. cap. 22. libri II. Comment. item cap. 26.
(k) vid. cap. 25. - - - - nec non cap. 23.
(l) vid cap. 30. - - - -
(m) vid. cap. 31. - - -

que Gnoſdecam ab illis dirutam, rurſus inſtaurandam permuniendamque filium Bretislaum cum Alexio rerum militarium perito eſſe miſſum.

Dedonis ſ[illegible] ex[illegible]ngvitur.

§. III. Dedone Sexto Luſatiæ Marchione cum poſteritate ſua filio & nepote Henricis, ur habet Chronicon Miſnenſe, extincto, Coſmas Pragenſis, qui tum vixit, ut infra demonſtrabitur, ſcribit Henricum V. cognomento Juniorem (ipſi quartus eſt, excluſo ſcilicet ex Imperatorum numero Henrico I. Aucupe, quod Italiam ſuſcipiendi a Pontifice diadematis gratia non adierit, ut Blondum teſtem laudans Bonfinius monet, & poſt cum Peucerus & alii) præterito Cuntado Dedonis ex Timone nepote, ad quem jure pertinebat Marchionatus, dediſſe hunc Anno 1123 Viperto (n) Vratislao Regis Bohemiæ geneto, cui Ludora h. e. Lotharius poſtea Imperator & alii Saxones bellum ideo fecerunt, alienatis etiam a Cæſare ob hanc traoslatiooem eorum animis. Mortuum autem Vipertum anno proximo 1124.

1123. Comes Vipertus adipiſcitur Luſatiam ſuperiorem.

1124. Ejus mors.

Ejus Biographiam quis conſcripſerit.

§. IV. Hujus Viperti Marchionis Luſatiæ, Burggravii Magdeburgenſis & Leiſnicenſis, Comitis Groicenſis &c. Hiſtoriam integram jam olim de Chronico Pegavlenſi expreſſam, ſed correctam a ſe & locupletatam edidit Brotuſus. (o) Quare res ab eo in Germania & Italia auſpiciis imprimis Henrici IV. Imperatoris fortiter & præclare geſtas hic repetere ſupervacaneum fuerit. (p) Hoc tantum addo, in Luſatiæ Marchiam & Magdeburgenſem Burggraviatum Henricum, in reliquam patris ditionem Vipertum F. F. ſucceſſiſſe. Coſmas tamen & Dubravius filii Wenceslai tantum meminere, qui a liberis orbus, Ladislao Sobislal Ducis Bohemiæ filio de Luſatia donationem fecerit a Lothario autoritate Cæſarea confirmatam.

Ejus Hæredes.

Annus mortis dubius. 1123.

§. V. De anno mortis (q) variat a Coſma Brotuſus. Scribit enim vivere deſiiſſe Vipertum ſeniorem Anno 1123. XI. Cl. Jun. ſepultum Pragæ ad Eliſtrum inter ſepulchrum uxoris S. Judithæ (Coſmæ niſi fallor, Luidmilla eſt: Juditham certe Ladislao Polono denupſiſſe, Dubravius ſcribit) & chorum in æde D. Jacobi, quam ipſi a peregrinatione relligionis ergo Compoſtellam ſuſcepta reverſus, fundaverat.

1107. Anno 1107. una cum adjuncto Cœnobio Ordinis S Benedicti, in quo tandem monachus factus vitam in terris ſuam clauſit.

Meminit tumuli Georgius Fabricius itinere Chemnicenſi, ubi Vipertum ornat elogio:

„ Audacis juvenis, cujus fuit inclyta Marte
„ Dextera, conſiliisque idem nec inutilis autor
„ Creditur.

§. VI. Chronicon Miſniæ Vipertum non facit Marchionem Luſatiæ, quod temporis exiguitati, quo eam adminiſtravit, imputo. Filio autem ejus Henrico (r) ab Imperatore ob ſumma erga ipſum merita Luſatiam in feudum datam narrat, qui, cum in comitiis a Lothario aleatore Imperatore anno 1134. Mogunciaci celebratis, ſine hæredibus deceſſiſſet, (ſ) feudum Marchiæ una cum Groicenſi comitatu ab Imperatore accepiſſe Cunradum Miſniæ Marchionem.

Vipertus non habetur pro Marchione Luſatiæ. Bene tamen filius ejus,

a quo accipit Conradus Miſnenſis Marchio.

CAPUT XII.

De Converſione Pomeranorum & Luſatorum ad fidem Chriſtianam.

§. I.

HEnrici V. Imperatoris ſeculo anno Chriſti 1124. quo Vipertum obiiſſe Coſmas ſcribit, Orto (t) Dei gratia Pabebergenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Imperatoris Cancellarius, ex antiqua & præpotenti familia Comitum Andechſianorum, qui poſtea ducum Meraniæ & Marchionum Iſtriæ dignitatem acquiſiverunt, & Voitlandiam, Bavariæ partem, Carinthiam, Comitatum Tyrolenſem, Croatiam & Dalmatiam tenuerunt, oriundus, vir præſtans divino admonitus inſtinctu, crebris item Boleslai Poloniæ Ducis literis evocatus, Caliſtique II. Pontific. M. autoritate & aſſenſu roboratus, impetrata ab Imperatore quoque, qui tunc Pabebergæ comitia agebat, venia, ad partes Pomeranorum, quos nuper Poloni finitimi gladio ſubactos ad Chriſti juga coëgerant, profectus, ad fidem eos Catholicam convertit, Ducibus Bertislao & Caſimiro Chriſtianis ſacris initiatus: Unde Apoſtolus Pomeranorum cognominatus eſt.

1124. Orto Epiſcopus Pabebergenſis Pomeranos convertit,

Unde eorum Apoſtolus audit.

§. II. Simul etiam civitates quasdam terræ Luticiæ ſeu Luſatiæ aggreſſus eſt, ut inco-

Prædicat etiam Evangelium incolis Luſatiæ inferioris.

(o) vid cap 1. libri III. Commentariorum collato cum cap 9. Ejusd. libri.
(o) vide hujus Comitis Viperti Vitam huic Collectioni Scriptorum R. L. inſertam.
(p) Plura de eo refert Manlius cap. 2. 3. 4 5. 6. 7. 8. libri III Commentariorum.
(q) vid. cap 10. libri III. Comment.
(r) vid cap 11. libri III. Comment.
(ſ) vid cap 12. libri III. Comment.
(t) vid. cap 13. libri III. Commentariorum, ubi Autor prolixius perſequitur hanc converſionis Hiſtoriam.

incolas ab errore ſuo revocaret, & ad viam veritatis atque agnitionis Filii Dei perduceret. Ac apud Urſpergenſem & Cranzium inter octo urbium nomina, in quibus prædicavit, fidemque ſeminavit, recenſetur etiam Lubinum, Luſatiæ inferioris oppidum. Utriſque tam Pomeranis quam Luſatiis baptizatis & converſis Eccleſias conſtruxit atque conſecravit.

Fundat Eccleſias.

Redit Pabebergam. §. III. Rediit autem Pabebergam anno ſequenti in Profeſto Paſchatis, hiſtoriamque profectionis ſuæ & capita religioſi cultus, quem gentibus illis obſervandum præſcripſerat, literis mandari juſſit. Ea apud Urſpergenſem leget, qui volet.

Publicat Hiſtoriam profectionis.

Initia religionis Chriſtianæ apud Luſatios. §. IV. Atque hæc initia fuere religionis Chriſtianæ apud Luſatios noſtros, etſi veriſimile eſt, ut ſupra monuimus, jam ante ab Aucupe (u) aliqua ejus jacta fundamenta. Paucis poſt annis Lotharius II. Henrici V. ſucceſſor abolitis eorum idolis, omnes Ethnicæ ſuperſtitionis reliquias exſtirpavit, ut mox dicetur.

1069. Ottonis Nativitas. §. V. Cæterum hic Otto natus traditur Anno 1069. & numeratur a conditore ſtirpis Arnulpho Imperatore eo, qui anno 900. Θθεγειόσι periit, decimus, ut fuerit frater Berrholdi II. Aliqui tamen fratrem eum faciunt Bertholdi III. Fuit autem *Agnati,* Bertholdus II. quintus ante Ottonem ultimum, in quo ſtirps defecit, cum anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, vel ſecundum aliquos quinquageſimo Plaſenburgi ab Hagero quodam, cujus uxorem ſtupraſſe dicebatur, interfectus eſt. Vixit S. Otto annos LXX. *1139. Mors, Canoniſatio.* Mortuus anno 1139. in Divorum numerum relatus Clementis Pontificis conſenſu anno 1189.

CAPUT XIII.

De Urbe Gorlicenſi condita.

§. I.

Quo tempore Gorlicium conditum. Lothario II. Imperatore, Henrico vero Viperti filio, octavo Luſatiæ Marchione, Zobeslaus I. Dux Bohemiæ, qui Uratislaum regem ſexto loco ſecutus eſt, princeps tam pace quam bello in paucis clariſſimus, Gorlicium, (w) ut alii volunt, condidit, ut nos, inſtauravit, in ruinis vetuſtiſſimæ ſeu villæ ſeu munitionis Drevoniæ Anno 1131. Poſſidebant enim tunc Luſatiam ſuperiorem Bohemi a tempore Henrici IV. qui eam Marchionibus Miſniæ, quod Saxones juviſſent, ademptam, primo Bohemorum Regi conceſſerat, ut ſupra (x) docuimus. Unde efficitur, omnes Dedonis primi ſucceſſores ad ultimum uſque Fridericum illum, cui fuit admorſa gena, inferiorem tantum Luſatiam poſſediſſe, in ſuperiorem parum aut nihil juris habuiſſe. Sed cum pleríque arbitrentur ante hoc tempus nullam retro eſſe hujus noſtri loci natalis memoriam, priusquam ad reliqua progrediamur, hæc minuenda eſt opinio.

1131. Conditor ſive inſtaurator fuit Zobeslaus ſ. Sobieslaus, Dux Bohem.

Marchiones Miſniæ modo poſſident Luſatiam inferiorem.

Falſa opinio removetur.

Manlius vidit Annales Manuſc. §. II. Vratislaviæ cum eſſem anno abhinc tertio, legendos mihi dedit amicus Annales rerum Bohemicarum manuſcriptos, quos ante annos plusquam quadringentos Coſm. Eccleſiæ Pragenſis Decanus, vir ut tunc ferebant tempora, nec indoctus nec infacundus, jam octogenarius latino ſermone contexuit, tribus libris hiſtoriam ſuæ gentis, ab initio inhabitatæ ejus terris, uſque ad Uladislaum XX. ducem, qui imperante Henrico V. ſedente Romæ Caliſto II. P. M. vixit, complexus. Id ipſum Chronicon & Wenceslaus Hagecius legit, ac in ſuis rerum Bohemicarum Commentariis citavit, referente Cromero.

Illos citat Hagecius,

& alii. §. III. Meminit ejusdem C. Geſnerus in appendice Bibliothecæ ſuæ, & addit nondum id uſpiam eſſe impreſſum. Georg. item Fabricius Hiſtoricis & Chronographis Germaniæ, quos ſingulis diſtichis deſcripſit, hunc Coſmam annumerat, idemque autor fuit erudito Juveni Johanni Bannoni, ut Annales ejus pertexeret & ad noſtram uſque ætatem continuaret, quod refert Mathæus Collinus in Epiſtola lucubrationibus Oratoriis Bohuslai Haſſenſteinii Baronis Bohemi præfixa. Ad hanc igitur hiſtoriam adjecerat Paralipomena innominatus quiſpiam tum aliunde, tum ex Moravorum Chronicis congeſta.

In illis Annalibus fit mentio Gorlicii. §. IV. In iis Gorlicii quoque mentio fit duobus locis, quos ſi quis diligentius conſideraverit, reperiet, ubi nunc Gorlicium eſt, olim munitionem fuiſſe nomine Drenow, ſive ut noſtri Annales habent, Drebnaw villam, juxta flumen Niſam, hoc eſt Niſſum, in partibus Mileſcko. Eam deſtructam quacunque ex cauſa vel occaſione (nam id non traditur) una cum aliis duabus, quarum nomina ponuntur Primda & Tachou, reædificatam a Bohemis Anno Chriſti 1126. appellatamque tunc fuiſſe Slavice, hoc eſt, Bohemice (ſæpe enim in hac hiſtoria Bohemi nomine generis dicuntur Slavi) Tzorilik.

Cujus initium & appellatio. 1126.

§. V. Sexennio poſt h. e. Anno 1131. *1131.*
exu-

(u) Conf. cap. 15. libri II. Comment. de templis, quæ extrui curarunt in terris Slavorum Henricus Auceps & Otto I.

(w) Repetatur §. 1. cap. III. Deigmatis Conferatur ibidem Groſſerus in L. Merckwürd. Part. I. p. 32. 39. Part. III cap. 1. pag. 69. Balb. Epit. R. B. lib. III. c. 10. p. 222.

(x) cap. XI. § 1. 2. 3.

exuſtis (ut vult Hagecius) (y) prioribus ædificiis, Sobeslaum ducem Bohemiæ, hujus nominis primum, in ordine XXVI. tandem caſtrum ibi excitaſſe mœnibus, foſſis, turribus & propugnaculis (ſecundum noſtratium annalium annotationes) munitum, in quo prius nomen Yzhorelik hæſerit, cum eodem anno aliud quoque ædificaſſet ad radicem villæ Tachoviæ in finibus Meſco, idque ex nomine adjacentis villæ appellaſſet.

Annus conditi Gorlicii primus.

§. VI. Atque hic annus tanquam conditi primum Gorlicii auſpex conſtanter, tum in inſcriptione quadam, quæ in Choro Monaſterii Gorlicenſis extat, tum in annalibus paſſim legitur, eſtque is ſextus Imperii Lotharii Secundi Saxonis. Addit Hagecius, Budiſſinam quoque vetuſtate ſqualentem renovaſſe Sobislaum, ac nonnullas arces viduæ Viperti dotis nomine oppignoratas ſoluto ei pretio redemiſſe.

S. Bernhardus eodem tempore floret.

§. VII. Eo tempore floruit & in pretio fuit S. Bernhardus Abbas Claravallenſis, cujus ideo mentionem facin libentius, quod ſcripta ejus a Sententia D. Pauli & noſtrarum Eccleſiarum doctrina de juſtificatione hominis coram Deo ex miſericordia per fidem in unicum mediatorem filium Dei Dominum noſtrum JEſum Chriſtum non diſcrepant. Citatur inter alia & hoc ejus dictum ex concione de annunciatione: Neceſſe eſt primum omnium credere, quod remiſſionem peccatorum habere non poſſis, niſi per indulgentiam Dei, ſed adde, ut credas & hoc, quod per ipſum pecata tibi donenrur. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet Spiritus Sanctus in corde tuo dicens: Remiſſa ſunt tibi peccata tua, ſic enim arbitratur Apoſtolus: Juſtificari hominem per fidem. Claruit eadem ætate & Hugo de S. Victore, Theologus Pariſienſis.

qui juſtificari hominem per fidem tradit.

Hugo de S. Victore claret.

§. VIII. Porro quid ſignificet vox Heneta Yzhorelik, vel ut noſtri annalès habent, Tſchorliz, nondum ſcire potui. Neutiquam tamen dubium mihi eſt, ex illa ipſa vetuſta loci hujus appellatione deflexum recens Gorlicii nomen, immutato non nihil ſono διὰ τὸ εὔφωνον, quam meam opinionem etiam annalium confirmat autoritas. Nihilominus non improbo quorundam conjecturam, qui Gorlicium Luſatiæ ſeu Elyſiorum montem atque arcem ſignificare aſſerunt. Gura enim lingva Heneta mons dicitur, unde diminutum eſt Gorca monticulus. Elyſios autem apud Tacitum Luſatios eſſe aut Sileſios, ſupra (z) dictum eſt. Sed in præſentia iſta hactenus. (a)

Origo nominis Gorlicii.

CAPUT XIV.

De Marchione Cunrado.

§. I.

REdeo nunc ad Cunradum (b) Timonis filium. Hunc Luſatiæ Marchionem a Lothario Imperatore creatum etiam in S. Hedwigis vita annotatum eſt. Cui aſtipulatur Chronicon Marſiburgenſe, in quo huic Conrado titulus Marchionis Luſatici tribuitur. Quin in eodem legimus, Lotharium Idolum Luſatiorum Flyniſum (c) deſtruxiſſe & Luſatiam initio Imperii Romani Marchiam feciſſe. Verum in hoc errat, quod primam Marchiæ Luſaticæ inſtitutionem Lothario adſcribit, cum Henrico Aucupi ea debeatur. Sicut & Miſniæ Chronicon, ſed longe tolerabiliori errore, antiquitatem hujus Marchiæ non altius quam ab Ottonis primi temporibus repetit.

Cunradus fit Marchio Luſatiæ.

Lotharius deſtruit Flyniſum.

Scriptorum duo errores.

§. II. Addit autem Hiſtoria Hedvigis, Luſatiam in Chronicis antiquis Marchiam Orientalem (d) dici. Quod ipſum quoque confirmat Brotuſus, qui Marchiones Miſniæ & Luſatiæ orientales dictos tradit. Apud Coſmam vero Pragenſem orientalium Marchionum nomine Auſtriæ Marchiones veteres limiti orientali præfecti intelliguntur. Et Dubravius ſcribit, quam nunc Auſtriam appellamus, olim Marchiam orientalem vocatam. Diverſi ab utrisque Juſtiniano imperante fuere Comites Orientis, de quorum apparitoribus T. T. eſt LVII. lib. XII. Cod.

Luſatia dicitur Marchia Orientalis.

§. III. Fuit igitur nonus Luſatiæ Marchio hic Cunradus, Princeps potens & opulentus, ut qui a Niſſo flumine ad Thuringiam usque longe lateque imperitarit, Bithyniens. Bremens. Juliburgens. Groicens. Leiſnicens. & Rochlicens. Comitatuum Dominus. Interfuit ſacræ Aſiaticæ expeditioni, quam Cunradus III. Imperator Franciæ & Sveviæ Dux, qui Lnthario ſucceſſit, a S. Bernhardo Abbate Claravallis concitatus cum Ludovico Gallorum rege & compluribus principibus viris ac Epi-

Cunradi Potentia & opulentia.

Intereſt expeditioni ſacræ.

(y) In Chronico Bohem. Parte I. Fol. 218. ſub anno 1131. collato fol. 235. ſub anno 1139. & integro libro undecimo Hiſtoriæ Bojemicæ Dubravii.
(z) § 2. cap. V. Deigmatis
(a) Conſolantur cap. 28 & 30. libri III. Commentariorum Maulii.
(b) vid cap. 2. libri X. Comment.
(c) vid. cap. 32. libri II. Comment.
(d) vid. cap. 14. libri II. Comment.

Epiſcopis in Syriam (e) contra Saracenos
1146. Turcosque ſuſcepit Anno 1146. Obiit (f) decennio poſt Nonis Februarii ætatis anno LIX. ut annotat Eberus. Chronicon Miſniæ Septuagenarium facit.

Ejus obitus.

Vivente eo magna ex parte extirpantur Slavorum familiæ.

§. IV. Cæterum hoc Cunrado primo Marchiam Luſaticam gubernante, ætate Cunradi III. Imperatoris Henricus Leo, Superbi filius, Bavariæ & Saxoniæ Dux, parens totius ſtirpis Ducum Brunſvicenſium & Luneburgenſium: & Albertus Urſus Comes Aſcaniæ in Ballenſtet & Soldwedel, Marchio Brandenburgenſis, conditor trium ampliſſimarum familiarum in Germania, Principum Anhaltinorum, Marchionum Brandenburgenſium, veterum, & priorum Saxoniæ Ducum, qui ante Miſniæ Marchiones Vitebergam tenuerunt, de quibus Stemma Ducum Luneburgenſ. reliquum eſt; hi igitur Slavorum familias, quod religionis Chriſtianæ profeſſione poſt Ottonem I. Magnum, qui Henetis & Sorabis Eccleſias conſtituerat, repudiata, latrociniis crudelibus vicinos Chriſtianos infeſtare non deſinerent, longis continuisque bellis magna ex parte exſtirparunt. (g)

In eorum terras novæ ducuntur Coloniæ.

§. V. Henrico cum Henetis, quos rexere Obottitorum principes: Alberto cum Sorabis ad Albim, in Marchia Brandenburgenſi & ſuperioribus Luſatiis res fuit. Uterque in deſolatas terras novas duxit colonias, Henricus translatis in Henetorum regionem, ubi Ducatus eſt Megalburgenſis & Pomeraniæ pars, Friſiis atque Saxonibus: Albertus ad Albim Salamque in Soraborum & Luſatiorum loca prope Myſos & Hercinios ad Albim & Havelum collocatis Hollandis, Seelandis, Flandris, & Friſiis, Francos etiam & Rheni accolas ad Oderam traduxit Albertus, qui primi circa Francofurtum, Croſnam, Fürſtenbergum & Gobbinum vites ſeverunt, quibus ante hac iſta loca carebant.

In Luſatiam introducitur ſermo Germanicus.

§. VI. Tunc igitur in Luſatiam introductus eſt & propagatus ſermo Germanicus. (h) Vernacula enim Luſatiorum lingua, id quod ex Sigismundi Gelenii epiſtola Geſnerus, ex Geſnero Surius deſcripſit, Illirica fuit, h. e. Slavonica ſeu Heneta, qua nulla per univerſam Europam latius patet, quippe quæ etiam in Aula Turcica uſum linguæ patriæ, nunc pene obſcurarit. Retinuit autem diu Germanorum inferiorum διάλεκτον etiam hæc urbs, ſicut præter Baptiſterii inſcriptionem etiam in membranis antiquis & Senatus Diplomatis videre eſt.

CAPUT XV.

De Reliquis Luſatiæ Marchionibus ex ſtirpe Timonis.

§. I.

Reliqui Luſatiæ inferioris March. Cunradus.

NUnc attexam reliquos Luſatiæ Marchiones ex ſtirpe Timonis, qui in Chronico Miſnenſi commemorantur. Cunradus igitur Timonis filius, Miſniæ & Luſatiæ Marchio ex Lotharda vel Ludegarda ſeu Lucarda Alberti nobilis domini de Svevia filia ſex filios & totidem filias ſuſcepit. (i) Ex iis Ottoni Marchia Miſnenſis, Diterico Luſatia & arx Julia ſeu Juliburgum, Dedoni Rochlicium, Henrico Bithynia & Friderico Brena ceſſit.

Sex filios totidemque filias habens.

Filiorum hæreditas.

§. II. Ditericus ſeu Theodorus X. Luſatiæ Marchio circa annum Chriſti 1190. Peucero teſte condidit Dobriluchum ad Eliſtrum nigrum, Luſatiæ inferioris Cœnobium. (k) Male enim Miſniæ hoc aſcribit Dialogus quidam de corruptis tam Pontificiorum quam Lutheranorum moribus. Id etſi poſtea cum reliqua inferiori Luſatia factum eſt ditionis regni Bohemiæ, nihilominus tamen Ducibus Saxoniæ a Conrado Diterici hujus patre oriundis nomine protectionis, quam ei præſtitere tanquam κλίςαι ſeu fundatores, certas penſiones ſolvit, ut docent literæ transactionis Spirenſis celebratæ Anno 1544. Diſceptatum enim tunc de eo fuerat inter Ferdinandum Romanorum Regem & Johannem Fridericum Saxoniæ Septemvirum, qui illud occuparat. Landsbergum etiam arcem exſtruxit Ditericus.

1190. Ditericus condit cœnobium Dobriluch. ad Eliſtrum nigrum.

Solvit certas penſiones Ducibus Saxoniæ.

Diſceptatio de eo.

Exſtruitur Landsberg.

§. III. Idem cum Venetiis Anno 1177. nono, ut Peucerus annotavit: ut Eberus, decimo Cal. VII. (Aug.) Anni 1178. Friderico I. Barbaroſſæ ad genua Pontificis Alexandri III provoluto inter cæteros militiæ duces aſſiſteret, Pontifex vero hac Imperatoris modeſtia, quod ad pedes ipſius abjectus abſolutionem ſupplex peteret, non modo contentus non eſſet, verum etiam inſigni inſuper contumelia addita pedem collo ejus imponeret & acclamari juberet: Super aſpidem & baſiliſcum ambula-

1177. Ditericus in Italia imperat militi. 1178.

(e) vid. cap. 3. libri IV. Commentariorum.
(f) vid. cap 4 libri IV Comment.
(g) vid. cap 6 lib. IV. Comment.
(h) vid cap. 7. lib IV. Comment.
(i) vid. Cap 10. lib IV. Comment.
(k) vid Cap. 11. lib IV. Comment.

Ira accenditur.

bulabis & deinceps; Tunc igitur Ditericus ad conſpectum execrandæ Tyrannidis & inſolentiæ ingenti generoſaque perci tus ira, minaci geſtu & flammantibus præ iracundia oculis accurrit, (l) Imperatorem proſtratum erecturus, ita ut Tyrannus pavore conſternatus in complexus & oſcula Imperatoris ſe effunderet, nec prius a velli ſe pateretur, quam de ſalute ſua eſſet certus. Sic fere Peucerus.

Mitius hæc referuntur.

§. IV. In Chronico Miſniæ hæc mitius aliquando exponuntur, nimirum Imperatorem γονυπετήσαντα a Pontifice veniam admiſſorum flagitaſſe, cumque non juberetur ſurgere, Ditericum, cui bilem in nares rei indignitas conciverat, libere de hac ὕβρει cum Pontifice expoſtulaſſe: qua παῤῥησίᾳ motus Is Imperatorem erexerit.

Ejus liberi.

§. V. Ex duabus uxoribus liberos utriusque ſexus ſuſtulit. Teberga enim ſeu Tabergana Polona peperit ei Gertrudem monialem in Greuszſtedt, & Cunradum, qui in Auſtria periit Anno 1175. in ludo equeſtri, quem corrupta voce Tarnamentum vocant, quaſi Trojamentum a ludis Trojanis, ut Lazius docet. Ex altera Cunigunde vidua Theodoricum genuit Epiſcopum Marſiburgenſem XXI. mor-

1184. tuum anno 1184. quem magnis laudibus evehit Chronicon Marſiburgenſe.

Luſatia & aliæ ditiones devolvuntur ad Ottonem & Dedonem fratres.

§. VI. Cum igitur idonei hæredes (m) non ſupereſſent, Luſatia, Juliburgum, Landsbergum & reliqua Diterici ditio ad Ottonem & Dedonem (n) frates ejus devoluta eſt. Etſi autem Brotuſus & Genealogiæ manuſcriptæ Ottoni quoque titulum Marchionis Luſatiæ tribuunt: liquet tamen ex Miſnenſi Chronico, Dedonem fratrem Marchiam Luſatiæ ab Imperatore Friderico I. Barbaroſſa aliquandiu occupatam redemiſſe quatuor millibus marcarum argenti.

Dedo redimit Luſatiam.

Dedoni ſucceſſit Cunradus II.

§. VII. Dedoni ergo, undecimo Luſatiæ Marchioni ex Mechtilde, filia Gotwini Comitis Marſiburgenſis nata eſt filia Agnes, uxor Bertoldi Ducis Meraniæ, S. Hedvigis mater, & filii quinque, inter quos, reliquis partim ſine ſobole extinctis, partim

1211. ſacris initiatis, patri Anno 1211. ſucceſſit Conradus (o) Marchio Luſatiæ duodecimus, comes Rochlicenſis, Groicenſis, Juliburgenſis & Landsbergenſis, qui obiit ſine hæredibus. Fuit autem, ut hoc obiter addamus, Dedo prædictus avus maternus S. Hedvigis, proavus S. Eliſabethæ & abavus D. Ludovici Francorum Regis.

Qui obiit ſine hæredib.

Et Luſatiam emit Ditericus II.

§. VIII. Poſt Cunradum II. Marchiam Luſatiæ ab Henrico VI. Imperatore (ut habet Chronicon) decies M. argenti Marcis emit Ditericus ſeu Theodoricus II (p) Ottonis Miſnenſis filius, Comes Weiſenfelſenſis, & poſt obitum fratris Alberti Miſniæ Marchio, qui ædem D. Thomæ Lipſiæ fundavit. Huic cum medicus a Lipſienſibus emtus pecunia C. marcarum argenti potionem venenatam propinaſſet, ſucceſſit filius Henricus (q) Miſniæ & Luſatiæ Marchio, Palatinus Saxoniæ, natus ex Juditha ſeu Jutta, Hermanni Comitis Provincialis Thuringiæ filia oculis ægra: propter quam matrem poſtea Anno 1241. Fridericus II. Imperator Thuringiam ei dedit defuncto Ludovico. Hic Henricus cognomentum illuſtris ob res geſtas κατ᾽ ἐξοχὴν & munifici ob liberalitatem meruit. Condidit Cellam novam Luſatiæ inferioris monaſterium non procul a ripa Viadri, quod anno 1430. Thaboritæ a fundamentis everterunt, Monachis exquiſito genere ſupplicii manibus pedibusque truncatis atque ita abjectis.

Qui fundat Lipſiæ ædem D. Thomæ,

& veneno corruptus filium habet ſucceſſorem Henricum illuſtrem. 1241.

Condit Monaſt. novam Cellam. 1430.

Quod funditus evertitur.

Henrici filii fuerunt Theodoricus & Albertus.

§. IX. Henricus ex prima uxore (r) Conſtantina ſeu Conſtantia, Philippi Auſtriæ Ducis filia, Friderici bellicoſi ultimi ex ſtirpe antiqua Ducum Auſ[illegible] Sorore, duos reliquos filios, Ditericum [illegible]u Theodoricum pingvem (quem Dretherum Münſterus, Garzon male Henricum vocat) & Albertum, hunc Thuringiæ Landgravium & Saxoniæ Palatinum, illum Miſniæ, Luſatiæ & Landesbergenſis Marchionem.

Albertus filius degener adulter, uxoris vitæ inſidiatur,

§. X. Albertus optimi patris degener filius, ſpreta conjuge honeſtiſſima matrona Friderici II. Imperatoris filia Margaretha, exarſit amore pellicis Cunegundis Iſenburgiæ tanto, ut homo malus non ſolum male tractaret conjugem, ſed etiam vitæ ejus inſidias ſtrueret.

in arce Wartburgo.

§. XI, Habitabat Albertus in arce Iſenacenſe Wartburgo, ſede D. Eliſabethæ & veterum Thuringiæ Landgraviorum, quæ juribus imperii obſeſſa capi non potuit, ut Fabricius annotavit. In eam cum magna ſit altitudine, mulo quotidie aqua vehebatur. Servum igitur huic adjunctum, ad interficiendam uxorem, conducit. Is ſecreto Dominæ, quod ſecum pactus ſit

mari-

(l) vid. cap. 12. lib. IV. Comment.
(m) vid. cap 13. lib. IV. Comment.
(n) vid. cap. 14. lib. IV. Comment.
(o) vid. cap. 15 lib. IV. Comment.
(p) vid. cap. 16. lib. IV Comment.
(q) v d. cap. 17. lib. IV. Comment.
(r) vid. cap. 19. lib. IV. Comment.

AnnoChriſti. | Anno Chriſti.

maritus, indicat, ſimul promiſſum ſuum excuſat. Si enim negaſſem, inquit, trucidaſſet me, & alium percuſſorem quæſiviſſet.

Uxor furori mariti cedit fugiendo.

§. XII. Cuſtos Margarethæ ſeu Conſiliarius, quem Curiæ Magiſtrum vocant, ſvadet heræ, ut furoribus & ſcelcri mariti cedat, vitæque fuga (s) conſulat. Veſperi igitur in primis tenebris ex feneſtra arcis non admodum alta, in ſubjectum ſcopulum per funem demiſſa eſt cum quinque Comitibus, nimirum Conſiliario ſene, muliere & nobilibus virginibus ac ancillis. Priusquam cubiculo egrederetur valedictura filiis parvulis, arripuit majorem natu Fridericum, avo materno ὁμώνυμον, & mirabili animi motu genam ejus momordit, ut infans valde vagiret. Ibi cum a Magiſtro curiæ, qui verebatur vagitu iſto fugam proditum iri, increparetur, & properare juberetur, Ah, inquit illa, tune putas poſſe me diſcedere ſine magno dolore? Relinquam filio notam diſceſſus.

Friderici genam mordet

Venit Hirsfeldum, inde Francofurtum ad Mœnum.

§. XIII. Prima nocte Hirsfeldum venere. Inde Abbas curavit eos curru abduci Francofurtum ad Mœnum, ubi calamitoſa fœmina in monaſterio Virginum biennium commorata diem ſuum obiit. Hæc ex Philippi Melanchthonis prælectionibus. Vulneris cicatricem, inquit Peucerus, quoad vixit, retinuit Fridericus, & cognomentum inde admorſi conſecutus eſt.

Ubi moritur.

Frider. dicitur admorſ.

Hunc & fratrem Tiſſemannum ad ſe vocat eorum Patruus & hæredes nominat,

§. XIV. Hunc & fratrem Tiſſemannum, quem Theodoricum vocat Garzon, cum apud patrem adulterum male educarentur, iisque manſer ex pellice natus anteferretur, Ditericus patruus Miſniæ Luſatiæque Marchio, juſtus & ſapiens princeps, ad aulam ſuam vocavit (t) & teſtamento hæredes nominavit contra fratrem, poſtquam filius Fridericus ex Helena Johannis Marchionis Brandenburgenſis filia natus e medio abierat ſine prole maſcula, filia tantum ex conjuge Bavariæ Duce relicta.

Albertus contra filios movit bellum.

1281.

Fridericus capitur, & liberatur.

§. XV. Mortuo Diterico Albertus graviter ferens ſe præteritum, cum eſſet fratris proximus hæres, bellum movit Anno 1281. imperante Rudolpho Habſpurgenſi, & filium Fridericum captum carceri incluſit (u) ac vinctum retinuit toto anno, unde poſtea divinitus liberatus eſt, cum odio Tyranni cuſtodes aliqui affecti miſericordia adoleſcentis, conſilia fugæ adjuviſſent. Sic Peucerus. Erphordienſium vero Annales a nobilibus ſuis liberatum tradunt, & quidem illo ipſo ſtratagemate, quo jam Senem, Voldemaro Brandenburgico ereptum Peucerus ſcribit, ut poſtea dicemus.

Pater & filii reconciliantur.

§. XVI. Etſi autem Rudolphus Erphordiæ in conventu pacem mandavit utrisque, tamen hoc mortuo pater ἄστοργος ad arma rediit, Adolpho Naſſavienſe in belli ſocietatem pertracto Turingiæ venditione, ne unquam recipere eam filii poſſent. Adolpho Imperatori conjunxit ſe & Albertus Marchio Brandenburgenſis, quem Johannem vocant Garzon & Genealogia Anhaltina, ſpe obtinendæ Luſatiæ inferioris, in qua urbem Lucam diu obſedit. Inde depulit eum Tiſſemannus (w) cæſis hoſtium tribus millibus. Cum Adolphi exercitu ſæpe pugnatum eſt varia fortuna toto ſexennio, (x) donec is ad Spiram VI. Non. Jul. Anno 1298. in acie dimicans manu æmuli ſui Alberti Auſtriaci confoſſus oppetiit.

Sed Pater ad arma redit adjutus duorum auxiliis,

Tiſſemannus victoriam deportat,

Adolphus perit,

Adolphi Dux belli capitur,

§. XVII. Interea in Myſorum regione Dux belli relictus Philippus Naſſaenſis, Adolphi ex fratre nepos, vel ut Garzon & Brotuſus volunt, patruus, capitur Fontejæ ſeu Bornæ, ac dimiſſus ea conditione, ut cedat oppidis, quæ occuparat: non facit promiſſa, ſed Alberto Auſtriaco novo Imperatori ſe ea traditurum promittit. Auſtriacus etſi Friderico ſpem fecerat pacis, feſellit tamen eum, & venit in Miſniam cum ingenti exercitu collecto ex Svevis, Bavaris, Rhenenſibus, Rheticis, Auſtriacis & Bohemis, quo cum vicum Lucam, ſitum (y) prope Pegas non procul ab urbe Citta in Lybonotrea h. e. ea parte Miſniæ, quæ peculiariter a ſitu Oſtlandia ſeu orientalis regio appellatur: hunc ergo vicum cum oppugnaret Albertus, fratres conjunctis copiis ad eundem accedunt, & trucidata magna hoſtium multitudine, victores oppidum ingrediuntur Anno Chriſti 1307. ut indicant Chronicon Miſnenſe & Marſiburgenſe.

Novus Imperator Albertus fallit Fridericum & cum exercitu in Miſniam venit,

aſt profligatur.

1307.

Inde Proverbium.

§. XVIII. Inde etiamnum in Myſorum regione de clade ſuperbi alicujus jactatur proverbium: *Accidit ei, quod Svevis ad Lucam.* Meminit hujus prælii & G. Fabricius itinere Chemnicenſi, ubi de Fonteja locutus ſubdit.

Prælii hujus meminit G. Fabricius.

Ad dextram Lucca eſt, prope quam Fridericus iniqui
Multa ferens commiſſa patris, fortiſſimus Heros,

Pro-

(s) vid. cap. 20. libri IV. Comment.
(t) vid. cap. 21. lib. IV. Comment.
(u) vid. cap. 22. lib. IV. Comment.
(w) vid. cap. 23. lib. IV. Comment.
(x) vid. cap. 24. lib. IV. Comment.
(y) vid. cap. 24. lib. IV. Comment.

Proſtravit Svevas Miſnenſi Marte cohortes,
Et bis Cæſareas Aquilas dare terga coegit.

Tiſſemannus Lipſiæ interficitur.

§. XIX. Mox Tiſſemanno maximis rebus pro patria & ſalute incolumitateque ſuorum fortiſſime geſtis, Lipſiæ, quo legiones in hyberna deduxerat, cum in templo D. Thomæ nocturnis ſacris feriarum natalitiarum JESU Chriſti intereſſet, mors indigniſſima, percuſſore in incautum immiſſo (quod cogitatio & mens principis religioſiſſimi rebus divinis intenta eſſet) oblata fuit. Biduo enim poſt ex vulnere expiravit. (z) Quod cum frater per indicium accepiſſet, Lipſiam quanta potuit celeritate contendit, ibique corpus Tiſſemanni in æde D. Pauli Apoſtoli olim fratrum prædicatorum, nunc Academiæ, ante ſummum altare humari curavit, ubi columnæ parieti junctæ ſub effigie principis lapidea, affixi leguntur verſus ἐπιτάφιοι doctiſſimi illa ætate in Italia Viri Dantis Aligherii Florentinii VIII. viri & Poëtæ L. Hetruſci patria pulſi, quos, cum apud alios non ſatis emendate legantur, integros hic & correctiores ponere non pigebit:

Humatur.

Ejus Epitaphium.

Titzmannus ego ſum, me olim genuere parentes
Albertus princeps, Margarethaque pia.
Imperium, titulumque dedit Thuringia nobis,
Marchia Luſatiæ, Miſena & ipſa potens.
Quæque patet vetus in planis Libonotria campis,
Et quæ montano flumine Pliſſa lavat.
Frater erat Fridericus item Mavortius heros,
Pro patria mecum prælia dira tulit.
Nam ſuperare datum eſt nobis victricibus armis
Bohemiæ populos Saxoniæque Duces.
Marchio de Brenburg Woldemar nomine dictus
Agmine devictus vincula noſtra tulit.
Aſcanius Princeps cecidit quoque cuſpide noſtra
Sed vitam ſupplex hic miſer emeruit.
Romulidum Reges Albertus, Adolphus & alter
Non poterant noſtras frangere Marte manus,
Viribus (o pietas) noſtris ſed terga dederunt.
Cæſareis opibus tunc ego dives eram.
Innumeri & noſtro cæſi ſunt enſe Svevi,
Audentes patrios ſollicitare Deos.
Omnia ſic vici: durum ſed vincere fatum
Non potui, Lacheſis quod dedit atra mihi.
Objicit illa mea crudeli pectora ferro
Dum ſteteram incautus in medio Eccleſiæ.
Sic Victor Victus cecidi: Virtute triumphos
Et laudes meritas non rapit ulla dies.

Obiit VIII. CL. Januar. Anno Chriſti M. 1280
CC. LXXX. Dantes Florentinus F. Anno 1307.
Chriſti M. CCC. VII.

Annus patratæ cædis dubius.

§. XX. De anno patratæ cædis & ab inſcriptione hac & inter ſe diſſentiunt Brotuſus & manuſcripta domus Saxonicæ Genealogia, cum ille VII. hæc octavum ſupra milleſimum trecenteſimum habeat. Verum in hoc quoque diligentius inquirendum erit alias. Monumentum a Monachis novum chorum condituris apertum eſt, exemptumque cranium, cujus coma flava & prolixa etiamnum aſſervatur in Fiſco Academiæ cum cruribus & tibiis, cranio & oſſibus reliquis in vicina aliquot oppida diſtributis. De hoc quoque Fabricii verſus adſcribo, qui tales ſunt.

Reperimus male cæſe tuum Dicemanne ſepulchrum
Thyrrena titulum cui Dantes exul ab urbe
Condidit, atque notis factum ſignavit Hetruſcis.

Sicarium ſummiſit Philippus Naſſaenſis.

§. XXI. Ad quos hodie vulgo ſubornati militis ſicarii pertineat ſuſpicio, non eſt obſcurum. A Philippo tamen Naſſaenſe ſummiſſum eſſe, opinio fuit, ita & Fridericum exiſtimaſſe, non ita multo poſt intellectum eſt, qui cum in poſtremo prælio, quo deletæ ſunt hoſtium reliquiæ, conſpexiſſet in acie Philippum, dixit, ſe pœnas ſumpturum de perfido ductore Naſſovio, cujus fraude frater ipſius interfectus eſſet, moxque Deo juſtos conatus adjuvante ſua manu eum obtruncavit.

Quare ab eo pœnas ſumit Fridericus.

Albertus Imperator quoque occiditur.

§ XXII. Nec longum tempus interceſſit, cum Albertus Imperator non procul à Rheno a fratris filio Johanne, cui tanquam prodigo Sveviæ adminiſtrationem ademerat, occiſus eſt, (a) Calendis Maji Anno 1308. Poſtea cum exercitum in Turingiam duxiſſet Fridericus, univerſam recuperavit, pleriſque urbibus ac familiis no-

Fridericus recuperat univerſam Turingiam.

M

(z) vid. cap. 26. libri IV. Comment.
(a) vid. cap. 27. lib. IV. Comment.

Anno Chriſti.

nobilibus libenter juſti ac felicis principis imperium accipientibus.

Albertus degener quoq; punitur & moritur.

§ XXIII. Albertus pater intra urbem Erphordiam ſeſe abſcondit, ubi pœnas dedit libidinum & crudelitatis in egeſtate extrema & contemptu ſummo tandem mortuus eſt (b) Anno 1315. ibidemque ſepultus in æde beatæ Virginis. Ita toto bello nihil amiſit (c) Fridericus præter Luſatiam inferiorem, quam Bohemi exciti ab Alberto Auſtriaco occuparant. De hac eos in tam dubio & perturbato rerum ſuarum ſtatu non irritandos eſſe cenſuit.

1315.

Fridericus amittit Luſatiam inferiorem.

Diſſenſus Autorum

§. XXIV. Non concordant hic cum Peucero Chronicon Miſnenſe & Genealogia Anhaltina. Sublato Tiſſemanno Luſatiæ Marchione, ut habet Chronicon, cum Erphordiam obſideret Fridericus, repetiturus poſſeſſiones, quas pater Albertus civibus partim vendiderat, partim oppignoraverat, Voldemarus hujus nominis primus Elector Brandenburgenſ. cognomento illuſtris & peregrinus, Peucero e ſtirpe Alberti Urſi ultimus, a quo nihil hoſtile metuebatur, multas urbes & arces Luſatiæ perfide occupavit, Anno 1317. Si Genealogiæ Anhaltinæ credimus.

Fridericus obſidet Erphordiam.

Elector Brandenb. occupat urbes Luſatiæ.

Obſidet Hainam.

§. XXV. Cum autem Hainam ad Rhederam ſitam non procul a ripa Albis obſidione cinxiſſet, quosdam ex ſuis ſubmiſit, qui noctu urbem conſcenſis clam mœnibus caperent. Oppidani detectis inſidiis hoſtes furtim in urbem deſcendere permittunt, ingreſſos triginta comprehendunt. Id cum reſciviſſet Fridericus lætus de rei eventu Hainam properat. Cumque relicto forte a tergo exercitu ſuo, ipſe paucis ſtipatus equitibus præceſſiſſet, in hoſtes incidit, a quibus interceptus ad Brandenburgenſem adductus, nec dimittitur prius, quam ditioni Luſatiæ ſuo & hæredum nomine renunciaret, triginta item millia Marcarum argenti penderet, & captivos ſine λύτρω redderet. Centum millibus marcarum argenti damnum Friderici æſtimatum eſt. Atque ita, inquit Brotuſus, Luſatia inferior a Marchionibus Miſnenſibus ad Brandenburgenſes pervenit. (d)

Sed non ex voto.

Interim intercipitur Fridericus,

& Luſatia inferior ad Brandenburgenſes pervenit.

Peuceri hujus rei deſcriptio.

§. XXVI. Peucerus Luſatiæ a Voldemaro occupatæ non meminit. Qua de cauſa, inquit, quibusve occaſionibus Fridericum ceperit Voldemarus, non ſatis conſtat. Sed λύτρα popoſcit Marchio oppida aliquot, de quibus cum literas adferret ad nobilitatem Miſnicam, negant nobiles, ſe literis credituros eſſe, ac jubent certo die ipſum principem adduci in locum certum, ubi coram ejus voluntatem agnoſcant. Interea ita ſe parant, ut cum adduceretur Dominus eum hoſtibus eriperent. Hoc conſilio Miſnica nobilitas & principem feliciter liberavit, & viciſſim Voldemarum comprehenſum abduxit in arcem Altenburgenſem Anno 1313. Hactenus Peucerus.

juxta quam Fridericus liberatur.

1313.

Silentium quorundam de hac liberatione, cauſa ſilentii.

§. XXVII. De hac liberatione prorſus ſilent Chronicon & Brotuſus. Et fortaſſe acciderunt hæc ante, cum ex patris carcere liberatus eſt Fridericus, ut ex Erphordienſ. annalibus ſupra retulimus. Voldemarum certe etiam Wolſgangus Juſtus Luſatiæ inferioris Marchionem vocat. Ut non temere ſcriptum a Brotuſo videri poſſit, hoc pacto tunc Luſatia inferiori potitos Brandenburgenſes, a quibus forte illa mox una cum ſuperiori ad Bohemos devoluta eſt.

Luſatia inferior & ſuperior devolvitur ad Bohemos.

Friderici mors, ſepultura & monumentum.

§. XXVIII. Porro Fridericus ad magnam pervenit ætatem, mortuus (e) anno 1326. Sepultus in parvo ſacello Iſenaci extra urbem, unde in arcem Gothanam translatum eſt monumentum, cui hi rudes verſus inſcripti ſunt:

1326.

Ecce Fridericus cultor virtutis, amicus
Pacis, conditur hic, ſtirps imperialis & illis,
Fulgeat iſte pius Marchio Landgravius.

Cognomento magnanimus appellatus eſt, Johann. Roſa teſte.

Poſtremi Luſatiæ Marchiones ex poſteritate Cunradi.

§. XXIX. Tiſſemannus igitur & Fridericus fratres poſtremi fuerunt Luſatiæ Marchiones, ex Cunradi poſteritate: Utcunque de Bohemis & Brandeburgenſibus res ſe habeat. Garzon ſcribit, mortuo Theodorico patrun, Fridericum Miſnenſium, Luſatiorum & Lybonotriorum principem vocatum, fratrem vero Tiſſemannum, quem Theodoricum ipſe vocat, in Imperio ſocium atque adjutorem. Sed Chronicon Miſnenſe & inde contextum Hedvigis ſtemma conſtanter Tiſſemanno Marchionis Luſatiæ titulum tribuit: quo mortuo demum Friderico fratri, ut mea fert opinio, ad Miſniam Luſatia & mox Thuringia quoque acceſſit.

Diverſa ſcriptorum opinio.

Chronicon Miſnenſe & Hedvvigis Stemma adhuc unum fratrem fuiſſe referunt.

§. XXX. Utrumque etiam tertium addit fratrem Henricum Landgravium Altenburgenſem, quem primum pater ditione ſua exuerit, unde ſit dictus: Marggraff Heinrich ohne Land. (f) Hunc Anhaltina Genealogia Miſniæ & Luſatiæ facit Marchionem, & addit, eum, Anno 1240. ab Ot-

(b) vid. cap 28. libri IV. Comment.
(c) vid. cap. 29. lib. IV. Comment.
(d) vid. cap. 30. lib. IV. Comment.
(e) vid. cap. 31 lib. IV. Comment.
(f) vid. cap. 33 lib. IV. Comment.

Ottone pio Marchione Brandenburgenſ. Iohannis I. Electoris undecimi fratre Luſatia ſpoliatum, atque inde cognomen ſortitum, obiiſſe ſine hæredibus, ſepultum Cellæ in Miſnia. Filium habuit, ut Genealogia Hedvigis annotat, Fridericum, ut legenda, ὁμώνυμον, ſed qui hæredes nullos reliquit.

Tiſſemannus nullorum,

§. XXXI. Nec Tiſſemannus ex duabus uxoribus Jutta, Bertholdi Comitis Hennebergenſ. & Helena, Johannis I. Electoris Brandeoburgici filiabus liberos ſuſcepit. Friderico Agnes Dux Carinthiæ peperit Filium Fridericum non diu ſuperſtitem. Ex ſecunda conjuge Eliſabetha Comitiſſa in Arnsbach alter ejuſdem nominis natus eſt, gravis poſtea cognominatus, a quo propagati ſunt, qui nunc rerum potiuntur Auguſtus Elector, hujusque patrueles Johannes Fridericus & Johann. Guilhelmus fratres, Duces Saxoniæ, Landgravii Turingiæ & Marchiones Miſniæ.

Fridericus vero duorum filiorum parens eſt.

Fridericus exponitur periculo vitæ.

§. XXXII Coronidis loco addam ex Chronico Miſnenſi, Fridericum admorſum ab Adolpho ſimulatione colloquii evocatum Altenburgum fide publica: quo cum veniſſet parvo comitatu, & miles Svevus ab Imperature ſubornatus, ſtricto gladio in eum menſæ aſſidentem impetum faceret, civis quidam objectu ſui corporis ictum excepit & ſe fruſtillatim concidi paſſus eſt. Interea Fridericus in vicinam domum evaſit, & mutatis veſtibus ſe ſubduxit. Hæc de Alberto Auſtriaco narrat Peucerus.

CAPUT XVI.

De Regibus Bohemiæ, Luſatiæ Dominis & Marchionibus.

§. I.

Miſnica bella finiuntur cedendo Luſatiam inferiorem Bohemis.

Qui in locum Alberti conjunctis Electorum ſuffragiis ſurrogatus eſt Henricus VII. Comes Lucelbergenſis, Miſnica bella ſuſtulit his legibus, ut Fridericus admorſus Turingiæ & Miſniæ poſſeſſione integra contentus, relinqueret Luſatiam inferiorem Bohemis, qui in belli ſocietatem ab Auſtriaco, ut dictum eſt, acciti, jam ante eam abripuerant. Collocarat autem Henricus Imperator in regnum Bohemiæ, ejecto conſenſu procerum Henrico Carinthio, filium ſuum Johannem, (g) deſponſa ei Eliſabetha, filia Wenceslai Senioris, nepte Rudolphi Imperatoris.

Qui & ſuperiorem acquirunt,

§. II. Is Johannes ſuperiorem etiam Luſatiam orbatam antiqui ſtemmatis principibus Brandenburgicis ceu poſtliminio ad regnum reduxit, ut jam dicetur. Ita utriusque Luſatiæ acceſſione eodem tempore Bohemia crevit (h)

Modus acquirendi Luſatiam ſuperiorem.

§. III. De Luſatia ſuperiori ſic res habet: Henricus IV. Imperator olim eam Marchionibus Miſniæ ademptam, quod Saxones juviſſent, Bohemis conceſſerat, rege deſignato eorum Duce Uratislao, qui obiit an. 1093, Jan. 9. Quia autem Cranzio autore inviſum erat Bohemis regium nomen, non ſecus atque olim Romanis, Uratislai ſucceſſores Sex in gratiam ſubditorum illud non uſurparunt, Ducali titulo contenti, nimirum Cunradus, Bretislaus, Berivorius, Svalophicus, Ladislaus Cœnobii Cladronenſis fundator, & Sobeslaus I. Hujus poſtremi auxilio, ut loquuntur Annales noſtri, Gorlicium mœnibus, foſſis, turribus & propugnaculis muniri cœptum eſt Anno 1131. 1131.

Ladislaus regiam dignitatem recuperat.

§. IV. Sobeslai ſucceſſor Ladislaus, fundator Stregonienſ. Eccleſiæ a Friderico primo Barbaroſſa in Comitiis Ratisbonenſibus dignitatem regiam recuperavit, coronatusque eſt ſecundus Rex Anno 1159. & inſigni leonis cum bicipiti cauda ornatus. Vetus enim Regni Bohemici ἐπίσημα aquila erat atra, teſte Dubravio. Atque hinc eſt quod ſcriptores uno ore affirmant, Ducem Bohemiæ apud Fridericum Imperatorem regiam primum dignitatem rebus præclare ad Mediolanum geſtis promeruiſſe; quod etſi ceu ſalvaturas de renunciatione & confirmatione publico ac ſolenni ritu facta intelligit Peucerus: tamen ſecundum regem fuiſſe hunc Ladislaum, non primum, cum ex ſuperiori de Uratislao narratione, tum ex iis, quæ de Cranzii ſententia modo attulimus, certum eſt. Obiit autem Ladislaus Anno 1174. regni 35. Eum 1174. rurſum ſecuti ſunt Duces quinque, Fridericus, Sobislaus II. Conradus, Henricus, idem Dux ac Epiſcopus & Ladislaus.

Inſigne Regni Bohemici vetus & novum.

Ladislaum mortuum ſequuntur Duces 5.

Primislaus Ottogarus I. 1200.

& Succeſſores tenent Luſatiam ſuperiorem.

§. V. Poſt hos Primislaus Ottogarus I. Rex tertius, ornatus regia dignitate a Philippo Cæſare Anno 1200. obiit trigeſimo regni anno, menſ. Jan Hoc ſuperſtite in regem electus anno 1226. filius ejus 1226. Wenceslaus primus, & biennio poſt coronatus ſuſcepit gubernationem regni 1231. 1231. obiit 1253. 23. Sept. Atque hi reges & 1253. Duces Bohemiæ poſt Uratislaum ordine Luſatiam ſuperiorem tenuere.

§. VI. Filius Wenceslai Primislaus Ottogarus II. rex quintus cum regnare cœpiſſet Anno 1254. Romanum etiam Imperium ambitioſo pariter ac minaci conatu 1254. affectavit, ante electionem Rudolphi Habs-

(g) vid. cap. 3. libri VI. Commentariorum,
(h) vid. cap. 34. lib. VI. Comment.

Ottogarus II. ambit Dignitatem Cæſaream.

Habſpurgenſ. Confiſus igitur ſe opera Ottonis Electoris Brandenburgici, ut ſcribit Peucerus, quod cupiebat conſecuturum, ſuffragium hujus Luſatia ſuperiore velut mercede ſibi emit ac comparavit, nonnullis inter reliquos etiam ordines pecunia expugnatis. Apud Dubravium tamen nihil tale de Ottogaro legitur, ſed contrarium potius, nimirum repudiaſſe eum Imperatoris Romani dignitatem, a principibus Germaniæ ſibi oblatam legatione honorificentiſſima, cujus princeps fuerit Conradus Colonienſ. Antiſtes.

Dubravius vero recuſaſſe, refert.

Zittaviam ædificare cœpiſſe creditur. 1255. 1278.

§. VII. Hoc conſtat, Sittaviam (i) eum ædificare cœpiſſe Anno 1255. Interiiſſe poſtea pugnantem contra Rudolphum Cæſarem 1278, die Ruffi, qui inter nefaſtos infauſtosque habetur a Bohemis. Eodem enim & Johannes Lucemburgenſ. in prælio Brittannico interfectus eſt. Filium Ottogari Venceslaum impuberem civibus Sittavienſibus commendatum, educatumque ab iisdem, Annales eorum tradunt.

Ejus filius Zittaviæ educatus fertur.

CAPUT XVII.

De Marchionibus Brandenburgenſibus, Luſatiæ ſuperioris Poſſeſſoribus & Dominis.

§. I.

Luſatia ſuperior paret Brandenburgenſibus.

AB eo tempore Luſatia ſuperior paruit Marchionibus Brandenburgenſibus, poſteris Alberti Urſi (k) e veteri ſtirpe Aſcania, usque ad ultimum Voldemarum, qui fato functus, ſobolem maſculam nullam, ſed ſemina reliquit longi ac difficilis belli, cujus periculis implicata Luſatia etiam, quanquam remotior, quod a nemine defenderetur, & Marchia, alternante belli fortuna, nunc Bavaros, mox alios ceu ſortiretur ex victoria præſides, repetentibus eam veteribus Dominis Bohemis (l) ſeſe tradidit, regnante Johanne cœco Comite Luçelburgenſ.

Tradit ſe Bohemis.

Gorlicium quoque ad Bohemos redit. 1329.

§. II. Ea tempeſtate cum reliqua Luſatia ſuperiore, Gorlicium (m) etiam regno Bohemiæ non quidem, ut volunt Annales, primo ſubjectum eſt, cum a Bohemis exordia ſumſerit ſua, ſed redditum quodammodo ac reſtitutum Anno 1329. teſtimonio veterum Leoninorum:

Anno Milleno tercenteno vice nono,
Quondam Saxonica Gorlitz eſt facta
Bohema.

Id quod ex Dubravio aliisque liquet.

§. III. Hæc quomodo acciderint, ex Dubravio & aliunde paulo altius repetemus. Cum Henricus VII. Lucelburgenſis Imperator in expeditione Italica Anno 1311. 24. Auguſt. Beneconventi Hetruriæ oppido veneno per Monachum ad altare in calice propinato extinctus eſſet, Florentinorum inſidiis: Colonienſis, Palatinus & Rudolphus Saxo Electores, Fridericum Auſtriacum cognomento pulchrum, Rudolphi Habſpurgenſ. ex filio Alberto I. nepotem: Moguntinus vero Petrus, & Treverenſis Balduinus, Henrici Imperatoris frater, ejusdemque filius Johannes Bohemiæ Rex una cum Brandenburgenſi Marchione, Ludovicum Bavariæ principem Cæſarem dixerunt Anno 1314. die Lucæ. Inde complura ac varia eaque cruenta inter duos Cæſares prælia conſecuta ſunt.

1311. 1314. Prælia inter duos Cæſares.

§. IV. Ludovicus magnam victoriæ ſpem in Johanne reponebat, ſi eum in commilitium pertraxiſſet, qua de re cogitanti tempeſtive ſe offert mors Voldemari Brandenburgenſis Marchionis, qui ſine liberis deceſſerat, vacuamque per hoc Cæſari ſucceſſionem bonorum reliquerat. Horum bonam partem Ludovicus ſe attributurum Johanni promittit, ſi opera ejus adjutus Cæſaream dignitatem retinuerit.

Ludovicus implorare vult Johannis Reg. Boh. auxilium. Commoda ſe offert occaſio.

§. V. Johannes ad belligerandum promptus, conditionem accipit, habitoque in Bohemia delectu ad oppidum Mildorffium extremæ pugnæ deſtinatum cum copiis accedit. Ibi Anno 1325. die Michaëlis victus Auſtriacus in poteſtatem Bavari pervenit. Cepit & Johannes Henricum fratrem Auſtriaci.

Johannes adjuvandum eſt promptus. 1325. Ludovicus victoriam deportat,

§ VI. Periculi jam ſecurus Ludovicus, magnifici promiſſi immemor, Budiſſinam duntaxat, quam Marchio dudum oppignoratam tenebat, ſine pretio Johanni reſtituit. Cæterum totam Brandenburgenſem ditionem Anno 1329. tranſtulit ad filium ſuum Ludovicum, quem Romanum cognominaverunt, quod Romæ in lucem editus eſſet, matre coronata. Rex vero ſola Budiſſina non contentus, Gorlicium præterea & alia oppida in Luſatia ſuperiore nuper a regno abalienata, ſuo milite recu-

ſed promiſſi eſt immemor. 1329. Filius ejus accipit ditionem Brandenburgenſem.

(i) Paragraphum 6. illuſtrat cap. 43. & 44. ſeptimum vero cap. 46. & 47. libri III. Comment. Ædificationem urbis Sittaviæ refert Carpzovius in Analectis Faſtorum Zittav. Parte I. c. III. §. 2. 5. 7. p. 12. 14. 15. Parte II. c. 1. §. 2. p. 172. Educationem Wenceslai Parte 2. c. I. §. 3. pag 173. 174. Ex Annalibus Zittavienſibus eandem adducit Manlius cap. 47. libri III. Comment. ex hoc autem Gruſſerus in L. Merckwürd Parte I. pag. 48. ſub lit. (k) item pag. 57. Cæteros Boh. Reges resque ſub unius cujusque regimine geſtas recenſet Autor c. 18. Deigmat. & prolixius libro VI. diverſis capitibus.

(k) vid. cap. 1 libri V Commentariorum.

(l) vid. cap. 26. libri V. Comment.

(m) vid. cap. 5. libri VI. Comment.

Johannes recuperat oppida Luſatiæ ſuperioris.

cuperavit, moleſte quidem Cæſare ferente, ſed moleſtiam illam tamen devorante, tanquam fraudis in regem commiſſæ ſibi conſcio.

Vocatur in Italiam, offendens Cæſarem,

§. VII. Excommunicato deinde Ludovico, accerſitus a Brixianis in Italiam Johannes, cum Gvelphorum factionem Pontifici addictam defenderet contra Gibellinos, qui Cæſaris partes tuebantur: adeo offendit Ludovicum, ut non quieverit prius, quam inimicos illi compararet Principes regno Bohemiæ vicinos, Fridericum Miſnenſem & Ottonem Auſtriacum. Otto de Carinthia filio regis litem movebat. Friderico rex Juditham filiam nondum nubilem deſponderat, & ut more Miſnico educaretur, Dresdam miſerat. Hanc is in Bohemiam remiſit, in locum ejus filia Cæſaris Mechtilde ducta uxore.

qui ipſi comparat hoſtes.

Johannes vindictam ſumit a Friderico Miſnenſi,

§. VIII. Quæ ubi regi in Italia ſunt nunciata, ipſe in Bohemiam reverſus, quantum poteſt militum adverſus Fridericum Miſnenſem cauſa ulciſcendæ ignominiæ cogit. Gorlicio tunc potiebatur Fridericus, hypothecæ forte nomine.

Gorlitium occupando & prælio ipſum proſternendo.

§. IX. Huc igitur improviſus adeſt Johannes, primoque adventu oppidum capit, non auſa multitudine incondita & inermi diu repugnare. Capit mox & arcem firmiter munitam, corrupto præfecto. Denique uno tumultuario prælio cum Friderico feliciter facto, quicquid per oppignorationem alienatum in Luſatia ſuperiori fuit, id totum recuperavit, filiamque Juditham ſibi redditam Johanni regis Galliarum Philippi filio & ſucceſſori depactus eſt. Cæterum fuit hic Fridericus gravis, admorſi filius. Sed hæc quidem hactenus.

Catalogum Marchionum Brandenburgenſium non texit Autor,

§. X. Marchionum Brandenburgenſium Luſatiæ Dominorum catalogum texere in præſentia ſuperſedeo, cum univerſus ille exſcribendus foret, de ſecundo libro Genealogiæ Anhaltinæ. Ubi tamen Ottonem Electorem, qui in Ottogari II. regnum incidat, nullum reperio. Nec implicatam habet Principum illorum hiſtoria memorabilem ullam rerum Luſaticarum mentionem, ut taceam quod annorum etiam & perſonarum ratio admodum eſt perturbata. Ac ſi fidem habemus inſcriptioni (n) cuidam Cœnobii noſtri,
1234. fundatum illud eſt Anno 1234. per Marchionem Brandenburgicum & Luſaticum: ut jam tum ante Ottogarum Luſatiam ſub ditione Brandenburgica fuiſſe oporteat. Sed conciliari forte hæc poterunt, ubi prodierit libellus de veteribus Marchionibus Brandenburgenſibus, & tota Marchia, cujus ſpem nobis fecit D. Wolffgangus Juſtus, Medicus & Profeſſor Francofurdianus.

CAPUT XVIII.

De Regibus Bohemiæ, qui poſt Brandenburgenſes denuo facti ſunt Luſatiæ ſuperioris & inferioris Poſſeſſores & Marchiones.

§. I.

Johannes amplificat Bohemiam.

Regnum Bohemiæ acceſſione magnæ partis Sileſiæ & huic cohærentis Luſatiæ utriusque valde amplificatum & dilatatum a Johanne accepit filius Carolus IV. Imperator, qui reliquam Sileſiam & Marchiam Brandenburgenſem Bavaris extortam adjecit.

Carolus extruit Oyvinum.

§. II. Ab hoc Carolo monaſterium Cœleſtinorum Oyvinum (o) ad Sittaviam extructum eſt 114. poſt conditam Sittaviam annis, vel ut Annales Gorlicenſes &
Sittavienſes malunt Anno 1364. Ejus Cœnobitas a doctrina, pietate, vitæ ſanctimonia & humanitate commendat Bohuslaus Haſſenſteinius. 1364.

§. III. Idem Carolus Anno 1378. Gorlicenſibus (p) viam regiam Pragæ confirmavit diplomate, quod aſcriptum habet diem Mercurii, feſtum Jacobi proxime ſequentem. 1378.

Gorlicenſibus confirmat viam regiam.

Obiit ibidem die 27. Martii eodem anno, ut Peucerus & Eberus annotant, ut Cochlæus, ſequenti, videlicet ſeptuageſimo nono, quod magis placet, ætatis 63.

Moritur.

Hæreditatis inter filios partitio.

§. IV. Inter filios hæreditatem in hunc modum eſt partitus, ut Wenceslao primogenito regnum Bohemiæ, Sigismundo quinquenni puero Marchiam Brandenburgenſem, Johanni (q) natu minimo Gorlicium attribuerit, adjunctis aliquot vicinis oppidis: unde ducem Gorlicenſem (r) eum vocant Cranzius, Peucerus & alii.

Epiſtola ad Luſatiæ populos & Ducem Juhannem, 1421.

§. V. Extat apud Cochlæum in commentariis rerum Huſſiticarum epiſtola (s) ad Luſatiæ populos & principem quendam, qua anno 1421. menſe Junio Huſſitæ, puta Cunradus Veſphalus Archiepiſcopus Pragenſis, Johannes Ziſca de Botznau, Barones item Bohemi & civitates &c. requiſiverunt ab iis, ut & a corona Bohe-

(o) vid. cap. 27. libri V. Comment.
(o) vid. cap. 27. & 28. lib. VI. Comment.
(p) vid. cap. 33. lib. VI. Comment.
(q) vid. cap. 32. lib. VI. Comment.
(r) vid. cap. 33. & 34 lib. VI. Comment.
(s) vid. cap. 50. lib. VI. Comment.

Bohemica ſe non ſepararent, nec contra Ipſam amplius inſurgerent, & ex jure ſeudi ac obligatione homagii Huſſitas adverſus hoſtes ſuos juvarent, annexis XVII. articulis exceſſuum Sigismundi regis. Inſcriptio talis eſt: Illuſtri & magnifico Principi, nec non terrigenis civitatibus Budiſſin, Goeliz, Sittaviæ, Lobaviæ, Luban & Camenz, fautoribus noſtris & deinceps. Hunc Principem temporis ratio oſtendit fuiſſe Caroli IV. Filium Johannem, qui tunc egit annum ætatis 51. Tradunt enim
1370. annales noſtri Aono 1370. natum Johannem ducem Luſatiæ & Gorlicii.

Johannes habuit filiam Eliſabetham.

§. VI. Filiam habuit Johannes Eliſabetham nuptam Antonio Brabantiæ & Lutzelburgi duci, filio Philippi Audacis Burgundi, qui Caroli V. Franciæ Regis frater fuit: pater Johannis Brabantini, fundatoris Academiæ Lovanienſis. Ejus Antooii frater Johannes Burgundiæ, Flandriæ, & Atrebatum dux, cum Anno 1395. in infelici expeditione Sigismundi Regis Hungariæ, poſtea Imperatoris, a Bajazete I. Magno Turca ad Nicopolin, captus eſſet, redemtus, in memoriam captivitatis, familiam militarem inſtituit, cujus qui ſocii ſunt, pro Symbolo geſtant aurei velleris effigiem.

Autor familiæ militaris aureum vellus geſtantis.
1395.

Caroli IV. Succeſſor eſt Wenceslaus ignavus.

§. VII. Carolo IV. in Imperio & regno Bohemiæ ſucceſſit Filius Wenceslaus (t) iguavus & voluptuarius. Hujus ſævitiæ pertæſi Bohemi acceı ſiverunt fratrem ejus Sigismundum (u) Hungariæ regem, qui præpropere ingreſſus Bohemiam, regno occupato Wenceslaum Viennam traductum cuſtodiendum dedit Alberto Auſtriaco, quem deinceps elocata ei filia generum habuit: fruſtra ad liberandum illum Johanne fratre in Luſatia & Procopio patruele in Marchia Brandeoburgenſi, copias contrahentibus.

Ejus fata infelicia.

Crantzii judicium.

§. VIII. Hic ſuum interponens Judicium Cranzius, Johannem melius aliquanto conſulturum rebus ſuiſſe ait, ſi Wenceslao in Vinculis manente, ipſe regni ſubiiſſet gubernacula. Sed prævaluit, inquit, in eo reſpectus regii nominis, indignumque viſum eſt facinus, regem ita a ſubditis coarctari, quibus ipſe ad juga cogendis natus eſſet.

Wenceslai fuga ex carcere.

§. IX. Evaſit tamen Wenceslaus & Pragam reverſus, tandem anno 1419.
1419. 10. Aug. ætatis 57. Apoplexia correptus interiit, cum jam ante anno 1400. 20. Aug.

Mors.

Septemviri communi conſenſu Imperatoria dignitate exutum in ordinem redegiſſent, quod uſus ejus in gubernatione nullus eſſet.

Nonnulli ſucceſſores.

§. X. A Sigismundo Imperatore Hungaricum & Bohemicum regna accepit gener Albertus II. Auſtriacus Imperator, (w) ab Alberto Ladislaus I. filius ejus poſthumus, (x) ex Eliſabetha Sigismundi filia, æmulo regnorum Ladislao Jagellonide Polono, Eliſabethæ proco ad Varnam occiſo, Ladislao Anno XVIII Chriſti 1457. 23. Novemb. die Clementis Papæ, 1457.
Pragæ in ipſo nuptiarum apparatu, immatura morte veneno ſublato, Bohemiæ Regnum arripuit Georgius Baro de Cunſtat & Podiebrat. (y) Hungari ex captivo Regem fecerunt Matthiam Corvinum, Johannis Hunniadis Comitis Biſtricenſis, qui fulmineus terror Turcarum appellatus eſt, filium, 4. Non. Febr. ut ex Nauclero annotat Hadr. Junius.

Rex Georgius Luſatiam adimit Brandenburgenſibus, qui Cotbuſium retinent.

§. XI. Georgius quinto regni anno Fridericum (z) Brandenburgenſ. adegit ad reſignandum ſibi Gobbini Marchiam Luſatiæ, quam prædeceſſoris ejus Ladislai beneficio tenebat. Cotbuſium (a) tamen retinuit Fridericus & alia nonnulla oppidula, propter quæ ipſa tamen bellum ei fecit Georgius, ut docent Annales Vratislavienſes. Ac Cotbuſium quidem hodie etiam Marchiones Brandenburgenſes poſſident. Quo & Schoſſerum reſpexiſſe puto, eum Aſcanium facit per quietem Feresfridi Columnæ (a quo hic Fridericus & qui nunc rerum potiuntur Marchiones genus ducunt) poſteritati dominium Luſatiæ promittentem his verſibus:

Pruſſia, cæruleis quæ ſuccina gignit in undis,
Hanc etiam dominam ſentiet eſſe ſuam.
Terraque clara viris & fertilis ubere glebæ,
Per quam formoſo flumine Niſſa fluit.

Georgius excommunicatur.

§ XII. Sed Georgium ob Huſſitici dogmatis patrocinium excommunicarunt (b) Pontifices, Pius & Paulus ſecundi, translato titulo regis Bohemiæ in Matthiam, a quo Septennali bello exercitus eſt. Etſi autem Cochlæus ſcribit, Moravos, Sileſios & Luſatios initio Georgium (quod ut Cromerus inquit, alienis eſſent ab eo, tanquam hæreſeos reo, animis) pro rege non

(t) vid. cap. 35. 42. 43. lib. VI. Commentariorum.
(u) vid. cap. 36. 47. 49. 69. 70. lib. VI. Comment.
(w) vid. cap. 70. 71. 72. lib. VI. Comment.
(x) vid. cap. 73. 78. 83. lib. VI. Comment.
(y) vid. cap. 84. 85. 88. lib. VI. Comment.
(z) vid. cap. 86. lib. VI. Comment.
(a) vid. cap. 77. 86. lib. VI. Comment.
(b) vid. cap. 87. 101. lib. VI. Comment.

non agnoviſſe, poſtea etiam Anno 1464. ab eodem deſeciſſe ad Matthiam, qui Moraviam, Sileſiam & Luſatiam Georgio eripuerit: Peucerus tamen affirmat & vulgo notum eſt, neutram Luſatiam a Bohemo deſciviſſe, nec ante transactionem, Matthiam dominum amplexam, etſi id minis & armis quæſitum fuit. Et Cochlæus ipſe

Diſſenſio Autorum.

1463. ait, Anno 1463. Podiebratium omnes Provincias ad coronam regni pertinentes præſtito homagio ſubditas & obedientes habuiſſe præter Vratislavienſes.

§. XIII. Girzicone ſeu Georgio Anno

1471. 1471. Idib. Mart. mortuo, de Bohemia, Moravia, Sileſia & Luſatia diſceptatum & concertatum eſt inter Matthiam & Ladislaum (c) II. Filium Caſimiri Jagellonidæ Poloni, natum ex Elizabetha, filia Alberti II. Imperatoris, Sorore Ladislai I. poſthumi. Cum autem Caſimirus & La-

Poſt mortem Georgii diſceptatur de Bohemia & Luſatia.

1474. dislaus filius Anno 1474. exercitum, decem hominum myriades excedentem ad Uratislaviam (d) adduxiſſent contra Matthiam, qui urbem præoccupaverat, tandem res Anno ſequenti 12. Febr. de ſententia Alberti Ducis Saxoniæ Olomucii compoſita eſt his conditionibus: Ut Ladislao ad Bohemiam pars Sileſiæ, quæ montibus Sudetis adjacet, hoc eſt Svidnicenſ. & Javorienſ. principatus accederent. Reliquam Sileſiam cum Moravia & Luſatia utraque poſſideret Hungarus, ſed ea lege, ut ſi hæres regni nullus ei naſceretur, univerſa hæc revolverentur ad Ladislaum: Si hæres ſuperſtes eſſet, Matthia mortuo, liberum eſſet Ladislao vel illas relinquere provincias, vel redimere eas ducentis millibus aureorum nummum, ut teſtatur oratio Peuceri de Alberto Saxone ſuperiori anno edita, licet aliter, ſed minus recte compactata hæc in Chronico narret. Matthias igitur cum Moravia & Sileſia etiam Luſatiam retinuit, quoad vixit. Atque hinc eſt, quod in monetis ejus, unum clypeum lævum verſus bovem præ ſe ferre videmus. Luſatiorum enim vetus inſigne eſt, bos incedens ruber in planicie alba, intra anteriores & poſteriores pedes a ſummo dorſo ad imum ventrem albo colore diſtinctus. Matthia

Compoſitio Diſceptationis.

Luſatiorum inſigne vetus.

1490. Viennæ Auſtriæ anno 1490. VIII. Id. April, Dominica Palmarum ex Apoplexia, ut ajunt, mortuo (e) ſine legitimis hæredibus, (filium enim tantum reliquit extra matrimonium natum Johannem Corvinum) ſæpe nominatæ tres Provinciæ cum ipſo regno Hungarico ad Ladislaum II. Bohemum reciderunt. (f)

Luſatia recidit ad Bohemos,

§. XIV. Ab eo tempore Sereniſſimis Bohemiæ, Pannoniæque regibus Ludovico, Ferdinando, & Maximiliano paruit Luſatia, qui utrique (g) tam ſuperiori quam inferiori ſuns dederunt præfectos ſeu monarchas ex illuſtribus Slicorum, Berconum, Wartembergiorum, Donaviorum & Haſſenſteiniorum familiis oriundos. Quin & Carolum ducem Münſterbergenſ. & Oelsnenſ. Comitem Glacienſ. quæ Georgii Podiebratii ex Filio Henrico, nepotem Luſatiam ſuperiorem regio nomine adminiſtraſſe ſcimus. Et quod Cromerus ſcriptum reliquit, Ladislaum II. de quo modo diximus, Fratri Sigismundo poſtea Sarmatiæ Regi ejus nominis primo ad Glogovienſem & Oppavienſem Ducatus, ac Sileſiæ utriusque præfecturas etiam inferioris Luſatiæ Marchionatum adjeciſſe: id ipſum quoque de præfectura intelligendum eſſe ex Annalibus Vratislavienſibus colligo.

qui utrique ſuos dant Præfectos ſ. Pro-Marchiones ex illuſtribus familiis.

CAPUT XIX.

Exhibens Summam ſeu Compendiolum Δείγματος Hiſtoriæ Luſaticæ.

§. I.

PRincipio itaque (ut rem in pauca conſeram) (h) poſt exactos Svevos (i) a Sorabis Luſatiisque, & hos quoque ab Henrico I. Aucupe victos, Luſatiam utramque conjunctim rexit Geronis poſteritas usque ad Henricum IV. Imperatorem, cujus ætate ſuperiorem Bohemi avulſerunt & retinuerunt tantiſper, donec ſtante interregno, quod inter obitum Friderici II. & Electionem Rudolphi Habspurgenſ. interceſſit annorum XXII. adepti ſunt dono Ottogari II. regis, Marchiones Brandenburgenſes, ab Alberto Urſo Aſcaniæ Comite deſcendentes, quorum linea deficiente ſub Ludovico Bavaro, ad Bohemos rediit. Inferiori Luſatiæ poſt Henrici IV. Imperium, usque ad Albertum I. Auſtriacum præfuerunt Marchiones Miſniæ ex ſtirpe Timonis, atque ita a Vitikindo Magno ultimo Saxonum rege Ethnico & primo duce Chriſtiano oriundi omnes, Viperto & filio hujus Henrico exceptis, quorum ad Daniæ Reges & Holſatiæ Duces genus refertur, Alberto I. imperante, hanc quoque in poteſtatem ſuam rede-

Luſatiam utramque incolunt & regunt 1) Svevi 2) Sorabi & Luſatii 3) Geronis Poſteritas. Luſatiam ſuperiorem ſolam ab Henrici IV. tempore Bohem. a Rudolphi Habspurg. imperio usque ad Ludovici Bavari Brandenburgenſes Imperante autem Ludovico venit ad Bohemos.

Inferior interim paret Miſnenſibus, duobus exceptis.

(c) Vid. cap. 107. lib. VI. Comment.
(d) vid. cap. 109. 112. libri VI. Comment.
(e) vid. cap. 122. libri VI. Comment.
(f) vid cap. 124 lib. VI. Comment.
(g) vid. cap. 125. 126. lib. lib. VI. Comment.
(h) Confer. cap. 147. lib. VI. Comment.
(i) Repetuntur, quæ habet Autor cap. V. hujus Deigmatis de utriusque Luſatiæ Jacobis.

redegerunt Bohemiæ Reges, eique paulo poſt ſuperiorem a Marchionibus Brandenburgenſibus, ut dictum eſt, receptam, rurſus copularunt.

Donec ſub Alberti regimine ſuperiori conjuncta in Bohemorum poteſtatem redigitur.

De rebus Luſatiorum ante Henricum I. geſtis.

§. II. Ante Henricum primum Aucupem de rebus geſtis Luſatiorum nihil certi memoriæ proditum reperio. Nam quod Coſmas narrat, Bohemos, cum iis præeſſet Neclan dux timidus & ignavus (qui Borivorium primum Catholicum principem anno 894. imperante Arnulpho, ab Epiſcopo Moraviæ Methodio baptiſatum tertio loco præceſſit) ſæpe a Lutzenſibus vel Luzanis Duce Uladislao profligatos, ad extremum præſtigiis magicis ſuperiores factos tntum illorum ad internecionem concidiſſe exercitum, terramque occupaſſe: id utrum de Luſatiis intelligendum ſit, etſi ita interpretantur marginales librarii annotationes, & non ignoro Luſatios a Domino Michaële ab Eytzing, Auſtriaco, viro noſtri ævi doctiſſimorum nnbiliſſimo, & nobiliſſimorum doctiſſimo vicina voce, appellari Luſanos: tamen ut dubitem facit Coſmas ipſe, qui expreſſe ſcribit Lutzanos ſeculo ab urbe Sate Satientes vocatos, ſicut & Æneas Sylvius, apud quem eadem ſeu hiſtoria ſeu fabula (nam & Coſmas hoc in medio relinquit) licet variatis nonnihil circumſtantiis extat, Luc nſem principatum, poſtea Lacenſem dictum tradit. Hæc quomodo ad Luſatiam quadrent, aliorum eſto judicium. Dubravius in interiorem Bohemiam collocat Zatecium, ſcribitque Zateenſes cognominatos Lucenſes, quod incolerent plana & ſaltuoſa loca, ad quæ quidem ex Serbiis nunc Luſatiis plerique, deſertis in ſuperiori Luſatia montium jugis, immigrarint. Coſmas ἐτυμολογῶν Lucenſes deducit a prato, quod luca Bohemis.

Dragomiſſa Uratislai uxor.

§. III. Quod autem apud eundem Coſmam legitur, Borivorii filium Uratislaum uxorem accepiſſe Dragomiſſam de duriſſima gente Luticzenſi & ipſam ſaxis duriorem ad credendum, ex provincia nomine Stodor, matrem D. Wenceslai Martyris & Boleslai parricidæ. Eum locum ut de Luſatia accipiendum cenſeam, mentione Pruvinciæ Stoderanæ moveor. Stoderanos enim Slavicam gentem in Luſatia inferiori circa Lucam ſedes ſuas habuiſſe, de Brotufi ſententia ſupra retulimus.

Luſatia quoque ſubfuit Regibus Poloniæ & Ducibus Sileſiæ.

§. IV. Præter Miſnenſes & Brandenburgenſes Marchiones item Duces & Reges paucasque familias alias, quibus ſubfuiſſe Luſatiam diximus, Sarmatiæ etiam Regibus & horum agnatis Sileſiæ Ducibus eam paruiſſe, reperio. Scribit enim Cromerus ex Leſci III. qui e veterum Poloniæ ducum proſapia tertius fuit, ante Piaſtum Cruſnicenſem, ex hujus ergo viginti filiis

Ratio, intuitu regum Poloniæ.

naturalibus Pribislao, Cieſſimiro, & Otæ ceſſiſſe Ditivoniam, quæ nunc a Polonis Luſatia, ab aliis Luſitia dicatur. Id factum eſſe oportet aliquanto ante annum Chriſti nongenteſimum, cum Piaſti abnepotem Meſconem primum Catholicum principem, qui fuit poſt Leſcum III. Dux octavus, baptizatum conſtet Gneſnæ Anno 965. ante quem Polonica hiſtoria exquiſita temporum ſupputatione caret. Idem
Cromerus ait Anno 1220. h. e. Sub initi- 1220.
um Imperii Friderici II. Henricum I. barbatum Sileſiæ ducem S. Hedvigis maritum filio minori Cunrado, qui poſtea in venatione cervices fregit, Luſatiam & Lubuſſenſem tractum aſſignaſſe: & ejusdem

Ratio I. intuitu Ducum Sileſiæ.

Henrici I. ex filio Henrico II. pio, qui 2.
contra Tartaros pugnans occubuit, nepotem Boleslaum ſævum vel calvum ducem
Lignicenſem Anno 1250. Sittaviam & 1250.
Gorlicium oppida ſuis quibusdam hominibus oppignoraſſe.

§. V. Bulconi item tertio & ultimo ejus 3.
nominis Sileſiæ Duci, domino Svidnicenſi, & poſt mortem patrui Henrici, Jawrenſi, Marchionis Luſatiæ titulum tribuit inſcriptio quædam in curia Svidnicenſi. Fuit is ex filio Bernhardo nepos inclyti principis Bulconis primi Svidnicenſis & Fürſtenbergenſis cognomento invicti, cujus galea, pharetra & gladius, ibidem aſſervantur: qui idem cum eſſet tutor liberorum fratris ſui Henrici V. pinguis, ducis Vratislavienſis, Johannem Bohemum ope patris Henrici VII. Imperatoris Sileſiam ſubacturum repulit, excitata in finibus regionis munitione Landshuta, mortuus
anno 1301. ſepultus in Cœnobio Griſſavi- 1301.
enſi, quod fundarat.

Bulco deſponſat filiam Carolo Johannis R. Boh. filio. 1353.

§. VI. Cæterum Bulco III. ut placato uti poſſet Johanne, qui Svidnicio inhiabat, coactus eſt anno 1353. filio hujus Carolo IV. Imperat. deſponſare ſuam ex fratre Henrico jam demortuo, nepntem Annam, hac conditione, ut ſi absque prole maſcula Bulco decederet, Svidnicenſ. & Javorenſ Ducatus, dotis nomine Carolo cederent. Obiit autem Bulco die Matthiæ Anno 1368. quo & Jagello Lithuanus Cracoviæ baptiſatus eſt, ſepultus Griſſæ, nullo relicto hærede. Filium enim ejus in caſtro Bulkenhaino morio irritatus latere petitum interemerat, qui & ipſa in Griſſa ſub lapide cædem indicante ſitus eſt. Agnes igitur Bulconis vidua Leopoldi Ducis Auſtriæ filia mariti bona retinuit ad tempus vitæ. mortua Anno 1392. die Purificationis, ſepulta Svidnici, in æde D Mariæ, Ac tum demum uterque Ducatus ad regnum Bohemiæ eſt devolutus. Qua de re ſic Franciſcus Faber in Sabotho pag. 16.

Bulco nullum reliquit hæredem, filio ejus interemto.

Nam

Nam poſtquam morio prolem
Forte laceſſitus Bulconum extinxerat acri.
Poſtremam jactu lateris (tum temporis ætas
Infauſtum patriæ rituræ credidit omen)
Hæredum ſterili ut ſpes nulla reſideret aula,
Svidnicii exemplo Javoriſque feracia rura,
Quodque altus tractu pertingit utroque Sabuthus,
Vulturiusque ſolum, quos & Quiſſusque Boberque
Ambit agros, Carolo dotali jure Bohemo
Obvenere.

Idem Bulco condidit vicum, Idem Bulco in ſaltu Gorlicenſi ad quartum ab urbe lapidem prope Zirnam pagum, condidit Vicum Neuhuſum, (k) quem mox poſt mortem ejus Gorlicenſes, quod magno ipſorum detrimento cum us glaſto, ſale aliisque onuſti mercibus illac ducerentur, incenderunt & diruerunt, quem Gorlicenſes aliarum urbium auxiliis adjuti diruunt. impetratis inſigni aſtu, reliquarum quinque urbium ſociarum auxiliis. Quomodo autem de hac injuria Agneti viduæ ſatisfecerint, latius proſequntur Annales 1368. noſtrates ſub anno 1368.

§. VII. Henrico etiam Javorenſi Bulconis III. patruo cum Johannes Rex Bohemiæ uxoris ſuæ ſororem Agnetem Venceslai Regis filiam, quæ Hradecium Reginæ tenebat, deſpondiſſet, Sittaviam et pro Hradecio utendam fruendam conceſſit, quo mortuo Anno 1347. ad Carulum Johannis filium ea rediit. (Johannes R. Boh. pro Hradecio utendam concedit Zittaviam Henrico J. 1347.)

§. VIII. Sed qua occaſione Luſatiæ Domini facti ſint Poloni & Sileſii, non meminiſſe legere, ſicut nec quando ea rurſus exciderint, niſi quod illud quidem tum forte factum ſuſpicari licet, cum Budiſſina a Boleslao Chrobri rege Poloniæ, quem a Piaſto ſtirpis conditore ſextum & hoc nomine primum numerant, expugnata eſt, ut ſupra retulimus. (Incertum eſt regiminis Polonici in Luſatia tempus.)

CAPUT XX.

Exhibens Δέιγματις Concluſionem cum Catalogo Autorum, quibus Manlius uſus fuit.

Concluſio. HÆc de Luſatiæ incolis tam recentibus, quam vetuſtis, deque dominorum ejus mutatione & non nullis aliis huc ſpectantibus, ex magno acervo pauciſſima ſelegi. Præcipue vero ſummi & incomparabilis eruditionis Viri Caſparis Peuceri, Præceptoris mei veſtigia Laus Peuceri. conſectatus ſum, ita ut non ſententias tantum, ſed & verba ejus retinuerim. Quod enim ille de Magiſtro & Socero ſuo Melanchthone dicere non veretur, idem de ipſo Peucero ego infinitis modis juſtius dixero: nimirum arroganter nimis me factu um, ſi quid aliter, quam ab eo recitatum reperiam, exponere coner. Reliquos Autores pleroſque, quorum in hac farragine paſſim uſus ſum, teſtimoniis, in ſequentem tabulam conjeci.

Autores quibus Manlius uſus fuit.

Abbatis Urſpergenſ. Cunradi a Lichtenaw Chronicon, ejusque Paralipomena.
Æneæ Sylvii Piccolumini Senenſis Bohemia.
Alberti Cranz. Decani Hamburg. Vandalia, Saxonia.
Antonii Bonfinii Hiſtoriæ Hungariæ Decades.
Annales manuſcripti Gorlicenſ. Sittavienſ. Vratislavienſ. Erphordienſ.

Bilibaldi Pirckeymeri Nova Explicatio Germaniæ ex variis ſcriptoribus.
Bohuslai domini ab Haſſenſtein V. Epiſtolarum libri.

Caſparis Peuceri Budiſſ. Chronicon Carionis Lib. IV. & V. Oratio de gentibus, quæ dilacerarunt Imp. Romanum in Occidente. Oratio de Alberto duce Saxoniæ.
Chronicon Saxoniæ Germanicum impreſſum, ab anno 780. usque ad 1440.
Claud. Ptolomei Peluſienſ. Geographia libri II.
Cornelii Taciti Romani libellus de populis, Situ & moribus Germaniæ.
Coſmæ, Decani Pragenſ. annales Bohemici, eorumque ſupplementum, alterius autoris, manuſcripta utraque.
Cunradi Celtis Protucii Elegiarum libri. Noribergæ deſcriptio.
Cunradi Geſneri Tig. Mithridates.

Erneſti Brotufi civis Marsburgenſ. Chronicon Marsburgenſ. Genealogia principum Anhaltinorum. Hiſtoria Henrici Aucupis. Hiſtoria Viperti Comitis Groicenſis.

Felicis Fidleri flumina Germaniæ.
Franciſci Fabri Oſmue. Sileſii, Sabothus ſive Sileſia nondum edita, nunc vero in 8vo. Lipſiæ 1715. typis exſcripta.

Genealogiæ manuſcriptæ, familiæ Andech-

N

(k) vid. cap. 31. libri VI. Commentariorum. Conf. Grofferus in d. Merckwürd. Part. I. pag. 85. ſeq.

dechſianæ Domus Saxonicæ, ducum Sileſiæ.
Georgii Fabricii Chemnicenſ. Itiner. liber & huic adjunctæ locorum appellationes.
Georgii Sabini Brandenb. Elegiar. libri, Cæſares.
Hadriani Junii Hemerologium.
Joachimi Camerarii Bamberg. Oratio III. de Mauricio Electore Saxon.
Johannis Cochlæi commentarii hiſtoriæ Huſſitarum.
Johannis Cratonis Medici Cæſar. Hiſtoria Vratislavienſ. manuſcripta.
Johann. Dubravii Epiſcopi Olomuc. hiſtoria Bohemica.
Joh. Funccii Norimbergenſ. Chronologia & in eam Commentarii.
Joh. Garzonis Bononienſis Libellus rerum Saxonicarum.
Joh. Naucleri Præpoſiti Tubingenſ. Chronologia.
Joh. Roſæ oratio Funebris Joh. Friderici III. Ducis Saxon.
Joh. Schofferi Æmyliani Marchias.
Laurentii Surii Carthuſiani Colonienſis Paralipomena Chronologiæ Naucleri.
Martini Cromeri Hiſtoria Polonica.
Michaëlis Beutheri Carolopolitæ Franci annotationes in nuptias Saxonicas Lotichii.
Monumenta & Inſcriptiones Gorlicenſ. Uratislavienſ. Svidnicenſ. Lipſens.
Pauli Eberi Kittzingenſis Calendarium Hiſtoricum.
Philippi Melanchthonis Chronici Carionis lib. 1. & 3. Scriptorum publice propoſitorum Vitebergæ Tom. II. Præfatio in Catechiſin Val. Trocedorfii. Præfatio in Tabulam Poloniæ Wenceslai Godrecii. Explicatio Sententiarum Theognidis. Hiſtoriæ a Joh. Manlio collectæ.
Plinius.
Procopius.
Sebaſtiani Münſteri Ingelheimenſ. appendix Geographiæ novæ. Coſmographia.
Sigismundi Gelenii Epiſtola.
Tilemanni Strellæ Sigenenſ. Methodus Chorographicæ & hiſtoricæ deſcriptionis totius Germaniæ.
Tranſactio Spirenſis inter regem Ferdinandum & Joh. Fridericum Electorem Saxoniæ.
Wolffgangi Juſti deſcriptio Francofordiæ ad Oderam.
Wolffgangi Lazii explicatio antiquitatum Viennenſium.

Finis Deigmatis.

CHRI-

CHRISTOPHORI MANLII,
GORLICENSIS PATRICII

COMMENTARIORUM RERUM LUSATICARUM

LIBRI VII.

HACTENUS INEDITI,

NUNC VERO

COLLATIS CUM AUTOGRAPHO AUTORIS, PLURIMIS MANUSCRIPTIS CODICIBUS, ET AD PRIMUM EXEMPLUM STUDIOSE CORRECTIS, IN CAPITA ET PARAGRAPHOS DISTINCTI, NOTIS MARGINALIBUS, ET ALLEGATIS PLURIMORUM SCRIPTORUM, QUIBUS AUTOR USUS FUIT, ILLUSTRATI

INQUE PUBLICAM EMISSI LUCEM

EX

SENATUS ZITTAVIENSIS BIBLIOTHECA.

Conſpectus Commentariorum Rerum Luſaticarum.

Dividuntur in VII. libros, quorum

A Autor delineat Luſatiam a Situ, Diviſione, Urbibus majoribus & minoribus, Finibus, Longitudine, cæteriſque generalioribus, quæ excutiuntur a Geographis circa Regionum deſcriptiones occupatis, agitur itaque

Cap. 1. *De Situ Luſatia.*

2. *De Diviſione Luſatia & urbibus Lobavia & Gorlicio.*

3. *De Budiſſina ejusque Privilegiis.*

4. *De Zittavia cum reliquis urbibus coalitione aut unione ejusque non ſolvendæ cauſis.*

5. *De Lauba initio & arce Luban, it. de Camitii nomine.*

6. *De nomine urbis Budiſſa.*

7. *De proportione Exactionum indictarum ſ. Quotis Steurarum*, wie die Sechs-Städte ihre Anlage eintheilen und abſtatten.

8. *De urbibus Luſatia ſuperioris minoribus.*

9. *De finibus Luſatia ſuperioris & Aſpectu cœli, ſub quo ſita ſunt urbes Hexapolitana.*

10. *De ſpectaculo quodam prodigioſo, ubi ſanguis ex ſtipulis copioſe manavit.*

11. *De urbibus Luſatia inferioris, imprimis Spremberga.*

12. *De Luſat. infer. oppidis reliquis.*

13. *De oppidis aliorum Principum, quæ regiis opponuntur*, von den ſo genandten Fürſtlichen Städten in Niederlauſitz.

14. *De Pyzena munita*, von der Veſtung Peutz.

15. *De oppidulo* Sommerfeld.

16. *De oppidulis Fürſtenwaldo, Senftenberga, Finſterwaldo & Statibus utriusque Luſat.*

17. *De longitudine & latitudine utriusque Luſatia.*

18. *De celebribus utriusque Luſatia Clauſtris.*

19. *De Eccleſiis Luſatia Dominicis*, von den *Dom*-oder Thum-Kirchen in Lauſitz.

20. *De Fertilitate agrorum Luſaticorum.*

21. *De fluviis utriusque Luſatia, imprimis de Sprea ſeu Suevo.*

Cap. 22. *De fluviis Niſſo, Queiſſo, Vitigo.*

23. *De Urnis in Luſatia inferiori effoſſis.*

24. *De Cœli temperie & aëris ſalubritate, nec non de gentis cultu & moribus.*

25. *De Religione.*

26. *De primis Doctoribus & Paſtoribus Religioni Lutheranæ addictis.*

27. *De vetuſtiſſimis Luſatia incolis, ut Suevis, Ilingis (Ningis) Elyſiis & Senonibus.*

28. *De Slavis in Germaniam ac noſtram Luſatiam penetrantibus.*

29. *De iisdem Slavis.*

30. *De Slavis, qui veniunt nomine Strbiorum ſive Soraborum.*

31. *De Terra Luſatia, quod non ſit fundus Slavicus ſed Germanicus*, daß die Lauſitz eine deutſche Provintz ſey.

32. *De Marcomannis Luſatiam non habitantibus, bene tamen gubernantibus.*

33. *De Calucontbus & Cattis.*

34. *De Stoderanis.*

35. *De omnium Germanorum parentibus Tuiſcone, Manno & Suevo.*

36. *De Luticiis Luſatiam inferiorem incolentibus.*

37. *De Luititiis & Luſatiis.*

38. *De origine nominis Luſatia*, Lauſitz *vel* Laußnitz.

39. *De Luſatiis, quod ſint Gens Slavica.*

40. *De Luſatia, quod non ſit pars Sileſia.*

41. *De hodiernis Luſatiis, quod ſint Germani.*

42. *De iis, quæ in Luſatia ſunt geſta a tempore Caroli Magni usque ad Henricum Aucupem.*

43. *De bellis Caroli Magni contra Sorabos in Luſatia usque ad Ludovicum.*

44. *De Luſatia in poteſtatem Polonorum redacta.*

45. *De quæſtione: an Luizenſes in circulo Bohemico Satz conſederint.*

46. *De Vratislao Bohemia Duce, qui ex Gente Luticzenſi accepit uxorem.*

B. Man-

B. *Manlius nobis ſiſtit Luſatiam natam Marshiam, enumerat Marchionet a tempore Geronis usque ad Henricum Juniorem, hoc afficio in Luſatia defungentet, additque cæteras res notatu dignas hoc temporis intervallo geſtas.*

Igitur differit

Cap. 1. De *Sedibus & domicilia Slavorum cum in Provinsiis Aſiatieis tum Europais.*

2. De *Regno a Venedis ſ. Slavis peculiariter erecto.*

3. De *Luſatiorum Soraborum bellis sum Thuringis, Francis & Saxonibus.*

4. De *expugnata Venedorum Metropoli Brandenburgo.*

5. De *diverſis urbis Brandenburgi poſſeſſoribus & dominis.*

6. De *condita arse & urbe Miſena ad Albim ejusque nomine.*

7. De *conſtitutis Marshiis ſ. Marchionatibus eorumque gubernatoribus ſ. Marchionibus.*

8. De *Marchia Brandenburgenſi contra Henetos inſtituta.*

9. De *primis Marchionibus Miſnia & condita Marchia Luſatisa.*

10. De *Primo Luſatia Marchione.*

11. De *diverſis Marchiarum inſignibus.*

12. De *jure Saxonico in Luſatiam introducto.*

13. De *Luſatia ſeudo vexilli, quod Brandenburgenſes habuerunt.*

14. De *Luſatia prout dicitur Marshia orientalis.*

15. De *Templis, qua extrui curarunt in terris Slavorum Henricus Anceps & Otto I.*

16. De *Chriſtiano I. Marchione Luſatia II.*

17. De Dittmaro *I. Marchione Luſatia III.*

18. De Dittmaro *II. Ottone &* Dedone *Marchionibus Luſatia.*

19. De *Gerone Marchione ex Fabricio.*

20. De *bellis Marshionum, qua geſſerunt in Miſnia & Luſatia cum Bohemis & Polonis.*

21. De *Polonis & Sileſiis, quando* Domi*ni Luſatia ſint facti.*

22. De *crebris Rebellionibus Luſatiorum Paganorum poſt conſtitutam Marchiam Luſaticam.*

23. De *bellis Luſatiorum tempore Henrici IV. geſtis.*

24. De *Natura, Ingenio, Moribus & rebus geſtis Luſatiorum ante fidem Chriſtianam aſſumtam.*

25. De Dedone *I. ſexto Luſatia Marchione.*

26. De *inteſtinis Luticiorum bellis.*

Cap. 27. De *Lutisiis Saxonibus ſocia arma contra Cæſarem promittentibus.*

28. De *Saxonibus Luſatisarum Chriſtianis infenſiſſimorum auxiliis uſuris.*

29. De *Marchione Ecberto Miſniam occupante.*

30. De *Marshione Timone Imo Marshione Miſnenſi.*

31. De *Bohemis Luſatia ſuperiore potientibus.*

32. De *Idolo Luſatiorum Flyns dejecto.*

33. De *Fine & ſumma Libri II.*

C. *Commemorat* Duces *ac Reges Bohemia usque ad Wenceslaum III. qui Luſatiam ſuperiorem tenuere, addens, qua iis temporibus acciderunt cumque rebus Luſaticis conjuncta fuere, & qua ideo hic attingere opera pretium duxit.*

Agit itaque

Cap. 1. De *Viperto Comite Groicenſi Luſatiam ſuperiorem ab Henrico V. obtinente.*

2. De *Viperti Proſapia & exilio.*

3. De *Comitatu Groicenſi, quo donatur Vipertus.*

4. De *Virtutum illecebris, quibus ſibi devinxit Vratislai animum.*

5. De *Nuptiis, quas celebravit cum Vratislai filia.*

6. De *bello cum Ecberto Saxone.*

7. De *Indignatione Imperatoris, quam incurrit Vipertus: de reconciliatione cum eodem, templo & cœnobio Pega fundatis.*

8. De *Morte uxoris ſua & variis rerum eventibus, qui a fortuna pendebant.*

9. De *dignitate Principis & feudo Marchia Luſatia Viperto collatis.*

10. De *Morte ejus.*

11. De *filiis ejus, quorum natu minor nomine Henricus fit Marshio Luſatia.*

12. De *Morte Henrici.*

13. De *Ottone Epiſcopo Babebergenſ. Eccleſ. Pomeranorum & Luſatiorum Apoſtolo.*

14. De *Vratislao Luſatiam adepto.*

15. De *Genere & ſtirpe Vratislai.*

16. De *axiomate regio in Vratislaum primum illato.*

17. De *eodem, quod confirmatur teſtimonio Coſma.*

18. De *bello, quod geſſit in Luſatia ſuperiori.*

19. De *obitu Vratislai.*

20. De *Cunrado Vratislai ſucceſſore.*

21. De *regia nomine, quo abſtinent Bohemi.*

22. De *Mutina & Boſcio e Verſovicenſium familia in Syrbiam exulatum miſſis.*

23. De *Imp. Henrico IV. a Borivojo Bo-*

bemiæ Duce perquam honorifice & liberaliter accepto.

24. *De Borivoji Succeſſoribus.*
25. *De Turbis & moleſtiis, quas movet & creat Uladislao frater ejus Sobeslaus.*
26. *De pace inter fratres redintegrata.*
27. *De Soberlao ab Uladislao moriente ſucceſſore nominato.*
28. *De urbibus Gorlicio & Budiſſina ſive noviter conditis ſive inſtauratis & renovatis.*
29. *De quibusdam Doctoribus Eccleſiaſticis eorumque doctrinis.*
30. *De nomine urbis Gorlicii ejusque ſignificatione.*
31. *De Morte Sobeslai.*
32. De *Uladislao Sobeslai ſucceſſore, ſecundo Bohemiæ Rege.*
33. *De Uladislai morte & ſuccedente Sobeslao.*
34. *De Sobeslao ejecto & Cunrado poſt mortem Friderici Bohemiæ Printipe declarato.*
35. *De Wenceslao & Primislao Boh. Principibus ſalutatis.*
36. *De Henrico Duce Bohemiæ pronunciato.*
37. *De Primislao Ottogaro I. Bohemiæ Rege tertio.*
38. *De Brunone Præſule Miſnenſi Baſilicam Budiſſinenſem fundante.*
39. *De Sileſiis Luſatiæ Dominis.*
40. *De regimine & morte Wenceslai Ottogari I. Monoculi.*
41. *De Henrico II. Sileſiæ Duce cum Tartaris conſligente & occumbente.*
42. *De Boleslao extremam Luſatiæ & Sileſiæ inferioris oram oppignorante.*
43. *De Primislao Ottogaro II. Dignitatem Cæſaream affectante & Luſatiam ſuperiorem Elect. Brandenburgenſi donante.*
44. *De ejusdem interitu in campo Auſtriæ Marchfeldo.*
45. *De Wenceslao II. & arcibus nonnullis, quas in dotem ipſi dedit Rudolphus Habtburgicus*
46. *De Exordiis urbis Zittaviæ ejusque nomine.*
47. *De Wenceslao a civibus Zittavienſibus educato & ejus amore, quem in eosdem teſtatus eſt .*
48. *De ludis equeſtribus Zittaviæ agitatis, & dominis Leipenſibus huic urbi dominantibus.*
49. *De Johanne Bohemiæ Rege Zittaviam recuperante.*

D*Perſequitur eos Miſniæ Marchiones, qui poſt Henricum Groicenſem ad Fridericum admorſum usque inferiorem maxime Luſatiam adminiſtraverunt, & manifeſtum facit; qua ratione utraque Luſatia denuo conjuncta ad Bohemos redierit. Perfert itaque Sermonem*

Cap. 1. *De Timone Comite Wetinenſi Marchiam Miſniæ adepto.*
2. *De Cunrado Timonis filio Luſatiæ Marchione creato.*
3. *De Cunrado Luſatiæ Marchione, ſacram expeditionem in Syriam contra Turcas ſuſcipiente.*
4. *De ejus Morte.*
5. *De Primislao ultimo Venedorum Regulo Luccam inferioris Luſatiæ urbem inhabitante.*
6. *De Sorabis & Luſatiis extirpatis.*
7. *De ſermone germanico in Luſatiam cum novis incolis introducto & propagato.*
8. *De Petro Dano in Polonia & Sileſia LXXVII. templa & aliquot monaſteria condente.*
9. *De Marchionibus ex ſtirpe Timonis, qui inferiorem Luſatiam tantum poſſederunt.*
10. *De Filiis & filiabus Cunradi.*
11. *De Dieterico Cunradi ſucceſſore cœnobium Dobrilugum condente.*
12. *De Dieterico ira in Pontificem M. commoto*
13. *De ejus Hæredibus.*
14. *De Dedone XIII. Luſatiæ Marchione.*
15. *De ejus morte & ſucceſſore.*
16. *De Dieterico II. Luſatiæ Marchione.*
17. *De Henrico Luſatiæ Marchione.*
18. *De Morte Henrici.*
19. *De Henrici uxore & liberis.*
20. *De Alberto Henrici filio degenero conjugem ſuam ſpernente.*
21. *De Friderico & Tiſſemanno a Paterno adoptatis & Teſtamento hæredibus nominatis.*
22. *De Friderico capto, liberato & Patris ſocios vincente.*
23. *De Lucca inferioris Luſatiæ urbe fruſtra obſeſſa.*
24. *De bello Imperatoris Adolphi Marchionibus Friderico & Tiſſemanno parato.*
25. *De Copiis Imp. Alberti ad Luccam Miſnicam a Frid. & Tiſſemanno profligatis.*
26. *De Tiſſemanni morte indigniſſima ejusque Epitaphio.*
27. *De perfido ductore Naſſavio obtruncato & Imperatore Alberto cæſo.*
28. *De Alberto degenero diem ſuum obeunte.*
29. *De Friderico Bohemis Luſatiam inferiorem cedente.*
30. *De Friderico capto & Ditioni Luſatiæ*

cta inferioris ſuo & hæredum nomine renunciante.

31. *De Friderici admorſi morte.*
32. *De Eodem Friderico admorſo XIX. Luſatiæ Marchione.*
33. *De Friderici & Tiſſemanni Fratribus.*
34. *De Bohemia utriusque Luſatiæ acceſſione aucta.*

E. *Percenſet Marchionum Brandenburgenſium ſeriem ab Alberto Urſo ad Ottonem Bavarum usque, quibus poſt Primislaum Ottogarum II. Bohemum paruit Luſatia ſuperior, quæ Woldemaro ultimo exſpirante veteribus Dominis, Bohemiæ nempe regibus ſeſe tradidit. Itaque verba facit*

Cap. 1. *De Alberto Urſo inveſtito de feudo Electoratus & Marchionatus Brandenburgii, ejusque Succeſſore.*
2. *De Ottonis I. morte & Succeſſore.*
3. *De Morte Ottonis II. & fratre Alberto II. in jura ſuccedente.*
4. *De Johanne I. Rerum potiente.*
5. *De Ottonis Pii Electoris Br. Johannis I. fratris rebus geſtis, Dominatu in Luſatia ſuperiore, Fundationibus, liberis & obitu.*
6. *De Johanne II. duodecimo Brandenburgenſi Electore.*
7. *De Præſulis Miſnenſis lite compoſita & Conventu Laubanenſi fundato.*
8. De *Luſatia Ottoni Brandenburgenſi Marchioni oppignorata.*
9. *De Ottone cum telo XIII. Electore.*
10. *De domo pro mercatoribus & rebus venum proponendis Budiſſinæ extructa atque Juriſdictione ſuperiore Laubanis conceſſa.*
11. *De Cunrado I. XIV. Electore Brandenburg.*
12. *De Johanne III. Elect. XV. nec non Woldemaro I. Electore Brandenb. XVI.*
13. *De Woldemaro II. Electore Brandenb. XVIII.*
14. *De Henrico Elect. XVII. & Johanne IV. XIX. Electore.*
15. *De Hermanno vigeſimo Brandenb. Electore.*
16. *De Johanne V. Electore XI. ejusque Succeſſore Ludovico Bavaro.*
17. *De Pſeudo-Woldemaro.*
18. *De Pſeudo-Woldemari adjutoribus, fortuna ſecunda & adverſa, ejusque interitu.*
19. *De aliis hominibus fictitiis defunctorum nomen, perſonam, habitum & mores ſimulantibus, ac illa ſimilitudinis forma in Principum imperium, opes fortunasque graſſantibus.*
20. *De Ludovico ſeniore Tyrolenſi agro contento & Ludovico Romano Electore.*
21. *De Pſeudo Woldemaro & Ludovico Romano Brotuſi recenſio.*
22. *De Imperatore Carolo IV. affinitate ſibi Bavaros devinciente.*
23. *De Jure Patronatus Archi-Diaconatus in Luſatia, Eccleſiæ Miſnenſi oblato.*
24. *De Ottone Brandenburgenſi Marchione Marchiam Carolo IV. vendente & fato cedente.*
25. *De Carolo IV. ingrediente Marchiam, quam tandem Sigiſmundus, Rex Romanorum, vendidit Norinbergenſium Burggravio.*
26. *De Luſatia Bohemis ſe tradente.*
27 *De quibusdam Cœnobii Gorlicenſis Inſcriptionibus.*
28. *De nova Schola Auguſta Gorlicii aperta, ſive de Gymnaſio Gorlicenſi invictisſimi Imperatoris Maximiliani II. auſpiciis fundato.*

F. *Stylum convertit ad Johannem & hunc ſecutos Bohemiæ Reges, qui utramque Luſatiam conjunctam tenuerunt exponens in ſimul ea, quæ iſtis temporibus contigere & notari merentur,*

Cap. 1. *De Wenceslao III. Bohemiæ Rege.*
2. *De Rudolpho Miti Bohemiæ Rege ejusque morte.*
3. *De Johanne Lucemburgio Rege Bohemiæ creato.*
4. *De ingenti in agro Luſatorum frumenti penuria, & indiciis hanc calamitatem præſignificantibus.*
5. De *urbe Gorlicio ad Bohemos redeunte.*
6. De *lite, quam Gorlicenſes habuere de Juriſdictione ſuperiore.*
7. De *fundatione Conventus Lœbavienſis.*
8. De *Zittavia, quam Leipenſis Johanni cedit, quamve Rex concedit Duci Javorenſium.*
9. *De Henrici* Ducis *Javorenſis Majoribus.*
10. De *iis, quæ apud Zittavienſes in Henrici* Dominatu *accidere.*
11. De *Laubanenſium Inſignibus, quæ acceperunt ab Henrico.*
12. De *Cœnobio Laubano.*
13. De *publico ſalis venalis foro & Juriſdictione ſuperiore Laubanis conceſſis.*
14. De *morte* Ducis *Henrici & Johannis Regis Bohemiæ.*
15. De *Ejusd. Regis Johannis Liberis.*
16. De *Carolo IV. Rege Romanorum & Bohemorum pronunciato, & Regno Bohemiæ Sileſiam atque Luſatiam inferente ſeu incorporante.*

17. De

17. De Caroli IV. modis multas acquirendi provincias.
18. De arce Roymunga (Ronau) ad Hirtfeldum excitata, Zittavia Saxoni oppignorata & terra quodam motu.
19. De Codice publico a Zittavienſibus Senioribus confecto (von dem Stadt-Buche, welches zu Zeiten angeleget wird)
20. De iis, quæ intra Decennium, ab anno nempe 1550. -- 1559. Zittaviæ potiſſimum accidere.
21. De domo Imperatoria ante urbem Zittaviam ædificanda & foſſa circa eam ducenda.
22. De Zittavienſibus ſupra uſitatas penſiones ſubſidia contribuentibus, & magna inſuper annona difficultate laborantibus.
23. De Pragenſibus in Territorio Zittavienſium pro Hoſtibus ſe gerentibus.
24. De Luſatia ſuperiore per jusjurandum in fidem Rudolphi Ducis Auſtriæ adacta.
25. De Ludovico Legnicenſi, ad quem Luſatia ſuperior quoque devolvi poterat.
26. De Zittavia in ſociarum Luſatiæ ſuperioris urbium fœdus tranſeunte ac regium nemus redimente.
27. De Cœnobio Oybinenſi condito.
28. De rupis Oybinenſis inventione, ejus nomine & Ordine Cœleſtinorum.
29. De diſſidio inter Senatum Zittavienſem & quædam opiſicum collegia per Carolum IV. ſublato.
30. De lite Zittaviæ illata de Silva regia.
31. De arce & vico Neuhofo deleto.
32. De Nativitate Johannis Ducis Gorlicenſis, Ditterico Præſule Miſnenſi & Tranſactione inter Nobiles & Civitatem Budiſſinenſem ſuper campanis cereviſiariis.
33. De Jure viæ regiæ Gorlicenſibus confirmato, Carolo IV. moriente, hereditatem inter filios partiente, aliisque rebus arduis.
34. De Johannis Ducis Gorlicenſis vita, moribus, unica filia & morte.
35. De Wenceslao ignavo, Romanorum & Bohemorum Rege; ejus captivitate & liberatione.
36. De Sigismundo Imp. Rom. miſerrima in Bohemia peſte, ſeditione Laubanenſi & Budisſinenſe nec non incendio Budisſinenſe & obſidione arcis Ortenburg.
37. De novo ſenatu Budiſſinenſi ac plebe ſeditioſa graviter punitis.
38. De Aſpera quadam hyeme, & Privilegio quatuor Luſatiæ inferioris Ordinibus dato.
39. De Tragœdia Budiſſinæ triſtiſſimo cum eventu exhibita, ac Fluminum inundatione.
40. De ſupplicio, quod Budiſſina ſecunda vice recidit in ſeditioſos, nec non de Gorlicenſium & Vratislavienſium ſeditionibus.
41. De Laubanenſibus interdicto Eccleſiaſtico (Banne) per Triennium percusſis.
42. De Regis Wenceslai & Præpoſiti Budisſinenſis morte.
43. De Wenceslai Vitiis a quibusdam excuſatis & diminutis, ab aliis vero exaggeratis.
44. De inventore bombardarum & pulveris tormentarii, qui ſupplicio extremo affectus eſt.
45. De Exactionibus publicis a ſex Civitatibus conjunctim pendendis.
46. De Concilio Conſtantienſi celebrato.
47. De Sigismundo Regnum Bohemiæ morte Wenceslai capiente, Huſſitis Johannem Ziskam ſibi Ducem eligentibus, & munimentum Thaborum condentibus.
48. De arce Pragenſi proditione in Huſſitarum poteſtatem veniente, a Sigismundo vero mox recuperata.
49. De Sigismundo, Rege Bohemiæ coronato, ab Huſſitis regno expulſo & damno Papiſtis illato.
50. De Epiſtola ab Huſſitis ad Luſatiæ populos exarata.
51. De arce monti vicino, quem coronam provincialem vocant, impoſita, diruta.
52. De Æde inſigni Gorlicenſium Petrina aliisque templis Gorlicii extructis.
53. De Vitoldo & Corimbo in Regem Bohemiæ accitis, de Caroloſteino obſeſſo & per Johannem Polentium fortiſſime defenſo.
54. De inſigni copiarum Saxonicarum ad Auſigam, puſillum Bohemiæ oppidum, ſtrage.
55. De urbe Lauba Huſſitarum copiis obſeſſa & capta, aliisque urbibus devaſtatis.
56. De Huſſitis ad Niſſam Sileſiorum & Zittaviam Luſatorum victis.
57. De cœnobio Oybino, urbibus Gorlicio & Budiſſina oppugnatis, Labavia incenſa.
58. De ſuburbiis Miſnenſibus crematis, & multis hominibus prope Grimmam occiſis.
59. De vaſtatione Gobbino, Nova Cella, Reichenbachio aliisque oppidulis illata.
60. De Vratislavia fruſtra quidem oppugnata, ſed tota vicinia incenſa & Monaſterio Trebnicenſi direpto.
61. De Friderico Gradu Grotisbergenſi capto & ſuſpenſo.

62. De

62. *De urbe Lauba, in qua nouuulli civet ſedem iterumfixeruut, ſuburbiis Budiſſinenſibus direptis, cœnobio Marieſtella incenſo, &c.*

63. *De Francoſurto cis Oderam fruſtra oppugnato & inſigui metu, quem ubique locorum excitarunt Thaborita.*

64. *De Concilio apud Baſileam inchoato, iu quo cum Bohemis fuit diſceptatum & transactum de 4. Articulis.*

65. De *Fluviis Luſaticis nempe Niſſo, Sprea & Quiſſo in immenſum effuſis.*

66. *De Thaboritis a Gorliceuſibus proſtratis atque novis Gorlicenſium inſignibus.*

67. *De Gorlicenſibus novam Huſſitis cladem inſerentibus.*

68. De *Huſſitis tandem diſſipatis & prorſus extinctis, de Niſſo & Sprea iterum inundautibus & magua anuona caritate.*

69. Do *Regni Bohemici ordinibus Sigismundum iu Regem honorifice ſuſcipientibus & urbe Lauba noviter fundata & reſtituta.*

70. *De Sigismundi morte, Sermonibus, rebus geſtis & ſucceſſore.*

71. *De Imperatore Alberto Gorlicium, Laubam & Vratiſlaviam adventante.*

72. *De gravi Peſtilentia, & pramatura Alberti morte.*

73. *Da Ladislai Poſthumi nativitate.*

74. De *urbe Budiſſina bis conflagrante.*

75. De *mala Matrouarum Budiſſinenſium conſvetudine abrogata.*

76. Do *Uladislao Poſthumo Rege Hungaria declarato.*

77. De *Urbe Colbuſio occupato.*

78. De *Ladislao in Reguum Bohemicum introducto & coronato.*

79. De *Johanne de Capiſtrauo Gorlicium & Laubam veniente ejusque vita curriculo.*

80. Do *Rege Ladislao Gorlicium adeunto, juramentum ſuſcipiente & Rapublica Gorlicenſi a Terrigenis Territorii Gorlicenſis accuſata.*

81. De *iucendio Gorlicenſi, Belgrado oppugnato & liberato ac Hunniade Capiſtranoque expirantibus.*

82. *De Huuniadis Filiis, Ladislao nempe & Matthia comprehenſis, Ladislao capite plexo & Matthia in vinculis retento.*

83. *De Ladislao Hungaria ac Bohemia Rege immatura morte extincto & ſepulto.*

84. *Do Matthia Hunniadis filio Rege Hungarorum renunciato & Georgio de Cunſtat & Podiebrat Rego Bohemia electo.*

85. *De Luſatia a Georgio iu fidem recepta.*

86. *De bello, quod intercesſit Luſatia inferioris oppidis cum Alberto Brandeuburgio aliisque rebus huc ſpectantibus.*

87. *De Rege Georgio a Pontifice Romano Pio II. excommunicato ſive bauno percuſſo.*

88. *De Luſatia ſuperiore R. Georgio homagium praſtante, Peſtilitate ſavieute & Poutifice Maximo moriente.*

89. *De Georgio Emmerithio ad terram ſanctam profecto & ad inſtar ſacri ſepulchri ſimulacro condito.*

90. *De Imperatore Hadriano, ſacri ſepulchri locum maguo terra cumulo operiri & execrabilia idolis delubra erigi jubeute.*

91. *De Imperatore Conſtantino ſepulchrum Chriſti, tres cruces & clavos effodi jubente.*

92. *De Imperatore Couſtantino M. Baſilicam circa ſepulchrum Chriſti regalibus ſumtibus conſtitui jubeute.*

93. *De Imperatrice Helena duo templa, uuum iu Bethlehem, alterum iu montis vertice, uude Chriſtus in cœlum aſſumtus eſt, ſundante.*

94. *De templo ad Sacrum Chriſti ſepulchrum couſecrato.*

95. *De Coſroe Perſia Rege Hieroſolymam diruente & Carolo M. claves Sepulchri Domini omnemque Hieroſolymarum & ſepulchri ditiouem accipieute.*

96. *De Urbo Hieroſolymis a variis occupata.*

97. *De tribus ſacri Sepulchri Hieroſolymitani Inſcriptionibus.*

98. *De Ceuotaphio Gorlicenſi deſcripto.*

99. *De menſuris Geodaticis.*

100. *Do couſimilibus Salvatoris Ceuotaphiis.*

101. *De Rege Georgio a Pontifice Romano damnato & diris devoto, deque Luſatia ſuperiori a Georgio deficiente.*

102. *De Matthia Hungarorum Rege a Luſatia Superiori jusjurandum fidelitatis accipieute.*

103. *De quibusdam Seuatoribus Gorlicens: Regi Georgio adhærentibus ſupplicio necatis.*

104. *Do Hoyerswerdo occupato, urbe Cotbuſenſi exuſta & Zittavienſibus captis.*

105. *De duorum virorum illuſtrium, quin imo ipſius Regis Georgii obitu.*

106. De *Gorlicio canali ſive tubo maximo Cloaca ſubterranea ad Niſſum usque pertingente.*

107. De *Uladislao a Bohemis Rege renunciato.*

108. De *campana Gorlicii ſuſa & circuitu corporis Chriſti Budisſinæ primo inſtituto.*

109. De *Regibus Matthia & Uladislao ad Vratislaviam cum copiis ſuis accedentibus, induciis ibidem confectis & Homagio a Saxone Regi Matthiæ propter poſſeſſionem* Ducatus *Saganenſis præſtito.*

110. De *auguſtiis Gorlicenſium & exuſtione oppiduli Schönberga.*

111. De *urbe Cotbuſienſi & Lobovienſi obſeſſis.*

112. De *transactione Regem inter Matthiam & Uladislaum, cujus vigore Rex Matthias Luſatiam, quoad vixit, retinebat.*

113. De *incendio Cotbuſii ex fulgore orto, de faſtigio Turris Baſilicæ* D. *Petri Budiſſinæ per ventum impetuoſum dejecto & Turri Leonina de cœlo tacta.*

114. De *Epiſcopo Johanne V. ſacris in Luſatia inferiore interdicente & bello marchico ſedato.*

115. De *arce Budiſſinenſi readificata, de Matthiæ effigie ſupra portam arcis poſita aliisve rebus.*

116. De *Peſte Budiſſinæ & Gorlicii ſæviente.*

117. De *Budiſſinenſium Conſulum afflictione.*

118. De *Electoris Saxoniæ Erneſti morte & ſucceſſore Friderico III.*

119. De *ſubito incendio Laubanenſi & graviſſima peſte ibidem graſſante.*

120. De *bello Glogavienſi.*

121. De *Hoſpitali ſ. Noſocomio Matris Virginis Budiſſinenſi cum utroque ſacello conflagrante.*

122. De *Regis Matthiæ morte.*

123. De *Georgio a Stein Hexapolin a Rege Bohemorum avellendi & Regno Hungarico hæreditarie applicandi cupido & propugnaculis quibusdam extructis.*

124. De *Luſatia ſuperiore ad Bohemos recidente.*

125. De *Luſatiæ Superioris Præfectis.*

126. De *Luſatiæ inferioris Præfectis.*

127. De *lite, quam Gorlicenſes habebant tum Adamo Sveuo, Georgio Saxoniæ Duce arbitro, compoſita.*

128. De *inuſitata grandine Laubæ omnia frumenta corrumpente.*

129. De *negotiatione & ceu Emporio glaſti* (Weidhandel,) *ejus æſtimandi jure Gorlicio Hainam translato.*

130. De *Gorlicenſibus Parœcum deponentibus, eundemque recipientibus,*

131. De *rixa in via publica inter Nobilem quendam Coceritium & Paſtorem Grodenſem orta.*

132. De *artificioſo aqua ductu Budiſſinæ ædificato.*

133. De *Magnis aquarum Eluvionibus & peſte circa ter mille homines omnium ætatum perimente.*

134. De *Diſſidiis inter Gorlicenſes & Nobilitatem cunctasque huic reliquas quinque conjunctas urbes propter cereviſiæ vecturam natis.*

135. De *Gorlicenſibus monetam in Sileſia noviter cuſam vetantibus.*

136. De *Luſatiæ inferioris Privilegiis confirmatis ac renovatis.*

137. De *Georgio Emerico Conſule Gorlicenſi & Equite Aurato moriente.*

138. De *magno inter Camitianos, Budiſſinenſes & Punocovios diſſidio, ſeditione Camentii mota & documentis ex hac Hiſtoria capiendis.*

139. De *Territorio Sprembergenſi hypotheca titulo inſcripto & lite exinde orta.*

140. De *Peſtilitate magna Gorlicii ad quatuor Millia hominum abſumente.*

141. De *Ludovico Rege Bohemiæ coronato & lite, quam totius Luſatiæ ſuperioris Nobilitas habuit cum Civitatibus.*

142. De *minuto Groſſolorum Polonicorum pretio & in tractu Laubanenſi inaudito terræ motu.*

143. De *damno a Prædonibus Gorlicio & Budiſſinæ allato, hyeme aſperrima, & incendiis hic, ibi excitatis.*

144. De *Gorlicenſium nummulis nigris repudiatis excoctis, dealbatis & rurſum acceptatis.*

145. De *Vladislai morte.*

146. De *maxima campana Gorlicii fuſa & Academia Francofordienſe ob Peſtilitatem Cotbuſium translata.*

147. De *libri ſexti & totius Hiſtoriæ Luſaticæ fine.*

G. *Texit Catalogum cum Doctorum virorum, qui in Luſatia partim nati ſunt, partim ſedem rerum ſuarum collocaverunt, tum hominum militarium Luſatiorum. Quapropter nonnulla proponit.*

Cap. 1. De *Johanne Rhagio S.S. Theol. Doctore Sommerfeldenſi.*

2. De *D. Andrea Francken Cament.*

3. De *M. Hieronymo Ruperto Decano Budiſſinenſi.*

4. De *Valentino Fridelando Trocedorfio.*

5. De *Ejusd. Controverſia cum Swengfeldio & aliis rebus.*

6. De *Ejusdem doctrina, diſciplina & Scriptis.*

7. De

7. De *Zacharia Sculteto Gorlicio.*
8. De *Bartholomao Sculteto Gorlicio.*
9. De *Johanne Sigismundo Med. D. Gorlicio.*
10. De *Johanne Neandro M. D. Gorlicio.*
11. De *Jona Herrmanno celebri Poëta Gorlicio.*
12. De *Ambroſio Bernhardi Prof. Witteb. Gorl.*
13. De *Matthao Friderico Paſtore Schönbergenſi.*
14. De *Hiobo Commerſtadio.*
15. De *Hieronymo Schwoſſhaymo.*
16. De *Johanne Göritzio.*
17. De *Joachimo Steyero.*
18. De *Joachimo Steyero & Ludovico Sartorio.*
19. De *Laurentio Zeidlero Laub.*
20. De *Georgio a Kattwitz.*
21. De *Caſparo Peucero Med. Doctore.*
22. De *Georgio Ottomanno Gorlicio ejusque Genere.*
23. De *Michaele Neandro Soravienſi.*
24. De *Joachimo Meiſtero.*
25. De *Paulo Fabritio.*
26. De *Hieronymo Lauterbachio.*
27. De *Petro Cnemiandro.*
28. De *Adriano Albino, Petro Thomao, Jacobo Meilando, Michaële Retellio & Zacharia Teucha.*
29. De *Eſaia Heidenreichio, Simone Muſao & Melchiore Goldammero.*
30. De *Johanne Frauenbergio.*
31. De *Chriſtophoro Laſio.*
32. De *Johanne Haſſo.*
33. De *Johanne Trogero.*
34. De *Ottomaro Oepplino.*
35. De *Conrado Neſeno, Bartholomao Reuſnero & aliis quibusdam Viris eruditis.*

CHRISTOPHORI MANLII LUSATIÆ LIBER PRIMUS,

Summa Capitis. QUo Autor hanc regionem delineat ab ejus Situ ſub cœlo, diviſione, urbibus majoribus & minoribus, finibus, longitudine & latitudine, cœterisque partibus, quæ docentur in ſcholis Geographorum circa regionum deſcriptiones occupatorum. Omnia vero argumenta ſigillatim a Manlio excuſa & in capita a nobis diſtincta, evidentius ob oculos ponit totius hujus Hiſtoriæ Sciagraphia.

CAPUT I.

De Situ Luſatiæ.

§. I.

Fines Luſatiæ hodierni. LUſatia, quæ hodie (a) ſic nominatur, ab oriente Sole Sileſiæ obvertitur, Bohemiam attingit a meridie, ab occaſu Miſniam habet & Electoratum Saxonicum, a ſeptentrionibus ad Marchiam Brandenburgenſem fines (b) protendit.

§. II. A Sileſiis Quiſſo, Bobera & Niſſo fluviis dividitur. A Sileſiis dividitur fluviis. Rithaymerus (c) Spream addere videtur. Neque enim pars eſt Sileſiæ, ut ſcribit in procœmio Saxoniæ (d) Non eſt pars Sileſiæ. Cranzius vulgi ſermonibus deceptus. Nec recte eos, qui Sileſiæ fines ad Luſatiam ponunt, reprehendit Rappoldus, (e) totam hanc cum illa cenſens includendam, quod Autores vetera Quadorum, (f) h. e. Sileſiorum regna, huc usque aut eo amplius extendant. Eadem enim ratione Auſtriam quoque pene omnem, & multas alias regiones, quas olim tenuerunt Quadi, Sileſiæ quis conjunxerit.

O 2 §. III.

(a) Repetantur, quæ in Deigmate cap. 1. § 4. ſub lit. (b) notata fuere. Vid. etiam, quæ Manlius de etymo Luſatiæ infra cap. 38. Lib. hoc imo habet.

(b) Modernos hic tantum deſcribit Autor intactos relinquens terminos antiquos, qui propter crebras rerum mutationes & diſſidentes Scriptorum opiniones incerti ſunt maneantque. De finibus Luſatiæ hodiernis conf. in ipſo hoc volumine Script. Luſat. Jo. Georgii Kuntſchke Diſſertatio Hiſtor. I. de Luſatia Sect. 2. § 4. & 7. Haugvvitzii Prodromus Luſat. cap. 2 Huc etiam pertinent, quæ commemorat Melchior Goldaſtus in Commentario de Regno Bohemiæ lib. 1. cap. 15. §. 4. pag. 100.

(c) Georgius Rithaymerus in libro de orbis Situ Norimbergæ 1538. in 4to publicato, quemve Haugvvizius l. c. tanquam Scriptorem Luſatiæ fines ponentem quoque notat. Vide infra in hoc libro I. cap. 4 n. §. 2. Si autem a Sileſiis Luſatiam dividi ſtatuat Sprea, fallit in hoc, nam fluvius hic a Luſatia quidem dirimit Miſniam, eo ſcilicet in loco, ubi oritur, ſed non Sileſiam. v. Bil. Pirckheimeri Opera Hiſtorica pag 102. in Fol. Frf. 1610.

(d) Pag 3. lin. 26. Edit. Francof. 1575. conf. Conr. Sam. Schurzfleiſchii Diſſert. de Luſatia n. 6. & Nota, ubi antiquitatum ſcientiſſimus ſcriptor fontem erroris aperit, errore inquiens, furſan inde orto, quod pars Luſatiæ fuit ſub Henrico barbato Sileſiæ Duce, quæ poſtea jure pignoris Aſcanio - Brandenburgicos, hinc ad Bohemos pervenit. Vid. ipſe Manlius lib. III. cap. 39. §. 6. 7. 8.

(e) Daniel Rappoldus JCtus & primus ferme omnium Hiſtoriæ Sileſiacæ conditor, qui hanc ſententiam in Hiſtoria Ducatus Sileſiæ adſtruere nititur.

(f) Quadi a quaat Germanice Quat. Id forte a vocabulo Arabico, quod denotat felicitatem & delicias. Hinc Quadi vocab. alludit ad Elyſiorum nomen. Ita Frencelius. De his Quadis conſer. Cluver. Deſcript. German lib. III. c. 31. p. 616. ſeqq. Lazius de Migrationibus Gentium lib. 9. p. 618. 629. ſeqq. Joachimus Curæus in Annalibus Gentis Sileſiæ p. 5. §. ultimo, linea ultima, Edit. Witteb. 1571.

§. III. A Bohemia Luſatiam diſterminant montes, quos Sudetes vocant Ptolomæus (g) & alii ſcriptores. (h) Svevos Hermunduros, qui Miſnenſes ſunt hodie, a Luſatiis Albim quondam ſeparaſſe, authores (i) habeo. Et Rithaymerus Luſatiam regiunculam inter Albim, Oderam & Bohemiæ montes interjacere ait. Nunc ab eo latere contractior nonnihil eſt Luſatia, nec ad ripam Albis orieotalem pertingit. Ideo tamen fluminis (k) (ut recte C. Cornelius Tacitus in libello de ſitu, moribus & populis Germaniæ cap. 41. p. 227. Edit. Antwerp. 1585. in folio, in Andreæ Althammeri Commentariis in Taciti German. p. 285. in Jodoci Willichii Comment. Part. poſt. ſub numero 19. lin. ult. ait) inclyti & noti mentionem feci, ut qua in parte orbis terrarum ſita ſit hæc regio, exteri etiam ſcire poſſint.

§. IV. De Luſatiis accipiendus eſt Garzon (l) eumque ſecutus Scheurlius cum a Miſna regione, qua ortum ea ſpectat, Vindeliani ſ. Vindalos (ſic Slavos appellant) haud procul abeſſe ſcribunt. Nec vero in qualicunque hac deſcriptione metas conſtituo, ut in judicio Regundorum finium exquiſite καὶ ἀποτόμως: ſed more hiſtorico, tanquam limites illuſtres & durabiles oſtendo, ut aliquo modo ſitus regionis agnoſci poſſit, etiamſi alicubi, hoc præſertim tempore, ſpatia vel anguſtiora ſunt vel latiora. Eleganter autem, ut omnia, hos limites Vir clariſſimus Joachimus Meiſterus, Præceptor meus & civis in deſcriptione urbis Gorlicii complexus eſt his verſibus num. 13. – 25.

Fines quomodo conſtituantur

Fines a Meiſtero deſcripti.

Eſt regio latis vicina Bohemia terris
Tangit Luſatiam, veteres dixere coloni,
Qua videt emerſi nitidos Hyperionis ortus,
Prætexunt latus umbroſi pineta Sileſi
Proxima (qua Calaber dominator fulminis auſter
Imbre ferit) loca monticolæ coluere Bohemi,
Divitiis gens clara feracibus inclyta terris,
Seu Cereris dotes ſeu Bacchi vina requiras.
Heſperios mittit Zephyros, auraſque tepentes
Miſnia, turritum tollens caput alta, metallo
Vincla pedes, variaſque gerens in corpore merces.
Sed qua Mœnalia Boreas ruit horrifer Arcto
Uda paludoſis contingit Marchia terris.

CAPUT II.

De Luſatiæ diviſione & urbibus Lobavia ac Gorlicio.

§. I.

PORRO Luſatia eſt omnis diviſa in (m) partes duas: Superior, quam majorem quidam vocare audent, ſex habet civitates fœderatas inter ſe & ſocias,

Dividitur in Luſatiam ſuperiorem & inferiorem.

(g) In Germania enim ita habet: τὰ καλούμενα Σούδητα ὄρη.

(h) v. 9. Vellejus Paterculus libro 2. Andreas Palæoſphyra ſeu Althammerus in Commentariis Germaniæ in C. Cornelii Taciti lib. de Situ &c. German. p. 289. Jodocus Willichius in Comment. in Tac. Germaniam part. poſter. ſub num. XX. Philippus Cluverius in Germaniæ antiq. lib. III. cap. 48. p. pag. 712. Philippus Ferrarius in Lex. Geogr.

(i) Vid. Petri Albini Meißniſche Land- und Berg-Chronica Tit. 7. pag. 77. Edit. Dresd. 1590. Confer. Leuberg in Deſcriptione Ortenb. c. IV p. 57. o. e. obi ita: Die Marck Lauſitz hat ſich erſtrecket von dem Fluſſe Neiſſe an, biß an Meiſſen, welches Land damahls durch die Elbe von Lauſitz unterſchieden worden. Aſt diſſentit Vir rerum Luſaticarum peritiſſimus Dn. Abraham Frencelius, non putaverim, inquiens, fines Luſatiæ unquam ad Albim pertigiſſe; Status enim provinciales, ut ex Actis Comitialibus liquet, a Saxone Electore petiere, ut Luſatiæ terminum antiquiſſimum fluvium Pſoicium eſſe ac permanere concedat.

(k) De Albis ortu v. Dubravii Hiſtoria Bohem. lib. I. pag. 2. ex Biblioth. Marquardi Freheri prælo Wecheliano Hanoviæ 1602. Conf. Curæus p. 5.

(l) Joh. Garzon Med. Bon. in Hiſtoria Friderici Admorſi ſ. de Rebus Saxoniæ & Luſatiæ Lib. I. cap. 1. §. 2. quam in hac collectione præmiſſam invenit Lector Benevolus. Chriſtophorus Scheurlius conſiliarius fuit Cæſareus, Saxonicus & Reipublicæ Norimberg. legatus ad Cæſarem Carolum V. De hoc Garzone & Scheurlio ita diſſerit Frencelius paragraphum hunc 4tum in vernaculam translaturus: Es iſt von den Lauſitzern zu verſtehen, was Garzon und Scheurlius, welcher letztere ſonder Zweiffel in dem Scripto de Rebus geſtis Alberti Ducis Saxoniæ dem letzten nachgehet, melden, daß unſern an Meiſſen, gegen Morgen zu, das Vindeliſche Land oder die Vindali (alſo nennen ſie die Wenden) verhanden wären.

(m) Conf. Crameri Diſputatio Chorogr. Theſ. 4. 5. Sagittarii Diſſertatio de Luſatia §. 7. Haugvvitii Prodrom. Luſat. §. 5. Knotſchke Diſſertatio Hiſt. de Luſatia I. §. 9. Quando vero hæc Patriæ diviſio ſit orta, oſtendunt Leuberg deſcriptione Ortenb. cap. 4. pag. 56. & Knotſchke in Diſſert. IV. Sect. VIII. §. 7.

Hexapolis. as, regnoque Bohemiæ (n) hodie immediate ſubditas omnes, a quarum numero Hexapolis (o) tractus ille dicitur, cum ab *Hexapolitanarum urbium nomina.* aliis, tum a Johanne Zslechta ex Wſſchrod Bohemo, in quadam ad Joh. Sturnium Epiſtola: nimirum Budiſſinám ſ. Budiſſam, Gorlicium (ſic Æneas cap. Bohemiæ LV. (p) & eum ſecutus Olomucenſis, (q) vocant) Sittaviam: Lobaviam, Laubam & *Harum urbium ordo.* Camitium. (r) Hoc enim ordine recenſentur in inſcriptinne Epiſtolæ cujusdam Huſſitarum, de qua lib. 6. c. 50. dicetur. In exemplo tamen juramenti fidelitatis Ladislao. I. Poſthumo Bohemorum regi ab Hexapolitanis an. 1454. dati, & plerisque annalium Sittavienſium locis Lobaviæ *Lauba præponitur Lobaviæ.* Lauba præponitur. Ipſum juramentum vide in Carpzovii Analectis F. Z. Part. 2. c. 1. §. 13. p. 192.

§. II. Harum antiquiſſimam eſſe Lobaviam & perhibent vulgo Annales Zittavienſ. MSS. & Johannes Lauterbachius lib. 2. Epigrammat. ſcribit: *Lobavia antiquiſſima.* Ea hoc anno 1570. media nocte, quartum Septembris diem inſecuta ſpacio duarum horarum incendio conſumta eſt, ſeptem (alii, Annales Gorlicenſ XVIII.) ſolummodo domibus ſalvis, ſex hominibus in cella (hypogeo) ſuffocatis. *Conſumitur incendio.*

§. III. Celebratiſſimum quidem eſt Gorlicium, (s) & primi nominis etiam Rithaymeri teſtimonio: *Gorlicium præcipua urbs Luſatiæ.*

--- atque urbes ſibi fœdere junctas
Vincit, ut alituum Veneris regina volucres,

ſecundum Meiſterum noſtrum: (t) quippe cujus apud exteros quoque in tantum percrebuit etiam quam pro re major *Gorlicenſium fama in aula Pannonica.*

(n) De Dominis Luſatiæ in genere agit Kramerus in laudata Diſſert. Th. 6. 7. Sagittarius a §. 18. — 50 Knotichke Diſſertatione Hiſtorice IV. de Luſ. Sect. VIII. §. 1. — 12. Et Vellejus noſter Luſaticus, Do. M. Samuel Groſſer in L. Merckwürd. Parte prima fere integra, Tertia vero cap. 1. pag 3. — 9. Nunc Saxoni paret. Sagittar. §. 51. — 53 Schurzfleiſch in Diſſert. De Luſatia §. 10. 11 12 & Notis adjectis Groſſerus Parte I. p. 236. 254. Part. III. cap. 1. pag. 8 9. Carpzovius in Analectis Faſtorum Zittav. Part. II cap. 1. §. 23. pag. 232. Part. IV. c. 2. §. 6 pag. 139. Dominorum in Luſatia mutationem itidem perſequitur Melchior Goldaſtus in Comment. de Regno Bohemiæ lib. I. cap. 15. §. 5. pag. 100.

(o) Hoc Luſatiæ nomen, quando obtinuerit, diſſident inter ſe Autores. Diſſidentes enim ſententias Lectori exhibet Knotichke Diſſertatione Hiſtorica I. de Luſatia Sect I. §. VI. Conf. Groſſerus Part. I. pag. 75. ſub lit. h. item p. 82. Carpzovius part I. cap. 1. §. 5. p. 2. 3 4.

(p) Pag 126. Edit Baſil. 1571.

(q) Joh. Dubravius Hiſtoriæ Bojemicæ libro 21. pag. 172. lin. 43. ex Biblioth. Marquardi Freheri Hanoviæ anno 1602.

(r) Faciem, confinium, originem, erectionem templorum aliorumque ædificiorum, magnitudinem, fata tam proſpera quam adverſa, Privilegia & Jura uniuscujusque urbis Hexapolitanæ invenies in Groſſeri Lauſitziſchen Merckwürd. Part. I. variis in locis, imprimis vero Part. III. cap XI. pag. 155. ſeqq. ſecundum ordinem Alphabethicum. Conferantur Crameri Diſput. Theſ. XI. Sagittarii §. VII. & quod initar omnium eſt, Abrabam Frencelius in Nomenclatore Luſatiæ utriusque his Scriptoribus annexo ſub urbium Nominibus ſec. ordinem Alphabeticum. In votis vero habent omnes Hiſtoriæ patriæ æſtimatores, ut quælibet in agro hexapolitano urbe ad perficiendum olim plenum & perfectum hiſtoriæ Luſaticæ corpus, eam experiatur felicitatem, quam nunc deprædicat Zittavia, quæ his temporibus omnium ſororum prima nacta eſt felicitiſſimum & prudentiſſimum rerum ſuarum Pronunciatorem, in cujus honorem ita cecinit Frencelius:

CARPZOVIUS primus Zittaviæ nobilis urbis
Doctorum plauſu Conditor hiſtoriæ,
Urbem, templa, fidem, Reges, celebremque Senatum:
Quæve ſcienda forent plurima, cuncta doces.
I nunc nec Zittava tibi ſit ζῆλα, ſed ἀλφα
Inter ſex urbes Luſata terra tuas.
Carpe roſas ſvaves & pulcras necte corollas,
Carpzovio Clara Sitta adamata Tuo.
CARPZOVIOS utinam nobis des patria plures,
Sic res Budiſſæ { Gorlicii / Lubanii / Camitiæ / Lœbaviæ } que ſcies.

Quicquid igitur B. Lector ſcire cupis de inclutæ Zittaviæ nomine, natalibus, inſignibus atri incolis, incrementis & rebus Politicis, Eccleſiaſticis, literariis alliisque lectu jucundiſſimis, ea ſpectabit im Hiſtoriſchen Schau Platze der Stadt Zittau gedruckt in Leipzig 1716. cujus epitomen vid. in Actis Eruditorum Menſe Septemb. 1716. p. 414. ſeqq.

(s) Celebritatem hujus urbis plenius expoſuere Martinus Mylius Gymnaſii Gorlic. Rector in Annalibus; Joachimus Meiſterus Valentinus Polidamus & Abrahamus Gaſt in Deſcriptionibus ſuis urbis Gorlicenſis, nec non Chriſtophorus Staudius in Parnaſſo Gorliciorum & Bartholomæus Andreades in Cenotaphio D. Salvatoris noſtri, quorum ſcripta bos Manlii Commentarios proxime ſequuntur. Huc pertinent, quæ ex Variis Scriptoribus collegit Frencelius in Nomenclatore modo allegato, ſub articulo GORLICIUM. De incendio, quo 1717 d. 31 Julii conſumta ſunt 416. ædificia & templum ad S. Nic. & Cathar. vid. Chriſtiani Pii, puta Chriſtiani Gabrielis Funccii Beſchreibung davon Budiſſin anno 1717.

(t) In urbis Gorlic. Deſcriptione ſupra citata Verſu 45. 46.

jor fama, ut, qui patrum memoria in aula Pannonica Ludovici Regis, fuerunt ex Hexapoli oriundi, narrare comperiamus, magnum ibi ad ipſos factum hominum concurſum, certatim rogitantium ſuper iis, quæ de Republ. noſtra, omnem fidem ſuperantia, tum paſſim jactari audiviſſent.

Famæ & laudis cauſæ.

§. IV. Præcipue autem celebrata fuere, præter opes urbis & magnificentiam, purgata latrociniis tota vicinia, diſciplinæ civilis honeſtas, & executio juſtitiæ; ad rigorem usque ſevera, adeo ut ob res leviculas neſcio quas, ibi morte multati dicantur aliqui, & circumferantur etiamnum rythmi vernaculi hoc ſenſu: præclare de eo actum videri, qui Budiſſinæ vincula, Gorlicii ſuſpendium, Sittaviæ nuptias effugiſſet.

Teſtimonium Meiſteri.

§. V. Unde idem Meiſterus Gorlicium inquit fuiſſe (u)

Func minax gladioque ferox, pœnaque timendum
Vel cruce vel flamma, vel cœco carcere ſontes
Tollere, & enſe truces velox abolere nocentes.

Item: (w) Nam quod opes tuto dubiis committere terris
Mercator poſcit, noſtra virtute peractum eſt.

Et mox: Non ego, quæ Virtus Latronum exſcindere gentem
Expediam: nimirum nobis temeraria muſa es,
Si procul a prima repetes primordia fama,
Hoc ſatis eſt: propriis privatam juribus uſam
Sævo, principibus regnata per oppida, ferro
Armatos poſuiſſe pedes, quæſita nocentum
Donec ad immites traherentur corpora pœnas.
Ipſa mihi teſtis piſcoſis Marchia terris,
Territa ſæpe foro gladiorum luce coruſca
In medio, præbens armis loca pervia noſtris.
Tum rigidæ nullus raptores perdere fures
Juſtitiæ modus: hic laqueo perit, ille ſecuri,
Ponit hic obſcuro cruciatam carcere vitam,
Mille modi leti, latronum funera mille
Extulit optatos donec pax aurea vultus.

Gorlicenſium Privilegia de extirpandis hoſtibus publicis.

Gaudebant enim Gorlicenſes privilegiis, quorum beneficio ipſis in omnibus omnium circum circa Principum ditionibus graſſatores & hoſtes publicos, viarum inſeſſores, fures & id genus homines facinoroſos inveſtigare, inſequi & prehendere licuit: quod quidem nullo natalium cujusquam reſpectu, non æſtimandis impenſis præſtitere, non etiam fortaſſe nunquam vel ſtrictius æquo vel præcipitantius;

- - - nec enim tam patria cara eſt,
Ut manifeſta negem.

Ut cum Franciſci Fabri Sabotho loquar. (x)

Gorlicenſes appellantur rigidi & Zaleuci inſectatores.

§. VI. Atque hinc eſt, quod Stephanus Gerhardus Regiomontanus, panegyrico domus Saxonicæ Gorlicenſes rigidos, ipſiusque Zaleuci fidiſſimos inſectatores appellat. (y) Nec domi, nec in vicinia coërcuiſſe vim prædonum contenti, ex ultimis Moraviæ Bohemiæque finibus, Marchia & ipſa Hercinia retractos ad ſupplicium rapuere. Ac ne quis Meiſteri tanquam domeſtici teſtis fidem elevet atque hoc intorqueat: οἴκοθεν ὁ μάρτυς, audiat ab exteris etiam elegantiſſimis poëtis pleno ore decantata patriæ noſtræ elogia.

Exterorum virorum elogia urbi Gorlicio tributa.

Sic igitur Æmilius (z) ad Acontium & Pannonium: (a)

Poſte-

(u) Ibidem v. 4.5.6.7.

(vv) v. 47. 48. item v. 74.—87.

(x) Pag. 49. Edit Lipſ. 1715. in 8vo Verſus integri ſunt:

Haud fors immerito, nec enim tam patria chara eſt,
Ut manifeſta negem, nec vos neſcire putandum.

(y) Sic & Henricus Stephanus, Roberti filius, multis peregrinationibus diu in Germania vagus, qui 1598. vivere deſiit, & de quo multum legere eſt apud Thuanum Hiſt. Tom. III. libro 120. pag. 836. Edit. Francof. 1628. Zaleucus acerrimus Locrenſium fuit legiſlator. Is vinum ægris prohibuit injuſſu medici, pœna capitis indita. Ælian. Vel. Max. lib. 6. c. 5. de eo narrat, quod cum ejus filius adulterii criminis damnatus, ſecundum jus ab ipſo conſtitutum utroque oculo carere deberet, ac tota civitas virtuti & meritis patris crimen condonaret, ipſe ſibi non pepercerit, ſed ſuo primus, deinde filii oculo eruto, uſum utriusque videndi reliquerit. Conf. Ariſtotelis Politicorum liber II. c. X. p. 207. Edit. Ienenſ. in 4to. 1660. curante Sev. Chriſtophoro Olpio public. Svidæ Lexicon, Tomo II. p. 1. Edition. Cantabrigienſ. 1705. Ex quibus adductis Gorlicenſium rigor & tantum non nimia ſeveritas, cum Zaleuci acerbiſſimas leges tradentis inſectatores vocitati fuerint, ſatis clare elucet.

(z) Georgius Æmilius Mansfeldenſis, celebris Poëta, qui floruit anno circiter 1543. cujus vitam breviter deſcripſit Heinricus Pantaleon in Proſopographia Heroum atque illuſtrium virorum totius Germaniæ Part. III. pag. 289. Edit. Baſil. 1565. Hic Æmilius ad Melchiorem Acontium Urſellanum in Verſibus pangendis itidem non infeliciter verſatum, ceu patet ex Poëmatibus, quæ habentur Tom. I. Delic. German. p. 151. ſcripſit.

(a) Ad Cælium ſive vero nomine Franciſcum Gregorium PANNONIUM Hungarum, qui claruit 1540.

Poſtera Gorlicium lux vos traducet ad urbem
Legibus inſignem judicioque locum.
Non alibi cives tam ſtricto jure tenentur,
Non alibi ſontes tanta pericla manent.
Sæpe levem tenui meruit, qui crimine pœnam
Vel cruce vel rigido traditur enſe neci.
Tanta juris gravitas, tanta eſt reverentia juris,
Civibus hic tantum non licet eſſe malis.

§. VII. Et Secervitius (b) Epithalamio, quod Eraſmo Reinhodo Mathematico Vitebergenſi ſcripſit, cum is æſtivo ſemeſtri Academiæ Rector Martham prætoris Gorlicenſis Pauli Sneideri filiam ſecundam uxorem duceret, anno 1550.

Urbs (inquit) ad Sileſios fama jacet inclyta fines,
Incola Gorlicium nomine turba vocat:
Semper ubi legum viguit veneranda poteſtas
Et rexit mores publica cura bonos.

Ejusdem urbis Privilegium peculiare. Aliorum obſcuriorumque teſtimonia prætereo. Fuit hoc quoque peculiare Gorlicenſium privilegium, ut a ſententia per Præfectum & aſſeſſores ordinarios lata, ad regem appellare ipſis liceret.

CAPUT III.

De Urbe Budiſſa ejusque Privilegiis.

§. I.

Budiſſinenſium Prærogativa in Seſſione. Budiſſinenſes præter primam ſeſſionem (c) etiam hac gaudent prærogativa, quod literas Hexapoli toti (communi & generali titulo) ſcriptas ipſi primi reſignant. Unde factum eſt, ut cum patrum memoria, Michaële Muncero & Baldaſſaro Lauſnitio Budiſſinæ conſulib. Marchio Brandeburgius aliique Principes ad Hexapolitanos ſcripſiſſent, easque literas Gorlicenſes primi omnium accepiſſent, & reſignatas lectasque poſtea demum Budiſſinenſibus miſiſſent, hi eas non receperint, ſed Principibus ſcripſerint, in reddendis ſibi literis ipſorum antiquum & uſitatum ordinem neglectum. Ideo reſpondere ſe ad eas non poſſe. Orare, ne id moleſte ferant Principes. Ita denuo a Principibus exaratæ ſunt literæ, & Budiſſinenſibus primo loco miſſæ. *In literis reſignandis.*

§. II. Eam ob rem Loboviam (d) indictus eſt Hexapolitanorum conventus, & quidem reliquæ civitates omnes Budiſſinenſibus adverſatæ ſunt. Nihilominus tamen illi hanc ſuam prærogativam defenderunt & retinuerunt. *Budiſſinenſes defendunt ſuam Prærogativam.*

§. III. Gaudebat etiam eadem Civitas hoc privilegio, ut, ſi ex re ipſius videretur, rege non requiſito, ſtatuta condere, eademque rurſum antiquare, minuere, augere, & emendare poſſet, & ne cui civium a ſententia Senatus, ad ullas perſonas, ad ulla loca (præterquam immediate ad Regem) appellare liceret: & ſi quis poſt interpoſitam appellationem cauſa cecidiſſet, is pœna capitali afficeretur. Hoc Caroli Imperat. diploma poſt recitationem ſtatutorum ſemper legi ſolitum fuit. Sed anno 1547. una cum aliis civitati eſt ademptum. (e) *Alia eorum Prærogativa ſ. Privilegium.* *Quod ipſis adimitur. 1547.*

CAPUT IV.

De Zittavia cum reliquis urbibus Coalitione aut Unione ejusque non ſolvendæ cauſis.

§. I.

Sittavia avellitur a Bohemia & jungitur Luſatiæ. Sittavienſes (f) Caroli IV. Imperio, ſub anno 1364. inter eas, quas dixi urbes, primum in annalibus ipſorum reperio nominatos. (g) Ante enim ad reliquam Bohemiam, ut ita dixerim, immediate

(b) Johannes Secervitius Vratislavienſis inſignis Poëta, cujus Poëmata extant Tomo 2. Deliciarum Germanic. pag. 79.

(c) Confer. Crameri Diſputatio Theſ. II. Groſſerus in L. Merckwürd. Part. III. pag. 55. cap. 15. §. 2. it. pag. 57. ſeqq. Frenzelii Nomenclator ſub Articulo Budiſſa.

(d) Confer. iterum Groſſerus Part III. cap. 21 pag. 83 ſeqq.

(e) v. Idem Part. I. pag. 178. 181. Carpzovii Analecta Faſtorum Zittav. Part. II. cap. 1. §. 18. pag 209. Tale etiam Diploma a Wenceslao conceſſum fuiſſe, referunt Annales Budiſſinenſes Anno 1408.

(f) Huc quidem faciunt, quæ de Zittaviæ nomine prolixe memorat Frencelius in Nomenclatore, aſt in illuſtrando hoc capite utramque paginam facit ſupra laudatus Hiſtoriſcher Schauplatz der Stadt Zittau, ad quem B. Lect. remittimus. Ibi in nomen hujus urbis ejusque Originem quoque inquiritur Part I cap. 2. p. 7. — 11.

(g) De Unione hac Zittaviæ cum cœteris quinque urbibus Luſatiæ ſuperioris ibidem agitur c. 1. §. 4. 5. pag. 2. 3. 4. Ubi falſis Autorum opinionibus everſis, rei veritas extra dubitationis aleam ponitur. Conf. Groſſerus in Lauſitziſchen Merckw. Part. I. p. 75. ſub lit. h. item p. 82. Conf. Menlii Comment. lib. VI. cap 26.

diate pertinuerant, ut quædam tabularum regni Bohemici Signatura (h) teſtatur.

Cauſa hujus rei.

§. II. Additur autem, compendii & emolumenti ipſorum ea in mutatione habitam eſſe rationem. (i) Cis Sudetes enim cum Sittavia ſita ſit, non potuiſſe ei, ſi quando laborabat, in tempore ſubveniri a Bohemis. Nunc auxilium habere in propinquo. Tum etiam multum civibus emetiendum fuiſſe itineris, magnos faciendos ſumptus, non etiam nulla adeunda pericula, quoties ad conventus regni Pragam, Litomeritiam aut Beneſſoviam ſeu ut Æneas Sylv. Hiſt. Bohem. *c. 55. p. 125. vult Beneſcaviam* ſive juxta cap. 58. p. 129. Beneſchaviam, indictos evocarentur. Acceſſiſſe, quod imperata ipſis ad expeditiones auxilia, non ſine difficultate montana ſuperarent,

Hac mutatione levantur,

§. III. His igitur & aliis moleſtiis atque incommoditatibus ut levarentur, ſimul ut per eam occaſionem cum Germanis eo melius coaleſcerent, reliquis ciſmontanis civitatibus tum conjunctos Sittavienſes.

Eadem de cauſa & aliæ urbes fœdus ineunt,

§. IV. Nec alio conſilio Svidnicium, Stregoniam, Javoriam, Leobergam, Boleslaviam, Hirsbergam in Sileſia, Olomucium, Brunnam & quatuor alias urbes in Moravia: Glogoviam, Freiſtadium, Guram, Sprottam, Grunbergam & Svibuſium in ducatu Glogovienſe, in Luſatia inferiore ea, quæ mox recenſebimus, oppida uno quaſi fœdere eſſe colligata.

Conjunctio hæc confirmatur,

§. V. Laudabilem vero hanc & pulcerrimam conjunctionem, qua in ſingulis illis regionibus ſenæ civitates primariæ, inita inter ſe æquis fœderum legibus ſocietate, ad mutuam conſiliorum & auxiliorum communicationem ſunt devinctæ, hanc ergo ſancitam autoritate regia eo fere tempore, quo Marchionatus Moraviæ, & Ducatus Poloniæ ſive Sileſiæ cum Marchia Gorlicenſi coronæ regni Bohemiæ ſunt incorporati a Carolo IV. Imp. (quem notum eſt exemplo regum Gallicorum, apud quos educatus fuerit, extollendis & augendis civitatibus ſtuduiſſe) ac poſtea a ſucceſſoribus approbatam & confirmatam.

Sittavienſes tamen ad Pragenſium Societatem rurſum adſpirant.

§. VI. Porro fuit tempus, cum Sittavienſes (repudiata citra montanarum civitatum amicitia, ad Pragenſium rurſum ſocietatem (k) adſpirarunt, idque ſua ſponte, nulla compulſi neceſſitate. Deſtitere tamen a propoſito, perſvaſi a vicinis commemoratione, cum earum, quas expoſuimus, unionis Hexapolitanæ commoditatum, tum periculorum & diſpendiorum, quæ civitati ipſorum tentata disjunctio eſſet allatura.

Quibus monſtratur, non expedire, ut fœdus Hexapoleos deſerant.

§. VII. Dehortationis capita in charta vidimus conſignata: erant autem hæc fere. Cum ejus ſit ſolvere, cujus eſt ligare, non videri veriſimile, regem Bohemiæ, ut maxime ea de re ſollicitetur, permiſſurum, unionem ſex civitatum, maturo conſilio inſtitutam, tanti temporis præſcriptione roboratam, & quam tot ſui prædeceſſores ratam habuiſſent, tunc demum diſſolvi: præſertim cum non ita pridem in tranſactione Olomucenſe Matthiæ & Uladislai regum, cum Matthiæ cederet Luſatia ſuperior, Sittavienſes quoque in hac citra contradictionem aut tergiverſationem ullam cenſi fuerint.

Dehortationis capita.

§. VIII. Facile item fieri poſſe, ut ſeparati & avulſi a reliqua Hexapoli Sittavienſes Baroni poſtea cuipiam Bohemo tradantur, ſicut ante quoque domino de Lyppa traditi fuiſſent: quo caſu tunc non poſſent ſe tueri aurea bulla, ut aliæ civitates ultra (quod ſi citra) montanæ. Denique verendum, niſi bello ingruente Pragenſes Huſſitæ præſidia urbi Sittavienſi imponerent, ab ipſis plusquam ab hoſte ipſo civibus incommodetur, id quod ante paucos annos Glogovienſes & Eleutheropolitani eſſent experti.

Inter quæ & hoc eſt, Sittaviam dari poſſe Domino de Lyppa in Poſſeſſionem.

§. IX. Hæc fuerunt argumentorum diſſvaſoriorum præcipuorum ſemina. Nam quæ præterea declamitat conſilii iſtius author, de vitanda hæreticorum ſocietate & commercio, ut diſcriminis, ita infamiæ pleno, deque periculis, quæ primi omnium Sittavienſes eſſent experturi, ſi a Pontifice aut Imperatore bellum Huſſitis inferretur, ea, quia ad inſtitutum nihil faciunt, prudens prætereo.

Alia præterit Autor.

CAPUT V.

De Lauba initio & arce Lubau item de Camitii nomine.

§. I.

De condito Gorlicio itemque Sittavia libro tertio cap. 28. c. 44. §. 1. dice-

Laubæ Originem ignorat Cnemiander.

(h) Boh uslaus Balbinus In Miſc. Hiſt. Boh. Decad. I. lib. 3. cap. 2. p. 9. in Veteribus, inquit, Bernæ regalibus Indicibus, inter alios Bohemiæ Diſtrictus, Zittavienſis ſemper numeratur. Quæ ipſa verba cum explicatione citata quoque invenit B. L. im Hiſtoriſchen Schauplatze Part. I. c. 1. §. 4. p. 2.

(i) Conf. eundem librum loco citato §. 6. p. 5.

(k) Vid. Eundem — — — §. 7. p. 6. Forte hoc factum anno 1496. vel 1491. vid. infra Comment. lib. 6 c. 134. vel temporibus Podiebracii, antequam a Pontifice excommunicatus eſſet, quia §. 8. hujus cap. 4ti mentio fit Huſſitarum.

dicemus. LAUBA (l) ſeu Laubinga ut Æmilius nominat, quando & a quibus fundata & muris cincta ſit, ignorari fatetur Cnemander, (m) inde oriundus, qui patriæ ſuæ res geſtas memoratu dignas, a centum circiter annis ad ſuam usque memoriam repetitas, literis mandavit. Quod ne mirum mihi videatur, gemina facit ejus urbis πανολεθρία. Nam & ab Huſſitis deleta eſt funditus (n) & ſexagita annis poſt incendio penitus conſumpta, (o) ut ſuis locis indicabimus. (p) Quibus calamitatibus periit, ſi quid forte ea de re in Archivis Reipul. aſſervatum fuerat annotationum & monumentorum vetuſtorum.

Monumenta vetuſta forte combuſta.

§. II. Quam autem idem(q)Cnemiander patriæ ſuæ originem indagaturus, ex Polonorum chronicis adfert conjecturam de Arce Lauban a Boleslao Calo Legnicenſe Gorlicii & Sittaviæ Domino, cum is anno 1250. bello contra fratrem Henricum Vratislavienſem ad egeſtatem redactus ſtipendia militibus ſolvere non poſſet, Johanni & Ottoni Brandenburgiis pro certa pecuniæ ſumma oppignorata. ea a ſeipſa refellitur. Lubuſſenſem enim illam arcem Epiſcopalem a Miechomenſe intelligi, ex Cromero (r) apparet. Aliorum de Voldemaro Brandenburgia opinionem Lib V. Cap. 12. §. 7. conf. cap. 15. §. 4. referemus.

Conjectura de Laubæ origine,

1250.

quæ refellitur.

§. III. De Camitio tantum cives narrant, a Nobilibus Camitiis olim in monte vicino habitantibus, oppidum denominatum, cum antea a tribus cauponis loco nomen eſſet, quæ appellatio poſtea in alium pagum inter Budiſſinam & Camitium ſit tranſlata, Heslæ prius Slavico nomine celebrem. Annotatum etiam reperio, Camitium cum Mariæ Stellæ Cœnobio & omnibus illis pertinentiis olim, dum Marchiones Brandenburgenſes in Luſatia ſuperiore rerum potirentur, peculiarem fuiſſe dominatum. (t)

Camitium nomen ſortitur a Nobilibus Camitiis.

Antea dictum eſt drey Kretſchmen.

CAPUT VI.

De Nomine urbis Budiſſæ.

§. I.

DE Budiſſinæ etymo (u) nota eſt vulgi narratio. Baronem Bohemicum loci dominum, cum uterum ferret ejus uxor, ſi filium, id quod maxime optabat ipſe, ederet, inde oppido nomen fore quodammodo voviſſe. Mare nato, Budiſſinam vocatam urbem, quæ vox lingva Heneta idem ſonat, ac ſi diceres: ſit erit filius.

Ortus vocis Budiſſinæ.

§. II. Alii regem, cum obſtetrix nunciaret de uxoris partu ibi edito, quæſiviſſe, ajunt, Filius ne eſſet, atque inde loco nomen factum.

§ III. Æmilius (w) lib. 5. Epigram. ad Hoſpitalitatem Budiſſinenſium reſpiciens a celebri illa in fabulis anu Baudice (x) etymon urbis ludens deducit:

Deducitur a Budiſſinenſium Hoſpitalitate.

Jamque ubi quarta dies roſeo decedet Olympo
Baucenii tanget mœnia veſtra ratis.
Mœnia, quæ liquidis gelidus Sprea præterit undis,
Subque cava largas rupe volutat aquas.
Forſitan hæc veteri tenet urbs a Baucide nomen,
Hoſpite qua ſummus Juppiter uſus erat.

P CAPUT

(l) Originem Urbis Lauba & quæ alia ſunt, leg. in Matthæi Dreſſeri. Iſagoges Hiſtor. Part. 5ta pag. 371. Edit. Lipſ. 1613.aIn Godofredi Hoffmanni primum Lycei Laub. poſtea Gymnaſii Zittav. Rect. Lebens Geſchichte derer Paſtorum Primariorum Laubanenſ. p. 23. In Groſſeri Lauſitziſchen Merckw. Part III. c. 11. p. 80. Et in Francelii Nomenclatore ſub Tit. Lauba.

(m) Joachimus Cnemiander, germanice Hoſemann, ſyndicus & Notarius Reipublicæ Laub. in Chronico Lauban. quod beneficio amici deſcriptum poſſidet Bibliotheca Zittavienſis, Autographum vero ab ipſo Autore Ampliſſimo Senatui Lauban. 1541. dicatum aſſervat Curia Lauban. Quæ autem ex eo recitat Manlius, in Exemplari deſcripto legere licet fol. 77.

(n) Conf. Groſſerum Part. I. p. 114. 117. Part. III. c. 11. p. 82. Henrici Roehil neue Lauſitz-Böhm- und Schleſiſche Chronic. p. 362. 366.

(o) vid. eundem Rochum p. 374. & Hoffmanni Lebens-Geſchichte derer Paſtorum Prim. Laub. p. 40.

(p) Commentariorum libro VI. cap. 55. & cap. 119.

(q) In Chronico Manuſ. citato foll. 78. 79.

(r) Pag 47. a & 129. a Edit. Baſilienſ. 1558. conf. Groſſ Part. I. p. 36.

(s) vid eundem Groſſerum Part. III. c. 11. p. 60. ſeqq. Dreſſerum libro citato p. 177. Francelii Nomenclator. ſub titulo Camitia.

(t) Conf. iterum Groſſerum Part. I. p. 37 & 106.

(u) Originem hujus Etymi recenſet Dreſſerus in Iſagoges Hiſtoricæ Part. V. de præcipuis Germaniæ urbibus, ἐν συνόψει ſimul exhibens Luſatiæ noſtræ Hiſtoriam ſub Articulo Budiſſina pag. 170. Omnium optime autem hanc Luſatiæ Metropolis denominationem pro more ſuo excuſſit Francelius in Nomenclatore ſub Art. Budiſſa citans etiam Autores alios huc ſpectantes.

(w) Georgius Æmilius.

(x) Baucis, anus paupercula, Philemonis ſenis conjux, quos Jupiter in arbores commutavit. Ferunt enim, cum Jupiter & Mercurius Phrygiam peragrarent, ſolos hos inventos fuiſſe, qui Deos hoſpitio dignarentur. Quare cum Jupiter eam regionem ob inhoſpitalitatem terræ, hiatu perdere decreviſſet, Philemonem & Baucidem monuit, ſi ſalvi eſſe velint, ſeſe ut ſequerentur, qui ſine mora Deorum veſtigia ſubſecuti ſunt. Latius fabulam refert Ovidius Metamorph. lib 8 v. 634. ſeqq.

CAPUT VII.

De Proportione Exactionum ſ. quotis Steurarum.

§. I.

Penſiones Hexapolitanorum ſive ſteuræ.

POrro Sex hæ civitates, ex quo regno Bohemiæ ſubjectæ & regum ordinatione unitæ fuere, ut plurimum exactiones(y) indictas hac proportione conferre conſvevere, ut trientem, h. e. unam tertiam partem Gorlicenſes ſolvi, alteram Budiſſini cum Laubanis, ultimam Sittavienſes, Camitiani & Lobavienſes ſimul pendant, neque tamen æqualiter, ut exemplo patebit.

Proportio.

Exemplum.

§. II. Si Hexapolitanis mille aureorum penſio imponatur, Gorlicenſes dant tertiam partem, nimirum CCCXXXIII. aureos. Altera tertia pars, in tres alias particulas ſubdividitur, quarum duas, h. e. beſſem Budiſſini ſolvunt, nimirum CCXXII. aureos, reſiduam Laubani puta CXI. aureos. Poſtremam tertiam partem in quatuor portiones partiuntur, quarum tres a Sittavienſibus, quarta a Camitianis contribuitur, ita ut hi LXXXIII. illi CCXLIX. aureos pendant. Quod reliquum eſt Lobavienſes ſupplent, **geben das übrige gemeiniglich den** XVII. XVIII. 20theil, ſed reſtant duo tantum aurei. Sic Cnemiander. (z)

Aliud Exemplum.

§. III. Gorlicenſium annales ſub anno 1526. exemplum tale tradunt.(a) Si a tota Hexapoli exigantur Sexagenæ undeviginti, Gorlicium ſex, Budiſſinam & Laubam ſimul totidem, nec minus Sittaviam & Camicium, unicam vero, quæ reſtat, Sexagenam Lobaviam collaturam.

CAPUT VIII.

De Urbibus Luſatiæ ſuperioris minoribus.

§. I.

Luſat. ſuperior. minora oppida ſunt Conigſprugum.

SUnt & ſuperioris Luſatiæ alia quædam oppida. (b) Conigſprugum poſt mortem Chriſtophori Burggrafii a Dhona, Luſatiæ ſuperiori præfecti, Caſpar gentilis ejus, dominus Straupicenſis emit. (c) Conflagravit id penitus præter arcem & Parochiam anno 1530. feria quinta poſt Paſcha, quo poſt Eclipſin ☉ in ♈ Dresdæ quoque & alibi incendia coorta Victorinus Schönfeld (d) annotavit.

Hoerſvverdum,

§. II. Hoerſwerdum (e) Barones Schönburgii (f) tenuere hactenus, agnati eorum, qui in Miſnia Glaucha, Waldenburgo & Hartenſteinio potiuntur. Nunc

(y) In Exactionibus publicis pendendis ne quoque ſeparentur ſex urbes fœdere alias & ſocietate ſic inter ſe conjunctæ, ut dirimi aut divelli non poſſint ſed conjunctim eas contribuant, cautum eſt Privilegio Wenceslai, teſtibus Ipſo Manlio Com. lib. 6. c. 45. & Carpzovio in Analectis F. Z. Part. II. c. 1. § 9. p. 183.

(z) In Exemplari, quod aſſervat Bibliotheca Zittav. fol. 124. 125. in margine Autographi Manliani, ubi & Cnemiandri Originale citatus, fit quoque mentio alius cujusdam Chronici, cujus Autor eſſe ſcribitur Krigel, quod videndi & conferendi nulla affulſit occaſio. Monet vero ipſe Manlius B. Lectorem, ſi hoc penſionis exemplum a Cnemiandro notatum ad calculos revocetur, partium rationes non quadrare, quod duo tantum reſtent aurei a Lœbavienſibus conferendi, cum tamen plus ipſis penſitandum. Conf. Grofferum Part. I. p. 118.

(a) Forte Joh. Frauenbergii vel alius cujusdam Chronographi Gorlicenſis, de quibus nominatim perſcribit Grofferus in Præfatione Memorabilium Luſat. cum in Mylii Annalibus ejus rei nullum reperiatur teſtimonium.

(b) Quæ pluribus, quam noſter, declarant Grünvvald **in der richtigen Beſchreibung der Ober- und Nieder-Lauſitz** num. VII. pag. 37. ſeqq. num. IX. p. 44. ſeqq. Frencelius in Nomenclatore & quem primo loco nominare debebam, Grofferus in **Lauſitziſchen Merckwürdigkeiten** Part. III. cap. 9. & 11. ſecundum ordinem Alphabet. Conigſpurgum itaque, quod in Frenc. Nomenclat. ſub tit. regius pons quæras, recenſet Part. III. c. 9. §. 3. p. 36. it. cap. 11. p. 80.

(c) Burggrafii a Dohna ab Aloyſio de Urpach e Languedoc Caroli Magni ævo ſedem ad Albim fluvium figente genus ducunt, ſortiti nomen a Dohna, celeberrima Bohemiæ arce, non procul ab Urbe Pirna in Miſnia ſita, nunc funditus everſa. Genealogiam eorum Nicolaus Rittershuſius in ſuis Tabulis recenſet, oſtendens, illuſtriſſimam hanc familiam duabus diſtingvi lineis capitalibus, Sileſiaca nimirum & Pruſſica. Ex illa inclaruit noſter Chriſtophorus, Henrici junioris filius, Caſpari vero Domini Straupicenſis Pater. De utraque conf. Frid. Lucæ **Schleſiſch.** Chronic. p. 1615. ſeqq. Imhoffi notit. Procer. Imp. p. 495. Nicol. Henelius in Sileſiographia renovata multis in locis. Quam miſere vero fuerit Urbium Hexapolitanarum conditio, Chriſtophoro hoc e Dohna officium in Luſatia ſupremum obeunte, ſapienter, prudenter, ſcientiſſime interpretatur Groſſerus Part. I. p. 178. ſeqq. Part. III. c. 2. n. 20. p. 16. Straupicenſem Dynaſtiam deſcriptione idem declarat. III. c. 9. §. 16. p. 39.

(d) Budiſſa-Luſatus, rerum Mathematicarum peritiſſimus ac Artis Medicæ Doctor & Profeſſor Marpurgi celeberrimus.

(e) Cujus Hiſtoriam vide in Groſſero Part. III. c. 9. §. 2. p. 35 cap. XI. p. 78 ſeqq.

(f) Schönburgiorum vetuſtatem & ramum imprimis eorum, qui Hoersverdo imperarunt, recenſet J. W. Imhoff in Notit. Imperii L. VI. c. XV. p. 330. §. 1. 2. Confer. Europ. Herold, **Souverainen von Europa.**

Nunc (g) Gvilielmi Gibboſi vidua gentis Pudlitiæ, magnifici & generoſi domini Gvolphgangi Erneſti Gans nobilis domini a Pudlitz &c. hæreditarii Marchiæ Brandenburgenſis Mareſchalli ſoror, cum filio unico impubere oppidi hærede ſupereſt.

Hirsfeldum, Bernſteterlum, Oſtricium.

§. III. Hirsſeldum, (h) hoc eſt, ἐλαφοπεδίον cum vicina moletrina Sittavienſis juris eſt. Bernſtetelum (i) cum novem pagis cohærentibus Mariæ Stellenſi Abbatiſſæ, Chriſtianæ a Baudiſſin, Oſtricium Barbaræ Belviciæ, veſtali maximæ, contigui vallis Marianæ Cœnobii ſubeſt. (k)

Marckeliſſa. Reichenbachum, Schonbriga.

§. IV. Lyſſam vicum, quam Marcam Luſatiæ nonnullis appellare placet, Gozones, (l) Reichenbachium Gersdorfii a Debſchitz; (m) Schönbrigam (n) Joachimi Frenzelii ad Conigshanum & Liebenſteinum, Equitis aurati, civis Gorlicenſis hæredes tenent. Rotenburgo (o) Eraſmus Noſticius (p) Muſcaviano Baronatui Fabianus Schoneichus, (q) Eques auratus, Ducatus Saganenſis quondam Capitaneus, Polſnicio Johannes Schliebius (r) ſuperioris Luſatiæ Capitaneus, imperat. Rulandum (s) Caſpar Gersdorffius, Conigswartum (z) Penzigii, Schreibersdorfii & Panevicii poſſident. Seidenbergium quod pertinet ad Bohemiam, cornu cervinum quinque ramorum ſub angelo Michaëli in dextra calicem in ſiniſtra Monſtrantiam, ut vocant, tenente pro inſigni gerit. Biberſteiniis enim parent. (a) Unde adhuc ad Fridelandenſem Baronatum pertinet. Inſignia Comitum Cornu Cervini, Baronum Biberſteiniorum & oppiduli Seidenbergi hæc ſunt:

Rotenburgum, Muſca, Polsnicium.

Hirſchhnrn.



Biberſtein.



Seidenberg.



 CAP. IX.

(g) Anno 1571. quo Manlius hæc ſcripſit, cujus juris ſit noſtra ætate videre eſt ex Groſſero Loc. c. Pudlitiæ gentis origo ad Gerhardum Comitem de Mansfeld refertur, quem Saxonum Dux Lotharius anno

anno 1115. in prælio ad Welphesholtze captum conſtituit Dominum de Pottlyſt ſive Putliz in terra Venedorum & quidem ea in regione, quæ hodie venit nomine Prignitiæ. Ejus poſteri cognominati GANS, quia, cum caperetur, exclamaſſe fertur: Hier ſtehe ich als eine be-flogene Ganß. In Marchia Brandenburgenſi Budlitii jure hæreditario tenent munus Marſchalli. Conf. Lucæ Furſtenſ. Chytræi Sax. p. 779. Pufend. de Rebus geſtis F. W. Abels Preuß Staats-Geogr. Part. II. p. 143.—214.

(h) Quod longiore narratione illuſtravit Groſſerus Part. III. c. XI. p. 78.

(i) Seu Bernhardi Civitas, ſub qua denominatione accuratam etymi evolutionem quæras in Frencelii Nomenclatore & fatorum expoſitionem in Groſſero Part. III. c. 8. §. 6. p. 32. c. XI. p. 36.

(k) Conf. Idem Part. III. c. 8. §. 7. p. 33. c. XI. p. 88.

(l) Gotzonce in Verſione germanica Comment. Manlian. Frencelius interpretatur per Gotſchen, qualis autem fuerit gens, non eſt in aprico. Groſſerus Part. III. c. XI. p. 87. Lyſſam Kollvvitzis olim ſubfuiſſe memorat.

(m) Non procul a Reichenbachio, de quo Groſſerus Part. III. c. XI. p. 89. ſitum eſt caſtrum gentilitium Debſchiziorum: nam incluta ac pervetuſta hæc familia arci, quam extruxit, ſine dubio ſuæ gentis nomen tribuit, juxta illud Rhenanum lib. 3. Rerum Germanic. quod Martinus Zeilerus in Itinerario Germ. part. I. c. 1. p. 23. n. 33. his Verbis repetiit: Die Adel. Geſchlechter derer alten Deutſchen haben gemeiniglich denen Orten, die ſie erbauet haben, den Nahmen ihres Geſchlechtes gegeben. Conf. M. Georg. Wendii Rect. Lauban. Genealogiam Debſchiziorum Part. I. c. 1. §. I. 2. 3. p. 1. 2. 3. Laubæ 1695. Cum vero Gersdorffii avo Manlii Dominorum habuerint in Reichenbachium & pagum Debſchia, audiunt ipſi Gersdorffii a Debſchia.

(o) De qua Frencelius in Verſione ita: Schönberg haben die Erben des Herrn Joachim Frentzels Erbſaſſens auf Königshayn in Liedenſtein, auch Ritters und Bürgers in Görlitz an ſich brocht. Groſſerus, quæ de hoc oppidulo innotuerunt, in pauca verba retulit Part. I. p. 143. 149. 327. Part. III. c. XI. p. 90.

(o) Quod idem loc. & pag. cit. attingit.

(p) Noſtizii Luſatica ſtirpe ſunt oriundi, recenſuitque eorum Genealogiam Bucelinus Germ. Tomo II. deductam a Caſparo de Noſtiz in Tſchochau, Roteoburg & Golba, Patre filiorum trium, videlicet Ottonis, Hartvvicii & Georgii, a quibus totidem rami provenerunt, nempe Rotteoburgicus, Tſchochavianus & Golhanus; e primo prodiit noſter Eraſmus Noſtizius. De fide & virtute, quam Noſtizii Regibus Bohemiæ, Electoribus Saxoniæ ac Brandenburgi probarunt vid. Bohusl. Balbinus in Miſcellan. regni Bohemiæ, Lucæ in der Schleſiſchen Chronic. p. 1718. & alibi paſſim, Henelius in Sileſiogr. & Sinapius in not. c. 8. p. 382. & c. 4. p. 388. Imhof in notitia Procerum Imper. L. 8. c. 7. Europæiſcher Herold P. I. p. 734. Souverainen von Europa. p. 847. & 1366.

(q) Vetuſta ac ſplendida Schonaichiorum familia a pluribus ſeculis in Luſatia & Sileſia viguit in duas abiens lineas Nobilium ſcilicet & Baronum, qui hoc ſeculo ad dignitatem comitum evehi meruerunt. Hujus rami illuſtris autor fuit noſter Fabian, vir ſummi ob prudentiam & multarum rerum uſum honoris & nominis. Obiit 1591. ætatis 83. conf. Lucæ Schleſiſch. Chron. p. 588. & alios paſſim.

(r) Sliebierum gens inter equeſtres Marchiæ Brandenburgenſis, Luſatiæ inferioris & Pruſſiæ familias a Slavis, quos in Luſatia inferiore Slabos nominabant ſic appellata, quare & in monumentis antiquis Domini a Slovio, Slubio & Slubeo audiunt. De iisdem conf. Annales Marchiæ, Albini Land-Chron. p. 74. Spangenbergs Adels-Spiegel Part. II. p. 57. Mulleri Annales Sax. Preuß. Staats-Geographie. Noſtrum Johannem Schliebium Groſſerus adiert Part. I. p. 202. Part. III. p. 22. 26. 89. Polſnicium dilucidum reddit eadem P. III. c. XI. p. 88.

(s) Antiquitatem ejus, incrementum, decrementum & Poſſeſſores brevi narratione comprehendit Groſſerus Part. III. p. 89. Gersdorffianæ ſimul exiſtimationis buccinator Part. III. p. 45. 46. Eminet omnino antiquiſſima Gersdorffiorum Proſapia inter illuſtres Saxoniæ, Luſatiæ & Sileſiæ familias, cujus originem a Burgundia, incrementa, fortia facta & gloriam, qua inclaruit, cum armorum tum literarum, monſtratum iverunt Michael Prauo in dem Adel. Europa p. 662. Weck in der Dredßn. Chron. Muller in Annal. Dom. Saxon. Knauth in Prodromo Miſniæ p. 507. Chriſtian Gottlob Fitſchmann in memoe. familiæ Gersdorffiorum.

(z) Idem paucis perſtingit noſter Groſſerus Part. III. p. 80. Penzigios vero p. 49. de quibus & legi merentur Angeli Merckwürd. Chron. it. Holſt. Chron. Schreibersdorffios p. 43. §. 7. Pacnevicius pag. 49. de quibus quoque agunt Balbin. Miſcell. Boh. Lucæ Schleſiſch. Chron. Abels Preuſiſch. Staats-Geograph.

(a) Hiſce paucis de Seidenbergo majorem lucem afferunt, quæ partim ipſe Manlius libro hoc l. c. 12. §. 2. 3. 5. partim ejus in Hiſtoria Luſatica continuanda Succeſſores e. g. Groſſerus Part. III. c. 9. §. 5. p. 36. 37. c. XI. p. 90. ſeq. & Grünvvald in der richtigen Beſchreibung der Ober- und Nieder-Lauſitz p. 40. habent. Ex recenſione eorum apparet. 1.) Inſignia gentis Biberſteiniæ conſtitiſſe cornu cervino, quo, cum & oppidulum Seidenbergenſe utatur, Biberſteinii ſuum dominium denotarunt.

2.) Dynaſtiam Fridelandenſem in Bohemia, Fridelandenſem in Luſatia inferiore & Seidenbergenſem tempore Manlii ſubfuiſſe illuſtribus Rœderis, quare Seidenbergum ad Fridelandenſem ſc. in Bohemia & Luſatia inferiore Baronatum pertinuiſſe dicit.

3.) Seidenbergo & pagis eidem adhærentibus, imperitaſſe ab Anno 1426. — 1477. Coldicios,
— — 1477. — 1551. Biberſteinios,
— — 1551. — 1558. Ferdinand. I. Boh. Reg.
— — 1558. — 1626 Rœderos,
— — 1626. — 1666. Electorem Sax.
— — 1666. — 1694. Noſticios,
— —. 1694. usque ad diem, quo hæc ſcribimus Einſidelios,

quorum Genealogiam ut percenſeamus, vel ideo neceſſe eſt, ut, a quo ſtemmate ſangvinem ducant noſtri, pateſcat. Communis hodiernorum Einſideliorum parens extitit Heinrich Hildebrand †. 1557.

Digitized by Google

CAPUT IX.

De

Finibus Luſatiæ ſuperioris & Aſpectu cœli, ſub quo ſitæ ſunt urbes Hexapolitanæ.

§. I.

Situs Luſatiæ ſuperioris.

LUſatiæ ſuperioris ad circumjacentes regiones hic fere eſt ſitus. (h) Bohemiæ contigua eſt Sittavia cum Grefenſteinio, olim Burggraviorum a Dhona, nunc Magnifici viri Dn. Georgii Mehlæ a Stroliz Imperatoriæ Majeſtatis Conſiliarii & regni Bohemiæ Procancellarii arce, Oivino Cœnobio & Hirſchſeldio Oſtricioque Oppidis. Sileſiam Lauba ſpectati Miſhiam Budiſſina, Mariæſternum Cœnobium, Camicium, Rulandum & in ipſo Miſniæ aditu Polſnitium & Conigsbrugum. In umbilico Gorlicium, Reichenbachum, Weiſſenbergum & Lobavia: in inferioris Luſatiæ confinio Rotenburgum & Muſcovium ſita ſunt.

Urbium præcipuarū elevationes Poli.

§. II. Atque ut ſitus regionis certius cognoſci poſſit, adſcribo G. M. præcipuarum urbium ἐξάρματα ſ. Elevationes Poli. Sittaviæ enim ſecundum (i) Appianum & alios, longitudo eſt partium XXXII ſcrupulorum primorum IX. Latitudo partium L. ſcrupulorum LII. Gorlicii longitudo partium XXXII. ſcrupulorum XXX. latitudo LI. quibus in calculo quadrantem h. e, XV. ſcrupul. addit Mathematicus noſter Bartholomæus Scultetus. (k) Et hanc urbem dodecatemorio Cancri ſubjicit (l) Cardanus Schœneri (m) obſervationes & annotata ſecutus. Budiſſina longitudinem habet partium XXXI. ſcrupulorum L. latitudinem partium LI. præciſe.

CAPUT X.

De

Spectaculo prodigioſo, ubi guttæ Sangvinis ex mergitibus manarunt.

§. I.

Gersdorfum pagus.

INter Gorlicium & Laubam Gersdorfum (n) pagus eſt, anno 1548. tali quodam prodigio nobilitatus. (o) Cum enim ibi ruſticus quidam vir pius, honeſtus ac fide dignus in agrum ſuum iviſſet ad colligendas ſegetes, quas paulo ante demeſſuerat, vidit ex ſtipulis copioſe ſangvinem manantem, ita ut fere manipuli ſangvine contaminarentur.

Guttæ ſangvinis ex mergitibus manant.

§. II. Ruſticus hoc prodigioſo ſpectaculo perterritus, ſtatim aliis rem indicat. Fit concurſus a plurimis. In ſulcis multum ſangvinis coagulati apparet. Ac ad ducenta ſaxa eo cruore reſperſa in prodigii teſtimonium ex agro illo ablata αὐτόπται aſfirmarunt.

 §. III.

1557. Hic per filios 4. Heinrisum, Hauboldum, Hildsbrandum & Abrahamum quadruplicem ramum progenuit Salanum, Scharffenſteinium, Guadſteinium & Syranum dictum. Scharffenſteinium ab arce Scharffenſtein ſic appellatum condidit

HAUBOLD pater filiorum trium,
Henrici Abrabami, Georg. Hauboldi, qui ſine liberis diſceſſerunt, Henrici Hildebrandi, qui genuit
Rudolphum Hauboldum in Wolckenberg, ex hoc prognatus
HANS HAUBOLD
Primus Seidenbergenſis Dominatus Poſſeſſor
habens tres gnatos,
Joh. Hauboldum,
Cajum Rudolphum,
Deeler Heinrisum.
Heinric. Hildebrand in Scharffenſtein.

De hac Scharffenſteinio-Wolckenburgenſi & cœteris lineis conferatur Becm. Anh. Hiſt. Part. VII. p. 211 Albini Meiſn. Land-Chron. p. 347. Knaut prodr. Miſn. Mulleri Annal. Sax. Theobald. Huſſiten Krieg Part. I. p. 237. Weingart. Fürſtenſp. p. 261. Peccenſt. Theatr. Sax. p. 73. Spangenb. Adelsſp. Part. II. Rechenb. de Miſn. lit. Nob. Groſſerus Part. III. p. 45.

(h) Eadem fere ratione hos Luſatiæ ſuperioris fines deſcribit Carpzovius in Analect. F. Z. Part I. c. 1. §. 2. p. 2. Utriusque vero Luſatiæ ipſe Manlius c. 1. hujus libri I. & Groſſerus Part. I. p. 4

(i) Petrum Appianum in Coſmographia Part. II. fol. 34. Antverpiæ 1540. Confer. Carpzovium Part. I. c. 1. §. 11. p. 7.

(k) Vitam, merita in rem literariam & fata benigna excellentis hujus viri v. in Groſſeri Lauſitziſche Merckw. Part. III. c. 10. p. 51 in Hoffmanni Lexico univerſali, in Georgii Matthiæ Königii Bibliothec. vet. & nov. & Witteus Diario Biograph.

(l) Hieronymus Cardanus Mathematicus ſummus, de quo multum invenies in vita a ſe ipſo deſcripta. Conf. Konigii Biblioth.

(m) Andreæ Schœneri Noribergenſis, quem Bartholomæus Scultetus in Præfatione libro de Solariis præmiſſa reponit in numero celeberrim. Seculi XVI. Mathematicorum.

(n) Confer Frenzelii Nomenclatorem ſub Articulo Gersdorffum.

(o) Ad Clariſſimum virum Prudentia & eruditione præſtantem D. Joachimum Mollerum Juris Utriusque Doctorem data, quæ altero epiſtolarum Tomo a Peucero 1570. Wittebergæ edito pag. 495. extant Verba Melanchthonis ita ſonant: In agro Sileſiaco (puta Luſatico) non procul a Gorlicio ſangvis copioſe ex ſpicis profluxit, cum demeterentur.

§. III. Sic fere Melanchthon in quadam Epiſtola. Meminit Prodigii (p) Stigelius Daphnide Ecclogâ, quæ gratulationem continet de reditu Johannis Friderici I. Electoris captivi.

- - - - - fluido Ceres uda cruore
Decidit in Calathos, miſero ſuſpecta colono.

Idem contigit Sigesfridesdorffii. §. IV. In Uratislavienſium annalibus annotatum eſt, non Gersdorfii ſolum, ſed & Sigesfridesdorfii in diſtrictu Laubenſi ſpicas frumenti ſeu culmos, dum curribus imponuntur mergites cruore manantes eſſe viſos, circa feſtum Margarethæ, ſub initium Meſſis. Simile quoddam in Hausdorffo pago accidiſſe eodem anno refert (q) Fincelius ſecunda parte prodigiorum. *Hausdorffi.*

Bockheimii. §. V. Eodem anno ad oppidum Bockheimum in ditione Brunſvicenſe ex agro ſangvis erupit, ceu fontis ſcaturigo multa altitudine ac diu fluxit. Hoc ad annum

1551. 1551. refert Fincelius. Quo anno (r) Romani (s) ad Thraſymenum lacum in Hetruria (t) ab Hannibale cruento prælio

& Antii quoodam in Italia. victi ſunt, Antii (u) metentibus, cruentas in corbem ſpicas cecidiſſe, memoriæ eſt proditum. (w)

CAPUT XI.

De Urbibus Luſatiæ inferioris, imprimis Spremberga.

§. I.

Inferioris quoque ſeu minoris (x) Luſatiæ ſex numerantur oppida præcipua, confœderata & ipſa: Luca (y) quæ vox lingva Hencta pratum ſignificat, Gubena, Sommerfeldum, Sprembergum, Lubinum, & Calovia, quam Calvam vocabat Melanchthon. (z) Hæc enim diſerte in Venceslai & Sigismundi Regum privilegiis hoc ordine recenſentur. (a) Regno Bohemiæ (b) immediate ſubſunt omnia, præter Sommerfeldum Johanni Marchioni Brandenburgio (c) ſubjectum & Sprembergum. (d) *Oppida Luſatiæ inferioris.* *Subfuerunt Regno Bohemiæ, jam Electoratui Saxoniæ.*

§. II. Sprembergum, cui olim Grotcavia (e) vocabulum, Carolus IV. anno 1360. emptum Luſatiæ inferiori adjunxit, de quo ſuo loco. (f) Inde etiamnum inſigne gerit leonis Bohemici cum cauda duplicata, ſed qui in eodem oppidi templo alibi albo, alibi nigro colore pictus viſitur. *Sprembergum. 1360.* *Inſigne ejus.*

§. III. At-

(p) Ejusdem Joh. Stigelius Gothanus, qui ſcripſit epithalamia, epithaphia, epigrammata. Verſus ejus leguntur Tomo 6. Delit. Germ. p. 318. vitam vero literis mandavit vis o ra ſeq. nominandus.

(q) Jobus Fincelius Vinariensis, Medicus, librum, quem Manlius allegat, de Prodigiis relinquens. Claruit 1560.

(r) Scilicet U. C. 536. mundi vero 3733. ante Chriſt. natum 214.

(s) Eorum nobilem ad Thraſymenum pugnam, atque inter paucas memoratam cladem recenſet T. Liv. Hiſt. libro 22. c. 4. 5. 6. p. 76. ſeq. Edit. Pariſ. 1679.

(t) Nunc in Dominio Pontificio ejusque Ducatu Spoleto, agrum Peruſinum adeoque & lacum Peruſinum ſeu Thraſymenum complectente. Is igitur lacus hodie ab urbe Peruſia vicina, vulgo lago di Peruggia appellatus, citavere Philippus Cluverius in Italiæ antiquæ Tomo I. libro I. cap. 3 p. 578. lin. 42 Edit. Lugdun. Batav. ex officina Elſeviriana 1624. Hoffmannus in Lexico Univerſali Tomo II. pag. 460. Chriſtophorus Cellarius in Notitia orbis antiqui libro II. c. 9. p. 724. Edit Lipſ. 1701.

(u) Antium vetus erat urbs ad mare ſita, ἀλιμένος tamen, h. e. ſine portu, in Latio ſ. ea Italiæ Parte quæ interoſtia Tibris & montes circejos interjacet, Volſcorum caput, Neronis patria, Romanorum ortum. Plura de hac urbe memoranda & Autores, qui ejus meminere, invenies iterum in Cluverii Ital. antiq. Tomo II. Lib. III c. 8. p. 986. ſeqq. & in Cellarii Geogr. antiq. Lib. II. c. 9. p. 808.

(w) Lib. I. Val. Max. cap. VI. de Prodigiis ſub numero 5. p. 20. & in Johannis Vorſtii in Valerium Maximum Notis p. 48. Edit. Berlinenſ. 1672. Ubi ita: Etiam metentibus apud Antium cruentas ſpicas in corbem decidiſſe.

(x) Superiorem enim jam dudum ceperunt vocare majorem, docente Manlio libro hoc primo c. 2. §. 1 cauſa eſt, quod Reges Bohemiæ, & imprimis Carolus IV. Imp. in ſic dicta Incorporatione ſuperiori primum locum adjudicaverint, quia prius hanc ditionis ſuæ fecerunt & magna ab inferiori Luſatia pars, quæ Circulus hodie Electoralis Saxonicus dicitur, ſeparata jam dum fuit: Confer. Kuniſchke Differtat. de Luſatia primam Sect. II. § 10.

(y) Conf. Krameri Diſputation Theſ 12. Grofferum Part. III. c. XI. Frencelii Nomenclatorem. Philippus Ferrarius in Lexico Geographico ſive Autos Correctionum ſub Titulo Luſatia hanc urbem omiſit, quemadmodum & alius quosdam errores ibi commiſſos deprehendimus.

(a) In margine Manuſcripi. Manliani originalis hæc appoſita ſunt verba: Quidſi Calva Thuringiæ, ſive quod rectius eſſet, Wurtembergicæ ditionis ad amnem Nagold. v. Dreſſeri Iſagoges Hiſtoricæ Partem 5tam p. 177.

(a) Privilegium aliquod Wenceslai, in quo hic ordo ſervatur, legere eſt libro VI. Comment. cap. 38. 136. Idem in Vernacula exhibet Grofferus Part. I. p. 107. ſub l.t. (l)

(b) Nunc Ducibus Saxoniæ & quidem Merſeburgenſibus ex Conceſſione Electoris Saxoniæ.

(c) Cujus Succeſſoribus adhuc hodie paret teſte Groſſero Part. III. pag. 91.

(d) Quod pretio redemtum jam habet Sereniſſima Domus Saxo-Martisburgenſis v. Groſſerum Part. III. pag. 93.

(e) Vocabuli hujus Etymologiam exponit Frencelius in Nomenclatore ſub Articulo Spremberg.

(f) Libro VI. Comment. c. 21. Conf. Groſſerum Part. I. p. 80. Part. III. c. XI. p. 93. Carpzov. Part. II. c. I. §. 7. p. 178.

Hic habentur comitia.

§. III. Atque in hoc oppido patrum noſtraque memoria, præſertim Henrico Tunkelio (g) & Alberto Slicone (h) præfectis, crebro habita ſunt comitia, quæ extra ſex Luſatiæ inferioris circulos & territoria haberi non poſſunt. Ludovico

1508. Medietas Redituum arcis Sprembergenſis ordinibus oppignoratur.

vero regnante, ut ſub anno 1508. (i) plenius referemus, medietas redituum arcis Sprembergenſis ordinibus marchionatus Luſatiæ inferioris, pro mutuatis a Sonnepurgio (k) in regis gratiam tribus ſorte florinorum Rhenanorum millibus fuit oppignorata. Eam pecuniam & mille ac ducentos præterea Joachimicos dinumerare, redemptamque antapocham ordinibus reſtituere, cum recepiſſet Bohuslaus Felix Lobcovicæus & Haſſenſteinius (l) Baro in Lytzſchkae, imperatoriæ majeſtati a conſiliis & marchionatui Luſatiæ inferioris præ-

Quam ordines cedunt Haſſenſteinio. 1562.

fectus, ordines juris ſui, quod io dimidio redituum uſufructu, pignoraticium habebaot, quaſi poſſeſſionem ei ceſſerunt, anno 1562.

qoi & reliquam partem accipit.

§. IV. Poſtea Haſſenſteinius reliquam etiam partem cum omnibus pertinentiis a Ferdinando Imperatore, cui unicornu in expugnato Blaſſenburgo (m) inventum donaverat, pro eadem florenorum & Joachimicorum ſumma in compenſationem ſervitiorum & obſequiorum ipſi Imperatori præſtitorum hæreditarie impetravit

1564.

anno 1564. 22. April. Falſo enim perſvaſum erat Ferdinando, ordines in dimidiam partem territorii ſeu circuli Sprembergenſis (n) nam qui Baronatum appellant, non recte loquuntur) cum nobilitate, arce & oppido, omnibusque pertinentiis plenum & hæreditarium dominium habuiſſe, ejusque poſſeſſionem omnem maturo conſilio & communi conſenſu Haſſeoſteinio hæreditarie vendidiſſe ac tradidiſſe, ſimul conſenſum illi ſuum præbuiſſe, ut de emptione alterius medietatis cum imperio tranſigere (ſich vergleichen) poſſet.

Imperator ſibi reſervat ſervitia equeſtria & exactiooes.

§. V. Servitia tamen equeſtria, itemque exactiones (Volgen und Steuern) & ſimilia, quæ nobiles ſeu Vaſalli, quorum in Sprembergenſi territorio ſunt circiter duo de quinquaginta, regibus Bohemiæ præſtare & pendere conſveſſent, ſibi & ſucceſſoribus ſuis expreſſe reſervavit Imperator. Mox Archidux loco imperii commiſſarios miſit, qui nobiles totius territorii Sprembergenſis, cives Sprembergenſes & agreſtes ad arcem Sprembergenſem pertinentes ſimul per jusjurandum iu fidem Haſſenſteinii adigerent.

Nobilitas recuſat homagium & ſubjectionem hæreditariam.

§. VI. Cum enim nobilitas univerſa privilegiis Marchionatus, & ſuis (o) freta, homagium & ſubjectionem hæreditariam recuſaret, & ad Ferdinandum Imperatorem eoque hoc anno 1564. die Jacobi mortuo, ad Filium ejus & ſucceſſorem

1564.

Maximilianum II. hujusque fratrem Ferdinandum archiducem per modum humillimæ ſupplicationis, cauſam ſuam deferret,

Haſſenſteinius renunciat juri in Nobiles.

Haſſenſteinius Imperatori gratificaturus omni in nobilitatem juri renunciavit, ut teſtatur diploma Maxim. Imp. anno 1566. 23. Julii Viennæ datum 1566.

Sed Sprembergum cum omnibus pertinentiis ipſi conceditur in feudum,

§. VII. Atque ita tandem arcem & urbem Sprembergenſem, cum ſex pagis omnibusque fructibus & pertinentiis, nobilitate tamen exempta, Haſſenſteinio certis conditionibus in feudum hæreditarium conceſſit & confirmavit Imperator diplomate dato io caſtris ad Rabum Pannoniæ 6. Octobr. anno 1566. cum is 1566.
jam antea civibus & ruſticis homagium hæreditarium extorſiſſet die dominica. Quæ omnia cum annum tantum poſſediſſet Haſſenſteinius, mox Caſpari Mingwitio (p) in Drenaw, regio Luſatiæ inferioris judicii provinciali triginta amplius millibus florinorum vendidit.

& iterum vendit.

Is anno 1569. menſe Majo multis relictis liberis deceſſit, pendente adhuc nobilitatis cum Haſſenſteinio lite. 1569.
Cæterum incendio periit Sprembergum anno 1556. ut in ſecundo tomo intimatiooum Wittebergenſium (q) apparet. 1556.

CAPUT XII.

De Reliquis Luſatiæ inferioris oppidis.

§. I.

Reliq. Luſat. Inferior. Oppida.

RELiquæ inferioris Luſatiæ, oppidorum nimirum mediate marchionatui conjunctorum, (r) quod ad domi-

(g) v. Groſſerum Part. III. c. 3. p. 19. §. 4. 5.
(h) v. — — — — — §. 6.
(i) Lib. VI. Comment. cap. 139.
(k) Quod ipſo Manlio cap. ſeq. §. 9. docente ſubfuit poteſtati Magiſtri ordinis militiæ S. Johannis Hieroſolymitani in Marchiæ nova terra Sternbergenſi.
(l) v. Groſſerum Part. III. cap. 3 p. 19. §. 7.
(m) Arce Colmbacenſi in Marchionatu Culmbacenſi.
(n) Prencelius in Verſione Comment. Maol. Germaoica per Weichbild, Kreyß, Pflege, oon vero per Herrſchafft exponit.
(o) Ejusmodi privilegium anno 1565. d. 25. Ian. vidiſſe ait Manlius in margine.
(p) Conf. Groſſerum Part. III. c. XI. p. 66. 67.
(q) Im andern Tomo der zu Wittenberg ausgegangenen Academiſchen Uhrkunden. ſic Frenc.
(r) Quæ alias regia, hodienum Saxo-Merſeburgenſia appellantur, & non Brandenburgicæ vel alius ditionis ſunt. Confer. in hoc ipſo cap. §. 12.

Manlii induſtria.

dominia attinet, hoc tempore talis eſt ſtatus, quantum nos quidem partim peregrinando, partim percontando agnoſcere hactenus potuimus.

Forſtum,

§. II. Forſtum (s) Fridericus Melchioris ex Hedwige Oſtrorogia & Udalricus Balthaſaris ex Dorothea Schenkia Landesbergenſe F. F. patrueles, horumque patruus Janus, Matthiæ Filius, Jani, (t) qui Francoſurti ſuperioribus annis Rectoratum geſſit, pater, Barones Biberſteinii, (u) de antiquiſſima Comitum cornu cervini proſapia, conjunctim tenent. Pſortenam (w) vero oppidulum Vicinum Fridericus ſolus.

ejus domini ſuerunt Barones Biberſteinii.

Pſortena.]

§. III. Eorum agnati, paulo ante noſtram memoriam habuere Soraviam, (x) (Willichio (y) Sorabium (z) eſt) Triblaviam, Muſcoviam, & in aditu Luſatiæ ſuperioris Fridelandum, quod poſtea Fridericus Röderus (a) nactus eſt, eique conjunctum Seidebergum. (b)

Biberſteiniorum Agnati quid poſſederint.

§. IV. Fuit tempus, cum Beſcovienſem (c) quoque & Storchovianum Baronatus poſſedere, qui poſtea, Epiſcopo Lebuſſenſi & ab hoc rurſum Johanni Marchioni Brandeburgenſi oppignorati ſunt. Deflagravit Storchovia tota, cum templo, curia, & moletrinis, arce Marchionis excepta, anno 1570. 16. Calend. IIXbr. Item 1712. d. 5. Junii. (d)

Beſcovia.

Storchbia bis deflagrat.

§. V. Inſigne urbis Forſtenſis cornu cer-

Inſigne urbis Forſtenſis.

(s) Hic §. cum poſtulare videatur interpretem, adhibeamus paraphraſin Frencelii: Die Stadt Forſte beſitzen zugleich die Freyherren von Biberſtein; welche von dem alten Geſchlechte derer Grafen von Hirſchhorn (mütterlicher Linie nach) herſtammen, nehmlich Herr Friedrich, ein Sohn des Herrn Melchiors, welchen ſein Vatter von der Hedwig von Oſtrorog gezeuget hat, ingleichen Herr Ulrich, des Herrn Balthaſers Sohn, dem ihm Frau Dorothea Schenckin von Landsberg gebohren, beyderſeits Herr Vetter, wie auch ihr Oheim Herr Janus von Biberſtein (denn ſo nennen die Sorben-Wenden einen, der Johannes heiſſet,) ein Sohn des Herrn Matthiæ, deſſen Herr Vatter in vorigen Jahren Rector Magnificus bey der hohen Schule in Franckfurth geweſen: Hingegen das benachbarte Städtlein Pförten hat allein Herr Friedrich von Biberſtein im Beſitz. Brevem Oppidi Forſtenſis delineationem exhibent Grunvvald in der richtigen Beſchreibung der Ober- und Nieder Lauſitz p. 69. num. 4. Groſſerus Parte III. c. IX. p. 38. & Part. III. c. XI. 67. 68 & Frencelius in Nomenclatore ſub artic. Forſta. Quibus Inſignibus Forſtenſes ſint decorati, ipſe Manlius §. 5. hujus cap. memorat, & quod primi in Luſatia inferiori repudiaverint Pontificiorum ſanctiones, ad immortalem poſteritatis memoriam notavit h. Lib. I. c. 25. §. 2.

(t) Quem omnino Joh. Chriſtoph. Becmann in Notitia Univerſitatis Francofurtanæ c. V. p. 49. in Serie Rectorum Magnif. ſub Anno 1568 nobis exhibet.

(u) Biberſteiniorum illuſtrem familiam Ortum ex Helvetia traxiſſe, a Seculis bene multis in Bohemia & Luſatia inferiore floruiſſe & Forſti 1667. expiraſſe, teſtantur Stumpſ. in der Schweitzer-Chron. p. 514. Bucel. in Germaniæ Topo-Chrono-Stemmatographiæ Parte II. p. 26. Hartknoch Preußiſch. Hiſtor. Boekler in Hiſt. Hovvor. Part. II. p. 79. 118. 125. 141. 152. Groſſer. Part. III. c. 10 §. 7. p. p. 43. & 35. ſub tit. Einſiedel. In hoc cap. Conf. §. 6 7.

(vv) Conf. Groſſer. Part. III. c. 10. §. XI. p. 38. c. XI. p. 88. Frencelius ſub Phortena & Grunvvald l. c. pag. 70.

(x) Soraviæ Domini fuerunt

1.) Albertus a Devvin, cui ſucceſſit ob filiam nuptam

2) Ulricus a Pack, ad cujus poſteros pertinuit annos 82.

3.) Fridericus a Biberſtein ob ductam filiam Pacii 1355. cujus Proſapia Dominatum habuit 196. annos, penitus ſublata 1551.

4.) Ferdinandus Rex Bohemiæ 1552. qui hanc hæreditatem tanquam feudum neglectum Forſtenſibus Biberſteiniis ademit.

5) Brandenburgenſes, qui hanc urbem pignori acceptam poſſederunt annum I. menſes 7. dies 15.

6.) Epiſcopus Vratislavienſis numero 36. Dn. Balthaſar a Promnitz, qui 1561. d. 15. Julii parabat 124000. flor. de quo vid. Lucæ Schleſiſch. Chron. Part. II. c. 3. p. 316.

7.) Sigfridus a Promnitz, qui hunc Dominatum teſtamento ſui patruelis Epiſcopi Vratislavienſis modo laudati capiebat Conf. Jo. Sam. Magni Deſcriptionem urbis Soraviæ ex Adami Bufferi Chronico confectam. Grunvvald p. 70. ſub num. 6. Groſſer. Part. III. cap. 9. §. 12. p. 38. 39. cap. XI. p. 92. 93. & 94. ſub Tit. Triebel.

(y) Jodoco Willichio, cujus vitam recenſet F. C. Becmann in Notitia Univerſitatis Francofort. cap. VII. p. 226. ſeqq.

(z) Commentarius in Cornelii Taciti Germaniam ſub Tit. IX. de Metallorum inopia apud Germanos.

(a) Qui imperatori Rom. a conſiliis fuit & munere Præſidis Cameræ in Sileſia functus eſt, Pater Melchioris Rœderi, Campi Mareſchalli illius per Germaniam, Poloniam & Hungariam celebratiſſimi, a quo illuſtres Sileſiæ Comites de Raider deſcendunt. Lucæ Schleſ. Chron. Thuan. Hiſt. lib. 124. Spener. Hiſtoria. Inſign. p. 515. Bucholzeri Index Chronolog. p. 798. 771.

(b) Triblaviæ delineationem v. in Groſſ. Part. III. p. 94. Muſcoviæ c. 9 §. 4 p. 36. c. XI. p. 87. Fridelandi, quod tamen cum Bohemico confundere nolis c. 9. §. 9. p. 37. c. 11. p. 68. collato Becmanno vom Johanniter-Orden c. IV. p. 107. Seidenbergi c. 9. §. 5. p. 36. c. XI. p. 90. 91. Huc quoque referantur, quæ ſupra c. 8. §. 4. & nota ſub lit. (a) de Seidenbergo dicta ſunt, quæve ad illuſtranda hæc oppidula adducit venerandum virorum Par, nempe Grünvvald in libello cit. & Frencelius in Nomenclatore.

(c) De hoc Baronatu, qui plura ſcire cupit, eosdem Scriptores adeat, & Groſſerum quidem Part. III. pag. 41. 57.

(d) Ultimum hoc incendium & alia recenſentur in Groſſero Part. III. p. 42. 93. & in Grünvvaldio,

cervinum, quod rubrum in planicie crocea, cum cervo integro & (dama) rupicapra etiam, tribusque falcibus frumentariis. Barones ipſi in dextra parte ſummi clypei & in galea quoque juxta manum gladium tenentem gerunt. In minoribus tamen ſigillis tam in caſſide quam ſcuto cornu ſolo utuntur.

Forſte.



Argenteus nummus.

§. VI. Eſt penes me nummus argenteus antiquus Johannis Domini a Biberſtein (ſic enim habet inſcriptio) ab una facie cornu cervinum cum quinque ramis, ab altera literam S. Soravienſis civitatis *σῆγμα* præ ſe ferens. Johannes Biberſteinius in Wenceslai & Sigismundi Regum Privilegiis inter Luſatiæ inferioris Barones primo loco recenſetur. Curæus in Annalibus Sileſiæ pag. 92. Edit. Witteb. 1571. mentionem quoque facit Johannis Biberſteinii, quem Henricus III. dictus *Fidelis Dux* Sileſiæ & Princeps Glogoviæ, qui ſe hæredem etiam Poloniæ & Dominum Poſnaniæ appellavit, cum exercitu miſit ad pacandam Poloniam majorem contra Uladislaum Locticum, tametſi is rem non bene geſſit.

Curæi narratio de Jo Biberſteinio.

Soraviæ.

§. VII. Soravia Biberſteiniorum olim reſidentia & Triblavia, domino Sigefrido Promnicio (e) Libero Baroni in Pleſſa, Sora & Tribel, Ducatus Saganenſis tenutario ſubſunt, una cum Pribuſio, nunc ad Ducatum pertinente. Veteſchoviam poſſidet Johannes a Schlieben filius Viri Clariſſimi Euſtachii Schliebii in Baruto, (f) Drebcoviæ Johannes & Joachimus Cocceritii reſident, Gvilielmo Steinkellero etiam partem tenente. (g)

Veteſchoviæ.

Drebcoviæ Poſſeſſores.

§. VIII. Ante annos plus minus ſesquicentum Ericus Schenkius vicum habuit, ut literæ ejus quædam docent. Steinkellerorum meminit inſcriptio Saxi cujusdam ampliſſimi Uratislaviæ in æde Magdalenæ, quæ talis eſt: Anno Domini M. CCC. quadrageſimo ſecundo, in vigilia Aſcenſionis Domini obiit Eliſabeth, (Eliſabeth) uxor Rüdegeri Steinkelleri, orate pro ea. Georgii Steinkelleri Senatoris Vratislavienſis meminit Crato (h) in Girſiconis hiſtoria circa annum 1467.

Ericus Schenkius, Steinkelleri.

1342.

1467.

§. IX. Luberaſſum & Lubenaviam (i) habet vir antiqua generis nobilitate Joachimus Schulenburgius ad Locnicium, Pencunum &c. De Lubenavo arce avorum memoria Polentiis cum Calcereuteris Jis fuit. Fridelandum Luſatiæ inferioris Martinum Comitem de Hohenſtein, dominum ad quatuor rotas reſpicit, utpote in præſentia ordinis militiæ S. Johannis Hieroſolymitani per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam & Vandaliam magiſtrum, cujus reſidentia eſt Sonneburgum in terra Sternebergenſe. Idem Schenkendorſum (k) in terra veteri, quam vocant, minus dimidio a Gobbino milliario, cum multis ei cohærentibus pagis tenet, per prædeceſſores ſuos non ita pridem a Cocceritiis coemptum, ex qua familia Jacobus regis Polonici, cui ſervierat, commendatione, ab agnato hujus Bohemiæ rege, territorium illud in feudum acceperat. Olim Senatui Gobbinenſi ſubfuiſſe audio.

Luberaſſi, Lubenaviæ.

Fridelandi

& Schenkendorfii. Dominus.

Q §. X. Mül-

(e) Hujus Sigefridii a Promnitz originem, opulentiam, officiã, quibus defunctus eſt, & Baronis axioma, quo auctus eſt, narratione exponit J. W. Imhoff in Notitiæ Imperii Mantiſſa Sect. XII. p. 495. ſeq. Ejus nepos Sigismundus Sigfridus ad dignitatem Comitis S. R. Imperii evectus eſt. Integrum Promniziorum Stemma v. in Souverainen von Europa p. 851. ſeq. facta vero illuſtria in Henelii Sileſiogr. in Fibigeri Sileſiogr. renovata Part. II. p. 136. 465 ſeqq. in Lucæ Schleſ. Chron. p. 800. ſeqq His non immerito annumerat Groſſerus Part. III. p. 62. fundationem novi oppidi nomine Chriſtianopolis anno 1659. ab Erdmanno de Promnitz factam.

(f) Veteſchoviam declarat Groſſerus Part. III. p 94. ubi ſimul meminit Euſtachii Schliebii, qui inclaruit munere Mareſchalli aulæ Brandenborgenſis, multis legationibus & facundia, ob quam Luthero Germanorum Cicero ſeu Demoſthenes dicebatur, Johannis vero a Schlieben virtutum ac dignitatum paternarum hæredis mentionem injicit Part. I. p. 202. Part. III. p. 22. 26. 89. & Baruti Part. III. c. XI. p. 56.

(g) Drebcoviam pluribus perſequuntur Grünvvald lib. c. p. 77. & Groſſerus Part. III. pag. 66. Cocceritios idem ſuis Memorabilibus Luſatiæ demandavit Part. III. p. 47. referens Steinkelleros inter demortuos Part. ead. c X §. 7. p. 43.

(h) Johannes Crato a Craffthein Vratislavienſis, inſignis medicus, qui tribus Cæſaribus patri, filio ac nepoti conſiliarii ac primarii medici munere ſemper æque charus ad mortem usque inſervivit. Thuanus Lib. 82. p. 42. Adami vitæ Medicorum pag 116. ſeqq.

(i) Utrumque luculentius enodat Groſſerus Part. III. c. 9. §. 17. 18 p. 40 cap. XI. p. 85. 86.

(k) Hoc idem nominatim, adducit Part. III. c. VII. §. 9. p. 28. cap. IX. §. 9. p. 37. De ordine Hieroſolymitano vid. Becmanni lib. c. 4. p. 107.

Mülroſa.

§. X. Mülroſam Georgius, Johannes & Fridericus Burckendorfii (alias Burg-) dorff) (l) tenent. Fürſtenburgum Erhardo Abbati Cellenſi, per cujus prædeceſſores de Richterorum familia 500. aut ſummum 700. aureis coemptum eſt quondam. Sonnewaldum Superioribus annis exutum Comitibus Solmenſibus ſubeſt. (m) Ex hac familia juvenis quidam, generoſus dominus Johannes (n) Comes de Solms & dominus in Myntzenberg cum Bernhardo Breitenbachio Camerario, Decanoque Moguntino & Philippo Bickio equerio, ut Vaiſæ verbo utar, Hieroſolymas ad ſacrum ſepulchrum & inde in montem Sinai ad divam Catharinam profectus anno 1483. & confecto utroque itinere in reditu dyſſenteria correptus, Alexandriæ in Ægypto, ibidem diem ſuum obiit eodem anno, ipſa nocte, quæ feſtum omnium S.S. præcedebat, ad Sanctum Michaëlem in templo Jacobitarum, ubi eſt ſepultura peregrinorum Chriſtianorum, tumulatus ut teſtatur Breitenbachiana peregrinationum iſtarum hiſtoria, quæ extat. Unde & inſignia ejus familiæ expingi curavimus. (o)

Fürſtebur-gum. Sonnewal-dum. Hiſtoria de Johanne Comite de Solms. 1483.

Solms.



§. XI. Colsheinium, (p) ut Brotufus appellat, cum ſeptem pagis Stoterheimii, (q) ſubeſt. Dobrilugum (r) Cœnobium a Monachis vacuum cum ſubjecto ei oppido Kirchano Rodolphus, (Henricus & Volckmar minimus) Gersdorfii, pro certa pecuniæ ſumma, quam aliquando Imperatori in Hungariam expeditionem molienti dediſſet mutuam, velut hypothecæ nomine tenet, Pontificis etiam conſenſu, qui eam abalienationem eo facilius approbavit & ratam habuit, quod pecuniam illam non in profanos uſus converſurus, ſed in pium adverſus Turcos Chriſtiani nominis hoſtes bellum impenſurus eſſet Imperator.

Golſen, Golſen vel potius Golſena. Cœnobium Dobrilugum.

§. XII. Atque hæc omnia, quæ hactenus recenſuimus, loca regia vulgo appellant, quod a regibus Bohemiæ conſerantur. Nunc aliorum Principum in Luſatia inferiore ditionem videbimus.

Quæ loca in Luſatia inferiore regia olim vocata.

CAPUT XIII.

De
Oppidis aliorum Principum,
quæ regiis opponuntur.

Cotbuſium ergo & Pizena itemque Biſcovia & Sturcovia, Johannem Brandeburgenſem dominum recognoſcunt. At de poſterioribus duobus jam dictum eſt cap. præcedente §. 4.

Loca, quæ regiis oppo-nuntur.

§. II. Conditum & denominatum eſt Cotbuſium a Baronibus de Cotbus, quos Francos fuiſſe proœmium ſpeculi Saxonum teſtatur. Fuit enim antiquitus liber Baronatus peculiaris, eumque Francico aliquando jure uſum, audio, & feudum eſſe Francum ſive liberum, h. e. quoad protectionem a parte Domini, & fidelitatem a parte Vaſalli, ita tamen, ut a Servitiis omnibus immunis ſit Vaſallus ſeu Poſſeſſor, nec ullum ei imponi poſſit onus ſine ipſius conſenſu, ut Feudiſtæ docent.

A quo urbs Cotbuſium conditum & denominatum?

§. III. Atque hinc eſt, quod ante annos

(l) Urbeculam Mülroſam depictam in mappa Geographica Luſatiæ inferioris a Groſſero Memorabilibus ſuis præmiſſa inveniet quidem Lector, ſed non deſcriptam, Burgdorffios tamen, qui ex Sileſia orti, in Luſatiam ſedem tranſtulerunt, poſteritati propagavit Part. II. c. 9. §. 10. p. 38. c. 10. § 6. p. 43.

(m) Fürſtenbergenſium res quoque ſuorum monumentorum Part. III. cap. 8. § 9. p. 34. Sonnevvaldenſium vero Parti eidem c. 9. §. 14. p. 39. c XI. p. 92. commendavit Groſſerus Luſatiæ noſtræ ornamentum. De illuſtriſſima Comitum Solmenſium familia Conf. Spenerí Hiſtoria Inſignium ſ. Oper. Herald. Pars Specialis Lib. 2. c. 89. p. 532. ſeqq. Imhoff in Notitia Imperii lib. VI. cap. 17. p. 337. ſeqq. Imprimis autem commendari meretur noviſſima Solmenſium Genealogica deductio, quam 1709. Wittebergæ publici juris fecit L. Chriſtoph Heinricus Zeibich, Paſtor & Superintendens Baruthinus atque ſic inſcripſit: Genealogiſche Tabellen über das uralte Reichs-Gräfliche Hauß zu Solms. In illa Deductione Tabula 9. und in der Hiſtoriſchen Erläuterung p. 27. 28. de Sonnenvvaldica hujus familiæ linea, & Imhoff lib. & loc. c. §. 18. p. 341. agunt.

(n) Ex ramo Lichenſi frater Philippi filius Cunonis, nepos Johannis, qui cum conjuge Eliſabeth Catharina Cronbergia ſator hujus lineæ fuit. Conf. in Zeibigii Tab. VI. und die Hiſtoriſche Erläuterung der VI. Tabelle, ubi Autor ſub num. XI. p. 16. ex eadem Breitenbachiana iſtarum Peregrinationum Hiſtoria præmaturam Comitis hujus a Solms mortem profert & teſtatur.

(o) De quibus vid. Spener. loc. cit. p. 534. §. 8. Imhof. lib. & loc. cit. §. 27. p. 343. & Laurentii Peccenſteinii Theatrum Sax. p. 160. Jen. Edit. 1608.

(p) Quod

Penſio cerevisiarum non ſolvitur.

nos plus minus 26. cum Ferdinandus Rex
Cotbuſium quoque mittere vellet quæſto-
rem, qui penſionem cereviſiarum exige-
ret, Johannes Marchio hoc ſuum jus al-
legans, ne quod tale fieret, obtinuit:
Habetur tamen diploma inveſtituræ Jo-
hannis, Ottonis & Woldemari Marchio-
num Brandenburgenſium fuiſſe beneficia-
rios. Tempus conditi oppidi ignoratur.

Tempus conditi Cotbuſii ignoratur.

§. IV. In D. Franciſci monaſterio, ubi
nunc Slavica lingva ad populum ſacræ ha-
bentur conciones, tumulus extat lapideus
editior domini de Cotbus, quem conven-
tus fundatorem fuiſſe, Richardum nomi-
ne, ex chori inſcriptione apparet. Saxo
tumuli comata barbataque Baronis effigi-
es incumbit ſupina, in dextro latere tho-
racis, unde torques etiam dependet, præ
ſe ferens inſigne familiæ cancrum, au-
reum nimirum in planicie candida, ut o-
ſtendit ſuſpenſus de pariete clypeus, tam-
etſi nunc vulgo ruber pingitur, ut in ara
maxima ædis parochialis & alibi paſſim eſt
videre.

Tumulus lapideus Domini Richardi de Cotbus.



Richardi de Cotbus conjux.

§. V. Lateri adjacet uxoris relictæ A-
delheidis icon, cui ipſi quoque in dextro
brachio clypeus mariti, in lævo gentiliti-
us Colditiorum Leonem dimidiatum, &
ſub eo duos tractus obliquos continens,
adſculptus eſt. Capiti cujusque ſuum cer-
vical, pedibus leo peculiaris, ſubjectus
eſt. Maritus dextram manum collo uxo-
ris ſubjicit, ſiniſtra ſcutum cancro inſigni-
tum una cum gladio prehenſum tenet.
Calceos tamen more illius ſeculi acumi-
natos, lamina ferrea, ut & reliquum cor-
pus, tectos. Uxor manibus complicatis
elevatisque orans globulos precatorios te-

Conjugis illius icon.

net, ſive ova ſerpentum, ut Eraſmus no-
minat. In ora ſaxi duplici hæc de Epi-
graphe reliqua ſunt verba. † A. D. M.
CCC. VII. obiit * hic ſepultus. A. D. M. 1307.
CCC. XIX. obiit Dna. Adelheidis relict. Dni. 1319.
Et in fronte tumuli * are Dehelmi dec. ſi
recte legi, quod extremum fortaſſe fami-
liæ nomen eſt. Cætera Saxo detriro &
corrupto cognoſci ſatis non poſſunt. Fri-
dehelmi de Cotbus ſolum nomen ad aures
meas pervenit.

Fridehelm de Cotbus.



§. VI. In Venceslai & Sigismundi re-
gum fratrum privilegiis anno 1411. & 1411.
1414. Luſatiæ (inferiori nimirum) datis, 1414.
inter Barones Marchionatus tertio loco
Johannes de Cotbus recenſetur. Ejus li-
bro ſexto bis fiet mentio, anno 1390. c. 34.
§. 22. & 1400. cap. 36. §. 5. Vidi & Rein- 1390. 1400.
hardi domini de Cotbus literas collegio
linteonum anno 1431. Calend. Vltilib. 1431.
datas, quibus confirmat & nova acceſſio-
ne cumulat, privilegium ſuper legibus &
conſvetudinibus ipſorum quibusdam a pa-
tre ſuo Johanne anno 1406. in Profeſto 1406.
D. Andreæ eis conceſſum.

Johannes de Cotbus. Reinhardus de Cotbus.

§. VII. Ac Johannem quidem in faſci-
culo temporum Germanico bibliothecæ
Cotbuſianæ annotatum eſt, obiiſſe feria
tertia poſt aſſumtionem (niſi forte viſita-
tionem legendum eſt) Mariæ ejusdem an-
ni 1431. quo Reinhardi literas exaratas di- 1431.
ximus. Reinhardus vero, ut ex dictis ejus
literis apparet, fratrem habuit dominum
Luterum, cujus iidem opifices diploma
quoddam habent leges tribus continens
anno 1443. die Saturni (♄) poſt feſtum 1443.
Aſcenſionis dominicæ Cotbuſii datum, in
quo mentionem facit Luterus patruelis ſui
domini Reinhardi.

Luterus de Cotbus.

Q 2 §. VIII. At-

(p) Quod planius narrat Grofferus Part. III. c. XI. p. 69.
(q) Quorum originem ex recenſione Groſſeri Part. III. c. 10. §. 4. p. 42. & 53. ad Stoderanos Vanedorum quandam gentem referunt Philologi.
(r) Antiquum & hodiernum Dobrilugi Statum expoſuit prodiditque memoriæ Groſſerus P. III. c. I. §. 1. p. 30. c. IX. §. 8. p. 37. c. XI. p. 63. Kirchani p. 10.

Reinhardus II. ultimus Dominus de Cotbus. 1475. 1455.

§. VIII. Atque hic alter Reinhardus, ut puto, prioris filius fuit, & ultimus dominus de Cotbus, qui, ut habet chorus Cœnobii anno 1475, obiit. Luterus haud dubie fuit Eleutherius, ſodalium Franciſcanorum fautor eximius, quem anno 1455. in Vigilia corporis Chriſti fato deceſſiſſe eodem in choro & in faſciculo annotatum eſt. Quo ipſo anno Fridericus Brandeburgicus Septemvir ſupra memoratum Luteri diploma linteonibus confirmavit, literis Cotbuſii datis, in quibus Cotbuſium ſuam urbem vocat.

1434. 1440. Luterus de Cotbus duos Pagos Paneviciis dat in feudum.

§. IX. Idem Luterus Catloviam pagum Anno 1434. Slixdorſum Anno 1440. Paneviciis in feudum dedit, ut teſtantur literæ ipſius, cum alterum Labwaldi, alterum Roſtockii antea poſſediſſent. In poſterioribus hiſce literis etiam ſupra memorati patruelis ſui Reinhardi meminit. ⊙

Stirpe maſcula deficiente Cotbuſium devolvitur ad Brandenburgios.

Tandem defectu ſtirpis maſuclæ ad puellam hæredem perveniſſe dominium, atque ita ad Brandeburgios devolutum perhibent. Quando autem Friderico Brandeburgio homagium urbs præſtiterit, & quæ inter hunc & Georgium Bohemiæ regem de ea bella extiterint, lib. 6. cap. 86. demonſtrabimus. Integra Baronum inſignia, quæ nunc civitas ſibi vendicat, ex ædis paroecialis pariete & quodam in curia orbe vitreo (ſculptura) una cum Reipub. ſecreto appingi curavimus. (s)


⊙ Talem igitur facio Genealogiam:

Johannes 1431.

Luterus 1455. — Reinhardus

Reinhardus II. & ultimus 1475

Cotbus.



CAPUT XIV.

De Pyzena munita. Peytzen.

§. I.

Fortalitium Pyzena.

CÆterum recentius eſſe fertur Cotbuſium, quam Pizena, (t) qui vicus eſt haud multo plus milliario inde diſtans, celebris jam inſigni arce & munitione, quam noſtra memoria ibi excitavit Johannes Marchio, Spreæ parte, & ceu brachio eo deducto, tametſi ſupremam manum illa nondum accepit. Utrumque territorium quondam unum & eundem habuit præfectum.

Quod excitavit Johannes Marchio.

Cotbuſii & Pyzeoæ Præfecti.

§. II. Hodie Cotbuſio Bertholdus Mandelslovius ad novam domum (u) ex Brunſvicen-

(s) Curam hanc ſuſtinendam Menlius quidem promiſſit, ſed promiſſis non ſtetit relinquens in Autographo Gorlicenſi nil niſi inane & vacuum ſpatium. Nec nos uſpiam reperire potuimus integra Baronum de Cotbus Inſignia; proinde B. L. incluti Cotbuſii Secretum modo exhibemus. Ab hoc vero plane differunt Inſignia Dominorum de Kottwiz, ut videre eſt in Johann. Sibmachers & Paul. Furſtens Wappen-Buch Part. I. p. 60 & 107. Edit. Norimb. 1696. qui juxta opinionem Collectorum des allgem. Hiſtor. Lexici in der Fortſetzung p. 220. Edit. Lipſ. 1714. nomen ſortiti ſunt ab urbe Cottwiz ſeu Cotbut. An vero Domini de Cotbus & fulgentiſſima Cottwiziorum familia, in lineam Franicam & Sileſiacam diviſa, quarum illa teſte Lünigio R. A. Part. Special. Cont. 3. zweyten Abſatzes p. 340. Anno 1698. expiravit, hæc vero referente Friderico Luca Schleſ. Chron. p. 1811. in Sileſia adhuc viget, ab uno eodemque ſtipite deducendi ſint, id l. c. Lexici Univerſalis non notatum legimus. De Urbe Cotbuſ. ejusque Dominis Conf. Angeli Märckiſche Chronic. p. 236. Edit. Francofurt. ad Oderam 1598 Grünwaldi richtige Beſchreibung der Obir und Nieder Lauſitz p. 78. ſqq. Francelii Nomenclat. & Grafferus Part I. p. 100. 116. 130. 287. P. III. c. 9. p. 40. 41. c. XI. p. 62. ſeq. It. Martini zeileri Cont. Itiner. German. c. 23. p. 306. 439.

(t) Hoc fortalitium iidem Scriptores Luſatici ſæpe hactenus citati & ſæpius impoſterum citandi, ſcriptis ſuis celebrarunt & Grafferus quidem Part. III. p. 7. §. 9. p. 41. §. 21.

(u) Hic Bertholdus a Mandelslo Toparcha in Neuhaus notante Groſſero Part. III. p. 41. §. 21. in catalogo

Præte-

ſvicenſi Nobilitate vir literatus, Pyzæ Melchior a Lœben (w) ad Schönbornum præſidet. .

CAPUT XV.

De

Oppidulo Sommerfeldo.

§. I.

Sommerfeldi Poſſeſſor eſt Henricus Paccius. SOmmerfeldum (x) ejusdem Marchionis beneficio tenuit Henricus Paccius, (y) Vir Sapientia, doctrina & humanitate præſtans, cujus apud Cotbuſianos in æde paroeciali monumentum extat lapideum cum effigie ipſius & his inſcriptionibus:

D. N. S.

Ejus monumentum. HENRICUS a PACK AD DOBERNITZ IN SOMMERFELD IN MISNICA NOBILITATE CUM ANTIQVITATE ET SPLENDORE FAMILIÆ, TUM CULTU PIETATIS, VIRTUT. SAPIENT. LITERARUMQVE ET DOCTR. LONGE PRÆSTANTISS. CUM PRÆFECTUS AB ILLUSTRISS. PRINC. AC DNO. DNO. JOHANNE MARCHIONE BRANDEBURG. &c. DITIONI COTWITZ ET PEYZEN DIFFICILIBUS REIPUB. TEMPORIBUS EXIMIAM SÆPE OPERAM NAVASSET ET PRÆSTITISSET FIDEM, MORBI INCLEMENTIA ABLATUS, PIE CUM OIM. MAX. LUCTU, ILLUSTRISS. ETIAM PRINC. HUJUS MORTI DOLOREM MANIFESTE IMPERTIENTE, MIGRAVIT EX HAC VITA: UNA GENTIS SCHLEINITS AD SEERHAUSEN PRIUS HIC SEPULTA, ALTERA GENTIS EBLEBEN, AB EBLEBEN RELICTA CONJUGE TRISTISS. VIDUA ET BINIS LIBERIS, CUM VIXISSET ANNOS L. CUJUS MEMORIÆ ET PERPETUÆ MOESTICIÆ SUI H. M. F. P. Z. CC. OBIIT III NONAS. JUNII. ANN.
1554. CHRISTI. M. D. LIIII.

Hoc tegit Henrici monumentum nobile corpus,
Pacciados quem ſtirps edidit alta domus.
Gens vetus & titulis in Miſnidos inclita tractu,
Sed virtute hujus reddita clara magis.
Hujus & ingenium mirata eſt Itala tellus,
Et patriam ornavit fama decusque ſuam.
Conjugio hic felix bino: Sic Marchide præſes
Octo decemque annis in ditione fuit.
Ut princeps populusque hunc luxerit omnis ademptum
Eſſet & hoc ſiccis funere nemo genis.
Nunc cubat hic corpus, virtutis gloria vivit,
Cum Christo ætherea ſpiritus arce manet.

§. II. Huic ergo Henrico filius Johannes, ubi adoleverit, ſuccedet. & Succeſſor.

CAPUT XVI.

De

Oppidulis Fürſtenvva'do. Senftenberga, Finſterwal..o & Statibus utriusque Luſatiæ.

§. I.

Fürſtenvvaldum, ejus Domini. FUrſtenwaldum, (z) quod tamen Marchiæ vulgo aſſignant, una cum Epiſcopa Lubuſſenſe, ſub cujus eſt ditione, Electores Brandepurgici nunc filiis ſuis vendicant. Vidi ipſ literas Epiſcopi ad Philippum Melanchthonem anno 1555. exaratas Coloniæ cis Svevum, hoc initio: Johannes Dei gratia Epiſcopus Lebuſcenſis & Furſtenwaldenſis &c. Iidem Electores Roſſam quoque tenent. Roſſa.

§. II. Senftenbergum, ubi arcem ædifica- Senftenbergum,

Præfectorum Dominatus Cotbuſienſis, exceſſit vita 1580. Inter vivos cum ageret, eum charum reddiderunt Electori Brandenburgico eruditio non vulgaris ac munera cum conſiliarii tum legati in pace Religionis a Carolo V. Imp. Pataviæ (quam incolæ vocant Paſſau) Germaniæ 1552 conceſſa. Mandelsinvienſium incunabula quæruot in Saxonia inferiore Musbard in Theatro nobilit. Bremenſ Müllerus in Annal. Sax. Fabricius in Orig. Sax. Lib. 9. p. 167.

(w) Ex Grofferi ſententia Part. III. c. 3 § 1. p. 18. & ſub lit. (a) primus fuiſſe creditur Pro Marchionis Præſes Luſatiæ inferioris. Res ab eo domi militiæque fortiter & decenter geſtas ex Corzo recenſet ipſe Manlius Lib. VI. R. L. cap. 109. §. 2. item cap. 126. & ex hoc Groſſerus tam loco cit. quam Part. I. p 146.

(x) Conf. Groſſerum Part. III. p. 7. §. 9. & notam ſub lit. (x) it. pag. 91. 92. Grunwald. p. 81.

(y) Quem ὁ πολυμαθέστατος Groſſerus Part. III. p. 41. in numero Præfectorum Cotbuſienſium quoque repoſuit notans pag 92. Packios olim poſſediſſe Soraviam. Sunt cæteroquin Packii Miſnenſi Stirpe oriundi. Spaogenberg Adels-Spiegel Part. I. c. 12. fol. 105 Quantas turbas in Germania concire potuiſſet Otto de Pack, qui quod Doctoris legum titulo ornatus eſſet, vulgo Doctor Otto vocabatur, teſtantur Sleidanus Lib. 17. p 358. Seckend. Hiſtor. Luth. Lib. 2. Sect. 13 §. 35. p. 94.

(z) Apud Groſſerum de hoc oppidulo nihil legitur, adeoque illud Marchiæ aſſignandum cum eo certius ſtatuimus.

ficavit Mauricius Septemvir, ab Auguſti Saxoniæ Septemviri præfectis adminiſtratur.

Finſterwaldum. §. III. Finſterwaldum (a) poſt Hiobum & Ottonem a Diſcau fratres, ejusdem Auguſti beneficiarios, nunc Ottonis filii duo regunt. (b) Sed hæc poſtrema duo oppida utrum Miſniæ, (quod plerique volunt) an Luſatiæ nomine rectius cenſeantur, compertum nnndum habeo. (c)

1547. numerantur inter oppida Luſat. inf. §. IV. Finſterwaldum quidem in articulis criminum, quæ anno 1547. Hexapolitanis intendit Ferdinandus Cæſar, inter Luſatiæ inferioris oppida numeratur. Secundum enim accuſationis (d) caput fuit,

Ratio I. quod neglecto Ferdinandi mandaro contra hoſtem ejus Joh. Fridericum Saxoniæ Septemvirum, qui Dobrilugum Cœnobium occuparat, & in Luſatia inferiori Sonnewaldum, Finſterwaldum & Lucam dedi ſibi poſtularat (aufgefodert) nec ipſi eſſent profecti, nec milites aut tormenta, aliave, quæ belli uſui forenr (munition,) miſiſſent.

Ratio II. Senſtenbergenſes in Lipſica Academia, non ad Miſnenſem nationem pertinent, ſed ut Luſatii omnes, ad Polonicam.

Sex oppida Slavorum. §. V. Neque ſilentio prætereundum, nominari a quibusdam conjunctim ſex Slavica (c) Luſatiæ oppida, Vetſcoviam, Beſecoviam (Beſcavum vocat Wilichius) Muſcovium, Calovium, Drebcoviam & Sturcoviam.

Quatuor Status Luſatiæ inferioris. §. VI. Porro in Luſatia inferiore, ab antiquo quatuor fuere ordines ſeu ſtatus, (f) iique in ſex diſtinctos circulos ſeu territoria, ſecundum ſex urbium numerum diſtributi, nimirum Relligioſi ſeu Prælati, Barones, Nobiles ſive equeſtris ordinis viri & Civitates. In hos ordines Marchionatus tanquam corpus in membra diſtributus eſt. Ac de Luſatiæ inferioris ordinibus Libro VI. ſub anno 1411. c. 38. §. 2. 3. dicetur.

Duo Status Luſat. ſup. Superior Luſatia duos tantum haber ſtatus, Terrigenarum ſeu Nobilium & Civitatum.

CAPUT XVII.

De Longitudine & latitudine utriusque Luſatiæ.

§. I.

Longitudo Luſat. 19. milliar. LOngitudo (g) Luſatiæ univerſæ a Sittavia ad Fürſtenbergum milliarium Germanicorum plus minus Undeviginti.

Latitudo dimidia tanta. Latitudo in ſuperiori a Conigsbrûgo ad Rotenburgum dimidia tanta, in inferiori alicubi major.

CAPUT XVIII.

De Celebribus Luſatiæ utriusque Clauſtris.

§. I.

Tria clauſtra habet Luſat. ſup. CLauſtra relligioſa inſigniora Luſatia ſuperior tria habet: duo Veſtalium, quæ Abbatiſſæ gubernant, Vallem Marianam, Anno 1542. 12. Octobris funditus exuſtum, & Mariæ Stellam, 1542. tertium Celeſtinorum in Oyvino ad Sittaviam, hodie deſertum.

Inferior item tria. Inferior item tria: duobus Abbates præſunt, Dobrilugum ad Eliſtrum nigum, & novam Cellam ad Oderam, tertium Veſtalium in Gubinenſibus ſubur-

(a) Finſtervvaldum illuſtrat Groſſerus Part III. c. XI. c. 67. Senſtenbergum vero Part. & cap. citat. p. 91.

(b) Et rexerunt a tempore, quo hæc Manlius ſcripſit nempe anno 1571. usque ad annum 1628. Tunc enim ab his Poſſeſſoribus bona ratione emit Sereniſſimus Elector Saxoniæ Johannes Georgius I. Gens vero Diſcavienſis, notante Groſſero Part. III. Memorab. c. X. p. 43. §. 7. ſadem ex Luſatia in Miſniam tranſtulit. Forte etiam eo reſpexit Paulus Fürſte, qui Dominorum a Diſcau inſigne exhibet Part. I. libri ſui Herald. p. 162. inter Nobilium Miſnenſium Inſignia.

(c) Nunc autem nos compertum habemus: nam Finſtervvaldum hodie Luſatiæ adhærere, Senſtenbergum vero Miſniæ additum & ſubjectum commemorant Geographi.

(d) Omnia accuſationis capita, ſi hic repetere libet, extant in Groſſero Part. I. p. 178. ſeq. Nota ſub lit. (a)

(e) Idem aſſerit. Groſſerus Part. III. c. XI. p. 66. ſub Articulo Drebkovv p. 87. ſub Art. Muſka p. 94. ſub Art. Vetſchau.

(f) De utriusque Luſatiæ Statibus pluribus agunt Groſſerus Part. III. c. VII. p. 28. ſeq. Haugvvizius in Prodromo c. 13. p. 36 & Grunvvald in Deſcriptione Luſatiæ p. 53. & 85. De Regimine politico iidem conferri merentur, imprimis vero Kuntſchkii Diſſertatio de Luſatie V. Sect. IX.

(g) Eandem dimetiuntur Grünvvald in der richtigen Beſchreibung der Ober und Nieder-Lauſitz p. 13. Groſſerus P. I. p. 4. & Carpzovius in Analectis F. Z. P. 1. c. 1. p. 2. §. 2. Cæterum hic in margine ſequentia verba notata obſervavimus: Pertinet huc generalis Chorographia Luſatiæ inferioris, nempe urbes verſus unumquemque limitem, ſeu adjacentem regionem ſeorſim, tum & quæ introrſus ſeu in medio imitatione Dubravii lib. I. p. 1. item figura ſeu forma totius regionis Luſatiæ, imitatione de Miſniæ & Sileſiæ Triangulo & Trapezio. Aſt licet Manlius ſuperſederit hoc labore, hanc tamen operam laudabiliter navatam deprehendimus a Groſſero in Deſcriptionibus Urbium P. III. c. XI.

ſuburbanis, & ipſum Abbatiſſam olim habuit, nunc in eo ſal coquitur. De quibus ſingulis ſuis locis. (h)

Divitiæ Clauſtri Cellenſis.

§. II. Redituum magnitudine & ditionis amplitudine Cellæ cedere fertur Dobrilugum (quadraginta enim illa habuit pagos, ex quibus nunc XXVI. tantum ſunt reliqui, cœteris oppignoratis, ut taceam moletrinas XIII. prædia ſeu villas IV. & ipſum Fürſtenbergenſe territorium) ſtructuræ vero & ædificiorum magnificentia, ſplendore & pulchritudine non item.

Pulchritudo Dobrilugenſis.

Cellenſis olim præbuit cibum viatoribus.

§. III. Ac cella quidem viatoribus quibuslibet divertentibus olim cibum præbuit & hoſpitium. Nunc illud quoque liberalitatis & beneficentiæ priſcæ exemplum acciſum eſt. Cœnobium Dobrilugum male Miſniæ aſſcribit dialogus quidam de corruptis tam Pontificiorum quam Catholicorum moribus.

Dobrilugum ad Luſatiam pertinet.

CAPUT XIX.

De Eccleſiis Luſatiæ dominicis.

§. I.

Eccleſia dominica Budiſſinenſ.

Eccleſiæ collegiatæ, vel, ut Villichius in Commentario in C. Taciti, Germaniam in hiſtoria Svevi fluminis, Dominicæ, quas ſciam, duæ (i) ſunt: Una Budiſſinæ, (k) quam antiquitus fuiſſe accepimus Godavo in pago, (l) qui ad primum inde lapidem diſtans, & tribus cauponis inſignis, Electoris Saxonici ditioni ſubeſt hodie: Altera Furſtenwaldi, hodie per indoctos homines pene deſerta, quam Lubuſſenſis Epiſcopus condidit, Ludovici Bavari Imperatoris temporibus, cum Francofurtenſes conſenſu Imperatoris freti non permiſiſſent ei, ut templum ipſorum Parochiale D. Mariæ ſacrum, in Cathedralem Eccleſiam, uti volebat, commutaret. Quæ geſta ſunt circa annum Chriſti 1330. Autor Gvolffgang Juſtus in deſcriptione Francoſurti. (m)

Fürſtenvvalden ſis.

Fürſtenvvaldum diripitur.

§. II. Oppidum Fürſtenwaldum cum ſummo templo (Thum oder Stifft) ut vocant, patrum memoria anno 1528. diripuit Nicolaus Mynckwitius nihil minus expectantibus civibus. (n)

CAPUT XX.

De Fertilitate agrorum Luſaticorum.

§. I.

Inopia Vinetorum in Luſatia ſuperiore.

Agrorum feracitate, pomariis, viridariis, ſilvis cæduis & ferarum ſaltibus, paſcuis, aquis perennibus, piſcinis, armentis, pecudibus, volucribus, locorum denique amœnitate; & ut ſemel dicam, rerum neceſſariarum omnium affluentia & vilitate præſtat Luſatia ſuperior, ſi vina ſolum demas, quæ ipſa tamen inferior tota abunde gignit, præſertim circa Gubinum, Novam cellam, & Fürſtenbergum, ex quibus celebratiſſima ſunt Gubia

Luſatia inferior vino ferax.

(h) Nempe de Oybinenſi libro VI. Commentariorum cap. 27. 28. 57. cujus ortum & alia plura vide in Carpzovii Analect. Faſt. Zittav. Part. I. c. 22. §. 1. — 8. p. 146. — 154. De cœnobio Mariæ-ſtellæ c. 62. de Mariæ-vallis in peculiari commentariolo tractavit Jacobus Ticinus, quem inſcripſit: Epitome Hiſtoriæ Roſenthalenſis, & publici juris fecit Pragæ 1692. Cœnobia in Luſatia ſuperiori & inferiori Ciſtercienſia illuſtravit Auguſtinus Sartorius in Ciſtercio Dis Tertio, ſeu Hiſtoria Sacerrimi Ordinis Ciſtercienſis Vetero-Pragæ 1700 Titulo XXVIII. p. 1038. ſeqq. p. 1070. — 1075. Omnia vero Cœnobia Luſatica deſcribit Groſſerus Part. I. p. 34. 39. 43. 83. Part. II. p. 11. 12. Part. III. c. VIII §. 6. 7. 8. c. 9 §. 8. p. 37. c. XI. p. 63.

(i) Una tantum in Luſatia utraque eſt, nam Furſtenvvaldum ipſum ſupra c. XVI. §. I. Marchiæ adjudicavimus.

(k) De cujus erectione per Brunonem Tertium Miſnenſium Epiſcopum 1213. facta, conf. r Groſſerum Part. II. pag. 11.

(l) Ad pagum Göde ceu S. Bennonis patriam ſequentem Notam Manlius adjecit in margine: S. Bennonem decimum ordine Miſnenſium Præſulem ab Imp. Henrico IV. declaratum, anno 1107. mortuum, 1524. in numerum Divorum relatum ab Hadriano VI. quem plerique Comitem Woldenburgium faciunt, recentiores nonnulli Slavum fuiſſe dicunt, & ei pagum Gœdam, quem modo Gadavum appellavimus, patriam aſſignant, quo in loco concinnatum & ſacellum ſtruxiſſe fama eſt. Id fabuloſum putat G. Fabricius Annalib. Urbis Miſnæ p. 26. conf. etiam Groſſerus Part. II. p. 8. imprimis vero legatur Nota ſub lit. (r) ubi citantur Autores vitam Bennonis deſcribentes.

(m) Quam D. Jo. Chriſtoph Becmann 1706. Frf. ad Oderam auctam tertia vice edidit. In hac igitur Editione, quæ Manlius refert, pag. 57. ſeqq. §. 16. extant. De Eccl. ſia Collegiata Furſtenvvaldenſi Idem diſſerit in Hiſtoria Epiſcopatus Lebuſenſis p. 14. ſeqq. §. 19. 20. 21. Chronico Francofurtenſi ſupra allegato, connexa.

(n) De fœda hac direptione M. Andreas Angelus in Annalibus Marchiæ Brandenburgicæ 1598. Frf. ad Oderam publicatis p. 316. ſic fere: Im 1528 Jahr hat ſich ein Märckiſcher Edelmann, Birckholtz genannt, wider Biſchoff Georgen von Blumenthal zu Lebus, auffgelehnet, und an ſich gezogen Nicolaum von Minckwitz, ſo damahls Sonnenwalde beſaß, und Ottonem von Schlieben einen Sächſiſchen Edelmann. Dieſe haben auf 400. Reuter zuſammen gebracht und ſind auf Fürſtenwalde zu gezogen, den Biſchoff zu fangen. Sie kamen durch Hülffe einiger Fuhrleuthe in die Stadt. Minckwitz beſetzte alles mit Militz und eilte zu dem Schloſſe, ließ auch im Thum und in der Bürger Häuſer plündern ꝛc. ꝛc.

Vinum cibarium Tiſch-Wein.

Gubia a ſovendo atque excitando ventriculi calore, juvandaque digeſtione laudata.

Laudatur.

§. II. Horum duobus locis in Sileſia ſua meminit Franciſcus Faber, primo ubi convivium Sabothi deſcribit. Verſus hi ſunt:(o).

- - - Juſſi hinc Neomerga propinant,
Quæque ſolent Stomachum pervellere Gubia laſſum.
Cum Croſiis promunt.

Et iterum non procul a fine: (p)

Ne mihi, ne vero quisquam, dum maſcula Croſna
Vulgarem aut Neomerga ſitim vel Gubia ſedent
Regali noſtras auſis mutare Panhorno
Labruſcas, ſimul & ſceleratam inducere Romam.

Rubea tinctura. Aluminis vena.

§. III. Rubeam tincturam primæ notæ copioſe ſufficiunt horti Laubani. Alumen tum Muſcovii a Schöneicho, tum in Miſeno majori Samuelis Drauſſevitii pago ad Coloviam, impenſis Sigeſridi Promnicii jam pridem coctum, nuper Gorlicenſes etiam, terra alumnioſa ad Penzigium pagum ſub terra larericia reperta, coquere cœperunt.

Ferri Vena.

§. IV. Fodiunt hi lapidem quoque ferrarium, ſumma tellure vicinis excoquendum officinis, qui expleto terræ loco ſexennio renaſcitur: quod idem de plumbario montis Feſulani, in Hetruria ex Bocatio refert G. Fabricius itinere Patavino. Et quid de Iluæ ſeu Æthaliæ in Tyrrheno inſulæ metallis ferri inexhauſtis probatisſimi ſcriptores, tam Græci quam latini memoriæ prodiderint, notum eſt. Copiam ferri ad Gorlicium & Sorabium, cujus ibi lapides paſſim ſub ſummo ceſpite inveniuntur, Vilichius etiam celebrat ſuis in Germaniam Taciti commentariis.

Piſcina cum inſula fluitante.

§. V. Habet & ſaltus Gorlicenſis piſcinam ingentem, cui inſula Fauda dicta innatat, qualis & in lacu Vadimonis ab eodem Fabricio una, & in Orchomeno Ægyptoque a Theophraſto lib. 4. Hiſt. plant. Cap. 13. multæ commemorantur. Sunt

Lacus alii.

præterea Lacus permagni & piſcoſi ad Pſortenam (in hunc Biberſteinii omnes ex æquo jus habent) Beſcoviam (huic Scharmuzelio nomen) Storchoviam, Mülroſam & alibi. Prope Laubam latomiæ ſunt baſaltæ Æthiopici, in quo chartas planant librorum compactores: cujusmodi in rupe Stolpena arx ſita eſt.

Latomiæ Laubanenſes.

§. VI. In inferiore Luſatia ſoli ubertate commendatur tractus circa Gubinam, quem terram veterem nuncupant, Germanis maxima ex parte aratus colonis Gubini etiam in ſuburbano a monialibus vacuo Cœnobio, impenſis Cæſaris ſalcoquitur laudatus, ex aducticia quadam maris, ut ita dicam, Salſugine concreta, quam Poyum vocant & Italis ſolum in uſu eſſe affirmant.

Terra vetus.

Salina Gubinenſis.

§. VII. Abundat & Luſatia inferior piſcinis inſignibus, quæ Cyprinos alunt, ad Pizam maxime, ubi & officinas ferrarias non ita pridem conſtruxit Marchio.(q) Denique in omni paſſim Luſatia, multæ eæque ſplendidæ & opulentæ familiæ (Cromer. 271.) equeſtres (r) habitanr, quarum aliquas nominavimus hactenus, cap 8. 9. 11. 12. 13. 14. reliquas plerasque ſparſim, in tota hiſtoria & peculiariter lib. ſexto nominaturi v. g. cap. 48. 54. 62. 109. 125. &c.

Piſcinæ Luſatiæ inferioris. Officina ferraria.

Familiæ equeſtres.

CAPUT XXI.

De

Nominatisſimis utriusque Luſatiæ fluviis imprimis Sprea ſ. Suevo.

§. I.

IN hac regione fluvii nominatiſſimi (s) ſunt: Sprea, Niſſus, Eliſter cognomento niger, Quiſſus, Vitigus & Luboſſa Spreæ, velut eſt in Æſticampiani (t) Epitaphio, Sprevæ, recens nomen Slavicum eſſe, teſtis eſt Sabinus (u) Elegia 7. lib. primi. Eum etiam eſſe hunc fluvium, quem a Svevis accolis Svevum dixere vereres, (w) magno conſenſu tradunt, Bilibaldus Pirckheimerus, Althammerus, Melanchthon, Sabi-

Fluvii Luſatiæ.

Spreæ nomen eſt Slavicum, olim dicebatur Svevus.

(n) Pag. 24. verſus 3. 4 5. Editionis Lipſienſis 1715.

(p) Pag. 52. v. XI. XII. XIII. XIV.

(q) De donis naturalibus, quas divina Providentia huic regiunculæ clementisſime indulſit, prolixius egerunt Haugvvitius in Prodromo cap. VI. p. 10. 11. Groſſerus Part V. cap. IV. V. VI. pag. 17. ſeqq. Et quæ adhuc deſiderantur, quam primum in Hiſtoria Luſatiæ naturali ab oculos ponet M. Abraham Frenzelius: nam elapſo jam anno ad aures noſtras pervenit, iſtum librum ſub prelo ſudare.

(r) De Nobilibus Luſatiæ conf. Haugvvitzii Prodromus Cap. I. Num. XIV. Sectio III. Groſſerus Part. III. c. X. p 42 ſeqq. Kuntſchkii Diſſertatio 8va, Sectio X.

(s) Vid. ſupra in Deigmata Manlii c. 4. Confer. Groſſerum Part. V. c. I. p. 3. ſeqq. & Grünvvald. in der Beſchreibung der Ober- und Nieder-Lauſitz p. 6. ſeqq.

(t) Job. Rhagii ut liquet ex §. 2. c. 1. libri VII. & Frenzelii Nomenclatore ſub Tit. Æſticampianus.

(u) Diſticho 3. p. 30. Editionis Lipſ. 1563. in 8vo.

(vv) Ptolomæus Geogr. Lib. II. cap. XI. & alii, niſi de Viadro intellectum volunt.

Sabinus, Felix Fidlerus, Peucerus, Fabricius & alii plerique omnes. (x) Addit Peucerus, (y) Geographos plurimos, & in his Ptolomæum quoque, Svevum peculiari alveo per ea loca, in quibus eſt ducatus Megalopurgenſis, ducere in mare Germanicum (Boreum,) qui Oceanus Svevicus eſt Ptolomæo, nimirum juxta Sundenſem civitatem h. e. Laciburgium, ut in tabula Europæ quoque Urbani & Chriſtophori Zelliorum, item in Germania H. Zeellii eſt videre, (tametſi Laciburgium Ptolomæi Roſtochium rectius eſſe putat Wilichus, (z) quam Sundinum) & ad hanc vulgatiſſimam, quamvis aberrantem fluvii illius derivationem reſpicere oportere recte explorare volentes veterem Svevorum ſitum. Ac promittit Tilemannus Stella, quoque demonſtraturum ſe de Svevo fluvio errorem in Chorographica ſua & hiſtorica, quam parat, totius Germaniæ deſcriptione.

Fluvii falſa derivatio.

Error de Svevo monſtrandus.

§. II. Celtes tamen, Hieronymus Zieglerus & Hiſtorici aliqui Oderam malunt eſſe Svevum, idque veriſimilius eſſe Brotuſus inde colligit, quod & Carpatus, (a) in quo fontes ſunt Oderæ, Svevius & Svevicus mons dicatur. Videturque eodem facere, quod conſtat Oderam ad Caminum in Oceanum Germanicum erumpere, quod idem de Svevo veteres prodidiſſe diximus. Nec forte obſtat, quod complures Oderam a Ptolomæo Viadum dici contendunt. Viadi enim nomen audivi, qui Veidæ Sileſiæ fluvio competere aſſererent, in qua opinione erat præſtans Poëta Franciſcus Faber, qui de utroque fluvio ſic canit in Sabotho ſuo: (b)

Odera creditur eſſe Svevus non Sprea ob exiguitatem, ob Svevi & Svevorum celebritatem.

- - - primus regnator aquarum
Odera, Carpati quem vallibus edidit ingens
Hercinia, & centum corrivans amnibus amnes,
Arctois primum juſſit regnare Salingis,
Cum Viado venit. Quanquam alta utrumque ſimultas
Flagrantemque ardens injuria nominis iram
Prærepti coqueret odiumque immane foveret
Fama tecens temere inculcata & credita vulgo.

§. III. Sprea in radicibus montium Bohemiæ h. e. Sudetum oritur, (c) prope Slucnaviam & Tolkenſteinum oppidum & arcem ditionis Sleiniciorum, in Sprenbergo, ſecundum Willichium, (d) vel potius Jerigeswaldo pago, in prato ubi agreſtes, cum propter montium aſperitatem agriculturam exercere minus queant, lignis ſectis victum quæritent, & multas ſcandulas divendant, ad tecta domuum, quæ in Luſatia & Sileſia pleræque ſint ſcandulatæ, duobus juxta eundem Willichium L. c. & Peucerum, (e) vel ſecundum Brotuſum (f) quatuor, ut nos obſervavimus tribus, milliaribus Germanicis communibus ſupra Budiſſinam ad Auſtrum. Hujus mœnia prælapſus, poſtquam Sprembergum quoque, quod nomen ab eo ſuum accipit, utrinque alluit, Cotbuſium petit, ubi juxta arcem molam artificio & utilitate inſignem agit. Poſtea ingens tum latitudine tum longitudine Sylva, a Sprea Sprevica dicta, Cot-

Spreæ fons.

Spreæ curſus.

Spremberg ἔτυμον.

Spreæ alveus.

R bufio

(x) Bilibaldus Pirckheimerus in Operibus Hiſtoricis p. 161 Edit. Frf. in fol. 1610 Andreas Althammerus in Com. in Taciti libell. de ſitu, mor. & pop Germ. p. 60. Edit. 1536. in 4to. Melanchthon & Peucerus in Carionis Chron. libr. 4. p. 300 Edit. Witteb. f. 1571. Sabinus Elegia 7. l. I. p 3. Edit. ſupra. citatæ. Felix Fidlerus in libello de Fluminibus Germaniæ metrice ſcripto. Georgius Fabricius Saxon. illuſtratæ lib. 2. p. 260. & 263. Edit. Lipſ. 1606. Fluvius Svevus admodum dubitabilis eſt: hinc magnum inter interpretes ſuper eo eſt certamen, quinam is nunc ſit habendus. Autores ſecum diſſidentes vetuſtiores recenſet Cloverius in Germaniæ antiquæ Lib. III. c 25. p 601. c. 49. p. 716. recentiores vero allegat Groſſerus Part. I. Memorab. L. p. 4. 5. Nota ſub lit (h) & Part. V. c. 1. p. 3. In tanto diſſenſu certa ab incertis diſtinguere videtur Chr. Cellarius vol. II. lib. II. c. V. p. 457. Notitiæ orbis antiqui. Nos facimus cum Althammero p. 60. Curæo in Annalib. Sil p. 5. Peucero in Carion. Chron. pag 300. & aliis, qui Svevum interpretantur Spream. Conf. Frencelii Nomenclat ſub Tit. Spreva.

(y) Loc. citato ita diſſerens: Ptolomæus Saxonibus ſubjungit multas gentes usque ad Svevum fluvium, qui nunc Sprea eſt, vulgatiſſimo fortaſſe errore plurimorum Geographorum de Svevi alveo.

(z) In Svevi Fluminis contra omnes Geographos Hiſtoria Commentariis in Taciti Germaniam annexa.

(a) Carpates eſt mons Sarmatiæ Europææ Moraviam, Poloniam, Ruſſiamque ab Hungaria & Tranſylvania diſcludens & a Svevo Thuiſchonum 7. rege Svevus nominatus. In his rupibus ortum habet Oder ſ. Viadrus, quem Conradus Protucius Celtes ac Hieronymus Zieglerus inſignes Poetæ, & ille quidem Eleg. 6 Amorum lib I. cujus opinionem quoque multis exponit Althammerus lib citat p. 60. 61. 304. Svevum eſſe malunt. Hiſtorici huic opinioni ſubſcribentes ſunt teſte Ferrario in Lexico Geogr. ſub Art. Svevus, Becanus & alii, quibus accedit Albinus Chron. Miſn. Tit. 7. p. 82. & 83.

(b) Pag. 12. verſ. 3 ſeqq. Edit. Lipſ. 1715.

(c) Hac altera Spreæ deſcriptione ipſe Manlius videtur repudiare primam ſententiam §. 2. propoſitam, quod comprobant verba ejus in §. 4. ultima.

(d) In Hiſtoria Flum. Svevi ſub lit. (z) laudata, ex qua hæc ipſa verba Noſter excerpſit.

(e) In Chronico Carionis p. 300. ubi ita; Oritur Svevus in montibus Sudetis, duobus ſupra meam patriam Budiſſinam milliaribus.

(f) Erneſtum Brotuſum in Chronico Marsburgenſi Budiſſinæ in 4to. 1556 Lib. I, c. 1, p. 5.

Sylva Sprevica Sprewald, in qua creſcunt alneta & betulæ, Erlen und Weiden. Spreæ piſciculi laudabiles ſunt Gründeln u. Schmerlen.

buſio Lubinum usque extenditur. In ea flumen inter alneta, quæ ibi ſunt plurima & betulas ſeſe diffundens, maximam ſuppeditat copiam laudatiſſimorum piſcieulorum, quos fundulas Albertus, vulgo fundulos, Rondeletius cobitides (ſeu apuas) fluviatiles barbatulas, Geſnerus muſtelas fluviatiles minimas, (g) Georgius Agricola & Villichius male Gobiones fluviatiles, alii aliter appellant. Johannes Langus Vir. Clar. de his piſcibus interpretabatur barbatos, quorum mentio eſt in hiſtoria Milonis ejus, pro quo orationem habuit Cicero.

Rotbuſiſche Schmerlen.

Commendantur etiam Cobitides Cotbuſianæ a magnitudine & ſapore, præ aliis quorumcunque fluminum & locorum.

Spreæ Color.

§. IV. Alnotum corticibus Villichio autore (h) non aqua ſolum Spreæ infeſta nigricat, ſed & piſces nigriores ſunt, & proptea virtutem aſtrictoriam cute & carne denſiore, atque ita palato gratiores.

Lübben.

Mox Lubini mœnia relinquens, trajectum recipit, qui neque hodie nomen amiſit, etiamſi ponte ibidem junctus ſit, maximaque eſt eadem parte ejusdem flexura, unde curvum Spream nuncupant, quousque Beteſcoviam perveniat. Supra hunc lacum, quem memoravimus, influit, quo ad oppidum rurſus egreditur. Hinc Fürſtenwaldum (Villichio teſte) & indeper Coppenicum Berlinum, quam urbem Arctoam vocant, confluit, camque a contiguo oppido Colonia ſegregat, & arcem magnificentiſſime extructam, illuſtriſſimi Electoris Brandeburgii ſedem allabitur. Ita Luſatiam & Brandeburgenſis partem emenſus Sprea, curſu a Septentrione in occaſum reflexo, circiter duo a Berlino

Spreæ oſtium καὶ ἐκβολὴ in Havelum.

milliaria ad oppidum Marchiæ & arcem natura arteque munitiſſimam Spondam, intercidente nomine miſcetur Havelo, qui poſtea non longe ab Havelpurgo & Albi excipitur. Hæc eſt recentiſſima & veriſſima Spreæ Hiſtoria, partim a Villichio partim a nobis obſervata. Cum qua facit parva illa Germaniæ tabula Chorographica, jam olim a Tilemanno Stella edita.

Spreæ inundatio.

§. V. De Spreæ inundationibus atque effluxibus ante hæc tempora, in ſequentibus libris ſuis locis dicetur. (i) Unam ejus eluvionem inſignem, noſtra pene memoria factam, ex Commentario Peuceri de divinationum generibus & aliunde huc tranſcribere libet, ſiquidem ad ea usque tempora hiſtoriam non producemus. (k) Anno 1552. 13. Aug. ſub veſperam, cum prope Budiſſinam fragmen nubis avulſum, ſubitoque in aquas converſum, præcipiti delatum motu & rapido in valles piſcinis & paludibus frequentes, tum obruiſſet complèviſſetque alveos, tum rupiſſet aggeres: aquæ exitu patefacto, in Vianum undatim decurrere Spream, qui repente & de improviſo prorſus auctus his, elevatusque in altitudinem nullis ante memoratam annalibus, cum per declivia ex altis montibus celeriore alioquin feratur vortice, incitatus ruentium aquarum copia atque impetu, hora noctis ſecunda, dormientibus jam pleriſque, ſpacio duorum milliarium, quicquid fuit pontium, ædificiorum, hortorum ripis vicinum, funditus ſubrutum disjectumque ſolo æquavit & abſtulit, ut ne veſtigia quidem ædium, hortorumve reliquerit, & ſimul XXXII. merſerit homines circum oppidum abreptos. Cæteri in vicinos evaſere colles. Affirmant in toto illo tractu plures céntenis obrutos atque extinctos eſſe. Perpauci enim undis eripi potuere.

1552. Cataracta cœli.

Venti.

§. VI. Octiduo circumacto turbines ſecuti ſunt ventorum tanti, ut non ſolum fructibus pendentibus plurimum damni dederint, verum etiam validiſſima ab imo mota convulſerint ac disjecerint ædificia, & proceras arbores magno numero aut radicitus evulſas proſtraverint, aut contortas fregerint, aut velut inciderint medias.

Fulmen.

Decima octava Decembris cœlum diſcedere & crebis fulgere ignibus, moxque horrendo ſummum templum feriri fulmine viſum eſt.

Peſtis.

§. VII. Tota hyeme peſtis ſæviit violentiſſima, qua inſequenti æſtate Lauba quoque Goldberga & alia oppida pene ad internecionem conflictata ſunt. Sic fere Peucerus de Meteorol. & qui eum ſecutus eſt M. Chriſtophorus Irenæus in ſpeculo aquarum. Eberi Calendarium (l) hunc κατακλυσμὸν in XIV. Chronicon Uratislavienſe in XV. Auguſti diem refert, Gorlicenſium annales in diem Solis ante feſtum Aſſumptionis Mariæ, quæ & ipſa eſt XIV. Auguſti. Ab his omnibus ultra ducentos homines demerſos eſſe, conſtanter annotatum eſt.

Budiſſinenſis moletrina.

Addit Chronicon, moletrinam (m) illam artificioſiſſimam & celeber-

(g) De his piſciculis & Autorum allegatorum Deſcriptionibus Conf. Conradi Geſneri Hiſtoriæ Animalium liber IV. p. 479. 478. 714. F Tiguri 1558.
(h) In hiſtoria fluvii Svevi ſub lit. (z) citata; ad quam Manlius in hoc §. 4. bis adhuc provocat.
(i) Nempe lib. VI. c. 39. 65. 133.
(k) Produxit enim modo ad annum usque 1516. quod conſtat ex cap. 146. libri VI, horum Commentariorum.
(l) Pag. 268. Edit. Witteberg. 1573.
(m) De molettrina Confer. Groſſerum Part. III. c. XI. p. 59.

leberrimam XVI. rotarum, cui per multas regiones non exſtat ſimilis, penitus laceratam & abductam. Verum ſatis conſtat, eam non niſi in ſummitate læſum, & quidem mulos ſolos ſuffocatos, operarios vero, cum ad faſtigia evaſiſſent, ſervatos incolumes.

CAPUT XXII.

De Fluviis Niſſo, Quiſſo, Vitigo &c.

§. I.

Niſſi fons in Praſchwitz.

NIſſi (n) noſtri caput eſt in iisdem montanis Bohemicis, penes Proſſevitium pagum, ſupra Cratzium Dn. Georgii Melæ oppidum; unde Sittaviam, Hirsfeldum & Oſtricium prætervectus, Vitigoque auctus, Gorlicium, Rotenburgum, Pribuſium, Muſcovium & Forſtum, ubi in tres funditur alveos, alluit, & tandem quinque infra Gubium milliaris quadrantibus ad Sidloviam Bomsdorfiorum pagum in Oderam exoneratur.

Niſſi ἐκτροπή.

Niſſus Luſatiæ differt a Niſſa Sileſiæ.

§. II. Alius ab hoc eſt Niſſa, qui Niſſæ Epiſcopali Sileſiæ urbi nomen fecit; tametſi confundit hos Pirckeymerus, (o) cum Neuſſam, ut ipſe appellat, amnem Odera non minorem, per Sileſiam & Vratislavienſem civitatem labi atque ab Odera ſuſcipi annotat, duplici nimirum in errore verſans. Nam ne Sileſiacus quidem ille Niſſa intrat Vratislaviam, quæ præter Oderam & Olam, quam Alliam vocant Æmilius & Antonius Carcheſius, fluvium nullum, quem ego quidem ſciam, habet.

Quiſſus.

§. III. Quiſſus ipſe quoque in pede Sudetum ſupra Fridebergum ortus, Gryphesteinio arce, Gryphebergа item, Lauba & Naumburgo oppidis præteritis ad extremum apud Sagantum una cum Zirna in Boberum exit. De hoc Georgii Æmilii Verſus aſſcribo:

Æmilii Verſus de Quiſſo.

Hactenus ampla pedes tenuit Luſatia veſtros
Præbuit & longam Vandala terra viam,
Proferet optatos jam culta Sileſia fines
Terra potens ſtudiis, frugibus, ære, viris.
Quiſſia Vandalicis quam lubrica dividit oris,
Limitis officio flumine functa ſuo.
Cujus ad irriguas urbs condita cernitur undas,
Quamvis circuitu parva, vetuſta tamen.
Et bene ſi memini, recteque relata recordor,
Inclita de Viridi nomina fronde tenet.

Neque tamen diſſimulandum, male ibidem Laubam initium Sileſiæ conſtitui, cum ad Hexapolin illa pertineat.

Lauba urbs Hexapolitana.

Vitigus.

§. IV. Vitigus (p) ſupra Fridelandum, haud ita longe a Niſſi fonte emergens, idemque oppidum & Lyſſam vicum ſtringens, mox ſupra Gorlicium, ut diximus, Niſſum ingreditur.

Eliſter niger.

§. V. Eliſter niger, ad quem Dobrilugum ſitum, ſcribunt Peuccrus & Fabricius, (q) in Albim è ripa boreali paulo infra Claudianum affluit. Sita ad eundem Sveinicia ſuperioris Saxoniæ oppidum & arx, in qua ruina turris Venceslaum & Sigismundum Rudolphi III. Septemviri Saxoniæ filios dormientes noctu oppreſſit, unde in ripa ejus argentea vaſa a piſcatoribus reperta in ruderibus, ſcribit Fabricius. (r) Diverſus autem & hic eſt ab Eliſtro Miſniæ occidentali limite, quem & picam ſeu κίτ?αν vocant, unde græcum nomen volunt eſſe urbi Cittæ, h. e. Citio. Is enim ex Nariſcis deſcendens ad Lipſiam præterfluens (unde Philyrei epitheton ei tribuit Fabricius) ibique Pliſna ſeu Pleuſa auctus intra ſalinas Saxonicas & veterem Imperatorum arcem Marſepurgum in Salam infunditur.

Claudianum, Kloben.

Diverſus ab Eliſtro Miſniæ. Citium, Zeitz.

Luboſſa Lubus.

§. VI. Luboſſa (s) amnis haud procul Soravia ortus Sommerfeldum alluit, & mox apud Gubbinum a Niſſo abſorberur. Tam brevi tamen curſu, nimirum ſex plus minus milliarum XXX. molas agit.

30. Molas agit.

CAPUT XXIII.

De Urnis in Luſatia inferiori effoſſis.

§. I.

Eruuntur urnæ in Luſatia inferiore, zu Gübben, zu Carm.

AD Lubinum (Agricola Libenam vocat) Luſatiæ inferioris oppidum, itemque ad Caram pagum prope Cotbu-

R 2

(n) Vide Peuceri Idyllium v. 49. Groſſerum Part. V. c. 1. §. 5. Frencelii Nomenclat. ſub tit. Niſſus
(o) In Operibus Hiſt. p. 101.
(p) De Quiſſo & Vitigo v. Groſſerum l. c.
(q) Georgius Fabricius Saxon. illuſtrat. lib. V. p. 544. Conf. Groſſerum Part. II. p. 11. Nota ſub lit. (z)
(r) Saxon. illuſtr. lib. III. p. 359. lib. VII. p. 792. it. lib. 9 p. 115. libro vero II. p. 302. uterque Eliſter tam Luſatiæ quam Oſterlandiæ diſtingvitur.
(s) Confer. Groſſerum Part. V. c. I. p. 5 §. 13.

Cotbuſium in terra reperiuntut vaſa fictilia, (t) quorum collum plerumque eſt ſtrictum, venter tumidus. Quædam anſas habent ſingulas, alia binas, partim ternas, nonnulla operculis ſunt tecta. Qualia etiam effodiuntur eruunturque a villicis in Sileſia ad Saganum, idemque, ad Trebnicium oppidum & Coenobium Divæ Hedwigis ſepultura celebre. (u)

Nec non in Saxonia zu Kloden,

Thuringia & in Polonia.

§. II. In Saxonia Claudiani, ad Eliſtri nigri & Albis confluentem, nec non Ferteslebi, qui pagus eſt Matthiæ Schulebergi, e vinea, quæ diſtat ad ſecundum lapidem a Sricea arce: in Thuringia a monte Sebergo, qui ad unum aut alterum teli jactum a Steino Vicelebiorum arce abeſt. In Polonia etiam in Villis Nochow & in Paluky ollas reperiri, quæ extractæ ſiccatæque arte figuli factis ſimiles ſint, Münſterus annotavit. (w)

Vulgi de his fictilibus vaſis opinio.

§. III. Imperitum Luſatiæ, Sileſiæ, Saxoniæ & Poloniæ vulgus ſibi perſvaſit opinione, ea vaſa intra terram eſſe nata & a natura formata. Thuringi nanos his ipſis uſos, qui olim in Sebergo excavato habitarint opinantur. Cujus rei Fabricius quoque memioit, itinere Chemnicenſi his verſibus:

Poſt hæc anſatas Sebergi inquirimus ollas
Montis, uti perhibent, pygmæis vaſcula, quondam
Triticeas colerent dum terras, forte relicta.

Superſtitiones circa hæc ortæ.

Vera ſententia,

§. IV. Accedunt & ſuperſtitiones aliæ: Trebnicenſia non niſi inter Paſchatis & Pentecoſtes feſta, Saganenſia tantum nocte Pentecoſtes extrahi: hæc febrientibus mederi, ſi poculi loco iis utantur. Re autem vera fuerunt urnæ, in quibus veteres Germani & Heneti nondum ad Chriſtum converſi, cineres mortuorum combuſtorum condiderunt. Siquidem in omnibus non operculo tantum tectis, ſed & aliis cineres, in quibusdam etiam Carbones, atque adeo oſſa ſemicremata, in aliquibus annuli, acus, ſorfices, fibulæ reperiuntur. At quod Thuringiæ multo vetuſtiores eſſe apparent, quam Luſatiæ, in cauſa eſt, quod illi longo ante hoc tempore facti ſint Chriſtiani. Hæc fere Georgius Agricola in fine lib. VII. de natura foſſilium. Nos de Trebnicenſi imprimis conditorio & ſimilibus ſententiam noſtram explicavimus peculiari Elegia ad Euſtathium Gnobelsdorfium.

Cur Urnæ Thuringiæ ſint vetuſtiores Luſaticis,

CAPUT XXIV.

De Cœli temperie.

§. I.

Cœli temperies in Luſatia obſervata,

DE cœli temperie & aëris ſalubritate nihil attinet dicere. (x) De cœteris autem ornamentis, deque totius gentis cultu, moribus & interiori diſciplina alibi erit dicendi locus. (y)

CAPUT XXV.

De Religione.

§. I.

Apud Luſatos viget religio Lutherana,

AD Statum religionis quod attinet, univerſæ harum regionum Eccleſiæ, pauciſſimis exceptis, & iis quidem Villaticis, confeſſionem fidei anno ſupra ſesquimilleſimum triceſimo, Auguſtæ Rheticæ, in comitiis a Johanne cognomento bono, Saxoniæ Septemviro, eique conjunctis aliis principibus & Rebuspublicis Carolo V. Imperatori exhibitam, amplectuntur, & conjunctionem cum Eccleſiis & Academiis Electoris Saxonici pio concordique doctrinæ & ceremoniarum conſenſu pleræque omnes tuentur, id quod & Johannis Bugenhagii Pomerani ſcriptum quoddam teſtatur, cujus lib. IV, cap. XI. §. 3. mentionem faciemus.

pontificiam extinxere animis,

§. II. Mature autem & tempeſtive ſe a cœtu Pontificio Luſatii ſejunxerunt. (In Luſatia inferiore Forſtenſes primi repudiatis Pontificiorum Romanorum ſanctionibus, per id tempus, quod carnis privium vocant, atque ipſis adeo Soteriis, car-

ne

(t) Talia quoque aſſervantur in Ampliſſimi Senatus Zittav. Bibliotheca, quæ reperta ſunt 1714. in pago Luſatiæ Superioris prope Budiſſinam, quem vocant Droben, quemvs ſubeſſe audimus Illuſtriſſimo Do. Auguſt Adolph a Ponikau Capitaneo jam per 27. annos & quod excurrit, provinciali, v. etiam Groſſ. Part. V. c. III. p. 14. §. 7.

(u) De Urnis in Sileſia effoſſis imprimis circa montem Töppelberg repertis confer Leonhard. David Hermanni Maslographiam c. III. & IV. p. 95. ſeqq. Brieg 1711.

(w) Sebaſtian Münſterus in Coſmographia lib. IV. c. VII. p. 1231. Edit. Baſileenſis 1550. Confer. quoque Chriſt. Adolph Baldaioi Obſerv. circa Urnas Gentilium Germanorum Haynæ 4. 1648. It. Jac. a Mellen Urna ſepulchralis Jen. 1629.

(x) Huc quidem facere videtur integra Pars quinta Memorabilium Luſat. a Groſſero collectorum, aſt quæ adhuc deſiderantur, adjiciet Hiſtoria Luſatiæ naturalis a Francelio haud ita pridem promiſſa.

(y) Libro I. c. 39. Lib. II. c. 3. 9. 10. 14. 15. 22. 24. 32. De Moribus Luſatorum Clariſſimus Kuntſchke egit Diſſert. IV. Sect. VII. Frencelius vero in Hiſtoria Populorum ac Rituum Luſatiæ ſuperioris cap. VI. Voluminis Scriptorum Luſaticorum Germanico proditura.

ne veſci ſunt auſi, ac poſtea in ſacra Paſchatis feſtivitate, carnium venalium penuria laboraſſe feruntur) Gorlicenſes & Laubenſes anno 1525. religionem primum mutaruot. (z)

Quo tempore id factum Gorlicii & Laubæ. 1525.

§. III. Quo eodem anno pagorum Gorlicenſis territorii paſtores April 27. conventum (a) in urbe egere, in quo plerique omnes unanimi conſenſu ſe præſulis Miſnenſis obedientiæ ſubtraxerunt, ita ut in poſterum nec tributum ei penderent, nec jurisdictionem ſeu authoritatem ejus agnoſcerent. Pertinuit enim utraque Luſatia ad Miſnenſis Epiſcopæ adminiſtrationem ſeu diœceſin. Unde etiamnum Budiſſinenſis Decanus, ſe Epiſcopatus Miſnenſis per ſuperiorem & inferiorem Luſatiam admioiſtratorem vocat. (b)

Subtrahunt ſe obedientiæ præſulis Miſnenſis.

§. IV. Et annotavit Cnemiander anno 1538. cum Budiſſinam veniſſet Ferdinandus rex, die lunæ poſt Cantate h. e. XVI. Maii ibique a D. Johanne Cochlæo nomine Cleri latina oratione eſſet ſuſceptus, Miſneoſem præſulem ſupplici & aſſidua ſollicitatione apud eum obtinuiſſe, ut ipſe ore proprio veterem religionem publice tutaretur, & ordinibus ſuperioris Luſatiæ, ut ab ejus innovatione deſiſterent, atque adeo in eam reſtituerent, pœnam minitaretur. Cujus regiæ concioois etiam Johannes Faber Vienneoſium præſul meminit, quadam ad Fridericum Nauſeam coadjutorem ſuum epiſtola. Quin & anno 1542. Johannes Malticius Miſnenſium præſul eundem Nauſeam jam Viennenſium præſulem literis hortatus eſt, ut apud Ferdinandum regem in hanc curam incumberet, ne is in partibus Luſatiæ omnes religionis reliquias collabi pateretur. (c)

1538.

Ipſe Rex Ferdinandus pontificiam religionem defendit & commendat.

1542.

CAPUT XXVI.

De Primis doctoribus & Paſtoribus Religioni Lutheranæ addictis.

§. I.

Laubanenſibus (d) Georgius Heu, Gorlicenſibus (e) in repurganda ipſorum Eccleſia & impiis ac ſuperſtitioſis ritibus abrogandis, primus operam navavit ſuam M. Franciſcus Ænobarbus, Gorlicius coriario patre natus, Sprottavienſium ante Paroecus, Georgio Roſelero Conſule, Sittavienſibus, (f) inter primos idem præſtitit parruus meus, Jacobus Manlius, qui ibidem anno Chriſti 1532. ætatis ſuæ XLIV. in Vigilia S. Venceslai 5. Cal. IIXbr. obiit.

Laubanenſium I. Paſtor eſt G. Heu.

Gorliceoſium Franc. Ænobarbus oder Rothbart.

Sittavienſ. Jacobus Manlius. 1532.

§. II. Sicut autem Evangelii hæc eſt natura & perpetua proprietas, ut prædicationem ejus ſemper civilia diſſidia conſequantur: (quam primum enim Chriſtus navim ingreditur cum diſcipulis ſuis, fœda mox tempeſtas cooritur, utcunque antea & venti & mare fuerint placidiſſima: & Chriſtus ipſe inquit, Matth. 10. v. 34. non veniſſe ſe miſſurum pacem in terram, ſed gladium) ita Gorlicii nobis compertum eſt, etiam ſimul cum ipſis religionis emendatæ initiis mirifice civium, præſertim pannicularionim tumultuationes oriri, libellos famoſos contra Senatum Urbanum ſpargi & affigi hinc inde, orto eodem anno 1525. Junii 12. quæ erat poſtridiana feſti S. Trioitatis hora prima noctis, apud piſtorem quendam Pezelium, in platea Niſſenſe, vaſto & pernicioſo incendio, quod ab una parte in ſuburbana Niſſenſia, ab altera ad Cœnobium usque diffuſum, quatuor horarum ſpacio, præter homines circiter triginta, ædes privatas haud pau-

Evangelii prædicationem ſequuntur diſſidia,

quod probat exemplum Gorlicenſ.

Fatale incendium Gorlicenſe,

(z) Primum mutatæ & purgatæ religionis gloriam Zittavienſibus vindicat Carpzovius cum in Analectis F. Z. Part III. c. 1. §. 1. p. 23 tum in Memoria Heidenreichiana paulo ante ſecundi Jubilæi Lutherani Solennitatem 1717. publicata §. 1. p. 9. a quo non diſcedit Groſſerus Part. II. p. 16. & 62. §. 3.

(a) Eundem recenſent Groſſerus Part. II. p. 16. & Mylius in Annalibus ſub Anno 1525. bis Scriptoribus inſertis.

(b) Idem teſtatur Groſſerus Part II. p. 11. 12. 21.

(c) De religione ethnica in Luſatia Conf. Frencelii Comment. de Diis Slavorum his Scriptoribus additum & Ejusd. Hiſtoriam Populorum. & Rituum Luſ. ſup. c. IX. in volumine Scriptorum Germanicorum propediem publicando. De ethnica & Chriſtiana ſimul conf. Groſſerum Part. II. Haugvv. in Prodr. c. VIII. Kuntſchke Diſſert. III. Sect. VI.

(d) Conf. M. Gottfried Hoffmanns Lebens-Geſchichte der Evangeliſchen Paſtorum Primarium in Lauben c. 1. §. 13 p. 31. & c. 2. §. 1. 2. 3. p. 103 ſeq. v. Groſſ. Part. II. p. 17. & 66.

(e) vid. Groſſerum Part. II. p. 16. 55.

(f) Præter hanc narrationem de Jacobo Manlio nec in ullo Zittano Chronico coævo, nec in alio monimento publico & domeſtico aliquid certi memoriæ proditum eſt. Proinde non immerito dubitamus, an Jacobus Manlius munere aliquo eccleſiaſtico hic defungens Dn. M. Heidenreichio auxiliatrices, inquam, manus commodaverit in purganda Eccleſia Zittavienſi. Nec a noſtra diſſentit opinio Carpzovii, qui neque in Analectis F. Z. neque in Memoria Heidenreichiana ipſi locum conceſſit inter Paſtores Zittav. Accedit & hoc, quod Dn. Godofredus Munchius Hiſtoriæ Zittanæ Cultor ſtudioſiſſimus, recenſionem ſuam in Hiſtoria Eccleſiæ Zittav. ad quam Groſſerus Part. II. p. 46 provocat, exterorum trium Scriptorum, nempe Noſtri, Leuberi & Sauræ teſtimoniis ſolummodo nixus, ipſe jam in dubium vocare nullus dubitet.

quo ædes 172 cum balineis, ponte Niſſi & Noſ. conſumuntur.

lo plures ſesquicentum (172.) una cum balincis & ponte Niſſi, nec non æde & Noſocomio Sp. S. conſumſit, tunc igitur plebem obteſtationibus atque adeo lacrymis Coſſ. & Senatorum non tantum ad reſtingvendam flammam non permoveri poſſe, verum etiam probris & convitiis Senatum proſcindere, eique inſultare, lætam interim in triſtiſſimo ſpectaculo riſum Sardonium ridere, omnia denique ad Seditionem ſpectare, donec tandem anno 1527. fabricata eſt & conflata clandeſtina illa & ob id periculoſior pannicularior um in Senatum conjuratio, quæ tamen cujusdam ex conjuratis indicio detecta, in ipſo ſceleris patrandi articulo oppreſſa eſt, Petro Lubeco pannifice, qui caput & princeps nefariæ conjurationis fuerat, capto & undecima Septembris in quatuor partes diſſecto, ſumptoque de reliquis quoque ejus complicibus ſupplicio capitali, Petro Tileno Coſſ.

Seditio Gorlicenſis. 1527. Lubecus caput conjurationis. Supplicium de eo ejusque complicibus ſumptum.

Seditio Stregonienſis.

§. III. Similem ſeditionem per idem tempus Stregoniæ in Sileſia eſſe motam, Vratislavienſium annales annotarunt. Annum utrumque notavimus hoc pentametro:

1527. Non greX eVentVM ſeDItIosVs habet.

Poſticulum ædium Lubeci in angiportum quendam inter novum forum & plateam longam verſum, qua arma ad opprimendum Senatum contulerant Seditioſi, cementis obſtructum eſt, inſertusque lapis quadratus hiſce literis inſcriptus D.V.R.T. 1527. (g)

Der Verrätheriſchen Rotten Thür.

Budiſſinenſium primus præco.

§. IV. Budiſſinæ (h) primus repurgatæ doctrinæ ſacræ præco fuit M. Paulus Coſelius, Eccleſiæ Budiſſinenſis Archidiaconus, ut teſtatur hoc ejus epitaphium: Hæc tibi Coſeli multæ poſt fata Senectæ &c. ut habent monumenta. Ibidem anno 1527. 1527. feria quinta poſt octavas Epiphaniorum concionator Eccleſiæ collegiatæ & alius Cœnobii diſputarunt in Cœnobio, utrum Miſſa ſit ſacrificium, præſentibus capitaneo & Senatu, hoc eventu, ut Monachus migrare juſſus ſit. Paulo tamen poſt, advenientes regii Commiſſarii, concionatori Eccleſiæ collegiatæ, idemque alteri Slavico Suggeſtibus interdixere. (i)

Budiſſinæ inſtituitur Diſputatio.

§. V. Poſtea mirabilis aliquandiu fuit viciſſitudo & crebra mutatio, usque in annum circiter 1533. quo ea provincia viro excellenter docto Johanni Cellario demandata eſt, qui & matrimonium ibidem contraxit. Huic anno 1538. circa feſtum Trinitatis decedenti ſucceſſit Gregorius Roſchitius Pirnenſis, præpoſitus collegii Wurcenenſis, qui & ipſe Georgii Falconis fabri cultellarii filiam uxorem duxit. Reliquorum obſcuriora ſunt nomina. (k)

Budiſſinenſium præco IIdus. 1533. 1538. Tertius.

§. VI. Apud Cotbuſianos (l) 1522. Evangelium prædicavit in Cœnobio Doctor Johannes Brieſmannus de fratrum Diſcalceatorum familia & alii.

1522. Cotbuſii Evangel. prædicat Brieſmannus.

CAPUT XXVII.

De Vetuſtiſſimis Luſatiæ incolis, ut Svevis, Ilingis (Ningis) Elyſiis & Senonibus.

§. I.

Hactenus regionem ipſam pro expeditiori ſequentis hiſtoriæ intellectu, ut potui deſcripſi, nunc ad incolas ejus progrediemur.

Connexio Antecced. & Conſequentium.

§. II. Utramque Luſatiam antiquitus Svevi (m) tenuerunt, ampliſſimi & potentiſſimi veteris Germaniæ populi. Centum enim pagos (n) habuere Jul. Cæſaris tem-

Svevi primum incolunt Luſatiam.

(g) Confer. Groſſerum P. I. p. 172. ſeqq.
(h) vid. Eundem Part. II. p. 17. & 52. §. 1.
(i) vid. Eundem Part. II. p. 17. & 52. §. 2.
(k) Clariora jam reddidere in ſingulis urbibus Hexapolitanis Groſſerus Part. III. p. 52. §. 1.-6. & Carpzovius in Memoria Haideoreichiana p. 79. — 136.
(l) Conf. Groſſerum Part. II. p. 19. & 88.
(m) Tria populorum Genera incoluere Luſatiam & quidem antiquitus h. e. ut Goldaſtus lib. I. Bohem. c. 16. §. 1. p. 98. Auctor eſt, ſexcentos ante & trecentos poſt Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitatem Svevi & ſigillatim Semnones. Hos Anno Chriſti 320. teſte Ludovici in German. Princip. lib. I. c. 2. p. 205. n. k. excipiebant Slavi, quos inter Luſatiam ſuperiorem Sorabi ſeu Serbi, inferiorem autem Luſici & Luſuntii occuparunt, quibus devictis tempore Henrici Aucupis hanc regionem ingreſſi ſunt Saxones ac cum reſiduis Slavis adhuc hodie colunt. De his incolis eorumque moribus, genio & lingva peculiarem noſtra ætate librum Benevolo Lectori in Germanico Scriptorum Rerum Luſaticarum Volumine exhibendum adornavit Doctiſſimus Frencelius, ubi in diverſis capitibus rem intricatam & obſcuram perſpicuam reddendo, Autoresque in diverſa abeuntes conciliando ſuis in hac re Anteceſſoribus omnibus palmam præripuit. Imprimis huc faciunt c. II. & III. Confer. etiam Haugvvicii Prodromus c. VII. Groſſerus Part I. p. 4. 5. Kontſchkii Diſſertatio I. Sect. III.
(n) i. e. Diœceſes, Germanis a γεά Geu & a pago (nam Græcis eſt πηγὴ ſed δωρικῶς παγὰ) egn pach nominatur. Eſt enim pagus veluti Ditiuncula, binum aut ternum millium virorum, & alibi 20000. hominum pagus complectebatur. Itaque totum corpus efficitur propter tot pagos, & tam numeroſum populum, ut ſe & caput & metropolim aliorum Svevorum eſſe ſibi perſvaſerint. Ita Willichius in Taciti Germaniam ſub num. XVII. Et Jo. Chriſtoph Vaccarus in Taciti Germa-

temporibus, a quo (o) Svevorum gens longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium vocatur, adeo ut confeſſi ſint coram ipſo Uſipetum & Tenchtherorum legati, ſeſe unis Svevis concedere, quibus ne Dii quidem immortales pares eſſe poſſint: reliquum quidem in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſint, (p) Seneca in Tragœdia Medææ nobiles, (q) Plutarchus (r) Germanorum præſtantiſſimos, Florus (s) validiſſimam, Oroſius (t) maximam ferociſſimamque, & alibi fortiſſimam gentem vocant: Strabo VII. Commentarior. (u) ampliſſimam, ut quæ a Rheno loca trans Albim usque depaſcatur.

Svevorum elogia,

multæ familiæ,

§. III. Svevorum multas gentes recenſent Cornelius Tacitus (w) eques Romanus, & paulo eo poſterior CL. Ptolomæus. (x) (Falſo enim Cranzius (y) Tacitum poſt Ptolomæum ſcripſiſſe ait, cum hic ſub M. Aurelio Antonino Philoſopho primum vixerit, ille jam tum Hadriano imperante Gallicæ Belgicæ fuerit præfectus ſive Quæſtor) Ex illis, ut ex Ptolomæo (z) apparet, Ilingi ſeu Ilingæ Luſatiam ſuperiorem incoluere cum parte Sileſiæ: (a) Inferioris partem Luſatiæ & Marchiam veterem Brandeburgenſem Senones Svevorum vetuſtiſſimi nobiliſſimique, Tacito teſte (b) centum pagis habitati, Victoria Allienſe & Roma anno V. C. 365. capta incenſaque celebres, (c) cujus honeſtiſſimæ veteris Germaniæ gentis tanta fuit juſtitia & integritas, ut Strabo dicat, Senonas a σεμνὸς appellatos, quæ vox modeſtiam & pudicitiam complectitur. Eſtque σεμνὸς ἀπὸ τοῦ σέβειν h. e. pium eſſe, ut cultum etiam divinum & pietatem complectatur ἰδόμενοι. (d)

Ex Svevis ortum traxere Ilingi & Senones.

§. IV. Ilingos a Tacito (e) inter Lygiorum gentes nominati Elyſios, ad quos alludat Luſatiorum nomen, Peucerus affirmat: (f) & Philippus Melanchthon Elyſios exiſtimat eſſe aut Sileſios, unius abjectione literæ, aut Luſatios, mutata voce in ſonum elegantiorem. Delectatum enim Tacitum virum doctum alluſione græcæ vocis, qua amœniſſimæ illæ beatarum animarum ſedes a poëtis ſignificantur, maluiſſe Elyſios dicere, quod laudari audiret ſpacioſos campos feraces frumenti, & juga gignentia aurum, argentum & ferrum, & cognoviſſet magnam ibi oppidorum frequentiam eſſe, eaque honeſtis legibus & judiciis regi, & juſtitiam cives inter ſeſe & erga hoſpites exercere. Hæc fere de Elyſiis Philippus libro tertio Chronicorum. (g) Oratione de Electoribus & Præfatione in Catecheſin Trocedorfianam.

Inter Lygios Ilingos Tacitus nominat Elyſios,

qui ſunt aut Sileſii aut Luſatii,

Tacitus delectatur nomine Elyſiorum,

§. V. Fuit igitur initio Luſatia ſuperior Ilingorum ſeu Elyſiorum, inferior Senonum, utriusque Svevicæ gentis ſedes. Curæus (h) Ilingis & Elyſiis Sileſiam mediam &

Ilingi ſ. Elyſii ſuperiorem, Senones inferiorem Luſat. tenent,

Germania notis perpetuis illuſtrata inque lucem publicam Erlangæ 1714. in 8vo emiſſa c. 39. n. 27. & 28. p. 193. collatis cap. 6. n. 35 p. 36. c. 12. n. 27. de pagis iſtis ita diſſerit: Pagi olim appellantur ſpatioſa ſatis territoria, quæ civitates, caſtra, vicos, villas, ſilvas, agros, prata, lacus &c. continebant. Uti Germania hodie politice in circulos diſtinguitur, ſic olim in pagos ſeu Diſtrictus, quos gow vel gau Veteres, Helvetii etiamnum pagos aut cantones nominarunt. Hinc Zürchgau, Briſgau, Nortgau ic.

(o) Commentariorum de B. G. lib. IV. c. 1. v 3. ex recenſione Joſephi Scaligeri Lipſiæ 1703. Ejusmodi, imo easdem de Svevis Veterum Autorum ſententias, collectas quoque exhibet Willichius in Comment Germaniæ ſub num. XVI.

(p) Eorund. Comment. de B. G. L. IV. c. 4. v. 1. & c. 7. v. 5.

(q) Ubi hæc verba reperies: Lucis nobiles Svevi Hercyniis.

(r) In vita Cæſaris Tomo I. p. 719. Edit. Francof. 1599 fol. ubi Textus græcus & latinus concordant, cum in aliis Editionibus differant.

(s) Libro IV. c. 12. § 23. p. 249. Edit. Hafnienſ. 1700.

(t) Libro I. c. 2. de Europa. Willichius L. c. de Oroſii elogio addit: Oroſius Svevos maximam gentem fecit atque eorum 50. gentes fuiſſe, memoriæ prodidit. Tunc pergit Willichius: Breviter totam Saxoniam & Veterem & novam Svevia olim complectebatur.

(u) Pag. 445. & 446. Edit. Amſtelodamenſis 1707. f.

(vv) Loco ſub lit. n. citato & ſeqq.

(x) Opere Geographico ſ. Tabulis Geogr. lib. II. c. XI. fol. 17 Edit. Argentin. 1513. f.

(y) In Saxoniæ Præfat. p. 3. ſub n. 50. Edit. Frf. ad Mœnum 1575. ibi enim ita ſcribit: Et Ptolomæus quidem primus ſuo nomine Saxones dignatur. Cæterum qui ante illum Strabo, & poſt eum Tacitus ſcripſere &c.

(z) Loco ſub lit. x. citato.

(a) Hæc verba Manlius ex Peuceri Chronico lib. IV. p. 302. deſumſit.

(b) Cap. 39. Germaniæ & libro II. Hiſtoriæ Auguſtæ. Conf. Althamerum in Taciti Germ. Comment. pag. 270. & 271. Edit. 1536. in 4to Cluverum German. Antiq p. 325.

(c) Arbitrantur quidam, hos Semnones peragrata Italia, Duce Branno Romam cepiſſe, de quo autem dubitat Althammerus dicens, fuiſſe hujus appellationis populos in Lugd. Gallia ad Padum fluvium. Conf. Livium lib. 5. Strab. L 5. Ptol. lib. 2. c 8. Alios item in Norico ſeu Vindelicia ponit Florus, lib. 4. 12 Peucerus de iisdem differit Chronic. lib. 4. p. 302. & Curæus in Annalibus Sileſiæ p. 5.

(d) Semnonum pietatem pluribus perſequuntur Willichius in Germania Taciti n. XVII. & Curæus in Annalib Sileſiæ pag. 4.

(e) Cap. 43. Germaniæ.

(f) Carionis Chronicorum lib. 4. p. 32.

(g) Pag. 149. Edit. Witteb. anno 1572. f.

(h) In Annalibus Sileſiæ p. 7. & 17.

& inſeriorem cum utraque Luſatia ad Svevum fluvium usque & ad amnem Eliſtrum aſſigoat.

CAPUT XXVIII,

De Slavis in Germaniam & Luſatiam penetrantibus.

§. I.

Manlii conjectura de Romanorum monetis in Luſatia inferiori repertis.

CÆterum Romanos quoque in Luſatia inſeriore ſuiſſe aut certe commercium cum incolis ejus habuiſſe, conjectura numiſinatum antiquorum circa Cotbuſium effoſſorum, ut credam, adducor. (i) Habui enim nummum argenteum veterem & exeſum Trajani ſeu Hadriani in Catenſi. Vidi alium grandiorem æneum Gordiani Impetatoris in Frauendorſenſi agro, utroque ditionis Læbiorum, repertos:

- - - - - Sic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes,
Concidere has, inquit Naſo.

Germaniam & has Germaniæ terras occupaot Heneti.

Idem in hac etiam regione uſu venit. Poſterioribus enim temporibus inſuſi ex Aſia ad Viſtulam & Carpathum, indeque in Germaniam Heneti & Sarmatæ, quæ gentes cognatæ, ὁμόγλωτῖαι & vicinæ, Slavi ſeu Slavini communi nomine dicuntur, pulſis Svevis, cum magnæ Germaniæ atque adeo Europæ parte, has quoque terras occuparunt, idque longe ante Caroli Magni Imperium. (k)

Id factum creditur an. Chriſti 451.

§. II. Sunt (l) qui circiter annum Chriſti 451. Theodoſii junioris dominatu Slavos in Germaniam invaſiſſe, memoriæ tradiderunt. Alii Mauritio Cappadoce imperante primum Slavinorum gentem innotuiſſe aſſeverant, quorum eſt Peucerus. (m) Dubravius (n) eos, qui ſub Mauricio demum Slavenos Illyriam invaſiſſe occupaſſeque produnt, refutat ex eo, quod conſtet, D. Hieronymum ex gente Illyrica h. e. Slavica prognatum, popularibus ſuis teſtamentum vetus novumque ſermone vernaculo interpretatum, Gratiano & Theodoſio imperium adminiſtrantibus, qua interpretatione in hunc usque diem Illyrii tum in hymnis divinis tum in ſacrificiis utantur.

Alii alia tempora allegant.

Quidam a Dubravio refutantur.

Slavorum meminit Procopius & Blondus.

§. III. Procopius (o) libr. 2. de bello Gotico Juſtiniani Imp. ſcribens: Blondus (p) Arcadii & Honorii tempora proſequens eorum (Slavicorum) meminere. Quidam (q) Slavos imperante Heraclio circa annum Chriſti DC. primum in Germaniam veniſſe volunt. Aventinus (r) eo tempore, quo Attila mortuus eſt, nimirum Anno Chriſti 456. Slavos primum Viſtulam transgreſſos, terras ad mare Balthicum, usque ad Albim invaſiſſe ſcribit.

600. Aliorum alii calcoli. 456.

§. IV. Ab his preſſum Alaricum Svevorum regem, qui poſtea anno 493. a Ludovico magno Francorum rege primo Chriſtiano, una cum Adelgerio Bavarorum rege inter Coloniam & Trevirum acie victus & occiſus eſt, Luſatiam, Bohemiam, Sileſiam & finitimas regiones deſeruiſſe, & ab ortu verſus occaſum proſe-

493. Alaricus Svevorum Rex ſuppreſſus, Luſatiam cæterasque finitimas regiones relinquit,

(i) Sed clariſſimus Kuntſchke in Differtat. 1. Sect. III. §. XI. perſvaſum habet, Romanos nunquam intraſſe Luſatiam, ſed Semnonum nonnullos mercede ſub ſignis Romanis militaſſe & bello compoſito nummos Romanos ſecum in Luſatiam attuliſſe. Dn. Frenzelius rerum Luſaticarum indagator ſtudioſiſſimus in Hiſtoria de populis Luſatiæ germanica primo ſtatim capite probare ſatagit argumentis ſat multis, Romanos quidem ad fluvium usque Albim invaſiſſe, ſed eum nunquam transgreſſos.

(k) vid. cap. anteced. notam ſub lit. (m) & Kuntſchke Differt. de Luſatia 1. Sect. III. §. IV.

(l) Hanc & ſequentem opinionem a Manlio adductam refutat Petrus Albinus in Chron. Miſn. Tit. VI. p. 68. Edit. Dresden. 1599. f. conf. Schneideri Chron. Lipſienſe lib. 2. p. 41. 44.

(m) Chron. Carion. lib. 4. p. 312. Edit. Witteb. 1572. f. & Cranzius in Vandalia lib. 1. c. 15. Edit. Colon. 1519. f.

(n) Hiſtoriæ Bohem. lib. 1. p. 4. Edit. Hanov. 1602. f. in Collectione Scriptorum Bohemicorum Freheriana ej. anni. Sed a Dubravio fruſtra citari h. Hieronymum, hunc que Patrum doctiſſimum codicem Scripturæ ſacræ non convertiſſe in lingvam Dalmaticam h. e. Slavicam, libere dicit Frencelius in Præf. lexici Etymologici Sorabici, quam opinionem diu ante eum Martinus Cromerus contra Dubravium lib. 1. de Reb. Polon. c. XV. p. 16. Edit. Baſil. 1568. f. adſtruere non dubitavit.

(o) Cæſarienſis, Hiſtoricus & Sophiſta, tempore Juſtiniani Imp. 8. libris de bello Perſico, Vandalico atque Gothico inclareſcens. vid. Hanckius in Byzant. Script. p. 145. Cromerus lib. de R. P. c. 1. de hoc ita ſcribit: Primus, quod equidem ſciam, Procopius Cæſarienſis, ante mille & triginta vel quadraginta annos, de bello Gotico Juſtiniani Imperatoris Romani ſcribens, mentionem Slavorum facit.

(p) Flavius Blondus Forolivienſis, tempore Eugenii IV. Pontificis floruit & Hiſtoriam ab Anno 407. usque ad A. C. 1440. Decades III. conſcripſit. vid. Hanckius Part. I. de Scr. R. p. 201. Cromerus l. c. de eo ita ſcribit. Fl. Blondus Foroliv. qui ante 100. annos hiſtoriam ab inclinatione Romani Imperii conſcripſit, amplius 100. annis antiquiora Arcadii & Honorii tempore perſequens, Slavorum meminit. Crantzius eum in Vandalia ſui temporis Romanum ſcriptorem appellat, diligentiſſimumque antiquitatis Scrutatorem.

(q) Ut Petrus Albinus in Chron. Miſn. Tit. 6. p. 67. Edit. Dresd. 1590. f. & alii, quos citat Frencelius in Hiſtoria de populis Luſatiæ c. III. §. 5. ubi hanc litem dirimere conatu non fruſtraneo ſuſcepit.

(r) Libro III. Annal. Bojorum p. 214. §. 1. & 4. Edit. Lipſienſ. 1710. f. Conf. Schneideri Chron. Lipſienſe lib. 2. p. 41.

ſectum, circa Danubium, Rhenum, Nicrum & Vernitium fluvios conſediſſe, poſtea Danubio & Rheno ſuperatis, terram ſupra Lycum usque ad Italiam occupaſſe. Deſertas Svevorum regiones tres Venedorum reges fratres, occupaſſe, Zechum Bohemiam, Crocum Poloniam, Moinaracum vel Mœmarum Moraviam &c. Hactenus Aventinus L. citato ſub lit. (r)

quas occupant 3. Vened. reges.

CAPUT XXIX.

De Iisdem Slavis.

§. I.

Scribendum eſt: Slavos, non Slavenos aut Sclavos.

CÆterum Slavos rectius dici, quam Græcorum more Slavenos, aut Italorum Sclavos, Cromerus autumat (s). Et ſine C. litera interſerta idem nomen ſcribunt Helmoldus Presbyter, cujus extant Chronica Slavorum (t), Sigismundus Herberſteinius (u) ſapientia & doctrina illuſtris, & quidam alii. Quare & nos hanc ſcripturam tanquam veriorem ſequimur.

Teſtimonia.

Vandali non ſunt Slavi, ſed Germani,

§. II. Vandalorum autem nomine, ut vulgo aſſolet, Slavos nec honeſtabimus usquam & honeſtari minime oportere judicamus, (w) cum Vandalos origine & lingva a Slavis diverſos, Gotticæ atque ita Germanicæ nationis populos fuiſſe Beroſi, (x) Plinii, (y) Taciti, (z) Eutropii, (a) Pauli Diaconi, (b) Procopii (c) aliorumque claſſicorum Scriptorum autoritate conſtet, & ἔτυμον ipſum a peregrinando dictum, ac propria regum ducumque ejus gentis fortiſſimæ ac clariſſimæ nomina prorſus germanica teſtentur. Etſi non eſt dubium, & mixtos ſemper fuiſſe Germanicis gentibus Henetos, & in priſcas Vandalorum ad mare Balticum ſedes, quibus relictis in Pannoniam primum, mox in Gallias, indeque in Italiam, Hiſpanias & ipſam denique Africam populariter ii commigraverant, ſucceſſiſſe Slavos, hancque adeo ob cauſam appellationem Vandalorum uſitate his tribui, (d) Nobiſcum faciunt præter alios Pirckeymerus, (e) Cromerus (f) & Peucerus, (g) Crantius (h) item & Irenicus, (i) quorum uterque ex Methodio (k) martyre citant Vandalorum ad Conſtantinum Imperatorem epiſtolam, qua Germanos ſe eſſe profitentur & gloriantur.

quod probant multi Scriptores antiqui,

& recentiores.

(s) lib. 1. de Reb. Pol. c. 13. lit. 6 p. 14. Edit. ſupra citat. conf. in Deigmate cap. I. ubi ejus verba allegavimus.

(t) In his igitur Chronicis lib. I. c. I. & II. p. 1. 4. Edit. Frf. 1556. in 4. Scribitur Slavus ſine interſerta lit. c.

(u) Folio 2. Comment. de Rebus Moſcovvit. publicatorum 1549 f.

(vv) Nam more Alberti Cranzii in Vandalia lib. I. c. I. II 15. 36. lib. II. c. I. lib. III. c. 37. Slavos cum Wandalis confundere non licet ob rationes ab ipſo Manlio & aliis Autoribus v. g. Helmoldo Chron. Slavorum c. 2. Cromero lib. I. cap. 2. & 5. p. 6. Peucero in Chron. Caſion. lib. 4. p 297. Albino in Chron. Miſn Tit. 4 p. 54 ſeqq. allegatas, conf. Kuotſchke Differt. I. Sect. III. §. VI.

(x) Antiquitatum lib 4. & 5. cujus tamen opus illud, quod circumfertur, viri eruditi ac diligentes antiquitatis indagatores eſſe negant. Fuit Babylonius Beli ſacerdos & ſub Ptolemæo Philadelpho Rege floruit. Crantzius de eodem in Proœmio Vandaliæ ſic fere; Beroſus Sacerdos gentis chaldaicæ publico minſterio Veterum Annales renovavit & per ſua tempora continuavit. Scripſit autem tempore Alexandri magni, cujus fidelem cum interpretatione hiſtoriam ad nos noſtro tempore perduxit quidam Viterbienſis diligentiſſimus antiquitatum ſcrutator. Aſt Georgius Matthias Königius in Bibliotheca vetere & nova p. 105. de vita Beroſ. exponens, Annii Viterbienſis, inquit, Beroſus cum vero Beroſo nihil commune habet.

(y) Hiſtoriæ naturalis ſeu mundi lib 4. c. 14. p. 61. Edit. Baſil. 1530. f. Plinii verba ſunt; Genera Germanorum quinque, Vindelici (tu lege Vandali) nam Exemplaria corrupte habent Vindelici, quam lectionem unus atque alter obeliſco jugulavit teſte Althammero in Commentar. Germaniæ p. 65. in 4to. 1536. conf. Crantzii Vandaliam & quidem Proœmium, qui pro Vindelicis Wandalos poſuit.

(z) libro de Situ & moribus Germanorum cap. 2. v. 5.

(a) Eutropii Hiſt. lib. 10 & 14.

(b) alias Warnefridi lib. I. c. 1. de Geſt. Longobardorum. Claruit tempore Caroli Magni.

(c) de bello Vandalico. Vid. cap. præced. notam ſub lit. (o).

(d) Uſitate quidem appellationem Vandalorum etiam Slavis tribui, in Chron. Slavorum Helmoldi cap. 2. in nota aſſeritus, eo quod ſucceſſerint in priſcas Vandalorum ſedes; aſt ad hiſtorias rectius intelligendas prodeſſe, has duas gentes, lingua & origine diverſas, ab invicem diſcerni, exiſtimat Scholiaſtes.

(e) Operibus Hiſt. p. 106. ubi in hæc verba erumpit: Qui Venudos ſeu Vendos, reliquamve Slavorum gentem Vandalorum nomine honeſtare contendunt, plane falluntur. Conſtat enim claſſicorum Scriptorum autoritate, Vandalos ex Gothorum ortos eſſe gente. Et p. 107. Nihil Vandalis ac Vendis præter nominis conſonantiam quandam unquam commune fuit.

(f) libro I. de Reb. Polon. c. V. p. 6. ubi ita; Perinfirmæ ſunt conjecturæ, quibus iſti adſtruere nituntur, Slavos eandem eſſe nationem cum Vandalis. & p. 7. Sane conſtat inter omnes, Vandalos Gotorum & Germanorum gentem fuiſſe, eademque lingva cum eis uſos fuiſſe.

(g) Chronicorum lib. II. p. 132.

(h) lib. I. Vandaliæ c. 22. & 135.

(i) Franciſcus Irenicus in Exegeſi Germaniæ lib. I. c. 33.

(k) Eundem Methodium & epiſtolam Vandalorum Cromerus lib. I. c. V. p. 7. memorat.

Dubravius contradicit, & conſentit.

§. III. Unus, quem ſciam, Dubravius Sarmatas h. e. Slavos ſeu Venedos ex devicta Vandalorum gente nomen ipſos ſibi adoptaſſe, nec Vandalos Gottos, ſed Slavos Vandalorum cognomen uſurpantes regiones, quas dixi, penetraſſe ſcribere audet. Vandalos tamen Germaniæ quondam populum fuiſſe non inficiatur. (l)

CAPUT XXX.

De Slavis, qui veniunt nomine Serbiorum ſeu Soraborum.

§. I.

Slavorum multæ ſunt familiæ.

SEd jam ad Slavos redeamus. Fuere igitur horum quoque multæ familiæ locis & appellationibus diſtinctæ, ex quibus Luticii ſupra Svevum ad Albim usque in inferiore Luſatia conſedere.

Lutitii Luſatiam inferiorem,

Superiorem Sorabi antiquiſſimum Sarmatarum nomen (ut Melanchthonem ſecutus Peucerus aliquot locis (m) indicat) referentes obtinuerunt, una cum Miſnia tota, oppreſſis in hac Hermunduris Svevica gente, & principio Saxoniæ ſuperioris ad Herciniam.

Sorabi ſuperiorem, Miſniam & Saxoniæ ſuperioris partem incoluerunt.

Unde dictæ regiones uno nomine Sorabia appellatæ ſunt. Quicquid enim terrarum eſt ſupra Albim, usque ad montes Sudetes verſus meridiem, ab ortu vero ad caput Svevi fluminis, & ab occaſu ſecundum Salam usque ad hujus cum Albi confluentem, id omne Sorabi (n) incoluerunt.

Varia Soraborum nomina.

§. II. Hos Helmoldus (o) etiam Sorabos, Blondus (p) Sorbienſes Slavos, Garzon (q) Serabos, Cromerus (r) & Reineccius (s) ex Ptolomæo Serbos. Dubravius (t) eos, qui Luſatiam ſuperiorem, vel ut ipſe vult, utramque occupaverunt, modo ex Plinio (u) Syrbos & Syrbios modo Serbios appellat. Conſentaneum autem eſt, cum tandem Henricus Auceps (w) Soraborum regionem, ſubacta gente, provinciam Imperii Romani feciſſet, conſtitutis Marchiis Miſnenſe & Luſatica, & præfectis novis impoſitis, tunc igitur Sorabiæ (x) nomen extinctum, atque hanc quidem oram, quæ Hexapolis eſt hodie, cum Luticiorum terra conjunctam, communi nomine Luſatiam dici cœptam. (y)

nomen Sorabiæ extinguitur, & commune patriæ nomen introducitur.

§. III. Soraborum tamen nomen (inquit Peucerus) (z) reliquiæ in Luſatia ſuperiore adhuc uſurpant, & de veteribus colonis teſtantur oppida Sorbecum & Serveſtum. (a) Id quod Reineccius quoque in Ponti deſcriptione ſequitur. In Miſnia ſua addit Soraviam. Serveſtum Melanchthon etiam veterum Soraborum coloniam vocat, in epiſtolis quibusdam, tametſi Althammerus (b) & Glareanus (c) Cheruſcorum urbem interpretantur.

Retinent tamen nomen Soraborum reliquiæ in Luſ. ſup.

§. IV. Ad Soraborum vocabulum alludit & Soraviæ nomen, quod oppidum eſt Luſatiæ, & pagus Smidiorum in diſtrictu

Sorau ſive urbis Soraviæ nomen ſum Soraborum coincidit.

(l) lib. I. p. 3. Edit. in f. 1602. In Edit. vero in 8vo. lib. I. c. 31.

(m) Chronic. Carion lib. IV. p. 314. Edit. Witteb. 1572.

(n) Plura de his apud Frencelium in Hiſtoria de populis Luſatiæ c. III. §. 2. 5. & in Hiſtoria naturali invenies: Vir enim ille omnia legit, ut Lipſii verbis Epiſt. lib. 2. epiſt. 13. utatur, omnia vidit, ſcivit, in ordinem redegit, ac in volumina concluſit, quæ in antiquis Hiſtoriarum monumentis de Luſatorum Rebus reperiuntur, ita ut non libros, ſed theſauros exhibeat.

(o) Chronic. Slavorum c. I. p. 2. Edit. Francof. 1556.

(p) Decad. I. lib. I. de Imperio declinant.

(q) Rerum Saxonicarum & Luſaticarum lib. I. c. 3. §. 2. quem mox inter primos hujus Collectionis Scriptores B. L. offerimus.

(r) lib. I. de Reb. Pol. c. I. p. I. & c. 8. p. 9.

(s) Reinerus Reineccius Steinheimienſis, qui in Academia Julia literas diu maxima cum laude profeſſus eſt ac præter Chronica Slavorum, Hiſtoriam Miſnicam aliave quam plurima Scripta edidit Syntagma Hiſtoricum & genealogicum, in cujus Part. III. p. 420. Soraborum ſ. Serborum meminit. Opera ejus omnia recenſentur in dem groſſen hiſtoriſchen Lexico ejusque vitam, quam ipſe ſua manu ſcriptam paucis ante obitum menſibus ad Henricum Meibomium miſit, idem vir erudítiſſimus præmiſit tertiæ Parti Syntagmatis Hiſtorici ſeu Hiſtoriæ Juliæ.

(t) libr. I. p. 3. Edit. Frebeſianæ 1602.

(u) Hiſtoriæ naturalis ſ. Mundi lib. 4. c. 13.

(w) Erneſtus Brotuffus perperam cenſet a Lothario II. eam Marchiam eſſe inſtitutam, quam aſſertionem quoque refutat Helmoldus Chron. Slav. c. 8. p. 19.

(x) Non tamen extinctus quoque eſt populus pagos quosdam Luſatiæ inhabitans, dum idem nomen adhuc retinet Serbos ſe vocans.

(y) Relege, quæ ſupra in Dogmate Manlii c. I. §. 4. ſub lit. (h) adnotavimus, conf. c. 5. §. 5. & commentariorum lib. I. cap. 38. de origine nominis Luſatiæ. Ex Dubravii ſententia, nomen Soraborum commune habuerunt ſuperioris & inferioris regionis populi, quod fere in deſvetudinem abiit ævo Henrici Aucupis, quo Luſatia regni Germanici Marchia provinciaque facta eſt.

(z) loco ſub lit. (m) citato.

(a) ſeu Zerbſt, de quo vid. Reineri Reineccii Hiſt. Julia Part. III. p. 420. & Kuntſchke Diſſert. I. Sect. III. §. VII.

(b) In Commentar. in Taciti Germaniam, p. 239.

(c) Henr. Loritus Glareanus Glaronenſis, Friburgi bonas literas docuit. Erat in omnibus diſciplinis verſatiſſimus. Scripſit Helvetiam carmine & J. Cæſarem illuſtravit commentario erudito, ubi teſte Manlio c. 32. §. I. mox ſecuturo horum populorum mentionem facit.

ctu Gorlicenſi. Ego enim inferioris quoque Luſatiæ Slavos, Serbos ſe nominare compertum habeo: ſed horum dialecton ab ea, qua ſuperioris pagi & vici utuntur, audio variare longius, ita ut hi illam vix (d) aut ne vix quidem intelligant. Quanquam & in ipſa inferiori Luſatia haud parum aliter Cotbuſianos quam Forſtenſes, aliter item Calovienſes, aliter Lucenſes, aliter denique Lubinenſes & Triblavienſes Slavos loqui conſtat.

Serbi Luſ. inferioris aliam dialecton ac ſuperioris amant,

imo inter ſe ipſos variant,

CAPUT XXXI.

De

Terra Luſatiæ, quod non ſit fundus Slavicus, ſed Germanicus.

§. I.

HÆc de priſcis Luſatiæ incolis tum Svevis tum Slavis, Peuceri & aliorum, (e) conſentiens eſt opinio. Unde illud quoque emergit, ſolum Marchiæ Luſaticæ, vel ut loquuntur vulgo, fundum, nequaquam Slavicum eſſe, ſed Germanicum, (f) cum Germani primi omnium illud colere cœperint: Slavi vero advenæ poſt Germanos domum invaſerint. (g)

Autorum opinio de Luſ. incolis primis.

Luſatia eſt fundus germanicus.

§. II. At Pirckeymerus (h) cum fateatur, Ilingorum ſedem nunc eſſe partem Luſatiæ, nihilominus tamen ſubdit verſus ortum Albis circa Cotbuſium & Dresdam Benochemas: ſupra hos Batinos in ducatu Saganenſi, & adhuc ſuper hos Corcontos habitaſſe ſub monte Aſciburgio, ubi hodie Gorlicium ſit & Budisſina cum reliquis civitatibus usque ad Poloniam. Aſciburgii autem nomine apud Ptolomæum montana illa contineri, quæ per Sileſiam ad Poloniam & Cracoviam usque ſe extendunt.

Ilingi quoque putantur hic habitaſſe.

Circa Cotbuſium Benochemæ, ſupra hos Batini, ſupra hos Corconti.

Quid Ptolomæus intelliget ſub nomine Aſciburgii.

§. III. Ptolomæus (i) ex Aſciburgio monte ſcribit ortum eſſe Svevi fluminis, quod cum Spream interpretatur Pirckeymerus (k), non obſcurum eſt, quid in hanc eum opinionem pertraxerit. Sed cum de Aſciburgio idem omnes non ſentiant (ad Aſcaniam enim ponit eum Peucerus, (l) ubi nomen adhuc conſervet oppidum & arx Aſchersleben) de Corcontis quidem ſubſcribere Pirckeymero (m) nondum auſim, licet eum Crato (n) quoque libro primo hiſtoriæ Vratislavienſis & Caſpar Vopelius in tabula ſua Geographica ſeu Mappa univerſali Carolo V. Antwerp. 1552. dedicata, ſecuti videantur. (o)

Oritur ex Aſciburgio monte Svevus ſive Sprea.

CAPUT XXXII.

De

Marcomannis Luſatiam non habitantibus, bene tamen gubernantibus.

§. I.

SVevos Marcomannos in Bohemia, Luſatia & finitimis regionibus trans Albim habitaſſe, Hieronymus Ziegle-

Luſatiam non inhabitarunt Marcomanni,

(d) Ita quidem, cenſente Francello, vulgus non intelligit alterius vulgi dialectum, docti tamen utrasque dialectos intelligunt.
(e) cap. 27. 28. 29. 30. allegatorum.
(f) Quod etiam aſſerit & confirmat ex recentioribus Haugvvizius in Prodromo cap. III.
(g) De Germanis Autor exponit cap. 22. de Slavis vero cap. 28. ſeqq.
(h) In Operibus Hiſtoric. pag. 102. Edit. Frf. 1610. & quæ Moolius de Aſciburgii ſignificatione apud Ptolomæum in fine §. hujus 2. adfert, eadem recenſet Pirckeimerus p. 107.
(i) libro II. operis Geographici Edit. ſupra citat.
(k) Oper. Hiſtoric. p. 109.
(l) Chronicorum lib. 4. p. 300.
(m) pag. 102. verba extant in præcedente §. 2.
(n) Johannes Crato Medicus Cæſar. in Hiſtoria Vratislavienſium MSTa.
(o) Manlius noſter aliquoties meminit Aſciburgii, v. g. hic loci & ſupra in Dëigmate c. V. §. 6. 7. Quid igitur per illud innuatur, hic libet enucleare & Autorum opiniones allegare. Francelius in margine ſui Exemplaris, quod poſſedit, vocibus ex Aſciburgio addit quæſtionem: an quaſi Sudberge? ita ut Aſci pro Sud & burgio pro Berge poſitum ſit. Vel Aſciburgium ab Aſcenate Germanorum patre & berge. Aventinus Annal. Bojor. lib. I. c. 7. §. 2. p. 22. Edit. Lipſ. 1701. Ulyſſes, inquit, Ulſiburgium, vulgo Aſchiburgium, in ripa Rheni a ſuo nomine adpellavit. Althammero in Comment. in Tac. Germ. p. 15. & 304. idem eſt ac montes Bohemici, quorum pars per Moraviam, Sileſiamque in Pannoniam atque Sarmatiam protenditur. Pag. 28. & 75. ex Pirckeimeri Operib. Hiſtor. p. 100. Edit. ſæpe allegat. ſcribit, Aſciburgium in Ditione Bergenſi fuiſſe Aſpuch locum ruinis tectum, additque, p. 76. in Oſtrofranciæ termino ad Mœnum amnem oppidulum, quod hac ætate Aſciburgium vocaret, aliud eſſe ſitu & conditore ejusque meminiſſe Tacitum libro 20. Annalium. Pag. 78. inquirit in hujus vocabuli Etymologiam dicens, Germanis Aſciburg aut Aſtypyrgium propugnaculum aut turrim ſignificare, ſiquidem ἄστυ urbem, πύργος turrim, arcem & propugnaculum denotaret. Admodum prolixus ibi eſt, remittimus igitur B. L. ad hunc Autorem & locum.

glerus (p) in Marobodui Hiſtoria aſſerit, minus ipſe quoque exquiſite, ut puto, quantum ad Luſatiam attinet. Neque enim dubium eſt, Marcomannos fuiſſe eos, qui nunc Moravi dicuntur, & vicinos aliquos, id quod ex Ptolomæo Melanchthon libro tertio Chronicorum (q) & Glareanus primum librum Cæſaris de Bello Gallico enarrans, demonſtrant.

Marcomanni ſunt hodierni Moravi.

Probatio.

§. II. Et Indicio ſunt M. Antonini Philoſophi, qui adverſus Marcomannos periculoſisſimum bellum geſſit (r) biennium, & filii ejus Commodi Imperatoris numismata, quæ Olomucenſe lib. 4. (s) teſte, in Moravia exarantur, præſertim iis in agris, qui veluti ſumen ſunt regionis, & a flumine tenui Hana rigantur.

Maroboduo paruerunt Luſatiæ incolæ.

§. III. Non negarim tamen paruiſſe Maroboduo Ilingos, aut quicunque alii tunc regionem, quæ Luſatia eſt hodie, incoluerunt, cum is finitimos omnes aut bello domuiſſe, aut conditionibus juris ſui feciſſe prodatur, & Aventinus (t) in ditione illius Luſatiam quoque, ut nunc vocant, recenſeat.

Maroboduus vixit tempore Auguſti.

§. IV. Cæterum Auguſto & Tiberio Imp. σύγχρονος fuit Maroboduus Svevorum, Marcomannorum Quadorumque Rex, Strabone (u) Tacito lib. II. hiſt. (w) & Vellejo Paterculo (x) autoribus.

CAPUT XXXIII.

De Caluconibus & Cattis.

§. I.

1558. Caluconum ora.

ASſerit & Melanchthon in Scripto (y) quodam anno 1558. ab Adolpho Comite in Naſſavv, &c. Academiæ Vitebergenſis Rectore Magnifico publice propoſito, Caluconum, quos ſub Ilingis ex utraque parte Albis collocat Ptolomæus, (z) eſſe oram circa Lucam & Dobrilugum, in quo tractu eſt & Kirchanum oppidum. Lock autem nomen vetus idem quod nemus, & Dobrelock idem quod bonum nemus ſignificare. (a)

Lock & Dobrelock ſignificatio.

Rebus ſic ſeſe habentibus Calucones poſſediſſent Luſatiæ infer. partem.

§. II. Hæc conjectura ſi vera eſt, ſicut & nominum ſimilitudo & ſitus faciunt veriſimilem, Luſatiæ inferioris partem etiam Calucones olim poſſedere, licet Peucerus (b), a quo non diſſentit Pirckeymerus (c), Electoratum Saxoniæ vicinum iis aſſignet, in quo & ipſo eſt Locha (d) arx ſaltu (e) celebris. Ac venire cuipiam in mentem ex compoſitis Caloviæ & Lucæ nominibus Caluconum (ſic enim ſcripſit (f) Melanch-

imprimis oram lucenſem.

(p) Profeſſor Poëſeos Ingolſtadii, qui præprimis inclaruit editione Annalium Aventini. De Maroboduo & Marcomannis ſi plures Autores conſulere placet, evolvantur Tacitus in Annal. Dio Caſſius Hiſt. Rom. L. 54 Velſerus, Brunnerus, Adlzreiterus Annal. Bojorum, Reineccius Hiſt. Julio Part. III. p. 429. ſeqq. Balbini Miſcellan. regni Bohemiæ, Czecherod Mars Morav. lib. I. c. 2. p 5. ſeqq. Cluver. Germ. Antiqua l. 3 c 3. & 30. Cellar. Germ. antiq. l. 2. c. 5. Schneideri Chron. Lipſ. lib 2. p. 32.

(q) p 148 & libro quarto p. 297. ſeq.

(r) De hoc bello agunt Capitolinus in vita Antonini Philoſophi, Eutropius lib. 8. Oroſius lib. 7. c. 15.

(s) ſeu Johannes Dubravius Hiſtoriæ Bohemicæ lib. 4. p. 25. linea 20. Edit. Freherianæ anni 1602.

(t) lib 2. c. 2. §. 8. p. 61.

(u) lib. 7. p. 290, in Editione vero Amſtelodamenſi, pag. 445.

(w) c. 26. v. 4.

(x) libro II. cap. 108. p. 400. ſeqq. Edit. Lipſ. 1712. in 12.

(y) Extat Tomo III. Intimationum Academ. Witteb. p. 164.

(z) libro II. in opere Geographiæ, Edit Argentin. 1513. f. Verba, ſi audire libet, hæc ſunt: Sub Silingis Calucones & utraque Albis fluvii parte.

(a) Luka vulgo Wucka Sorabis pratum eine Wieſe ſonat, & dobre bonum. Significat ergo Dobreluc locum boni prati eine gute Wieſe: conf. Tomo ſecundo horum Scriptorum Frencelii Nomenclatorem ſub art. Dobrelock.

(b) Chron. Carion. lib. 4. p. 302. Verba ejus ſunt hujus tenoris: Calocones ſub Ilingis ab utraque parte Albis, ubi hodie Electoratus Saxoniæ. Meminit Ptolomæus oppidorum Argeliæ ſ. Argeviæ, ut aliqui malent legere, & Calegiæ. Argeviæ Turga ſono reſpondet. Calegiæ oppidum Calba, quod ſupra confluentem Salæ Albisque poſitum, utriusque fluminis nomen complectitur & exprimit, non aliena Syncope, quaſi Saleleb. Pertinent huc etiam Melanchthonis verba, quæ ex ejusdem vocabulis Regnorum & Gentium adducemus: Lucones in utraque Albis ripa, ut inquit Ptolomæus, tractus per Anhaltenſem ditionem ad Cheruſcos, i. e. ad Harciniam, ſeu Comitatum Stolbergenſem. Conf. Jo. Criſtoph. Beckmann. Hiſt. des Fürſtenthums Anhalt P. I. c. IV. §. 3. p. 16. 17.

(c) Operibus Hiſtor. p. 102. Verba ejus ejusdem fere ſunt valoris: Sub Ilingis ex utraque parte Albis degebant Calucones, ubi nunc eſt Hertzberg & pars Miſniæ circa Zerbſt.

(d) hodie Annaburg, cum enim Sereniſſima Anna Divi Auguſti Electoris Saxoniæ conjux an. 1579. eam aliter conſtruendam curaret, ab hujus fundatricis nomine novum nomen ſortiebatur. conf. Jo. Sebaſtiani Mulleri Annales des Chur-Fürſtl. Hauſes Sachſen Erneſtin. und Albertin. Linie p. 4. 11. 50. 70 78. Edit. Weimar. 1700 f.

(e) Von dem Forſt- und Thier-Garten ait Frencelius in Manlii Verſione. Notavit quoque ipſe Manlius in Margine Saltus Lochavios ſeu Lochovianos.

(f) In ſcripto ſeu ut Frencellus in Verſione modo laudata interpretatur in oratione Comitis Naſſavienſis, de qua ſupra lit. (y) diximus.

lanchthon) appellationem factam: die von Kol und Lucke. (g)

Noo vero Cœnobii Dobrilogenſis.

§. III. Slavicæ linguæ ejus, quæ Luſatiæ inferiori uſitata eſt, gnari vocabulum Lug, Lamam (h) ſive paludem ſonare affirmant, ſed quæ arboribus aut certe arbuſtis careat, (i) atque inde factum nomen Cœnobio. Garzon (k) Miſniam olim inhabitaſſe Calucones, Homilius (l) non procul ab Albi & Sala confluentibus abfuiſſe, ſcriptum reliquere.

Garzon ipſis vindicat Miſniam.

Althammeri & aliorum opiniones.

§. IV. Althammerus (m) Cattorum ſedes hodie tenere Luſatios, inde colligit, quod ii ab Albi flumine non longe abfuerint, ut Tacitus lib. 2. Hiſtor. Auguſtæ (n) innuit. Verum & Celtis (o) & Melanchthonis, (p) qui Cattos pro Heſſis accipiunt, magis recepta eſt opinio.

CAPUT XXXIV.

De Stoderanis.

§. I.

Circa Lucam conſediſſe ſcribuntur Stoderani.

EX Sclavicæ etiam gentis familiis in Luſatia inferiori circa Lucam, (q) olim Lunckynam dictam, conſediſſe Stoderanos, Erneſtus Brotufus lib. 2. cap. 4. Genealogiæ Anhaldinæ & Cap. 3. Lib. I. Chronici Marſepurgenſis monet, facitque metropolim eorum Colsheimam h. e. Gol-

(g) Claſius B. L. aoimo concipiet Autoris ſenſum, ſi modo adhuc ſemel libet audire Freoceliom h. loco Paraphraſtem: Wo'te es aber denna jemand mit der Meynung des Philippi, die er in dem gedachten Scripto vorgetragen, und die Peucerus und Pirckheimerus nicht angenommen haben, halten, ſo könte er ihm die Gedancken machen, daß die Calucones vielleicht wohl diejenigen möchten geweſen ſeyn, welche ſich um Kale und Lucke aufgehalten haben, geſtalt es ſcheinet, daß man ſagen könnte: Calucones wären die Leute von Kal und Lucke. Dennoch aber gehöret Doberluck hieher nicht, denn es wird denen, welche die Wendiſche Sprache derer Nieder-Lauſitzer verſtehen, bekannt ſeyn, daß lug in dieſer Sprache einen Pfuhl, Prudel oder Sumpff bedeutet, wo keine Bäume oder Püſche ſeyn, und daher iſt vielmehr dem Kloſter der Name gegeben worden, mit des Philippi Etymo aber reimet ſich der Ort gar nicht. In Exemplari latino idem Francelius hæc verba, quæ io Autographo ooo extant, addidit: Aſt de hoc ſentiaot alii, quicquid veliot, noſtrum non eſt rem incertam affirmare. Dobrelugum ad Calucones pertinuiſſe noo putamus, quia etymon ſuperios alii non admittunt.

(h) h. e. collectionem aquarum.

(i) Hic latere B. L. noluimus, io Autographo voci Careat adjectam eſſe voculam Raro, ita ut meos Autoris eſſe videatur, vocabulum Lug denotare paludem arboribus circumdatam. Aſt Francelius noſter, in Hiſtoria Luſatica & cognitione linguæ Sorebicæ nemini ſecuodus, adverbium Raro cum in Manlii exemplo latino, tum Germanico omiſit, claro ſane judicio, vocab. Lug ſignificare modo paludem ſeu aquarum collectionem, quæ prorſus careat & deſtituta ſit arboribus. Vero ſimilius itaque & conſultius oobis viſum fuit ſequi fidem Francelii, (quem ob amorem & merita in Patriæ hiſtoriam non niſi honoris & authoritatis cauſa nominamus) & cum eo ſimul voculam Raro omittere.

(k) lib. I. c. 3. §. 1. p 37. Tom. I horum Scriptorum R. Luſ.

(l) Hujus viri Prænomen ac Scriptum, ſi typis eſt expreſſum, avolutis quamvis omnibus, qui ad manus fuere, Hiſtoricorum indicibus, coofulriſque viris Hiſtoria literatia ooo leviter tinctis, expiſcari noo licuit, ut adeo ejus librum oec magnæ indolis, oec magni momenti fuiſſe, ſuſpicemur. Quæ autem ex eo recenſet Manlius, ſupra ſub lit. (b) e Peucero & Melanchthone eadem ferme ratione notata & expoſita ſuot: oam hi viri incompaſsibiles, ex Ptolomæo quoque memoraot Albim & Salam confluentes, ibique locorum ſedem Calucooom fuiſſe, innuere videntur, ut ita Homilium non plane a vero aberraſſe, credibile ſit.

(m) Io Coment. io Tac. German, p. 217 239 286. Edit. a oobis hactenus allegatæ. Expreſſa quidem verba nobis noo occurreront. verum enim vero Althammerum de Cattorum ſede in noſtris oris aliquid voluiſſe colligere & conjectura aſſequi, apparet aliquo modo ex iis, quæ commentatus in pagiois citatis.

(o) Sau Anoalium ab Exceſſu Divi Auguſti lib. 2. c. 7. conf. ejuſdem Germaniam c. 30. ubi, poſtquam de Alemannis, qui decumates agros exercebant, ſermonem abſolvit: ultra hos, inquit, Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant Et commentator idem his verbis affirmat: Catti concluſi erant inter Salam, Mœnum, Rhenum & Viſurgim: finitimos habebant Hermunduros, Nariſcos &c. Arctius ſolum remanſit Haſſis corrupta ex Cattis voce ita dictis.

(o) Conradi Protucii Celtis, Poëtæ & oratoris inſignis, opinio propoſita eſt tam in Carmine de Situ & moribus Germaniæ, imprimis vero ubi deſcribit Tractum Hercyniæ Sylvæ per Germaniam, Cheruſcorum enim populi finitimi fueruot Catti, quam io libello de origine Norimbergæ. Carmen de Situ Germaniæ inſeruit Simon Scherdius Vol I. German. Scriptor. p. 226 ſeqq libellum vero de origine, Situ, Moribus & Inſtitutis Norimbergæ Operibus ſuis Hiſtoricis addidit Dil. Pirckheimerus, atque ibi c. 3. p. 122. Edit. Francof, an, 1610. f. Cattos pro Heſſis accipit. Sedem Cattorum & ſuccedentium Heſſorum ſimili modo deſcribit Althammerus in Germania p. 216. Evideotiſſimum, ioquiens eſt, Cattorum oram ſuperne Hetticos, Saxones, Toringos, Franciæ portiuncolam & mox Buchonios attingere, & per Heſſos deſcendere in Weſtveliam ad Rhenum uſque & p 217. Catti accoluerunt nemora Toringicum & Hartonem, unde pulſi alioque profecti, in Hiſpaniam puto, ſuccedentibus Toringis atque Heſſis, qui etiam nomen ſuum Cattorum regiooi indiderunt.

(p) Chron. lib. 4. p. 299. ubi clare affirmat: Catti iidem fuot, qui Heſſi. Et paulo infra: PoſſederuotCatti Haſſiam ſuperiorem ſeu Montanam verſus Saxoniam. Huic aſſertioni aſſentitur Cluverius Germ. antiquæ lib III. c. VI. p. 528. his verbis: Regiones dictis Cattorum finibus comprehenduntur iſtæ: Thuringia & Haſſia tota. Item: Antiquum Cattorum nomen retinere nunc Haſſos, haud dubitandum.

(q) conf. cap. 46, ſeu ultimum hujus libri Comment. I. §. I.

à quibus deſcendunt Sroderichei-mii.

ſenam, (r) cujus domini Stodericheimii (s) nomen Stoderanorum etiam nunc retineant.

Aliæ de Stoderanis oarrationes.

§. II. Erphordienſium annales memorant Anno 1268. Stotternheimum firmiſſimum tum omnium Thuringiæ arcium ab Erphordianis expugnatum & ſolo æquatum. Helmoldus lib. I. Chronici Slavorum Cap. 38. (t) Brizanos & Stoderanos Henrici V. temporibus Havelbergi & Brandepurgi habitaſſe. Peucerus (u) Wilinorum & Stoderanorum ſedem ad Berlinum & Brandepurgum fuiſſe, autor eſt.

CAPUT XXXV.

De Omnium Germanorum Parentibus, Tuiſcone, Manno & Svevo.

§. I.

Antiqoiſſima Autor attiogit.

Sed quoniam omnia perſequimur, aut volumus quidem certe omnia perſequi, antiquiſſima etiam non ſinemus intacta. Nini primi Aſſyriorum Monarchæ, qui poſt annos circiter ducentos a diluvio regnavit, & Abrahæ coætaneus fuit, hujus ergo tempora perſequens Beroſus, (w) primum regem & parentem omnium Germanorum nominat Tuiſconem, unde nomen eſt Teutonum. Huic ex filio & Succeſſore Manno, tres tribuunt nepotes, e quibus Engelmannum Danorum, Livonorum, Pruſſorum, Pomeranorum, Holſatorum, & quotquot in Sarmatia Septentrionem verſus habitant, populorum: Hermanum Bohemorum, Miſnenſium, Luſatiorum, Sileſiorum, Saxonum atque Thuringorum: & Eiſemanum ſuperiorum Germanor. qui Rhenum accolunt, parentem faciunt.

Primus Germanorum Rex Tuiſco fuit.

Cujus nepotes,

Hermannus Luſatiorum parens.

§. II. Ac Hermanum, quem Heriwonem alii, Aralio Regi Babylonis σύγχρονον facit Beroſus lib. 5. ita ut inciderit in tempora famis, quibus Joſephus patrem in Ægyptum evocavit. Etſi etiam de rebus adeo antiquis pronunciare difficile eſt, tamen ſi quod habent veri hæ Genealogiæ, Luſatiorum nomen, quod poſterius fuit, & Slavorum eſt, (x) vetuſtiſſimis hujus regionis incolis, quos Svevos & Germanos fuiſſe oſtendimus (y), minus proprie tribuitur & abuſive.

Hic a quibusdam dicitur Herivvo.

Nomen Luſatiorum palmis hujus regionis incolis minus recte tribuitur.

§. III. Tacitus (z) etiam Manno Tuiſconis filio, Germanicæ gentis conditori, tres filios aſſignat, e quorum nominibus Germani Oceano proximi Ingævones, medii Hermiones, cæteri Iſtævones vocantur. Ejus commentator Althammerus (a) Hermiones hodie conjicit eſſe Bohemos, Miſnenſes, Luſatos, Sleſitas, Saxones & Thuringos, quem fortaſſe ſecutus Peucerus, (b) inter gentes, quæ Hermionum apud Plinium (c) ſedes hodie obſident, Luſatios & ipſe diſerte nominat. Hermionum enim h. e. militum generali appellatione, Svevos, Hermunduros, Cattos & Cheruſcos, comprehendit Plinius. (d)

Germaniæ populi fuerunt Iogævones, Hermiones, Iſtævones.

Hermiones, idem ac Heer-Männer.

§. IV. Johannes Marius (e) Belgicus lib. 2. Illuſtrationum Gallicarum & Trojanarum, Hermionem V. Germanorum Regem facit, principem bello paceque feliciſſimum, qui primus militari diſciplina populum

Hermin V. feliciſſimus Germanor. Rex.

(r) Deſcriptionem ejus inveniet B. L. in Groſſeri Memorab. Luſat. Part. III. c. XI. p. 69. conf. ſupra horum Commens. lib. hoc I. cap. 12. §. XI. p. 122.

(s) De vetuſtiſſima & illuſtriſſima hac Luſatiæ inferioris Gente conf. Albini Meißn. Land-Chron. Tit. VII. p. 74. Grünvvaldi richtige Beſchreibung der Ober- und Nieder-Lauſitz, p. 83. & 87. It. Fortſetzung des allgemeinen Hiſt. Lexici p. 438. & Groſſeri L. Merckw. Part. III. cap. 10. §. 4. p. 42. & 53.

(t) Pag. 82. & 83. Edit. Francof. in 4to. an. 1556.

(u) Lib. 4. Chron. p 314.

(w) Antiquitatum lib. 5. In has Commentaria edidit Johannes Annius Viterbienſis, qui lib. 4. idem narrat his verbis: Anno CXXXI. a ſalute ab aquis, prima omnium gentium & civitatum fundata eſt a Saturno Babylonico noſtro, urbs & gens noſtra Babylonica: ab exordio hujus Janus pater, alias Noa, in Europa regem Sarmatiæ fecit Tuiſconem a Tanai ad Rhenum, junctique ſunt illi omnes filii Iſtri & Mœſæ cum fratribus ſuis, ab Adula monte usque in Meſembriam ponticam. Dein libro quinto Beli XXV. Tuiſcon Sarmatas maximos populos fundavit. Hactenus Jo. Annius Viterbienſis, conf. Althammeri Comment. in Tac. Germ. p. 51. Eosdem Germanorum Parentes & primos Reges celebrat Aventinus Annal. Bojorum lib. I. c. V. & VI. p. 11-21. Edit. Lipſ. 1710. f.

(x) Conf. cap. 38. hujus libri primi Comment.

(y) Supra cap. 27. §. 2.

(z) In Germania c. 2. conf. Flor. L. 3. c. 3. Cluver. German. Antiq. lib. I. c. 9. p. 67. 68. Edit. Lugdun.

(a) In Comment. in Tac. Germ. p. 55. & 56. ubi hæc omnia, quæ Manlius in medium protulit, egregie illuſtrat.

(b) qui Chronic. lib. 4. p. 296. hæc verba recitat: Hermionum nomine comprehenduntur Svevi, Hermunduri, Catti, Cheruſci, Nariſci, Marcomanni, Ligii, Arii, Bliſii, Quadi &c. Horum ergo ſedes hodie obſident & incolunt Thuringi, Miſnenſes, Bojemi, LUSATII, Sileſii, pars magna Polonorum, Moravi.

(c) Cajum Plinium ſecundum Hiſtoriæ mundi ſeu naturalis de Germanorum populis lib. 4. c. 14. p. 61. Edit. Baſil. 1530. f. Ibi enim ait: Mediterranei Hermiones, quorum pars Svevi, Hermunduri, Catti, Cheruſci. Pompon Mela lib. 3. ultimos Germaniæ Hermiones vocat. Hi ſunt, colligit Althammerus p. 56. haud dubie Luſatii, Sileſii, Boëmi, Miſnenſes, Toringi, Saxones.

(d) loco modo citato.

(e) vid. de eo la Croix du Maine Bibliotheque de France.

pulum ſuum exercuerit, filium Iſtævonis, nepotem Tuiſconis, Gigantis primi Germaniæ & Sarmatiæ Regis, filii Noah patriarchæ, ex Tirhea gigante.

Ejus Majores.

Conſentit Aventinus. Ejus narratio de Svevo Germ. R.

§. V. Eandem ſententiam & Aventinus (f) ſequitur. Idem Aventinus lib. 1. (g) narrat, Svevo octavo Germanorum Regi, qui Balaco Belochi filio regi Babylonio coætaneus fuit Gambrivii ſeptimi filio, Marſi ſexti nepoti, Hermani quinti regis pronepoti, inter Deos relato, poſteros Sylvam quandam conſecraſſe in iis partibus, ubi nunc Gorlicium eſt & Luſatia, & humano ſangvine litaſſe. Qua de re plura ibidem ex Taciti German (h) (quam vide) ſed hæc hactenus.

Cui conſecratur Sylva in Luſatia.

CAPUT XXXVI.

De Luticiis Luſatiam inferiorem incolentibus.

§. I.

Antiqua Luſatiorum hodiernorum nomina. Primum dicti ſunt Luticii.

NUnc nomenelaturas aliquot, quibus ab Hiſtoricis vetuſtioribus nuocupari creduntur Luſatii noſtri, videbimus Primum autem omnium occurrit nomen Luticiorum, quos Luſatiam inferiorem incoluiſſe de Sententia Peuceri dicebamus. (i) Hos Cranzius quoque Luſatios hodie eſſe exiſtimat lib. V. Saxoniæ Cap. 1. (k) Vandalos enim fuiſſe (Sicipſe Slavos appellat) (l) in ea provincia, quæ nunc eſt Brandenburgenſis Marchia. Tametſi quantum Marchiam concernit, commodius videtur ſentire, quam loqui. Dicere enim volebat, opinor, debebat quidem certe, Marchionibus Brandeburgenſibus parere provinciam illam, id quod de Luſatia alibi (m) quoque affirmat, & nos quomodo & quatenus verum ſit, ſuis locis indicamus. (n)

§. II. Cæterum late patuiſſe Luticiorum nomen, locuples teſtis eſt Helmoldus. (o) Winulorum enim ſeu Winithorum eorum, qui poſt Oderam & Pomeranos ad occidentalem plagam vergant, quatuor populos, nimirum Tholenzos, Redarins ſive Riaduros, Kyzinos & Circipanos a fortitudine Vilzos & Luticos eſſe appellaros, prioresque duos ultra Penim vel Panim fluvium, in confinio ſcilicet Megalopurgenſium & Pomeraniæ, poſteriores cis eundem habitaſſe, & caſtro validisſimo Dimino vel Demino, quod hodie Ducum Pomeraniæ oppidum eſt, in oſtio prædicti fluvii ſitum, hos ab illis ſeparatos ſcribit, cum paulo ante Villos a Pomeranis Odera fluvio diſterminari dixiſſet. Et nominat in terra Luticiorum Rethre urbem antiquisſimam Tholenzorum ſive Redariorum, ubi fanum fuerit celeberrimum, in quo cultum ſit Idolum Redegaſti, regis quondam ejus generis, cum aliis Diis, ſed eam amplius non extare, ad marginem annotavit Schorkelius. cujus opera & ſtudio in lucem editum eſt Chronicon Helmoldi.

quo nomine varii populi ornati ſunt.

Luticiorum metropolis Rethre dicta.

ubi colitur Idolum Redegaſti.

§. III. Lambertus Schafnaburgius (p) in Henrici IV. Cæſaris Hiſtoria, Lunepurgum oppidum maximum Ottonis Ducis Saxonici, qui Magni ab Henrien in vinculis habiei parer fuit, in confinio Saxonum & Luticiorum ſitum ſcribit.

Luticiorum meminit Lambertus Schafnab.

§. IV. Exponit idem Helmoldus libro I. Cap. XXI. p. 48. & 49. quatuor horum populorum bellum inteſtinum ex ambitione Riadurorum & Tholenzorum ortum, qui, cum urbs eorum Rhetre propter fanum illud ab omnibus Slavorum populis frequentaretur, principatum ſibi in Kyzinos atque Circipanos arrogabant. Quibus cum priores bellum intuliſſent, ab iisdem tribus magnis præliis fuſi, implorarunt auxilium regis Danici, nec non Bernhardi Saxoniæ ducis

Luticiorum bellum inteſtinum.

(f) Annal. Bojorum lib. I. c. VI. §. 6. 7. p. 17.

(g) Folio 27. Editionis Germanicæ 1580 Francofurti ad Mœnum f. publicatæ his verbis: den König in Schwaben haben ſeine Nachkommen die Schwaben, auch zum Gott gemacht, und ihm in der Gegend, da ietzt Görlitz und Laußnitzer Land ligt, einen wilden finſtern erſchrecklichen Wald geweyhet, ſeyn allda zu beſtimmter Zeit zuſammen kommen, haben ihn offenbahr mit Menſchen-Blut geehret u. einen Menſch wie einen Ochſen abgethan. Eadem ex Aventino commemorat M. Henricus Abermann, in Appendice Chronicor, Vindobonenſium p. 29. Edit. Francuf. 1692. f. In Aventini Editione latina hujus rei cap. VI. §. 15. p. 18 ubi verba facit de Rege Svevo, nulla fuit mentio. Conf. Grufferum Part. 1. p. 5. (ſub lit. (k)

(h) cap. 9. 10. 39. De religione lucorum, nemorumque conf. Cluverium in Antiq. Germ. lib. I. c. 34. & Alrbammeri Commentar. p. 272. ſeq.

(i) cap. 30. §. I. hujus libel Commentariorum I.

(k) p. 105. Edit. Francof. prelo Wecheliano 1575. expreſſæ, nam ibi hæc enarrat: Saxones invadunt gentem Luticiorum. Luſatios nunc eſſe crediderim. Wandali enim fuere in ea provincia, quæ nunc eſt Brandeburgenſis Marchia.

(l) ſeu potius Vandalus cum Slavis in libris ſuis confundit.

(m) In Præfatione Saxoniæ p. 3. lin. 27. Edit. ſupra citatæ, ubi ait: Pulſis ergo ex Bohemia fluminum accolis, nomina fluurum, ad quæ pridem incolebant, ſecum ut creditur extulerunt, ut qui in proximis regionibus ad Luſentium incoluere, partem Sileſiæ nunc tenentes, quæ Luſatia dicitur, Marchioni parens Brandeoburgenſi, Luſat i dicantur.

(n) Commentar. lib. I. c. 12. 13 14. 15. 16. lib. 4. c 30. lib. V. c. I. §. 8. collato in Delgmate c. 17. p. 92. lib. VI. c. 77 86. conf. Groſſeri Memorab. Luſ. Part. I. p. 31. 130. Part. III. c. 9. p. 40. 41. c. XI. p. 57.

(o) Chron. Slav. c. 2 p. 6. Edit. Schurckelianæ 1556. adornatæ.

(p) In Jo. Piſtorii Scriptorum Rerum a Germanis geſtarum Tomo I. p. 196.

ducis & Godeſcalci principis Obotritorum, quorum hic Miſtiboii, ille Hermanni Bilichii, de quibus libro proximo (q) dicetur, nepotes fuere. Horum potentia in anguſtum redacti Circipani & Kyzini XV. millibus marcarum pacem mercati ſunt. Acciderunt etiam hæc imperante Cunrado ſecundo, Sancti Henrici II. claudi Pabepergenſis ſucceſſore.

Luticiorum & omnium Slavorum Rex. §. V. Godeſcalci Filius Henricus, imperante Henrico V. factus eſt Rex Slavorum omnium, in quibus Luticos etiam expreſſe nominat Helmoldus lib. I. Cap. 37. p. 82. Idem Stoderanos etiam & Brizanos tumultuantes domuit, ut ſequenti capite 38. p. 82. 83. idem Autor narrat. Peucerus (r) Cycinos ad Gucegovium, Circipanos ad Gripsvvaldiam, Wolgaſtum & Sondium, Tolenſios ad Tolenſum amnem Novum Brandepurgum in terra Megalopurgenſi alluentem, Rhedarios intra Panim & Oderam in ducatu Stetinenſi collocat. Urſpergenſis (s) Ottonem Pabepergenſium Epiſcopum cum Pomeranis etiam Luticiæ terræ civitates quaſdam convertiſſe ex Ottonis ipſius conſignatione refert. Ibi quoque Luſatiam intelligi ut credam eo libentius, facit civitatum, (t) quibus Chriſtianam religionem is prædicavit, catalogus, in quo Lubinum etiam recenſetur. Sed de hoc quoque ſuo loco (u).

Luſatiæ civitatibus aliquot prædicatur evangelium.

CAPUT XXXVII.

De Luiticis & Luſatiis.

§. I.

Altera eſt apud Hermannum contractum (vv) & eundem Urſpergenſem (x) aliquoties obvia appellatio Luiticorum, quos nunc Luſatios eſſe Funccius (y) putat & Cranzius (z) quoque, ſi verum eſt, quod ad textum Abbatis annotavit Hedio. (a) Et quæ de trucidato a Luiticis Henrici III. exercitu narrat Abbas, (b) ea diſerte de Luſatiis recitat in Chronico Peucerus. (c) Brotuſus inferiores ſolummodo Luſatios hoc nomine dignatur. (d)

Deinde dicebantur noſtri Luſatii Luitici,

§. II. Cromerus (e) de Luiticis ex Cranzio (f) eadem fere recitat, quæ nos de Luticiis ex Helmoldo modo (g) retulimus, Slavos nimirum eos eſſe citra & ultra Panim flumen habitantes, qui iidem & Vilſi vocentur. Aventinus (h) Saxonum cladem ſub Henrico III. deſcribens, Litzos & Lictitianos vocat. Rhegino ſub Anno 963. (i) Lunſinzanos. Cuſpinianus (k) in Valentiniano Imperatore, inter auxiliares milites Aetii contra Attilam in campis Catalaunicis Liticianos etiam nominat.

Alia nomina vocabulo Luiticis non abſimilia. 963.

§. III.

(q) Seu ſecundo c. V. §. I. & 3. conf. Crantzii Vandalia lib. III. c. 1. 2.
(r) Chron. lib. 4. p. 314.
(s) Qui dictus Conradus a Lichknau & Abbas factus eſt 1215. in Urſperga Monaſterio inter Ulmam & Auguſtam ſito. Verba Chronici p. 283. ſeq. Edit. an 1540. f. ſunt: Anno Dominicæ incarnationis 1124. Otto DEI gratia Babenbergenſ. Eccleſiæ Epiſcopus, divino admonitus inſtinctu, partes Pomeranorum paganorum, cum quibusdam civitatibus terræ Luticiæ aggreſſus eſt.
(t) Nomina Civitatum in Urſpergenſi hæc ſunt: Piriz ſtetin, Vuliogamen, Colberch, Belgrado, Lubingreſch.
(u) Libro III. Commentar. c. 13. Revolve quoque ſupra in Deigmate c. 12. p. 83. ſeq.
(vv) In J. Piſtorii Scriptorum R. G. Tomo I. p. 136. edit Francof. an. 1613. nam ibi hæc verba notata ſunt: Pagani, qui Luitici dicuntur, Viribinam caſtellum in confinio Saxoniæ multis Chriſtianis occiſis & captis, obtinent.
(x) Pag 231. Verba ejus ſunt: Magna cædes a Loiticis in Chriſtianos facta eſt, quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua perierunt.
(y) Jo. Funccius in Chronologia pag. 143. & 144. D. Edit. Witteb. 1570. f.
(z) In Vandalia lib. III. c. 2.
(a) Caſpar Hedio, qui Abbatis Urſpergenſis Chronicon correxit, ab A. 1230. usque ad An. 1538. Paralipomena addidit. Hic ad textum in Editione a nobis allegata annotavit: Alb. Cranzius Luſatios eſſe putat.
(b) Et nos ſub lit. (x) notata exhibuimus.
(c) lib. 4. p. 416. quod paret ex his verbis: In Italia annum integrum commoratus Imperator Henricus III. & rebus omnibus compoſitis, reverſus inſtruxit exercitum contra Slavos Luſatios, a quibus ad internecionem cæſus eſt.
(d) In Chronic. Martisburgenſi lib. I. c. 3. his verbis: Senones, Luitici, Luſuotii, Luſnicenſes ſind die Nieder-Lauſitzer Wenden geweſen.
(e) Libro 3. de Rebus Polonorum p. 46. Edit. Baſileenſ. 1568.
(f) In Vandalia lib III. c. 2. cujus verba ſunt: Per hæc tempora factus eſt magnus motus in Orientali Wandalia populorum, bello inter ſe civili dimicantium. Quatuor autem ſunt populi eorum, qui Luticii ſive Vilſi dicantur.
(g) cap. anteced. 36. §. 2. 4. & 5.
(h) Annal. Bojorum lib. V. c. 9. §. II. p. 516. Edit. Lipſ. 1710. f.
(i) In Jo. Piſtorii Scriptorum R. G. Tom. I. p. 81. nam hæc verba addidit: Eodem anno Gard caſtellum in Italia capitur: apud nos quoque Sclavi, qui dicuntur Lunſoizani, ſubduntur.
(k) Joan. Coſpinianus Theodoſio & Valentiniano p. 126. Edit. Francof. 1601. f. Verba ejus ita ſonant, Convenit Aetius cum Romanis & auxiliaribus militibus, Francis, Saxonibus, Burgundionibus, Liticianis, Armoritianis.

Porro Luſatios dixere veteres Luſicos, Luſuncios, Luſnicenſes, Licicavicos

§. III. Luſicos etiam olim dictos eſſe Luſatios ex eodem Cromero (l) colligitur. Quod ipſum quoque nomen inferioribus tantum Luſatiis tribuit Brotuſus, (m) ſicut & Luſunciorum, Luſnicenſium & Licicavicorum. Quorum poſtremos tamen a Luſatiis diſcernere videtur Cromerus, (n) a quo modo Licavici, modo ex Witichindo (o) Saxone Licicavici adpellantur.

Lutycos.

§. IV. Lutyci nominantur in Diplomate Johannis XIII. P. M. quod confirmationem Eccleſiæ Miſnenſis continet in terminis ejusdem eccleſiæ. Exemplum extat in Annalibus Miſnenſibus ſub anno 958.

Luticenſes.

Ditivoniæ & Luticenſium mox fiet mentio. (p)

Luſatos, Luſatiæ variæ apellationes, ut Lauſnicia, Luſnitza, Luſitia, Luſatia.

§. V. Sed ex recentioribus quoque non eadem omnes utuntur inflexione. Luſatos Johann Cochlæus vocat Lib. I. Hiſtoriæ Huſſiticæ, & Althanmerus ſemel: (q) De Luſanis poſtea (r) audiemus. Lauſniciæ apud Pirckeymeerum (s) legitur vocabulum, Luſnitzæ apud Münſterum, (t) Luſatiæ apud Aventinum. (u) Nec deſunt qui Luſitiam dicant, ſi Cromero fides. (w) Nos populares noſtros Luſatios, patriam Luſatiam, ut hactenus ſemper, ita poſtea quoque ubique vocabimus.

CAPUT XXXIIX.

De

Origine nominis Luſatiæ.

§. I.

Occaſio nomen Luſatiæ inveniendi.

PORRO (x) Luſatiis nomen feciſſe Luſuntium, Bohemiæ amnem, Æneam Sylvium (y) teſtem laudans Crantius (z) ſcribit. Cum enim tres ſint ejus terræ fluvii, quos Multavia receptos in Albim ſecum devolvit, Saxona nimirum, qui Æneæ Saczania, Dubravio Saſava eſt, Luſuntius vel Luſnitius Taborum & Miſa Pilſnam alluens: credibile eſſe ait, pulſos inde a Marcomannis Boios nomina fluminum, ad quæ pridem incoluiſſent, ſecum extuliſſe: Ut Luſuntii accolæ, qui in proximis ad Bohemiam regionibus conſediſſent, Luſatii dicerentur, ſicut qui ad vicina his loca tranſiiſſent, Miſæ accolæ, Miſnenſes etiamnum appellentur, & ultra hos progreſſi Saxonæ accolæ, Saxones.

Epicriſis.

§. II. Sed de poſterioribus duabus gentibus Germanicis forte a vero non fuerint hæc aliena. De Luſatiis (a) autem quæ adfert, ea qualia ſint, examinabimus alias accuratius. (b)

CAPUT XXXIX.

De

Luſatiis, quod ſint gens Slavica.

§. I.

Luſatii ſunt gens Slavica.

JAm ex iis, quæ dicta ſunt hactenus, ſatis conſtare puto, Slavicam gentem eſſe Luſatios, accedente etiam Cromeri (c) calculo, qui inter maximas & fortiſſimas gentes, quæ in natione Slavorum etiam nunc cenſentur, eademque lingva utuntur, Luſatios quoque numerat loco neutiquam póſtremo.

Hinc referuntur ad ſuos conſangvineos h. e. Polonos.

§. II. Qua gratia & in Lipſica Academia, quæ ad exemplum Pragenſis, cujus quaſi colonia quædam eſt, in quatuor nationes Miſnicam, Saxonicam, Bavaricam & Polonicam dividitur, non ad Germanos, ſed conſangvineos ſuos Polonos pertinent.

A Slavis ortum nomen Sluborum ſ. Schlüben.

A Slavis defluxiſſe videtur Sluborum nomen, quo Luſatiæ inferioris incolas Marchiæ Brandenburgenſi conterminos hodie a quibusdam deſignari ſcribit Wolffgangus Juſtus. (d)

T CAP.

(l) Libro II. in vita Leſci III. p. 25. de Rebus Polon.
(m) vid. ſupra notam ſub. lit. (d)
(n) Libro III. in vita Miecislai p. 35. de Reb. Pol.
(o) Lib. 3. de Geſt. Sax.
(p) cap. ſeq. 44. §. 1.
(q) In Comment. ſæpe allegat. pag. 272. ubi & nomen Luſatiæ bis occurrit.
(r) cap. 45. §. 1.
(s) In operib. Hiſtoric. p. 102. Sub Sennonibus habitabant Hingi: nunc pars eſt Lauſniciæ.
(t) Lib III. de Germania p. 1172. ſub numero XIX. Edit. Baſil. an. 1598. f.
(u) Annal Bojor. lib. III. c. 1. §. 4. p. 214. Edit. Lipſ. 1710. f. Rex Alaricus Sileſiam, Luſatiam & finitimas regiones deſerit.
(w) Lib. II. p. 25. vid. ſupra in Deigmate c. 1. §. 4. p. 76. 77.
(x) Ad hoc cap. illuſtrandum conferatur & revolvatur hoc lib. I. Comment. cap. 30. §. 2 & ſupra in Deigmate Manlii cap. 1. §. 1. 2. p. 76.
(y) In Hiſtoria Bohemica c. 1. p. 82. Edit. Baſil. 1571.
(z) In Saxoniæ Proœmio pag. 3. Edit. Francof. 1575.
(a) Luſatia dicitur a Luza i. e. lacus, Pfütze, See, voce Sorabica Bohemi dicunt Lauſ, unde nomen Germanorum Lauſitz.
(b) cap. hujus libri I. ſequenti 41. §. 1. 2. 3.
(c) Libro I. de Rebus Polonorum c. 1. p. 1. & 21.
(d) In Deſcriptione urbis Francofurti ad Oderam cap. I. p. 3. Edit. tertiæ 1706. Conf. Becmanni Acceſſiones Hiſtor. c. 3. §. 5. Groſſeri Memorabilia Luſat. Pars III. p. 51.

CAPUT XL.

De

Luſatia, quod non ſit pars Sileſiæ.

§. I.

Luſatia non referenda ad Sileſiam.

SIleſiorum (e) nomine vulgo cenſentur Luſatii, credo ob regionum viciniam, falſo tamen, cum & diverſa hæc ab illa natio, & marchionatus ſit Luſatia, ut poſtea (f) patebit, a Ducatibus Sileſiæ diſtinctus. Franciſcus Pancratius Vulturinus Cervimontanus Eremita, Panegyrico

1506.

Sileſiæ, quem anno 1506. cum Patavii Antenoris Studiorum cauſa ageret, edidit, Gorlicii & Sittaviæ meminit inter urbes Sileſiacas his verſibus: (g)

Pancratii error.

Gorlica quis lacero diffudit viſcera Marte?
Sittica quis minuit? quibus eſt fortiſſima bello
Virtus: invadens adverſas impete turmas,
Urbes quis reliquas potuit devincere terror?

Cum quo errant ipſi Luſatii.

Vulgi errori eruditos etiam e media Luſatia oriundos ſuffragari, miror. Sileſios enim ſe appellant Michael Neander Soravienſis, (h) Adamus Schröterus Sittavienſis (i) & alii fortaſſe plures.

Dubiorum quorundam reſolutio.

§. II. Ac alter quidem Gorlicium quoque, ſi diis placet, Sileſiæ urbem facit, in præfatione Tryphiodori ſui, quem Senatui Gorlicenſi nuncupavit. Nam quod apud Garzonem (k) Johannes Brandenburgenſis inquit, Luſatios etiam Miſnenſes eſſe, id de ditione intelligendum eſt, qua hi & illi iisdem tum principibus, nimirum Marchionibus Miſnenſibus parebant. Quo pacto Cochlæus (l) etiam ſcribit, Fridericum Saxoniæ Electorem & Marchionem Miſniæ &c. Luſatiæ etiam parti præeſſe. Et Ritheymerus, (m) Luſatia, inquit, regiuncula, quamvis Bohemorum ditioni parens, tamen & ipſa Saxoniæ tribuitur.

CAPUT XLI.

De

Hodiernis Luſatiis, quod ſint Germani.

§. I.

Hodierni Luſatiæ incolæ ſunt Germani.

SLavos autem cum dico Luſatios, de priſtinis incolis loquor, quorum adhuc nomen retinet Luſatia. Nunc enim a Germanis hæc habitatur, ſicut & vetuſtiſſimis temporibus habitatam fuiſſe ſupra (n) oſtenſum eſt.

ſicut vetuſtiſſimi fuere,

Unde & Garzon initio lib. 1. (o) regionem, Cromerus partem vocat Germaniæ, inferioris nimirum, Cremiandro teſte, (p) quam (q) ſecundam nominat Ammianus Marcellinus, & baſſam etiam vocatam annotavit Althamerus, (r) barbare tamen Autore Bebelio (s).

medii incolæ fuere Slavi, qui extirpati.

Quando verò extirpatis maxima ex parte Slavis, Germanos rurſum colonos acceperit, alibi (t) dicetur.

Luſatii recentes pro Slavis non habendi,

§. II. Quare recentes Luſatii pro Slavis habendi non ſunt, præſertim oppidani, minime omnium autem ſuperiores, apud quos ne a manuariorum quidem opificum collegiis admittitur ullus ſine natalium genuino Germanicorum teſtimonio. (u) Nec magis Slavicæ ſumus originis, quam vel Miſnenſes, vel Marchiani, vel Pomerani moderni, aliive Germani, quorum a Slavis occupatas quondam conſtat & poſſeſſas aliquandiu terras.

licet Slavorum nomen ſc. Luſatiæ fuerit retentum,

§. III. Atque ideo, etſi Luſatiorum nomen, quod regioni inhæſit, nequaquam repudia-

(e) Pertinent huc imprimis Seburzfleiſchii Verba, quæ in Diſſertatione ſua de Luſatia huic Collectioni quoque inſerta §. 6. recitat, conf. ſupra lib. 1. Comment. cap. 1. §. 2. p. 107.
(f) Libro II. Comment. cap. 9. §. 1.
(g) Integrum panegyricum, dum curioſo Lectori non invidere voluimus, infra exhibemus.
(h) Apud G. Matthiam Königium in Bibliotheca vet. & nova ſequentia de eo annotata ſunt: Michaël Neander Soravia-Sileſius, natus eſt 1525. Ilfeldenſi Scholæ 40 annos præfuit, Coluthum, Tryphiodorum & Conitum latine tranſtulit. vid. infra Comment. L. VII. c. 23. §. 1.
(i) Poëta laureatus & Philoſophus. Vid. infra Comment. lib. VII. c. 28. §. 5. 6. conf. Carpzovii Analecta F. Z. Part III. c. VII. §. 5. p. 136.
(k) Supra lib. I. c. 3. §. 6. p. 38. Edit. quam nunc adornatam ſiſtimus.
(l) Johannes Cochlæus in Commentariis Hiſtoriæ Huſſit.
(m) vid. ſupra Comment. lib. I. c. 1. §. 2.
(n) Cap. 27. §. 1. hujus lib. I. Comment.
(o) Et juxta Editionem noſtram, quam Manlio præmiſimus. cap. 1. §. 1. pag. 35.
(p) In Chronico MST. urbis Laubæ a nobis ſupra c. 5. libri I. p. 613. laudato.
(q) Germaniam inferiorem ſecundam nominat Ammianus Marcellinus, nam hic ſub Impp. Gratiano & Valentiniano florens lib. 15. Hiſtoriarum ſcribit: ſecunda Germania ab Occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita civitatibus amplis & copioſis.
(r) In Comment. in Tacit. German. p. 5. ubi dicit: Germania ſecunda audit das Nieder, Teutſchland. Semi Docti Baſſam vocant.
(s) Henrico Bebelio, qui claruit 1490. compoſuit librum de potentia & amplitudine Imperii Germanici, qui inſertus eſt Volumini I. Scriptorum German. Simon. Schardii p. 108. ſqq. Pag. 2. Tom. I. Scriptorum Sim. Schardii idem vocabulum expoſitum obſervavimus.
(t) Cap. ſequentibus 42 & 43. nec non Comment. lib. 2. c. 9. & 14.
(u) Ita & Pruſſus Polonum non admittere, notavit Frencelius ex Cromero in margine ſui exempl. latini.

pudiamus, vel potius libenter uſurpamus, in Slavicæ tamen gentis nunc quidem non admodum laudatæ cenſu haberi nec volumus, nec poſſumus.

CAPUT XLII.

De

Iis, quæ a Luſatiis ſunt geſta a tempore Caroli Magni, usque ad Henricum Aucupem.

§. I.

De Luſatorum rebus ante Henricum I. nihil fere ſcriptum eſt.

HIs ita de regione ipſa, primisque ejus incolis præmiſſis, nunc ad res geſtas (w) Luſatiorum ſtilo noſtro perſequendas, accingamur. Earum autem ante Henricum I. Aucupem, nihil quicquam fere memoriæ proditum reperi hactenus. Ut hic quoque queri liceat cum Horatio: (x) Vixere fortes ante Agamemnona multi, ſed omnes illacrumabiles urgentur, ignotique longa nocte, carent quia vate ſacro.

Quæ Protuſus referat.

§. II. Protuſus (y) paſſim refert, Carolum magnum victo Saxonum rege Witichindo pacataque Saxonia, filium ὁμώνυμον, quem Cromerus Martinum Gallum Munachum & Johannem Dlugoſſum (z) Polonicarum rerum ſcriptores ſecutus, nothum (a) facit contra Aventinum, (b) cum exercitu contra Sorabos intra Salam & Albin, ubi Miſnia eſt hodie, degentes, quod ſibi dicto audientes non eſſent, miſiſſe: quos ille ſubactos ad religionem Chriſtianam ſuſcipiendam magna ex parte adegerit. Qui vero Chriſto nomina date detrectaſſent, eos trans Albim in Luſatiam, & ulterius in Venedorum regnum, de quo Lib. II. cap. 1. & 2. dicetur, ab illo eſſe ejectos.

Venedorum regnum.

§. III. Ac collocaſſe in Sorabia Carolum milites ſuos Francos, Rhenanos, Svevos, Bavaros & Saxones quoque, a quibus, qui hodie Miſniam inhabitant, Germani propagati ſint. Cauſam belli hanc affert Cranzius (c): Saxones Viſurgim transgreſſi tractum illum, ejectis Slavis, occuparant. Eam gentilium ſuorum injuriam indigne ferentes Sorabi, facta manu valida, in Saxonum & Turingorum fines excurrere populabundi. Ad hos igitur reprimendos ait miſiſſe Carolum duces ſuos (nam filii non meminit) cum Saxonum, quorum ditiones vaſtabantur, auxiliis.

Carolus M. in Sorbis collocavit milites.

Cauſa belli a Carolo M. geſti.

 §. IV.

(w) Easdem perſequuntur in his ipſis R. L. Scriptoribus Peucerus in Idyllio juxta noſtram Editionem ſupra p. 58. N. 115. ſeqq. Manlius in Deigmate cap. 5. §. 10. & 11. p. 81. cap. 19 § 2. p 99. Sagittarius in Hiſt. Luſat § 14 15. Mirus in Oratione de Rebus Luſatorum. Kuntſchke in Diſſertatione de Luſ. ſecunda Sect. V. Haugvviz. in Prodromo Luſat. cap. 7. Prolixiſſime omnium de Luſatorum Geſtis commentatur Groſſerus Part. I. p 6. ſeqq. & Frencelius in Hiſtoria de Populis Luſatiæ cap. 18. & 19.

(x) Libro 4. Carminum Oda IX. ad Lollium pag. 212. Editione Francof. anni 1704. in 8vo cum Comment. Jo. Minellii, qui verba Horatii ita plana facit: Vixere viri magnanimi ſeu fortes ante Agamemnona, qui Græcorum Dux ab Homero fortiſſimus deſcribitur, multi, ſed omnes, propter quos in bello cæſos nemo lacbrymat, quos nemo lachrymis decorat, ut loquitur Ennius, ἀκλαυστοι, illacrymabiles, incogniti urgentur, ignotique longa nocte, carent quia vate ſacro h. e. Poeta, a quo egregia ſua facta memoriæ mandarentur.

(y) In Chronico Martirb. c. 9 ubi ita ſcribit: Nachdem über viele Jahre Carolus Magnus das Land derer Sachſen und darnach die Serben-Wenden im Lande zwiſchen der Elbe und Sala, welche ſich dem Römiſchen Reiche widerſetzig gemacht, überwunden; ſo hat er gar viel Wenden in Luſatiam vertrieben, cap. vero 14. hæc narrat: Zuletzt ſind die Sorabi von des Kayſers Caroli M. teutſchen Krieges-Volcke aus Sorabia an der Sala in die Marck zu Luſatz über die Elbe und ferner vertrieben. Item: Es iſt zu wiſſen, daß Carolus M. nachdem er in Nieder Sachſen an der Elbe alle ſeine Sachen ausgerichtet und Friede gemacht, ſeinen Sohn Carolum den Elbſtrom und die Sala hinauf in der Serben-Wenden-Land, zwiſchen der Sala und Elben geſchicket, dieſelben unterthänig gemacht, und zum Chriſtlichen Glauben gebracht, welche aber den Glauben nicht annehmen wollen, in das Wendiſche Königreich und in Lauſitz über die Elbe vertrieben, und Kayſer Carolus hat das Land zwiſchen der Sala und Elben, mit ſeinem teutſchen Krieges-Volck beſetzt. Das Wendiſche Königreich iſt dazumahl geweſt die alte Marg zu Soltwedel, die neue Marg zu Brandenburg, das Land zwiſchen der alten Marg zu Soltwedel und bey den Städten Roſtock, Sunde und Wißmar gelegen, und die Hertzogthümer Mechel-Burg, Rugis, Pommern und Caſſubeo.

(z) Jo. Dlugoſſum ſ. Longinum in Hiſt. Polon. lib. 1. column 65. Edit. Lipſ. 1711. dicentem: Nonnulli aſſerunt, Leſzkonem in prælio cum Cæſare Carolo M. inito victum & occiſum eſſe, ita enim reperi, Martinum Gallicum de eo ſcripſiſſe. Anno 805. Imperator Carolus miſit Carolum, filium ſuum in Poloniam, qui Ducem terræ illius occidit.

(a) Libro II. de Rebus Polon. in Leſco II. p. 24. ſibique aſſentientem habet Anton. Bonfinium Rer. Hungar. Decad. I. lib. IX p. 98. Edit. Colon. 1690. f.

(b) Annal. Bojorum lib. 4. c. V. §. 23. p. 316. Edit. Lipſ. ao 1710. In Verſione vero Germanica lib 4 p. 284. & 285. Edit. Francof. an. 1580. f. ubi hunc Carolum Caroli M. filium vult eſſe legitimum.

(c) In Saxoniæ lib. II. c. 2. lin. 40. ſeqq. p. 30. Edit 1575. f. Imprimis vero c. 13. lin. 5. p. 38 & c. 22. lin. 42. ſeqq. eandem Hiſtoriam his repetit: Quum Wedekindus de Caroli M. egreſſu certior factus Saxones ſuos ad rebellionem concitaret, interim Sorabi (gens eſt Wandalorum intra Salam & Albim fluvios) indigne ferentes, quod Saxones Viſurgim transgreſſi, congentiles ſuos ejecerint, habitata & occupata eorum regione, armatum exercitum in fines Saxonum & Turingorum duxerunt, ubique vaſtabundi ingredientes. Carolus Duces ſuos immiſit, qui gentem illam repellerent, ſumto ex Saxonibus, qui vaſtabantur, armorum auxilio.

Fluviis Albi & Salæ præſidia imponuntur.

§. IV. Blondus, (d) Bonfinius (e) & Peucetus (f) eo ipſo tempore Albi & Salæ fluviis præſidia contra Sorbienſes Slavos ſeu Sorabos a Carolo Caroli Magni filio legitimo, quem Germaniæ (g) regem facit pater, impoſita eſſe, memorant, rege eorum Miloducho cæſo. Etſi autem, utrum veteres quoque Scriptores Luſatiæ hic nominatim mentionem faciant, haud nihil ambigam (fieri enim poteſt, ut locorum conjectura ductus Brotufus de ſuo hoc addiderit) id tamen inde colligitur veriſimiliter, non eſſe tentatos armis Caroli M. qui ultra Albim fuere, Luſatios. (h) Tametſi Eginhardus, qui vitam

Veroſimile eſt, Luſatios non eſſe tentatos Caroli M. armis.

(d) Decad. 2. Hiſtoriarum lib 2.

(e) Rerum Hungaricarum Decad. I lib. 9. p. 98. Edit. Colon. 1690. f. ubi ita: Redintegrato bello, Slavi Sorbienſes, qui Albis fluvii accolæ ſunt, & Boemi rebellant. Carolus minor, parentis imperio, coactis ex Bavaris, Burgundionibus, Alamannisque auxiliaribus copiis, in Surbienſes proficiſcitur quos vi expugnatos ad obſequium redegit. Ne facile quidem rebellarent, duo Salæ Albique fluminibus præſidia impoſuit,

(f) Chron. lib. 4. p. 327. Edit. Witeb. ao. 1572. cujus verba quoque libuit excerpere: Poſt everſum regnum Bojorum, Carolus ſuſcepit expeditionem in Sorabos, qui eam regionem, quæ nunc eſt gentis Miſorum, ad montes Sudetos & ad Albim ac Salam flumina tenuerunt. Sic quoque eſt in Annalibus Regum Francorum Pipini, Caroli M & Ludovici ab Anno poſt Chriſtum 741-788 collectis & Vitæ Caroli ab Eginhardo ſcriptæ Lipſiæ 1616. in 4. junctis, quorum Verba ex fide ponimus: Ao. 806. Carolus Carolum filium ſuum in terram Slavorum, qui dicuntur Sorabi, & ſedent ſuper Albim fluvium, cum exercitu miſit, in qua expeditione Miliduoch Slavorum dux interfectus eſt, duoque caſtella ab exercitu ædificata, unum ſuper ripam fluminis Salæ, alterum juxta fluvium Albim. conf. Aventini Annal. Bojorum lib. 4. c. VII. §. 1. p. 318. Edit. Lipſ. 1710.

(g) Conſtat enim inter omnes, Carolum M. ex Auguſta Conjuge Hildegarde tres filios tuliſſe, Carolum nempe, Pipinum & Ludovicum, inter quos imperium ita dividi placuiſſe, ut Carolo Germania ceſſerit, conf. eundem Aventinum lib. citat. c. VI. §. 25. 26. 27. p. 316.

(h) Hic locus eſſet ventilandæ quæſtionis: Num Carolus M. copias unquam trajecerit Albim in Luſatiam? At noſtro quidem judicio Vetuſtatis vitio hic nihil certi in medium proferre licebit. Adeoque in animo eſt, banc rem nec affirmare, nec refellere, ſed diſcrepantes tantum Autorum ſententias recenſere. Manlius veriſimiliter id negandum autumat, & Frencelius in Hiſtoria de populis Luſatiæ c. 18. §. 5. prorſus negat, contra Gruſlerum Lauſ. Merckw. Part. I. pag. 6. Ducem illum famoſiſſimum Rolandum cum copiis Carolingis advenisse in Luſatiam anno 776. Citat ibidem omnes Autores ſerram hujus contentionis reciprocantes variisque argumentis evincit hoc eſſe certiſſimum, quod Carolus totam Sorabiam & in ea quoque noſtram patriam in ſuam poteſtatem redegerit. Ut ita nos cum his ſentiamus, animus inclinat, cum omnes Autores in eo mirifice conſentiant, Carolum M Albim modo, ut vocant, inferiorem tranſiiſſe exercitumque miſiſſe in terras Pomeranas. Qui vero ad quæſtionem banc affirmando reſpondere non erubeſcunt, provocant

(1) Ad ipſum Eginhardum, cujus verba recitabimus ſub lit. (i) quibus vero Manlius in hoc ipſo §. contradicit.

(2) Ad Annalium Rerum Francicarum p. 104. Verba, quæ hæc ſunt: Eodem anno (805.) miſit Carolus M. exercitum ſuum cum filio ſuo Carolo in terram Slavorum, qui Behemanoi vocantur, qui omnem illorum patriam depopulatus, ducem eorum nomine Lechonem occidit. Ex verbis: omnem patriam depopulatus, colligunt, quod, ſi in ſenſu Grammatico ſumerentur, etiam Luſatia ceu pars patriæ Slavorum, a milite Carolino devaſtata ſit, adeoque is hanc regionem ingreſſus ſit.

(3) Ad Annales Fuldenſes Edit. Freher. Tom. I Rerum German perhibentes: Anno 789. Carolum per Saxoniam iter facientem veniſſe ad Albim fluvium habentem in exercitu ſuo Francos, Saxones, & Sorabos, procul dubio & in Miſnia & Luſatia conſcriptos.

(4) Ad Aventinum, qui Annal. Boj lib. 4 c. VII. §. 31. p. 328. Carolum Francorum imperio adjeciſſe Saxoniam, Venedorum atque Slavorum nationes ferociſſimas & valentiſſimas: Sorabos, Zechos, Moravos, Luſatios & Sileſios ſcribit, quod non niſi armorum vi, quæ illis intulerat, factum credendum.

(5) Ad D. Hermannum Conringium in Opere de Finibus Imper. German. lib. I. c. 2. p. 9. & ſeq. Edit. Francof & Lipſ. an. 1680. qui ex verbis Eginhardi in vita Caroli M. liquido conſtare conjicit: inter devictos Sorabos & Miſnenſes & Luſatios referendos eſſe. Sed non devinci potuiſſe, ſibi perſuadent, niſi exercitum huc miſiſſet.

(6) Ad David Peiferum Lipſiæ ſeu Originum Lipſienſium lib. I. p 65. Editionis Rechenbergianæ ao. 1689. in 8vo. Carolus filius prope fines Duringicos erat, cum fama affertur, Sorabos ad arma convolaſſe, ut cum Francis manus conſererent. Hoc nuncio allato, Carolus ne ullam dimicandi moram faceret, exercitum recta ad hoſtes duxit. Ubi in conſpectum eſt ventum, utrumque agmen prælio ſe expedivit, ſignisque collatis concurſum fuit. Nec diu robora & vires Francorum, Saxonum & Duringorum Sorabi ſuſtinuere, diminuebat ipſorum animos Ducis Mildicochi caſus. Ex his non levi conjectura convinci poſſe exiſtimant, futurum fuiſſe, ut Carolus junior, cum jam prope fines Turingicos & Miſnicos eſſet, poſt cæſos & fugatos Sorabos, Miſnicos & Luſatios, ad vindicandam illam injuriam noviter illatam Albim non procul a caſtro Dreſda tranſierit & noſtras terras depopulatus fuerit, imprimis cum jam dudum Carolus Imp. omnes Sorabos a fluvio ad Quiſſum usque ſubegiſſet eorumque Marchionem Witterkindum magnum conſtituiſſe, præterea quoque ejusdem Caroli M. auſpiciis urbs Budiſſa, extructa fuiſſet, quod enarrat Frencelius in Hiſtoria de Populis Luſatiæ c. 18. § 10. contra Paucerum in Idyllio ſupra pag. 58. III. & ſeqq. qui originem hujus urbis cuidam Bohemo vindicat, his verbis: Bey habender Ruhe hieſigen Ortes ließ höchſtgenannter Carolus M. in der Ober-Lauſitz zu dem Schloſſe Ortenburg, das bißher 150 Jahr nur wenige Häuſer um ſich gehabt, die Stadt Budißin in den Umfang, wie ietzo ihre inwendige Mauren ſtehen, aufbauen.

(7) Ad Antonium Weckium in der Beſchreibung der Veſtung Dreßden c. III. p. 12. ubi hæc recitat: Nachdem Kayſer Carl der Groſſe die Sachen im Sorben-oder Meißner Land verſichert wuſte,

daß

vitam Caroli M. conſcripſit, (i) eumque dominum ac nutritorem ſuum appellat, omnes barbaras ac feras nationes, quæ intra Rhenum ac Viſtulam, Oceanumque & Danubium poſitæ, lingva quidem pene ſimiles, moribus vero atque habitu valde diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuiſſe Carolum ſcribit, ut eas tributarias effecerit.

Credibile tamen, quod tributarios effecerit.

§. V. Diſerte etiam (k) eos Slavos, qui Gallorum conſvetudine Vilſi, propria vero lingva Veletabi dicuntur, Auſtrale littus ſinus Codani ſive maris Germanici tenentes a Carolo una expeditione, in qua Saxonum quoque auxiliares copiæ, quanquam ficta & minus devota obedientia militarint, ita contuſos ac domitos eſſe perhibet, ut deinceps imperata facere non renuerent. Addit Urspergenſis (l) factum hoc anno 789 Albimque tunc duobus pontibus a Carolo fuiſſe junctum, & altero quidem ex utroque capite vallo & turri munito. Sed de his ſatis vel nimium etiam fortaſſe.

Domuit quoque Slavos Vilſos ſ. Veletabos dictos.

Quando hoc factum.

CAPUT XLIII.

De Bellis Caroli M. in Luſatia usque ad Ludovicum.

§. I.

Aventinus (m) decimum bellum a Carolo Magno circa Annum 789. (n) contra Slavos Vilſos, in Luſatia & Marchia Brandeburgenſe, quam nunc ſic vocant, degentes ſuſceptum ſcribit. Illuc enim Carolum ipſum profectum ſtructis duobus ſuper Albi pontibus. Cumque Princeps Slavorum, deditione facta feudum ab eo accepiſſet, in Poloniam ad Viſtulam usque perrexiſſe omnemque Slaviam ſibi dicto audientem feciſſe. Demum quartum bellum anno 806. (o) geſtum per filium Carolum, a patre in Marchiam Miſnenſem, ut nunc vocant, contra Zetbos Slavos miſſum. Horum ducem Miloduchum a Carolo Filio ad Albim acie cæſum. Duo etiam oppidula firmiter munita

Caroli Magni bellum contra Slavos Vilſos decimum. 789.

Ipſe Carol. proficiſcitor in Luſatiam, Marchiam Brandeb. & Poloniam.

806. Carol M. bellum 14. in Miſnia per filium geſtum.

daß er ietzo die nechſtangelegene und ihm gleichfalls widerſpenſtige Miſener-Wenden, ietzo Ober-Lauſitzer, fürnehmlich aber die benachbarten Böhmen befriegen konnte, ſo veranlaſſete es ihn gleichſam an die Gräntze gegen das Land Budiſſin und Königreich Böhmen zu gehen. Hæc ſi non ingenio, ſed aliquo probatæ fidei monimento ſcripſiſſet, nos ipſi herbam daremus. Rhegino vero, ex ad quem provocaſſe Weckius vulgo creditur, ne unico quidem verbo hujus rei mentionem injicit. Sed quorſum attinet omnes omnium opiniones perſequi?

(i) Quamvis judice Sigeberto tanto meliore fide retulit, quanto familiarius ceu gener & Scriba adjuratus Carolo adhæſit. Ex ea igitur p. 19. Edit. lipſ. in 4. An. 1616. Typis & Impenſis Henningi Groſſii Senior: vel ideo non fruſtra erit repetere ipſa verba, quæ Manlius accurate huic capiti & § commodavit, ut vivo exemplo comprobemus, Manlium non ſpernandæ fidei eſſe Hiſtoricum. Certe hic nihil ſcripſit, nihil probavit, quod non ab aliis Autoribus bonæ notæ probatum legit. Imprimis ipſi iſte honor eſt habendus, quod omnia, quæ Res Luſaticas uspiam vel explanant vel aliquantulum modo attingunt noverit, collegerit & in hos Commentarios ſummo ingenio, judicio ſubacto ac maturo congeſſerit. Dignus ſane, ut, qui ne nomine quidem hactenus cognitus fuit conficientibus Hiſtoricorum indices, impoſterum locum occupet inter viros de hiſtoria patriæ meritiſſimos. Id quod annotaſſe juvabit contra eos, qui principem hunc inter Scriptores Rerum Luſaticarum variis convitiis proſcindere non ſunt veriti. Verba autem Eginhardi hæc ſunt: Deinde Carolus M. omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum ac Viſtulam fluvios, Oceanumque & Danubium poſitæ, lingva quidem pene ſimiles, moribus vero atque habitu valde diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit; inter quas fere præcipui ſunt Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boëmanni, cum iis namque conflixit, cæteras, quarum multo major eſt numerus, in deditionem ſuſcepit. Eadem verba allegat Cromerus in Leſco III. p. 24. 25. ita ut hujus Scriptoris Polonici recenſio hoc caput & argumentum Luſaticum egregie illuſtret. Certe illud evolviſſe B. L. non pœnitebit.

(k) Idem Eginhardus in vita Caroli M. p. 15. Edit. a nobis citatæ dicit: Motibus belli Bojarici compoſitis, Slavis, qui noſtra conſvetudine Wilſi, propria vero, h. e. ſua lingva Walatabi dicuntur, illatum eſt bellum: in quo & Saxones velut auxiliares inter cæteras nationes, quæ regis ſigna juſſæ ſequebantur, quanquam ficta & minus devota obedientia militabant. Littus auſtrale Slavi & Aiſti & aliæ diverſæ incolunt nationes, inter quas vel præcipui ſunt, quibus tunc a rege bellum inferebatur, Welatabi, quos ille una tantum, & quam per ſe geſſerat, expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minime renuendum jud carent, conf. Chronic. Rheginonis lib. 2. anno 808. 809. 810. p. 36. ſeqq. in Jo. Piſtorii Tomo I. Scriptorum Rerum Germanic. Edit. Francof. 1613. Anton. Bonfin. Rerum Ungar. Decad. I. lib. X. p. 93. Edit. Colon. 1680. f.

(l) In Chronico ſuo p. 186. Annalium Rerum Francicarum a Carolo geſtarum p. 82. quos vita Caroli M. junctos ſupra diximus, verba de his pontibus hæc ſunt: Imperator comparato ingenti exercitu, Rhenum apud Coloniam trajecit; inde per Saxoniam iter agens cum ad Albiam perveniſſet caſtris in ripa poſitis amnem duobus pontibus jungit, quorum unum ex utroque capite vallo munivit & impoſito præſidio firmavit. Cranzius in Vandalia lib. II. c. 23 & in Saxonia lib. 2. c. 16. p. 39. Edit. Francof. an. 1575. eadem refert. En itaque B. L. Scriptorum conſenſum, rerum a Manlio recenſitarum fundamentum. Semper quoque idem eſt, ut hic, ita omnibus in locis, ſimo, quæ refert, ſtant ſalo.

(m) Annal. Bojor. lib. 4. c. VII §. 1. 2. 20. 21. 43. 51. p. 3. 18. ſeq. In Germanica Aventino lib. 4. fol. 283. & 285. quem hic ſecutum eſſe Manlium, obſervavimus.

(n) Conf. Rhegino hoc anno lib. 2. p. 30. 31. ubi hæc legimus: Rex Saxoniam ingreſſus, usque Albiam fluvium venit, ibique duos pontes conſtruxit, & inde progreſſus Slavorum fines intravit & Slavos ſuo dominio ſubjugavit.

(o) Vid. iterum Rhegino eod. anno p. 35. lib. 2. Tomo I. Piſtorii Scriptorum Rerum German.

Muniuntur Naumburg. & Dresda.

nita Naumburgum & Dresdam ad Salam & Albim ab eodem condita.

Caroli M. Succeſſores in Sorabo rum terris plurima bella concitant.

§. II. Idem Aventinus (p) plurima commemorat bella a poſteris Caroli M. Imperatoribus & Bavariæ regibus contra Slavos in Moravia, Bohemia, Miſnia (hos Sorabos vocat) & Marchia Brandenburgenſi habitantes geſta, a quibus haud dubie Luſatii etiam oon fuerunt immunes. Diſerte autem ſcribit, (q) Ludovicum Bavariæ & Franciæ orientalis Regem, Caroli M nepotem, Lotharii I. imp. fratrem, per Miſniam ſuperato Albi in Luſatiam & Bohemiam profectum, Slavorum principes, qui Moravorum exemplo arma ſumpſerant, pacaſſe, Mox eosdem Luſarios inter Albim & Oderam, res novantes denuo ab eodem rege ſubjugatos, ducemque eorum Tabomyzilonem, tum ſuos, tum procerum ſuorum filios obſides dare coactum.

Rex Ludovicus perſequitur Luſaſios & Bohemos.

Luſatios ſubjugat, Luſariorum Dux Tabomyzilo dat obſides.

CAPUT XLIV.

De Luſatia in Polonorum Poteſtatem redacta.

§. I.

Polonorum Ducis Leſci III Poſteri imperant utrique Luſatiæ.

CRomerus (r) ex Leſci III, qui e veterum Poloniæ ducum proſapia tertio loco præceſſit Piaſtum Cruſvicenſem (s), ex illius ergo XX. filiis naturalibus Ottæ quinto, Pribislao ſeptimo & Cieſſimiro undeviceſimo Ditivoniam (t), quæ nunc a Polonis Luſatia, ab aliis Luſitia dicatur, Jaxæ autem nono & proximo natu Semiano (u) Serbiam ſive Sorabiam (w) ceſſiſſe, ſcribit.

Quo tempore id factum,

§. II. Id factum eſſe oportet non paulo ante annum Chriſti nongenteſimum, cum Piaſti abnepotem Miecislaum ſeu Meſconem, primum Catholicum principem, qui fuit poſt Lescum III. dux ſeptimus, myſteriis Chriſtianis initiatum conſtet Gneſnæ
965. anno 965. ante quem Polonica hiſtoria certa temporum ſupputatione caret Cromerus in tempora Caroli Magni Leſcum III. collocat. Obiit autem Carolus M. anno 814. 814.

quove Leſcus III. vixerit.

Poloni igitur Domini Luſatorum facti,

§. III. Poloniæ igitur Principibus tum ſubfuit Luſatia, ſicut & ſequentibus temporibus, cum hi ipſi, tum agnati eorum Sileſiæ duces, partem ejus poſſederunt, quod poſtea indicabitur. (x)

CAPUT XLV.

De Quaſtione, an Luizenſes in Circulo Bohemico Saß conſederint?

§. I.

Bohemi a Lutzenſibus vel Lutzanis profligantur, 894.

POrro, quod Cosmas Decanus Pragenſis, (y) cujus penes me eſt Chronicon Bohemiæ manuſcriptum, narrat, Bohemos, cum iis præeſſet Neclan dux timidus & ignavus (qui Borivorii primi Chriſtiani Principis anno 894. Arnulpho Imperante ab Epiſcopo Moraviæ Methodio baptiſati, avus fuit, & paulo poſt Carolum Magnum regnavit) ſæpe a Lutzenſibus vel Lutzanis duce Ulatislao Neclanis, ut vult Dubravius, (z) patruele Magno (Cromerus (a) patruelem ejus facit, Æneas Sylvius (b) Uratislavum Neclanis, ut ipſe vult, patruum hæc bella geſſiſſe ſcribit) profligatos, ad extremum præſtigiis magicis ſuperiores factos in Turſco campo totum illorum ad internecionem concidiſſe exercitum, terramque occupaſſe: id etſi de Luſatiis interpretantur marginales librarii annotationes, nec ignoro, Luſatios a domino Michaële ab Eytzing Auſtriaco, viro noſtri ævi doctiſſimorum nobiliſſimo, & nobiliſſimorum doctiſſimo vicina voce appellari Luſanos: refragatur tamen Cosmas (c) ipſe, qui expreſſe ſcribit, Lutzanos ſuo ſeculo ab urbe Sate Satcenſes vocatos: Sicut & Æneas, (d) apud quem eadem ſeu hiſtoria ſeu ſabula, (nam

de quibus vero Bohemi in campo Turſco victoriam deportant,

Illi Lutzani non fuere noſtri, Luſatii.

(p) Aonal. Bojur. lib. 4. c. 13. §. 35. pag. 375. cap. 14. §. 24. p. 383.

(q) Eurnod. Aunal. lib. 4. c. 14. §. 41. p. 387. Edit. Lipſ 1710. ibi enim verba ita ſonant: Deinde arma in Venedoe trans Albim Saxonibus conterminos movet. Tabomyzilonem regulum gentis ad officium redigit.

(r) De Rebus Polon. lib. 2. in Leſco III. p. 25. Edit. Baſileenſ. an. 1568.

(s) Von Krutſchwietz. Frencelius in Verſione Germanica ſic interpretatur: Cromerus ſchreibet von Leſco III. welcher aus der alten Polniſchen Hertzoge Geſchlechte herſtammet und der 3te Regente vor dem Piaſto der Krutſchwitz geweſen, daß von ſeinen 20. natürlichen Söhnen Otto dem V. Pribislao VII und Caſimiro XIX. das Land Ditivonia, welches die Polen nun bald Luſatiam, bald Luſitiam nennen, wäre überlaſſen worden.

(t) h. e. Luſatiam inferiorem.

(u) h. e. Fratri ſuo.

(vv) h. e. Luſatiam ſuperiorem.

(x) Libro II. Commentariorum cap. 21. conf. ſupra in Deigmat. c. 19. §. 4. 5. 8.

(y) In Chronico Bohemorum p. 7. lin. 26-30. Edition. Freherianæ Hanov. 1602. publicatæ. Addatur Martini Boregk Chronicon. Bohem. 1587. edit. fol. 25.

(z) Hiſtoriæ Bohem. lib. III. p. 18. Edit. Freher.

(a) De Rebur Pol. lib. 3. In Miecislao p. 32.

(b) In Hiſtoria Bohemica cap. 9. & 10. p. 126. Edit. Freh.

(c) loco citato.

(d) Cap. 9. p. 126. Verba ejus hæc ſunt: Uratislao ceſſit Lucenſis principatus, qui poſtea Zatenſis dictus eſt,

Coſmæ & Æneæ rationes.

(nam & Coſmas hoc in medio relinquit) licet variatis non nihil circumſtantiis extat, Lucenſem principatum poſtea Zacenſem dictum tradit.

Bohemiæ diviſio a Cromero facta. Quid ſignificet Sate.

§. II. Cromerus (e) diſerte Bohemiam in Viſſegradenſem & Lucenſem ſeu Satezenſem principatus partitur. Sate autem apud Coſmam (f) Sotium eſſe conſtat, ſive Zorzium munitiſſimam Bohemiæ urbem, in diſtrictu Pilſnicenſe, quæ ab Ænea (g) Zazium & Zaziorum civitas, & Sozium, a Fabritio (h) Satium, in Huſſitica hiſtoria alicubi Satz vel Zatz, a Matthæo Collino (i) Zatecena nominatur.

Urbs Zotzium a Dubravio vocatur Zatecium. Zatecenſes vocantur Lucenſes. Ad hos ſe conferunt Luſatii. Zatecenſes conducunt & incoluunt urbem Slanam.

§. III. Dubravius (k) Zatecium vocat & in interiorem Bohemiam collocat, ſcribitque Zatecenſes cognominatos Lucenſes, quod incolerent plana & ſaltuoſa loca, ad quæ quidem ex Serbiis, nunc Luſatiis, plerique, deſertis in ſuperiori Luſatia montium jugis, immigrarint; unde factum ſit, ut Nezamiſlio primi Bohemorum ducis Premiſlai filio rerum potiente, h. e. circiter Caroli M. tempora, cum frequentia multitudinis oneri eſſet civitati, Slanam colonos deducere cogerentur Zatecenſes.

Lucenſes a prato dicti. Fertilitas Circuli Zatecenſis.

§. IV. Coſmas etiam ἐτυμολογῶν Lucenſes a prato, quod luca ſit Bohemis (ut & cæteris Slavis) deducit. (l) Eſt autem tractus ille, in quo ſitum eſt Zatecium, totius Bohemiæ fertiliſſimus, & uberrimus. Circulum hodie vocant Zatecenſem.

CAPUT XLVI.

De *Vratiſlao Bohemiæ Duce, qui ex Gente Luticzenſi accepit uxorem.*

§. I.

Vratiſlaus de gente Luticzenſi ex provincia Stodor uxorem ducit.

QUod autem apud eundem Coſmam (m) legitur, Borivorii Filium minorem natu Vratiſlavum uxorem accepiſſe Dragomiſſam (Dragomiram appellat Cromerus, (o) Æneas (o) Drabomiciam) de duriſſima gente Luticzenſe & ipſam Saxis duriorem ad credendum, ex provincia nomine Stodor, matrem D. Wenceſlai Martyris & Boleſlai Parricidæ: eum locum, ut de Luſatia accipiendum cenſeam, non tam gloſſatoris, quisquis ille fuit, autoritate, quam Provinciæ Stoderanæ mentione moveor. Stoderanos enim Slavicam gentem in Luſatia inferiore circa Lucam & Colsheimum ſedes habuiſſe ſuas de Bortuſi ſententia ſupra cap. 34. §. I. retulimus. Olomucenſis (p) Drahomiram Bohemam facit, Lucenſem nimirum h. e. Zatecenſem: quam recte, ipſe viderit.

Provincia Stoderana ſita fuit in Luſatia inferiori, ergo uxor illa fuit Luſata.

Olomucenſis eam facit Bohemam.

Finis libri primi & Transgreſſio ad ſecundum.

§. II. Nec plura de Luſatiis ante Henrici Aucupis imperium uſpiam legere me, meminiſſe poſſum. Hic igitur jam primo libro finis eſto. (q) Alterius vero ab inſtituta Luſatiæ Marchia, quemadmodum par eſt, initium faciemus.

(e) Loco citato ſub lit. (a)
(f) loco citato ſub lit. (y)
(g) Cap. I. Hiſt. Bohemicæ lin. 46. & 52 p. 120. Edit Freher.
(h) Origin Saxonic. Lib. VII. p. 697. Edit Lipſ. 1606. Ibi enim dicit: Satium oppidum eſt lautum.
(i) Qui Pragæ inclaruit problematibus philoſophicis, quæ idiomate græco propoſuit ac reſolvit, & cui ob inſignem linguæ græcæ peritiam marmorea ſtatua in publico Univerſitatis auditorio erecta pone ſacellum Academicum, teſte M Volckmanno in Elog Pragenſ. p. 136.
(k) Dubravius Hiſt Boh. lib. 2. p. 13. & 14. Edit. Freher. f. 1. 602.
(l) Loco ſub lit. (y) cit bis fere verbis: Satzenſium provincia diſtingvitur regionibus. Quinta regio, quæ in medio eſt, dicitur Lucka: pulcherrima viſu & ultima uſu, ac uberrima nec non abundantiſſima pratis, unde & nomen ipſa regio traxit, quia Lucka latine pratum dicitur.
(m) Chron. Bohem. pag. 11. linea 1. & 2.
(o) De Rebus Polon. lib. III. p. 33. linea 5. Editionis centies citatæ.
(o) Hiſtoriæ Bohem. cap. 14. p. 129.
(p) Seu Jo. Dubravius in Hiſtoria Bohem. lib. 2 p. 27. lin. 43.
(q) Circa quem B. Lector monendus eſt, in omnibus Codicibus MST. qui ad manus noſtras pervenere 47. capita occurrere, in noſtra vero Editione tantum 45.; deinde in MST. aliter quoque capita a 20. usque ad finem libri primi locata eſſe, quam hic, ita ut Allegatis eorum, qui hactenus tantum uſi ſunt charta manuſcripta, noſtra Editio non reſponſura ſit. Cauſa vero eſt, quia nos tutius judicavimus ſequi Autographum, in quo Autor eo ordine, quem nos obſervavimus, proceſſit. In reliquis vero 6. libris idem eſt & numerus & ordo capitum cum MSTorum, tum hujus Editionis typis deſcriptæ, ut ita utrobique conveniant.

LIBRI PRIMI LUSATIÆ FINIS.

LUSATIÆ LIBER SECUNDUS,

Summa libri ſecundi.

QUo Autor nobis Luſatiam natam ſiſtit Marchiam, enumerat Marchiones a tempore Geronis usque ad Henricum juniorem, hoc officio in Luſatia defungentes, additque cœteras res notatu dignas, hoc temporis intervallo geſtas.

CAPUT I.

De Sedibus & domiciliis Slavorum cum in Provinciis Aſiaticis, tum Europæis.

§. I.

Slavi ex Aſia veniunt in Europam.

PRogreſſi in Europam ex Aſia Sarmatæ atque Henedi h. e. Slavi (Sabellicus (a) ex Scythia eos educit, Pirckeimerus (b) e profundo Berſiliæ, quod idem eſt) verſus meridiem quidem per Thraciam, Myſiam & Macedoniam Bulgaros quibus Volga, hoc eſt, Rha patrium flumen, nomen fecit, Raſcios item, Servios, (Æneas cap. 2. addit Bosnenſes,) qui perinde ut Sorabi Sarmatarum nomen retinuerunt, & Croatas Dalmatasque diſſeminarunt. Verſus occaſum vero omnem, a Tanai flumine ad Albim usque & mare Balticum, regionem, ſummotis inde, aut cæde ſublatis Germanici nominis gentibus, ſubjugarunt, & cum alios tum Soraborum ac Venedorum diſtinctos populos procrearunt.

Nonnulli permanent in Thracia, Myſia & Macedonia.

Borum ἔτυμον.

Alii occupant regiones a Fluv. Tanai ſ. Don in Muſcovia usque ad Albim.

Soraborum & Venedorum ſedes.

§. II. Sorabos in Hermunduris inter Sudetes & Albim ad Salam usque habitaſſe, ſuperiori libro cap. 30. §. 1. docuimus. Venedorum ſeu Vindorum appellatio tributa eſt illis, qui ad ſinum Venedicum (c) & mare Balticum atque ad oſtia Albis usque incoluerunt, quorum multæ fuerunt familiæ, ut Vagriorum, Polaborum, Obotritorum, Pomeranorum, Caſſubiorum & cæteræ.

Venedorum diverſæ familiæ,

§. III. Vagrii provinciam Aldeburgenſem, (d) ultra Travenam, Polabi Epiſcopum Raceburgenſem, Obotriti ducatum Megaloburgenſem tenuere, Helmoldo autore. (e) Pomeranorum & Caſſubiorum ad huc ſatis nota ſunt nomina & loca.

& regiones occupatæ.

CAPUT II.

De Regno a Venedis ſ. Slavis peculiariter erecto.

§. I.

EXcitarunt autem Venedi peculiare regnum, quod ab Albi ad ſinum Codanum usque prorectum, utramque Marchiam, veterem Soltvedelenſem (f) & novam Brandeburgenſem, loca item circa Roſtochienſem, Sundenſem (g) & Wiſmarienſem civitates, ducatum Megaloburgenſem & Rügiam, Pomeraniam, Caſſubiamque continuit.

Terra, quas complectebatur regnum Venedicum.

II. Ejus

(a) Marcus Anton. Sabellicus in Hiſtoria ſæ ſplendide verſatus relinquans II. libros Enneadum, in quibus meminit Slavorum.

(b) In operibus Hiſtoricis p. 107. Certant inter ſe Autores de loco, ex quo Slevi egreſſi tractum noſtrum occupaverint. Dubitant nimirum, ab Oriente ne, an a Meridie huc acceſſerint. Frencelius Patriæ noſtræ Decus aliquid certi in hac re pronunciare auſus eſt in Hiſtoria de populis Luſatiæ ſuperioris cap. III. §. 6. collatis ſcilicet inter ſe & conciliatis opinionibus ſequentium Autorum, Pfeiffari & Schnaideri in Chron. Lipſienſib. Bohuslai Balbini Epit. Hiſt. Bohem. lib. c 2. fol. 69. Velſeri lib. 3. de Rebus Bojic. Dreſſeri Millen VI. P. 2. Pulkavæ Hiſt. Bohemiæ c. 1. Stanislai Sarnicii Annal. Polon. lib. 4. c. 6. fol. 981. Stanislai Otichovii Rerum Polon. Annal. I. Johannis Matthiæ de Sudetis Tractatu da Origine Bohem. & Slavorum.

(c) Das Pommeriſche Meer. Hæc omnia Manlius recitat ex Peuceri Chronlib. 4. p. 369.

(d) In qua erat Aldeburgum oppidum Holſatiæ maritimum, de quo videatur Alberti Crantzii Vandalia Coloniæ 1519. impreſſa libro II. cap 20. linea ultima. Juxta Helmoldum Aldeburgenſis provincia & Epiſcopatus Aldeborgenſis hodie dicitur Lubicenſis.

(e) In Chronico Slavorum cap. XI. XII. p. 24. ſeqq.

(f) Urbis Soltvvedeli meminit Althammerus in Commentariis pag. 291. Marchiæ vero Soltvvedelenſis Peucerus in Chronic. lib. 4. p. 369. Ernestus Brotuſus in Chronic. Martisb. lib. I. c. 3. ita ſcribit: wie der die Schwaben hat Claudus Druſus Nero Germanicus von dem Reinſtrom bis an die Elbe alles dem Röm. Reiche unterworffen. und zu Soltwedel in der alten Marck die Burg und Stadt Soltwebel als das erſte Marggraffthum in Sachſen wider die Schwaben erbauet.

(g) Pirckeimerus in Operib Hiſt. p. 101. per civitatem Sundenſem intellectum vult Laciburgium ſcilicet in Ducatu Mechelburgenſi, quod tamen non fuit urbs muris cincta, ſed tantum vicus: nam Ptolomæus in Geographia ſua pagos hinc inde conditos, urbes etiam nominavit recenſens in iſtis locis Laciburgum, Bunitium, Viritium, Viſunum Rugium. conf. Mart. Rangonis JCtl. Pomeraniam Diplomaticam ſive Antiquitates Pomeranicas Francof. ad Viadrum. 1707 editas pag. 34. & 62. Idem Pirckheimerus p. 109. per Civit Sundenſem intelligit Lauburgium. Si reſpicias ad vocabulum Sund, veriſimile tibi fieri poſſet, indigitari per civitatem Sundenſem Stralſundiam, cujus fundationem & Etymologiam

Illius regni inſigne.

§. II. Ejus inſigne Gryps fuit; Unde & Pomeranorum duces, qui e gente Heneta prodierunt, & eadem inſignia uſurparunt, Gryphones dicti ſunt. Et hunc quidem tractum ad mare Balticum, ubi nunc ſunt Lubeca, Hamburgum, Sleſvigum, Sverinum Sundium, Viſmaria, Roſtochium, Lüneburgum cum reliquis ultimæ Saxoniæ urbibus, Slaviam minorem appellat Saxonum Chronicon, ſicut majorem illam alteram Infra Dalmatiam regionem.

Slavia fuit duplex. minor altera, altera major.

CAPUT III.

De

Luſatiorum Soraborum bellis cum Thuringis, Francis & Saxonibus.

§. I.

Diſtrictus Luſatiorum.

MEdii inter Sorabos & Venedos ad Svevum amnem fuere Luſatii. (h)

Slavorum ſtudium bellicum,

§. II. Hi tres Slavorum populi, Sorabi inquam, Venedi & Luſatii, non contenti amplitudine occupatæ terræ, diu multumque ex una parte Turingorum initio, deinceps Francorum, qui Turingos ſibi ſubjecerant, ex parte altera Saxonum arma exercuerunt; illorum ad Salam terras, horum ultra Albim ad Luneburg agros perpetuis deprædationibus infeſtando atque carpendo, adeo ut utrique ſæpe vim bellicoſiſſimarum gentium ægre ac difficulter ſuſtinuerint & repreſſerint.

quod Thuringi & Saxones vix ferre & reprimere poſſunt.

CAPUT IV.

De

Expugnata Venedorum Metropoli Brandenburgo.

§. I.

Feliciori cum eventu Slavos aggreditur Henricus I. Humilis ſive auceps dictus.

EOs igitur primum aggreſſus eſt Henricus I. Cæſar, Saxoniæ, Weſtphaliæ, Angariæ, Turingiæ & Haſſiæ dux, Brunonicenſis dominus, Arnulphi imperatoris ex filia Ludegarda nepos, quem humilem (ut ſic dicam) nominant veteres germanicæ Hiſtoriæ, (auceps uſitate dicitur, eo quod aviculis inſidias ſtruentem & laqueos diſponentem offendiſſet legatio Imp. Romani cum decreto, ut imperatorem ſalutaret, ad eum miſſa, cujus princeps erat Eberhardus Francorum dux, Cunradi I. Cæſaris recens defuncti frater, anno 920.) Poſt multa enim prælia Brandeburgum, quod fuit arx belli Heneti, obſidione expugnavit anno 927, ut Saxonum quoque Chronicon habet, aut ſequenti, ut aliqui volunt, aſperrima hyeme poſitis ſuper glaciem caſtris. (i)

Nam expugnat eorum Metropolin Brandenburgum.

§. II. Sita autem fuit arx Brandenburgenſis eo in loco, ubi nunc in eadem urbe eſt ſummum templum, ut vocant. Urſpergenſis (k) Brennapurgum vocat, Slavorum Hevellorum urbem, cum quo omni regione potitus ſit Henricus. Chronicon Saxonum Havelos vocat, eam Slavorum gentem & Havelum fluvium accoluiſſe ſcribit. Addit etiam anno 934. eundem Henricum aliam Venedorum familiam Ukranos, Ugrenſes poſtea dictos, bello ſuperatos ſibi feciſſe vectigales. (l)

Urbis ſive arcis illius ſitus.

Imperator ſuperat Ukranos, Die Ucker Wenden.

CAPUT V.

De

Diverſis Urbis Brandenburgi Poſſeſſoribus & Dominis.

§. I.

Brandenburgum ab Henetis rurſus capitur.

BRandeburgum poſtea S. Henrici II. claudi Pabepergenſis dominatu ab Henetis rurſus captum eſt hac occaſione. Bernhardus (m) Hermanni de Billingen & Stuckesgehorn (n) ducis Saxoniæ & Lunepurgi ex Filio Bennone ſecundum Helmoldum (o) nepos. Miſtivojo (Fabricio Origin. Sax lib. 2. p 291. Miſtibojus eſt) Vinulorum principi nuptiarum neptis ſuæ ſpem oſtenderat. Ex quo minus coirent, Theodorici Marchionis Brandepurgenſis, in ordine quarti, primi, ut qui-

Occaſio capiendi urbem.

U dam

mologiam Alb. Cranzius Lib. VII. Wandaliæ c. V, ita exponit: An. poſt Chriſt. Nat. 1209. Waldemarus Daniæ Rex Miniſterio Jarimarii Principis Rugianorum fundavit urbem nunc præcipuam STRALESUNDENSEM: quæ nunc in cœteris urbibus Wandalicis non minima floret opibus, civibus plena, ædificiis exornata, quæ unde nomen ſortita ſit, paulisper intendamus. Danicæ linguæ Vocabulum SUND inſinuat, ejus authorem fuiſſe Danum, aut Dania parentem: talis incunctanter tum fuit rerum ſtatus. Vocant autem Dani anguſtam maris faucem SUND. Nam cum Dania ſit tota inſularis præter Jutiam & Scaniam, quæ ſunt peninſulæ, multas eſſe fauces maris faciunt inſulæ ſibi objacentes. Inde ORSUND GRONSUND & ejus generis. Eundem in modum hæc urbs, quam ſcribimus, objacens Rugiæ Wandalorum, inſulæ STRALSUND eſt vocitata, quod proxima inſula Strela diceretur. Sed quo minus adſtipuler, temporis ratio impedire videtur.

(h) Iisdem fere verbis ſedem Soraborum deſcribit Peucerus in Chronico Carion. lib. 4. p. 369. nec non bella horum populorum cum Thuringis, Francis & Saxonibus.

(i) De expugnato Brandenburgo conferri iterum meretur Peuceri Chronic. lib 4. p. 369. & loco Chronici Saxonum, cujus authoritate nititur Manlius, quodque ad manus noſtras non pervenit, adhibere haud gravetur Benevolus Lector Cyriaci Spangenbergeri Chronicon Saxonicum cap. 122. p. 164. Edit. Francofurti 1585. Conf Krantzii Vandal. L. 3. c. XV.

(k) In Chronico pag 212. Edit 1540. f.

(l) vid. Rhegino hoc anno.

(m) vid S. bitus de Vita Theodorici apud Reineccium de originibus Stirpis Brandeburg. fol 71. ſeq.

(n) Stubesgehorna fuit ſedes familiæ Billingorum.

(o) In Chronico Slavorum cap. 13. p. 28.

dam volunt, Electoris obſtitit importunitas, qui tali loco natam puellam cani Slavico collocandam negabat. Miſtivojus non tam repulſæ ignominia, quam contumelioſo dicto exacerbatus, abiecta religionis Chriſtianæ profeſſione, omnem ad arma concitavit Slaviam, & cum alia in Saxones & cæteros Chriſtianos perpetravit plena immaniſſimæ crudelitatis, tum Theodoricum quoque ultus eſt probe Slavia orientali. h. e. Marchia Brandeburgenſi expulſum, qui Magdepurgi præbendarius ſeu Canonicus factus & elemoſyna Canonicorum ſuſtentatus diem ſuum obiit.

1013. Quo anno hoc accidexit.

Acciderunt hæc ſupra annum Chriſti tredecimum ſupra milleſimum Aut. Helmold. in Chronico Slavorum Libro I. c. 16. p. 37. 38. & 39.

Subdita igitur eſt Henetis 87. annos.

1100.

§. II. Ab eo tempore principibus Henetis ſubditum fuit Brandeburgum, usque ad annum milleſimum centeſimum (incidit hic fere in finem imperii Henrici IV. Senioris) quo Udo ſecundus Marchio Brandeburgenſis ſeptimus, quartus Elector, filius Udonis I. nepos Sigefridi, qui frater fuerat & Succeſſor Theodorici exulis, Luſatiorum & Saxonum auxiliis adjutus id recepit: Teſtis Brotufus lib. 2. cap. 4. Genealogiæ Anhaltinæ. Tametſi variat in Henrico Aucupe Chronic. Lib. 4. pag. 369. Peucerus.

Recipitur ab Udone II. ope Luſatiorum & Sax.

Udonis familia.

§. III. Sunt, qui hunc Udonem (p) Miſtivoji faciunt filium, qui patre a Bernhardo Lunepurgio Saxone cum ſex millibus ſuorum cæſo Brandepurgum in ſuam poteſtatem redegerit. Quam recte, ipſi viderint. Fuit ſane Miſtivojo filius Udo, pater Godeſcalci, ut ex Helmoldo cap. 16. p. 40. apparet. Sed cum inter Miſtivoij & Udonis, qui Brandepurgum recepit, bella, nonaginta pene interceſſerint anni, hunc illius filium fuiſſe, non admodum vero conſentaneum eſt. Ut taceam, quod de Miſtivoij morte planè diverſa refert Helmoldus Cap. 16. p. 40.

§. IV. Ab Udone ad Primislaum nonum Marchionem Brandepurgenſem & ultimum, Venedorum regem, (q) ex Ethnico Chriſtianum pervenit Brandepurgum, quo mortuo, a Polonis, qui Præſidiarios pecunia emerant, interceptum recuperavit. Albertus Urſus ope Wichmanni antiſtitis Magdepurgenſis anno 1157. 3. id. Jun. Atque ex eo tempore ſemper in Germanorum poteſtate fuit.

Ab Udone pervenit ad Primislaum.

Apolonis recuperavit Albertus Urſus.

CAPUT VI.

De Condita arce & urbe Miſena ad Albim, ejusque nomine.

§. I.

Capto Brandepurgo pulſoque Henrico Venedorum regulo, Auceps adverſi Albis ripa aſcendens in Sorabos & Luſatios utrosque movit, eosque devicit.

Sorabi & Luſatii ab Aucupe domiti.

§. II. In Sorabia ad Albim arcem & urbem condidit, cui ſecundum Ditmarum (r) a Miſa (s) rivulo, qui ſub monte arcis Septentrionem verſus cum Albi miſcetur, Miſenæ nomen indidit. Unde poſtea tota regio Miſnia (t) denominata eſt, ut ex Emſero (u) transſcripſit Brotufus, (w) quibus accedunt Grantzius, (x) Fabricius (y) & Fidlerus. (z) Cranzii ſententiam superiore libro c. 38. §. 1. explicavimus. Fidleri Verſus hi ſunt:

Conditur urbs Miſena,

a qua denominatur tota regio.

Abdita continuis foecunda Bohemia ſylvis
Miſa tui fontis dicitur eſſe locus.
Plena metalliferis Miſnorum rara fodinis
Perfluit, unde ſuum Miſnia nomen habet.
Albiacis undis Miſam prope confluit urbem &c.

§. III.

(p) Chronicon Saxonum pag 179. Edit. Wittebergenſ. f. an. 1596. narrat, Udonem Marchionem de Venedis Brandeburgum cepiſſe 1070. poſtea 1098. Saxones in Luſatiam profectos Brandeburgum recepiſſe. Conf. Alberti Crantzii Metropolis lib. 6. c. 14. p. 392. Edit. Colon. 1574. ubi de Udonum familia in Vita Henrici 4. agitur.

(q) Obotritorum regulum vocat Reineccius de Stirpis Brandenburg. originibus f. 81. De Brandenburgo vid. idem l. c. fol. 70.

(r) Epiſcopum Merſeburgium Chron. lib. I. p. 11. lin. 55. ſeqq. Edit. Francof. 1580. f.

(s) Die Meiſſe.

(t) Sed Crantzius in Saxonia p. 3. Edit. Francof. an. 1575. longe ante Aucupis tempora vult Miſniæ hoc nomen inditum.

(u) Hieronymo Emſero in Vita Bennonis Epiſcopi Miſnenſis, quam exaravit latine & germanice.

(w) libro I c. 12. Chron. Marſeburg: unde hæc verba, quibus paulo latius hanc rem perſequitur, adducere libet: Nachdem der Kayſer 928. oder 930. in das Land der Serben-Wenden, in die Ober-Lauſnitz auf die Elbe ein Schloß an den Flecken Lupſurdum, wie ihn Prolomæus nennet, gebauet, und das Schloß von dem Wäſſerlein, welches gegen Mitternacht unten am Berge fleußt, die Meiſſe genannt, Meiſſen nennen laſſen, davon auch der Flecken Lupfurdum Meiſſe genannt, und zu einer Stadt gebauet worden, ſo hat der Kayſer dahin ein Marggraffthum wider die Wenden aufgerichtet.

(x) In Saxoniæ procemio pag. 3. Edit. Francof. an 1575.

(y) Georg. Fabricius Annalium Urbis Miſnæ lib. 1 p. 16. Edit. Jenenſ. an. 1598. Verba hæc ſunt: Urbs Miſna verſus Septentriones habet rivulum Miſnam, de quo ipſa urbs appellationem ſecundum Ditmarum, ut ab urbe tota regio creditur accepiſſe.

(z) Felix Fidlerus, Boruſſus. Poëta in Carminibus de Germaniæ Fluminibus V. Tom. 3. Deliciar. Germ. p. 114.

Lupfurdum Ptolomæi

§. III. Pirckeimerus (a) & Apianus (b) eo in loco fuiſſe putant Lupfurdum Ptolomæi. (c) a vado ſeu trajectu, qui nunc inſigni illo ponte ſtratus ſit, ſic dictum. Conditam autem Miſenam ſcribit Brotufus (d) anno 931. biennio ante memorabilem illam ejusdem Henrici Victoriam de Hungaris, quorum ad Salam & Marſepurgum quadraginta millia cecidit. Alibi (e) tamen idem modo in præcedentem, modo in duodetriecisimum annum refert. Annales (f) urbis & Ditmarus (g) in trigeſimum, qui fuit undecimus imperii Aucupis.

931. tempus conditæ Miſenæ

Imperator conſtituit præſidium.

§. IV. Addit Fabricius (h) imperatorem propter ſitus opportunitatem præſidium militum Vipariensium eo in loco contra Ungaros, qui tum plurimas Germaniæ inferebant calamitates, conſtituiſſe. Cujusmodi præſidia ab alijs poſtea imperatoribus contra Luſatios, Milcienos, Boëmos & Polonos ſint exſtructa in montibus vicinis. Ditmarus (i) diſerte ait ex Miſna Milcienos ſuæ ſubjectos ditioni cenſum perſolvere coactos ab imperatore.

Milcienos facit tributarios.

CAPUT VII.

De Conſtitutis Marchiis ſeu Marchionatibus, eorumque Gubernatoribus ſ. Marchionibus.

§. I.

Domitis ita Henetis, Sorabis & Luſatiis utrisque totam eorum oram diſtinctam in præfecturas limitaneas, quas noſtra lingva vocamus Marchias ſeu Marchionatus, diſtribuit gubernatoribus, quos Marggravios & Marchiones nominamus h. e. limitum præſides vel ut Garzon (k) Liminarchas. Marca enim teſte Münſtero, (l) Germanice ditionis limitem & extremitatem ſeu extremos fines ſonat. Unde Marckſtein in ſpeculo Saxonum lib. 2 art. 50. (m) dicitur lapis finium regendorum ſeu finalis, id eſt, limes ſeu terminus, quem etiam Untermarck appellant ſuperiores germani, cui affine eſt aliud vocabulum

Conſtituuntur Marchiæ & Marchiones.

Quid ſignificet Marck, Marckſtein.

Untermarck.

(a) Fabricius in Annal. urbis Miſnæ lib. I. p. 16. copioſius de Pirckeimero & Apiano dicit: Conradus, puta Bilibaldus Pirckeimerus & Petrus Apianus, Viri clariſſimi, Lupfurdum dici in Tabulis Ptolomæi Miſnam opinantur; conjectura fortaſſe non plane nulla aut infirma, quaſi dicas, trajectus Lupti, hoc vero nomen proprium eſt, non lupum, ut afferit Brotufus, ſignificat. Fuiſſe trajectus circa has anguſtias, teſtimonio ſunt loca ſuburbana, quæ ſuperior & inferior Trajectus appellantur.

(b) Petrus Apianus alias Bennewitz, ab apibus vero ſic dictus, in Coſmographia.

(c) Geographiæ libro 2. fol. 18. Edit. Argent. an. 1513. f.

(d) In Chron. Merſeburg. lib. I c. 21 An. 927. zog der Kayſer Heinricus I. wider die Wenden, über die Elbe um die Havel und Spree, gewann darnach die Burg zu Brandenburg auf dem Eiſe, zog fürder den Elbſtrom hinauf, da zu beyden Seiten viel Wenden geſeſſen, welche man Serabos und Luſatios &c. genannt, kam zu einem Flecken Lupfurdum, auf Deutſch Wolfſfurt genannt, (errorem ex Fabricio ſub lit. (a) notatum!) da itzund die Stadt Meiſſen ſtehet, denn Ptolomeus nennet ihn Lupfurdum, denn zur ſelbigen Zeit iſt alda ein Furth durch die Elben gegangen, und darbey ein Trajectus i. e. Transfretatio ſeu tranſitus navalis geweſt, hat allda das Schloß und die Stadt Meiſſen An. 931. eben 2. Jahr vor der Ungariſchen Schlacht, welche 933. bey Marſ-Burg gehalten, zu bauen und wider die Wenden zu befeſtigen angefangen.

(e) Loco ſub lit. (vv) citato.

(f) Miſnæ a Georgio Fabricio confecti lib. I. p. 20. Edit. Jenenſ. An. 1598. f. Volumini Rerum Miſn. libros VII. continenti inſerti.

(g) Chron. lib. I. p. 11. Edit. Francof. ad Moenum an. 1580. f.

(h) Fabricius Originum Saxon. lib. VII. p. 801. Edit. Lipſ. an. 1606.

(i) Loco ſub. lit. (g) citato.

(k) In Præfatione libro de bellis Friderici Ahenobarbi primo præmiſſa juxta noſtram Edit. p. 35. f. 2.

(l) In Coſmographia lib. III. de Germania p. 401. & 469. Edit. Baſil. an. 1598. f. comprobat hanc vocis ſignificationem Vir fama & meritis undiquaque celeberrimus Dn. Chriſtianus Junckerus in der Anleitung zu der Geographie der mitlern Zeiten Part. II. c. 13. §. 2. p. 469. his verbis: Das Wort Marc, oder Marck iſt ein uhraltes teutſches Wort und bedeutet ein Zeichen einer Gräntze, iſt auch in dieſem Verſtande noch bräuchlich, indem man ſaget, eine Feld-Marck, die Marckſcheidung, ein Marckſtein u. ſ. w. Plura vid. loc. citato. Part. I. vero cap. III. §. 53. p. 59. hæc narrat. Das Wort Marck heiſſet in Alt-teutſcher Sprache, ſoviel als Gräntze. Auf dieſe Arth ſind entſtanden z. E. die Marck-Grafſchafften Meiſſen und Lauſitz, gegen die Böhmen, Slaven und andere, die Marck-Grafſchafft Oeſterreich gegen die Hunnen; die Marck-Grafſchafft Brandenburg gegen die Böhmen, Slaven und Pohlen; die Marck-Grafſchafft Baden gegen den Rheinſtrom u. ſ. w. conf. Wolfgang Jobſten Beſchreibung der Stadt Franckfurth an der Oder cap. 1. & 2. in Beckmanni Acceſſ. p. 19. Edit. Francof. An. 1706. f.

(m) Folio 271. Edit. a Chriſtophoro Zobelio 1582. Lipſiæ adornata.

Pimarck, Holtzmarck, ſeu Fredmarck.

Pimarcken, Holtzmarcket, & Weltmarcken lingva Saxonica, inquit Cranzius, (n) vocat quodque Villagium ſuum agrum. Quo eodem ſenſu a ſuperioribus Germanis, quam late patet urbis, vici aut pagi cuilibet ager Marckbau nuncupatur. Quinimo ſimplici voce Marck, vulgo a Saxonibus vocari diſtrictum unius villicationis aut ditionis, idem Cranzius in Vandalia (o) ſcribit. Gravios autem veteri Saxonico nomine judices vocari, armatos publica autoritate & poteſtate ab Imperatoribus ex compluribus gloſſarum in jus Saxonicum locis non eſt dubium. (p) Sicut in Tranſylvania a Saxonum reliquiis judicem urbanum Gravium etiamnum vocari conſtat.

Quid ſignificet Gravius.

Marchiones deſcribuntur.

§. II. Ut Marchiones aliud non ſint, quam præſides & cuſtodes limitanei, qui aſſidue ad imperiii limites excubabant in armis, cumque finium & muniendorum perpetuo præſidio & proferendorum curam agerent, ſimul populis, quos armis defendebant, adverſus vicinos hoſtes, jura dabant. (q) Sic adverſus Hungaros ordinata fuit marchia orientalis, qui nunc eſt Archiducatus Auſtriæ, contra Gallos, Marchia Badenſis. Idem de Roetelenſe (r) dici poteſt, quoad Rheni cuſtodiam.

Variæ Vocab. Marchiæ & Marchionum derivationes, id minus.

§. III. Nam quod ad Marchionem quendam Trojanum Anteroris filium appellationis hujus originem referunt nonnulli, (s) id minus placet. Ineptior (t) etiam eſt etymologia textus in uſibus feudorum lib. 2. in tit. quis dicatur dux, marchio, c. 1. A Mari & marchia, id eſt, principatu, quod ut plurimum juxta mare ſitæ ſint Marchiæ. Qvanquam idem aliter referunt Alvarotus (u) & autor gloſſæ latinæ articulo 64. lib. 3. Speculi Saxonum (vv) quorum verba propter barbariem & abſurditatem ne aſſcribere quidem libet. De Marchionum ſive Marggrafiorum origine plane nobiscum vel potius cum Peucero (x) facit Dn. Vdalricus Zaſius (y) parte quinta Epitomes in Uſus feudorum, ex literis a D. Bonifacio Amerbachio (z) ad ſe ſcriptis, ad quem locum lectorem remittimus, Sabinus (a) ἀπὸ τῆς νομαρχίας eſſe marchionum nomen exiſtimabat, κατ' ἀφαίρεσιν quam reprehendit Reimerus, (b) Eſt autem νομαρχία ἀνόμ@ & præfectura, appellatione Syriaca & Ægyptica. Unde νομάρχαι dicti ſunt præſides, quos Joſeph in diſtributione terræ Ægypti ſingulis partibus impoſuit.

Marchiones quando cœperint.

§. IV. Aucupis tempore primum Inoleviſſe Marchionum nomen ante inauditum Cran-

(n) In Saxonia lib. III. c. 9. pag. 70. linea 3. Edit. Francof. ad Moenum An. 1575.

(o) Libro III. cap. 16. Edit. Colon. an. 1519. f. ubi doctus atque diligens antiquitatis inveſtigator intrepide dicit, quid ſentiat, & ſtatuat, unde plurima depromi poſſint, quæ originem vocis Marchiæ illuſtrent, ſimulque legentium animos dulci pabulo variæ lectionis & gratiſſima diverſarum obſervationum varietate reficiant.

(p) Imprimis vero fol. 192. Art. XII. l b. 2. Speculi Saxonum. Edit. ſupra citat. conf. Albini Land Chronic. Tit. 9. p. 102. c. 9. Et Junckerus modo laudatus huic aſſertioni aſſentitur in der Anleitung zur mittlern Geographie P. I. c. III. p. 58. dicens: das Wort Gravio oder Grave, heiſſet eigentlich ein Ober-Richter oder Gouverneur.

(q) Hanc Marchionum definitionem commodato accepit ex Peuceri Chronico pag. 530. ſicuti veſtigia incomparabilis hujus viri ſuique Præceptoris conſectando verba ejusdem retinuit §. 1. ex pag. Chronici 369. allegata, cum nimis arroganter ſe facturum, ingenue fateatur ſupra in Deigmate cap. 20. pag 97. ſiquid aliter, quam ab eo recitatum repererit, exponere conatus fuerit. Eandem quoque Definitionem habet Junckerus libro ſupra laudato Part. II. c. 13. §. 5. p. 470.

(r) Seu Rhenenſe.

(s) V. g. Erneſtus Brotuſus in Genealogia Anhaldina lib. 2. c. 3. An. 1556. conf. Homerum Iliad. VII. & XIV. pag. 81. & 166. Edit. Baſil. an. 1561. f.

(t) In carpenda hac Etymologia ſequitur Noſter Alb. Crantzium in Vandalia c. 16. lib. II. ubi ridiculum illum judicat, qui feudorum uſus conſcripſit, quod, cum in titulo pollicitus ſit docere, quia ſit Marchio, & ubi ad rem conventum eſt, ignotum per ignotum conatus fuerit oſtendere. Marchio, inquit, iſte homo eſt, qui tenet Marchiam, cum tamen, quæ ſit Marchia, & unde dicta, debuiſſet explanare.

(u) Notetur hic, quæ talia adjecit Manlius in margine: Fortaſſis ſecuta Alvarottum, quem tamen nominatim non allegat Gloſſa. Si ſecuta Gloſſa eſt Alvarottum, ſic muta: Alvarottus & eum ſecutus Gloſſator. Reſpicit procul dubio Autor tam ad Jacobum Alvarottum Seniorem, quam juniorem, quorum ille utiles commentarios in Jus feudale compoſuit diem ſupremum obiens 1453. de quo vid. Guido Panzirolus in JCt. L. 2. c. 104. hic vero de Feudis ibidem ſcripſit cedens fatis 1546.

(vv) Folio 411 Edit. ſupra jam laudatæ, ubi ſic ratiocinatur: quia Principe de Ducatu aliquo inveſtitus eſt, Dux ſolito more vocatur, qui vero e Marchia, Marchio appellatur. Dicitur autem Marchia, quia in acha locata, cum juxta mare plerumque ſit polita.

(x) Supra in Idyllio p. 64. 277. - 290. & in Chron. Carion. p. 370. & 530.

(y) Ulricus Zaſius JCtus conſummatiſſimus, natus 1461. obiit 1535 Friburgi jura interpretatus eſt. Eraſmus in Ciceron pag. 182. Ulrico Zaſio, inquit, plurimam laudis tribuit univerſa Germania, minus tamen, quam vir ille promeritus eſt. vid. Jovius in elog p. 293. Guido Panzirolus in JCt. 2. 141.

(z) JCto nato 1495. & obeunte 1562. Baſileæ leges civiles aliquos annos publice interpretatus eſt.

(a) In libro Epiſtolarum p. 457 ſeqq. Edit. Lipſ. 1563.

(b) Part. III. Hiſt. Juliæ p. 432. Edit. Helmaſtad. 1597. f.

Cranzius (c) affirmat. Graviorum h. e. comitum digninatem, ſunt (d) qui in Saxonia à Carolo M. inſtitutam memorant, cum illis & in Sorabia veteres, ut ſic dicam, dominatus in comitatus imperii Romani commutarit.

CAPUT IIX.

De Marcha Brandenburgenſi contra Henetos inſtituta.

§. I.

Primus Marchio Brandeburgenſis.

HEnetis Auceps oppoſuit Marchiam Brandenburgenſem (e) eique præfecit Sigefridum, cujus ſororem Mechtildim Diterici Saxonis filiam uxorem habebat. Sic Peucerus. (f) Sed plerique diverſum ſentiunt. Conſtat quidem inter omnes, duxiſſe Aucupem Mechtildim ſeu Mettam filiam illuſtris Comitis Ringelheimi Theodorici, (g) ex eaque ſuſcepiſſe Ottonem primum ſucceſſorem, quem magnum cœteri, Urſpergenſis (h) mundi amorem cognominant, itemque Henricum I. Bavariæ ducem, Brunonem Colonienſium antiſtitem, & quatuor filias, quarum una matri cognominis prima fuit cœnobii Quedlinburgii Abbatiſſa. (i) Sed Fratrem Mechtildi fuiſſe Sigefridum, nullus meminit.

Ejus Ortundas bius.

§. II. Cranzius (k) enim, Paulus Scalichius (l) & Brotufus (m) cum aliis, tres ſolum Mechtilidis fratres commemorant: Witichindum ultimum Ringelheimium, Immodum, & Reginbertum, qui Danos Saxoniam depopulantes profligavit; quos ipſos tamen patruos ejus faciunt Peucerus (n) & Beu herus. (o) Cui diverſitati provocabulum ſeu relativum apud Urſpergenſem ambi-

(c) In Vandalia lib. III, c. 16. qui locus talie eſt: Marchionis quidem vocabulum, veteribus incompertum eſt, niſi quis modernorum renovans antiquitates, illuc inſerat novum vocabulum. In noſtris quoque annalibus, nullum ejus verbi legimus mentionem, ante primum Henricum, Saxonem, Romanorum regem, qui primus domitis Danis, ad oppidum Sleſvvicum, cum eo tranſtuliſſet Saxonum coloniam, impoſuit regioni præſidem, quem appellavit Marchionem, & illi tegendos, tuendoſque regni limites. impoſuit provinciam quaſi duci limitaneo. Idem affirmat Schurzfleiſchius Hiſtoricorum illud Decus & lumen omni commendatione majus in Diſſertat. de Originib. Pomeran. §. 8. not. (1) in Mart. Rangonis Pomerania Diplomatica p. 21. his verbis: Non, quod neſciam, Marchiæ, ſive Marcha, ſive Maræ, vocabulum jam diu ante, & quidem temporibus Carolingorum, innotuiſſe, vid. Annal. Francor. ad Ann. 788. inprimis Scriptor Vitæ Ludovici Pii pag. 348. Regino ad Ann. 952. Sed quia ejus non prius meminerunt Saxonici Scriptores, ut ionuit Vandal. lib. 3. c. 16 Crantzius, neque prius meminiſſe potuerunt, ſiquidem præfecturas limitum, ſive ut formam ſtyli Teutonici ſervemus, Marchias Regni Germanici, in quantum ad hucmeros Magiſtratus & curationem, provinciarum, ſine hæreditario regalique jure denotabant, Seculo X. inſtituit Henricus Auceps, Germaniæ Rex; quæ poſtea evectæ altius ſunt, atque auctæ Territorii jure.

(d) v. 9. Erneſtus Brotufus Chron. Merſeburg. lib. I. c 18. & in Geneal. Anhaldina An. 1556 typis exſcripta lib. I. cap. 72. fol. 17 Petrus Albinus in der Meißniſchen Land-Chronic. Tit. 9. p. 100. An. 1590. & qui hos ſequuntur D. Paullini in libro de pagis Germaniæ p. 65. & Groſſerus Memorab. Luſ. P. I. p. 13. Sed vix aliquid certi pronunciari hic poſſe autumat doctiſſimus Junckerus in der Anleitung zur mittlern Geographie P. II. c. XIII. p. 471 ſeqq. ubi fuſius de hac quæſtione diſputat ſubvertendo nimirum argumentum D. Paulini & oſtendendo, falſa eſſe quæ dixerit Albinus, quod nulla evidente ratione, nullius Scriptoris coævi teſtimonio aut Diplomatis confirmatione verbis ſuis fidem fecerit. Tandem ſermonis ſui hunc finem facit: Ob es zwar den Schein haben möchte, daß zu Caroli M Zeiten Marchiones geweſen ſeyn, nachdem er ſelbſt derſelben nahmentlich gedencket, in einem Reichs-Tage Abſchiede zu Aachen, de anno 804. beym Lehmanno Chronic. Spir. L. 2. c. 15. f. m. 67 b. ſo iſt doch ſolches nicht von den Marchionibus in Teutſchland (wie Herr Lucä thut, im Fürſten-Saal p. 740) anzunehmen; ſondern von andern Ländern auſſerhalb Teuſchlandes, ſo unter Caroli M. Gebiethe ſtunden, wie der ältere Herr Meibomius in Not. ad Diploma Thaſſilonis Bavariæ Ducis Opuſc. Hiſtor. p. m 484. gantz recht erinnert. Unter den Carolingern ſind nur Pfaltz-Grafen, Grafen und Cent-Grafen, und weder Marck- noch Land-Grafen im teutſchen Reiche geweſen.

(e) Cujus originem, denominationem, ambitum, diviſionem, augmenta aliaque notatu digna fuſius perſequitur Junckerus libro ſub finem cap. præcedentis citato p. 480. ſeqq.

(f) In Chron. Car. p. 3. 69. 371. Edit. Witteb. 1572. f.

(g) Et Reinildæ ex Widikindi regia tribo exortam. Vid. Dittmari Chron. Merſeburg. lib I. p. 10. linea 20. Edit Francof. ann. 1580.

(h) In Chron pag. 274. Edit ann. 1540. f.

(i) De hac cæteriſque filiabus & filiis Henrici Aucupis hæc novimus ex Alb. Crantzii Saxon lib. III. c. 4. p. 67. lin. 33. & ſeqq. Primam conjugem accepit monialem, quæ ei genuit Tanquardum: quam quia habere non licebat, remiſit monaſterio, & accepit filiam Theodorici comitis de Ringelheym, antiquæ Saxonum nobilitatis: quæ illi genuit Ottonem, Henricum, Brunoldum, Mathildim, Ritam, Hadevvigem, Garburgam. Plura de his explanat Brotufus lib. I. Chron. Merſeb. c. 23. quæ his addere fruſtra eſt.

(k) Saxoniæ lib. III. c. XI. p. 70.

(l) De hoc viro conf. Freheri Theatrum Eruditorum, Königii Bibliotheca vet. & nova, Gaddius de Scriptor. Eccleſ.

(m) In libris ſuis paſſim.

(o) In Chron. Car. lib. 4. pag. 371.

(o) Michael Beutherus ictus, in compendio Hiſtoriæ Univerſalis.

ambique poſitum occaſionem præbuiſſe puto. (p)

Solvitur nodus de eo ex Brotuſi Chron. Marsburgenſe.

§. III. Solvet enim forte hunc de Sigefrido nodum id, quod Brotufus (q) ex Ditmaro Epiſcopo Merſeburgenſi adducit, priorem videlicet Aucupis nondum Cæſaris uxorem fuiſſe viduam Hatteburchim Ervini comitis Oldeburgenſ. filiam ſpectatiſſimæ formæ mulierem, quam modo ob ſangvinis propinquitatem ab eo repudiatam & poſtea monialem factam, modo ante ſecundas nuptias jam fuiſſe monialem, atque ideo ſvaſu præſulum Sigismundi (r) Halberſtatenſis & aliotum rurſus dimiſſam ſcribit.

Cui aſſentitur Cranzius.

§ IV. In poſteriori ſententia Cranzius (ſ) eſſe etiam videtur, & Saxonun Chronicon (t) quibus nos quoque libentius ſubſcribimus. Agnationis enim Vinculum ſi in divortio ſpectaſſet Imperator, ne Mechtildin quidem retinere potuiſſet.

Hatteburgis ſoror Sigefried & Mater Tanquardi.

Nam Hatteburgim ſororem ſuiſſe Sigefridi comitis Merſeburgenſis de Vitichindi magni poſtremi Saxonum Regis familia eandemque matrem Dancmari ſeu Tanquardi, qui, ut mox (u) dicetur, dolore repulſæ bellum Ottoni fratri fecit, ex Vitichindo Corbejenſe (w) probat Brotufus (x). Atque iſtum ipſum Sigefridum ab eo, quem Peucerus ponit (y), non eſſe diverſum, manifeſtum eſt ex 1. cap. 2. lib. Chron. Marſeburg. Brotufus tamen Marchionem Brandeburgenſ. eum nuſquam appellat, ut nec Abbas, nec Crantius, â quo Saxonum primoribus annumeratur (z), ſed primum ea dignitate ab Henrico Aucupe anno 928. ornatum nominat Johannem comitem Stadenſem & Heretzfeldenſem (a).

Quinam fuerint Comites Stadenſes.

§. V. Audiebant autem tum comites Stadenſes ii, qui ante tempora Caroli Magni â Stadio hodie archiepiſcopæ Bremenſis urbe ad Albim â Saxonibus conditâ, domini Stadenſes dicti fuerunt, & in genealogia Anhaldina (b) inter præcipuos Saxoniæ proceres, ex quibus XII. viri regii quotannis legebantur, primo loco numerantur.

Urſpergenſis narratio de Tanquardi matre.

§. VI. Urſpergenſis in Ottone primo ſcribit, matrem Tanquardi fuiſſe filiam materteræ Sigefridi Optimi Saxonum comitis, qui ſecundus ab Ottone imperatore in Saxonia pleraque adminiſtravit. Eandem cognationem alio in loco (c) ponit Brotufus, & hanc prærogativam Sigefrido ab Ottone conceſſam etiam recitat inter cauſas, ob quasei Henricus & Tanquardus fratres rebellarunt. Hæc de Sigefrido propter mox (d) ſecuturam Gereonis hiſtoriam umnino ſuere attingenda.

Cur Siegefridi facta ſit mentio.

CAP. IX.

(p) Nempe Caſum Genitivum CUJUS ambigue Chron. pag. 213. poſuit; Erat Regi Heinrico uxor & conſors regni clara, nomine Mathilda, filia Theodorici ex eadem Saxonum gente, CUJUS fratres erant Witikind, Immod & Reginbern. Hic dubitare quis poſſet, CUJUS ad Theodoricum an ad Mathildam reſpiciat.

(q) In Chronic. Merſeburg. lib. I. c. 23 & Dittmarus hæc narrat Chronici ſui libr. I. p 9. lin. 5 & ſeqq. Hatteburchim Sigefridi ſororem fuiſſe, refutari poſſe credit Frencelius ex eodem loco Dittmari nec non ex lib. 2. Dittmari Fol. 15.

(r) Sed dicto Sigismundiano non obediens erat Henricus, repulit tamen, captus jam jam amore alterius fœminæ. Vid. idem Dittmarus loc cit.

(ſ) Saxon. lib. III. c. 4. lin. 31. verb. vid. ſupra in nota ſub. lit. (l).

(t) Pag 78. Edit. Witteb. ann 1596. f.

(u) §. 6. hujus capitis 8. de Marchia Brandenburg.

(w) Seu ex Witichindi Monachi Corbejenſis Annalibus lib. I. qui continentur Tomo I. Rerum Germanicarum ab Henrico Meibomio illuſtratarum.

(x) Chron. Merſeburg lib I. c. 23 & lib. 2. cap. 1.

(y) Loco ſub lit. (ſ) citato.

(z) His verbis Saxoniæ lib. III. c. 14. lin. 24. ſeqq. Mortuus etiam eſt tempore Ottonis I. Sigefridus, unus ex Saxonum primoribus, qui proxima ſub rege poteſtate multa in Saxonia adminiſtrabat. Ejus dicionem Dancmarus regis conſanguineus frater, hoc eſt ex ſolo patre, non etiam matre depoſcit, erat enim ille natus matre moniali, quam Henricus pater amabat & aliquandiu pro conjuge tenebat, ſed uxorem habere non poterat. Rex autem comitatum illum Geroni conceſſit, Viro primario.

(a) In Genealogia Anhaldina a ſe ipſo 1556. publicata; Ibi enim lib. II. c. IV. fol 34. hæc narrat: Dieſer Marggraff zu Brandenburg, welchen Kayſer Heinrich, als er die Marck geerbaet, anfänglich eingeſetzt, iſt Johannes genannt, ein Graff zu Staden und Hertzfeld.

(b) Sub lit. (a) modo citata & libro quidem I. c. 13. f. 17.

(c) Pag 215. Edit. ſæpe citatæ.

(d) Forte in Chron. Magdeburg. quod 1554. Senatui Magdeburgenſi dicatum memorat in Chron. Merſeburgenſi lib I. c. 23 Aliqua ex parte huc etiam facere videntur, quæ narrat partim ibid. partim Chron. Merſeb. lib. 2. c. 1.

CAPUT IX.

De
Primis Marchionibus Miſnia & condita Marchia Luſatica

§. I.

Marchia Miſnenſis. CONtra Bohemos, qvos & ipſos, circumſeſſa Pragâ & Wenceslao Duce deditione capto (e) imperata facere coegit Henricus, Polonos item Sileſios, atque adeo Hungaros quoque aliasque gentes Sarmaticas & Scythicas, condidit Marchias Miſnenſem (f) revocato, ut Melanchthon, eumque ſecuti Peucerus (g) & Georgius Fabricius (h) volunt,

& Luſatica conduntur. Veterum Myſorum nomine, & Luſaticam (i) (Myſos enim, ut Tyrigetis ad Iſtrum

Tyrigetæ autores gentis Turingicæ. Vicini fuerunt, ita in his etiam regionibus prope Turingos in Hermundurorum terra conſediſſe, cumque poſtea â Sorabis oppreſſi eſſent, hoc tempore erexiſſe rurſum ſeſe & inclaruiſſe nomeo eorum, Peucerus (k) arbitratur) Miſnenſibus h. e. Sorabis domitis, præfectum dedit comitem quendam Bithynienſem ſeu Wetinienſem. (l) Nomeo ignoratur. Marchio Miſnenſis primus.

§. II. Sed avum eum habuiſſe Fridericum, quo anno Chriſti circiter 890. in bello Normanico, id eſt, Danico cum multis aliis præſulibus & priocipibus viris, inque his Brunone Brunovici & Tanqvarto I. vicinæ arcis Tanquerodæ conditoribus Henrici Aucupis patruis, agnatis ſuis totoque Chriſtianorum exercitu periit, Beutherus (m) & Brotuſus (o) aonotarunt. Cujus avus nomine Fridericus periit b. Dan.

§. III. Patrem etiam ejus, ab ineunte ætate in aula Henrici Aucupis agnati ſui verſatus, tandem bello contra Venedos & alios vicinos barbaros, Aucupis ductu ſuſcepto, occubuit, Fridericum nominat Beut- Ejus pater quoque dictus Fridericus.

(a) Hæc quatuor pene Aurorum recitata ſunt verbis, nempe Peuceri In Chron. Carion. p. 370. Georgii Fabricii in Originibus Saxon. lib. II. p. 11. Edit. Jeo. ano. 1598. Brotuſi in Chron. Merſeb. lib. I. c. 23. & Dittmari Chron. lib. I. p. 10. lin. 28.

(f) In cognoſcendis hujus Marchiæ initiis ejusd. Dittmari excelluit induſtria Chron. L. I. p. XI. lin 51 ſeqq. cum quo conjuogere licet Georg. Fabricii Annales Miſnenſes p. 19. 20. ſeqq. & Petri Albini Meißniſche Land-Chronic Tit. IX. p. 100. ſeqq. Sed qua cura & circumſpectione hi ſcriptores legendi ſios, graviter oſtendit Junckerus in der Anleitung zur mittlern Geographie part. I. c. XIII. p. 503. ſeqq. Inter alia ad decus hujus Marchiæ ſcripta & ad noſtrum inſtitutum inſuper facientia, adeat B. L. Tomo IV. Scriptorum Luſaticorum, Chronicon Laoterbergenſe ſive Montis Sereni ac Grauniſ Daleminciam deſcribeotem populos, ut utamor verbis Georgii Fabricii in Annalibus urbis Miſnæ pag. 19. inter Albim & Chemnicium fluvios habitaotes ſeu incoleotes provinciam io Epiſcopatu Miſoeoſi. Conf. Albini Meißniſ. Land-Chronic p. 433. Marchiones ſive Dominos Miſniæ recenſent Fabricius R. Miſn. lib. II. p. 29. Brotuſus Chron. Merſeb. lib. I. c. 19. Dittmarus in appendice Chronici p. 114. ſeqq. & Benjamin Leuberg in Deſcriptione arcis Orteoburg c. III p. 38. nota ſub. lit (d). Qui vero poſt eum ex sereniſſima horum Marchionum Electorumque Saxoniæ prognati ſunt, exhibentur in recentioribus typis Geneal. Saxon.

(g) Chronic. lib. 4. p. 309.

(b) In Annalib. urbis Miſnæ lib I. paſſim. Conf. in eadem Annalium Edit. Jeneoſi anno 1598. Reineri Reineccii Comment. de Myſenorum origioe p. 215 Item Melanchthonis orationem de regione & gente Myſorum p. 217. ſeqq.

(i) Hanc Marchiam eodem tempore conditam memorant cum Scriptores exteri, ut Albinus in Chron. Miſniæ Tit. VII. p. 97. & Tit. IX. p. 108. Fabricius in Originib. Sax. lib. II. p. 115. & Elias Reuſnerus in Enucleatione Stemmatis Wittekindei p. 15. Edit. Jen. 1597. tum in ipſa Luſatia nati, vel quos Luſatia fovit, ut Peucerus in Chron. Carion. lib. 4. p. 370. & in Idyllio ſupra p. 58. Diſticho 124. Leuberus in Deſcriptione arcis Ortenb. c. 2. nota ſub. lit. (u) p. 34. ſeq. & Principe Sax. p. 3. Kunſchke Diſſert. IV. Sect. VIII. §. VII. Mitus in oratione de Rebus Luſatorum & Groſſerus in Memorab. Luſat. Part. I. p. 13. Errant itaque, notante id Leubero Deſcipt. Ortenb. p. 35. qui tradunt, Luſatiæ Marchiones Inſtitutos fuiſſe ante Henrici I. Imp. ætatem. Goldaſtus de Regno Bohemiæ lib. 3. c. 16. n. 4. 5. 29. 30. Errant item, qui cenſent Marchionatum Luſatiæ primitus demum fuiſſe inſtitutum per Lotharium II. Imp. Goldaſtus d. cap. 16. n. 33.

(k) Chron. lib. 3. p. 309. & lib. 4. p. 370. De Myſis, qui Thyrigetis ſeu ex iis ortis Thuringiæ fuerunt vicini, pluribus fit mentio in Albini Chronica Miſniæ Tit III. p. 40. ſeqq. item Tit. V. p. 61 ſeqq.

(l) Brotuſus in Chron. Merſeb. lib. I. c. 23. narrat: Der Kayſer Heinrich hat nach Meiſſen eine Marggraffſchafft geordnet, einen Grafen von Wethin, ſeinen Vetter zum erſten Marggrafen zu Meiſſen gemacht, und ihm Kriegs-Volck in die Beſatzung zugegeben. In Genealogia Anhaldina lib. 2. c. 3. fol. 34. ſic ſcribit idem Brotuſus: Der erſte Marggraf zu Meiſſen iſt geweſt ein Graf von Wethin, ein Vetter Kayſer Heinrichs des erſten, ein Neffe des jungern Herrn Wittkindi des erſten Grafen zu Wethin. Deſſen Einſetzung geſchah 930. De iisdem Comitibus Wettinenſibus conf. Dittmarus in Chron. p. 116. Fabricius lib. 5. Originum Sax p. 510. & ſeqq. Reuſnerus in Stemmate Wittekindeo p. 25. & in Baſilic. Part. III. p. 269. 271. 273. Limnæus de Jure Publ. lib. V. c. 15. n. 2. Albinus im Sächſ. Stammbuche p. 396. 397. 400. 401. 404. 409. 413. 418. 421. 423. Hieronymi Henningis Tab. Genealog. ſecundi & III. Regni in 4. Monarchia Pars prior p. 9. ſeqq. Edit. Magdeburg. anno 1598 & Chriſtophori Cellarii Origines & ſucceſſiones Comitum Wettinenſium 1697. 4. vid. Acta Erudit. Lipſ. 1697. p. 581. vid. infra lib. IV. Comment. Manliſſ cap. I.

(m) In Genealogia.

(n) Chron. Merſeb. lib. I. c. 12.

Beutherus: (o) Brotuſus (p) nec hujus nomen exprimit. Eodem igitur gradu à Vitichindo magno diſtant comes ille ἀνώνυμος primus Marchio Miſnenſis & Henricus Cæſar. Uterque enim abnepos fuit Vitichindi, ſed hic à filio ejus natu majore Vigeberto, ducatus & provinciarum Saxonicarum hærede, ille à minore Vitichindo II. primo comite Bithynienſe deſcendit, propagavitque primos & antiquiſſimos Marchiones Miſnenſes aliquot ante Timonem & Cunradum, ad qvos duos quando et quomodo Marchia Miſnenſis pervenerit, in hujus libri fine (q) & quarto initio (r) dicetur.

Ejus majo- [illegible]

§. IV. Brotuſus tamen in hac narratione, ut ſæpe alias, ipſe ſibi non conſentit. Scribit enim alibi, primum Miſniæ Marchionem ab Aucupe creatum unum de filiis Friderici nati ex Diterico filio Ditmari ejus, qui frater fuit Friderici à Normannis occiſi. Sed hæc typum Genealogiæ Saxonicæ intuenti (t) clarius patebunt.

Brotuſus non ſemper idem.

CAP. X.

(o) In Genealogia.

(p) C. 12. his verbis fatetur nominis ignorantiam: Dieſer Friedrich hat nach ihm einen Sohn, des Nahmen mir unwiſſlich, gelaſſen, der iſt in ſeiner Jugend an des Kayſer Heinrichs des Erſten ſeines Vettern Hofe geweſt, und hat ihm kriegen helffen, und iſt um des Glaubens willen erſchlagen worden, und hat etliche Söhne gelaſſen, von denen der Kayſer 930. einen zum erſten Marggrafen zu Meißen gemacht. Conf. Peuceri Chron. lib. 4. p. 370. verbis 5. hujus 3. Eodem .. Conradum, lucem affundere queunt partim quæ de Brotuſi ſententia ſub. lib. (l) ex Genealogia ejus Anhaldina adduximus, partim hic familiæ Witikindeæ typus:

WITIKINDUS M.

Wigbertus Dux Sax. ex Geva.	Witikindus II. conditor Comitum Wethini ex Svatana.
Bruno Dux Sax.	Dietgremus Comes Wethini.
Ludolphus Dux Sax.	Fridericus Comes Wethini, Conditor Marchionum Miſniæ.
Otho Dux Sax.	Filius ἀνώνυμος juxta Brotuſum, juxta Reuſnerum vero Fridericus I. Marchio Miſniæ ab Henrico I. Cæſ. inveſtitus.
Henricus Auceps Imp.	Filius ἀνώνυμος juxta Brotuſum, qui Reuſnero contradicit, primus Marchio Miſniæ.

Ut etiam facilis ſit antiquiſſimorum Marchionum Miſniæ ante Timonem & Conradum ad hanc dignitatem evectorum recordatio, nomina ſaltem eorum adſcribere viſum eſt. Primus itaque fuit Fridericus I. ſecundus Ridacus Dives, tertius Echardus I. quartus Echardus II. quintus Hermannus Echardi II. frater, ſextus Dedo, ſeptimus Henricus Senior, octavus Henricus junior, nonus Timo, qui reto morte præventus Miſniam nonpoſſedit, hinc poſt Henricum juniorem Conradus Timonis Filius Miſnenſem Marchiam vi & armis conſecutus, eam ad poſteros propagavit & ſuperſunt hodie è progenie ipſius Electores & Duces Saxoniæ. Vid. Stemmatis Witikindei Stirpem II. p. 25. & Ditmarum in Chron. p. 118. - 120. & hoc libro II. Comment. c. 25. §. 5. Peucerus Chron. lib. IV. pag. 37. primos Marchiones Miſniæ eodem ordine his verbis recenſet: Contra Bohemos & Polonos Sileſioſque condidit Henricus Auceps Marchias Miſnenſem & Luſatiam. Marchiam Miſnenſem commendavit uni ex poſteris Widechindi junioris, qui beneficio ejuſdem Henrici tenuerunt præfecturam Soraborum ad Salam, Eliſtrum, Pleuſam, & Albim titulo dominorum Bythyniæ & Sorbeci. Recenſentur autem aliquorum nomina in hiſtoriis & res geſtæ. Ridacus ægre Miſniam defendit contra Boiemos, hujus filio Carolo excluſo, Otto ſecundus provinciam tuendam commiſit Echardo Filio Guntheri comitis in ea parte Miſniæ, quæ peculiariter a ſitu Orientalis regio vocata eſt. Hic Echardus, ejectis rurſus Boiemis, Marchiam Miſnenſem recepit, & ut fieret hæreditaria impetravit. Reliquit Hermannum & Echardum, quos ſecuti ſunt Dedones duo & Henricus ex familia dominorum Bythyniæ uſque ad tempora Henrici Quarti, qui Marchiam Miſnenſem tradidit Timoni domino Bythyniæ & Soraborum. Hoc Timone orti & procreati ſunt Marchiones Miſniæ, qui poſtea Miſniæ Comitatum provincialem Thoringiæ & Ducatum atque Electoratum Saxoniæ adjecerunt. Sunt qui Echardi fratrem Guncelium nominant, quem Hermannus bello eſt perſequutus, de quibus ſuo loco.

(q) Cap. 30. & 33.

(r) Cap. 1. 2. 3. 4.

(ſ) Cap. 12. his fere verbis: Dieſer Friedrich iſt in dem Wendiſchen Krieg erſchlagen worden und der Kayſer hat einen von ſeinen Söhnen zum erſten Marggrafen zu Meiſſen gemacht. Vid ſupra notam ſub. lit. (p) conf. Chronic. Saxonum p. 108.

(t) In Eliæ Reuſneri Enucleatione Stemmatis Witikindei Stirpe I. p. 13. Stirpe II. p. 25. & 51.

CAPUT X.

De

Primo Luſatiæ Marchione.

§. I.

Gereo vel Gero primus Marchio Luſatiæ.

MArchiam Luſatiæ Henricus commendavit Gereoni ſeu Geroni (u) comiti Stadenſi, ſecundum
X

Peuerum, (vv) præpotenti principi. Eidem etiam poſtea anno 937. quo & obiit Auceps, Otto I. magnus, Aucupis Filius & ſucceſſor tradidit Marchiam Brandeburgenſem & reliquam ditionem Sigefridi, ſine liberis extincti, quem quidem etiam fratrem Gereonis faciunt Chronica Saxonum (x) & Marſepurgenſe (y). 937.

Eidem donatur Marchia Brandeburgenſis & ditio Sigefridi.

§. II. Atque ob hanc donationem Tanquardus ſeu Danemarus Ottonis conſangvineus Frater, qui eum & ipſe materno genere Sigefridum attingeret, præteritum ſe & excluſum ab adeunda ejus hære-

Hanc donationem indigne fert Tanquardus.

(u) Sic, quod DEus bene vertat, accedimus ad Dominos & Marchiones patriæ noſtræ, ſive fuerint iſti Toparchæ & feudi poſſeſſores, ſive Præſides & limitum defenſores, quorum origines, nomina, numerum, Resque, domi & militiæ fortiter ac præclare geſtas ſtylo conſignandas noſter nunc ſibi ſumit, inſperſis etiam aliis lectu jucundis & ſcitu neceſſariis. Enumerat itaque hoc lib. II. Marchiones a Gerone uſque ad Henricum Juniorem, lib. III. Duces ac Reges Bohemiæ ad Wenceslaum III. lib. IV. Marchiones Miſniæ, qui poſt Henricum Groicenſem uſque ad Fridericum admorſum Luſatiam utramque adminiſtravere, lib. V. Marchiones Brandenburgenſes ab Alberto Urſo adusque Ottonem Bavarum, lib. VI. Reges Bohemiæ à Johanne Lucemburgio ad Uladiſlaum I. usque Luſatiam utramque conjunctam tenentes. Nec deſunt aliorum virorum præclara volumina, quibus idem argumentum proſecuti, nomina ſua poſteritati conſecrarunt, quive partim cap. ſuperiore hujus libri II. §. 1. nota ſub. lit. (t) citati, partim nunc in ſubſidium vocandi ſunt. Eorum agmen ducit Petrus Albinus in Chronico Miſniæ p. 405. Catalogum Marchionum Luſatiæ a Gerone ad Fridericum Admorſum exhibens. Hunc excipit Bartholomæus Scultetus Gorlicenſ. Mathematicus & Hiſtoricus inſignis, qui in Calendario anni 1576. eosdem, quos recenſuit Albinus, Marchiones publico orbis literarii conſpectui ſiſtit, & 1595. in Luſatia ſua h. eſt Tabula Synoptica Marchionum Luſat. curis ſecundis auctos foras dedit, quinimo Inſcriptionem eod. anno Turri Gorlicenſi ad Divi Petri & Pauli incluſam aſſervat Bibliotheca Zittavienſis, qua præcipuas Gubernationis in Marchionato utriusque Luſatiæ & urbis Gorlicii mutationes excuſſit, quem vero errorem utrobique commiſſum animadverterint alii, dicetur lib. hoc II. cap. 21. cum ventilabimus quæſtionem, num certo certius Poloni Luſatiæ unquam facti ſint Domini. Hujus Bartholomæi veſtigiis inſtitit Abraham Hoſemann Laub. Hiſtoricus Cæſareus illuſtrans patriam duobus opuſculis huc ſpectantibus. Primum erat ejus Pompa Regii Ingreſſus (puta imp. Matthiæ 1612.) in ſuperiorem Luſatiam, cui vero fidem detrahendam, omnes probatæ fidei Hiſtorici loquuntur, cum in præfatione citatos deprehendant Autores, quos in univerſo orbe unquam vixiſſe ſuique talem notitiam reliquiſſe, neutiquam recordari poſſint. Alterum, quo inclareſcere voluit, Scriptum illa ipſa Luſatia B. Sculteti fuit. Hunc laborem ſuppreſſo veri Autoris nomine ſibi attribuit, cum tamen ex proprio ingenio nil niſi Marchionum nomina adjecerit, qui ab ann. 1596 ad uſque annum 1615. in locum Majorum ſucceſſerant. Benjamin Leubecus & in Principe Saxoniæ Redivivo & in Deſcriptione arcis Ortenburg Dominorum Luſaticorum præcipue Witikindorum cineres quoque venerationi poſteritatis expoſuit & ab orco revocavit, ſed non parem ab omnibus gratiam promeruit. Nec tacendus eſt Caſpar Schneiderus Leiſnic. Miſn. Scholæ Domiſchienſis Rector inclareſcens famoſo illo codice Mſto, qui inſcribitur SCRUTINIUM LUSATIAE. Univerſum opus quatuor diſtinguitur Tomis, quorum ſecundus lecturienti ob oculos ponit Imperantium ſeriem, aſt jacet adhuc theſaurus iſte inter privatorum quorundam manus & ſcrinia ſpretus atque neglectus. Digredimur nunc ad Scriptores recentiores ac Anteceſſoribus palmam præripientes, ex quibus nominandus inprimis eſt Johannes Hubnerus pro more h. e. ordinate & ornate enumerans Luſatiæ Principes. Groſſerum virum ἱστορικώτατον, cujus merita & nomen nulla nunc obliterare poteſt oblivio aut ingrati ſeculi iniqvitas, nec non Carpzovium, admirandæ virum induſtriæ, ab Ottocaro Zittaviæ fundatore ad ſereniſſimum Poloniæ Regem Saxoniæque Electorem & hodiernum Luſatiæ Marchionem, Marchionum res geſtas, docte & compendioſe delibantem citavimus jam lib. I. comment. cap. 2. §. 1. nota ſub lit. (n) pag. 109. Ut igitur B. Lectori quaſi in compendio exhibeamus antiquos, medios & recentiores Luſatiæ Dominos, ac faciliorem reddamus Commentariorum Manlianorum perluſtrationem, non ingratum fore confidimus, ſi laudati Sculteti Luſatiam 1595 a ſe ipſo in publicum emiſſam 1615. ab Abrahamo Hoſemanno continuatam & a nobis ad ann. 1717. deductam apponi curaremus. En itaque

Cata-

CATALOGUS
IMPERATORUM, DUCUM ET MARCHIONUM
TAM INFERIORIS QUAM SUPERIORIS LUSATIAE.

Familia.	Superioris Luſatiæ Marchiones.		Imperatores vel Cæſares.	Reges.
I. Bohemi a Primislao Stadenſi primitivi poſſeſſores utriusque Luſatiæ, usque ad Dombraviæ elocationem.	WRatislaus - - - -	1.		
	Wenceslaus Sanctus, occiſus Anno 929 - -	2.		
	Boleslaus ſævus, obiit Anno 967. - -	3.		
	Boleslaus Pius, obiit Anno C. 969. - -	4.		
	Mieslaus I. Anno C. 965. maritus Dombraviæ.			
II. Poloni a Pyaſto Cruſvicenſi & conjugio Dombraviæ per annos 106.	Boleslaus I. Chabri obiit Anno C. 1025. - -	5.		1.
	Mieslaus II. obiit Anno C. 1034. - -	6.		2.
	Caſimirus Monachus obiit Anno C. 1058. -	7.		3.
	Boleslaus Audax expulſus Anno C. 1081. - -	8.		4.
	Wratislaus obiit Anno C. 1092. in Januario. -	9.		5.
	Conradus I. obiit Anno C. 1092. in Septembr. -	10.		
	Bretislaus occiſus Anno C. 1100. - -	11		
	Borivorius expulſus Anno C. 1107. - -	12		
Bohemi iterum a Primislao St. ob tranſ-actionem cum Polonis habitam Anno 1171. per Annos 173. poſſederunt.	Svatopulcus occiſus Anno C. 1109. d. 21. Sept. -	13		
	Vladislaus I. expulſus Anno C. 1125. - -	14		
	Sobieslaus I. Senior, obiit Anno C. 1140. -	15		
	Vladislaus II. obiit Anno C. 1178. - -	16.		6.
	Fridericus expulſus - -	17		
	Sobieslaus II. Junior expulſus - -	18.		
	Conradus II. obiit Anno. C. 1195. - -	19		
	Wenceslaus trimeſtris. Anno C. 1195. - -	20.		
	Primislaus, qui poſt 4. menſes expulſus 1195. -	21.		
	Henricus - - - -	22.		

Duces.	Marchiones.	Inferioris Luſatiæ Marchiones. Coætanei Marchiones.		*Familia.*
1.	11.	GERO obiit Anno Chriſti 965. - -	1.	
2.	12.	Chriſtianus obiit Anno C. 973. - -	2.	
3.	13.	Ditmarus obiit Anno C. 978. - -	3.	
4.	14.	Gero II. occiſus Anno C. 1015. - -	4.	Comites Stadenſes.
		Dittmarus II. - - - -	5.	
		Otto ultimus obiit Anno C. 1031. - -	6.	
		Dedo I. obiit Anno C. 1061. - -		
5.				
6.		Heinricus Sen. obiit Anno C. 1106. -		- Marchiones Miſniæ.
7.		Heinricus poſthumus obiit Anno C. 1126. -		
8.		Wipertus Groicenſis obiit Anno C. 1134. -		- Danici e Stirpe regia.
9.		Heinricus obiit Anno C. 1136.		
10.		Conradus I. obiit Anno C. 1156. -		- Iterum Marchiones Miſniæ.
11.		Ditericus I. circa annum 1184.		
12.		Dedo II. obiit Anno C. 1190		
13.		Conradus II. obiit Anno C. 1195.		
14.		Dietericus II. obiit Anno C. 1125.		
15.				
16.				

Superioris Luſatiæ Marchiones.

Familia.		Imperatores vel Cæſares	Reges.
	V Ladislaus III. ſeceſſit 1213. - -	23.	
	Primislaus Ottocarus I. idem qui antea, obiit 1230.	24.	7.
	Wenceslaus I. Ottocarus tradidit regionem circa A. C. 1234. - - - -	25.	8.
III. Marchiones Brandeburgenſ. è Comitibus Aſcaniæ mediante Conjugio Beatricis Bohemiæ.	Otto Pius obiit Anoo C. 1267. - - -	26.	
	Otto longus obiit 1298. - - - -	27.	
	Hermanus obiit Anno C. 1308. - - -	28.	
	Johannes illuſtris obiit circa Annum 1315. - -	29.	
	Waldemarus ultimus obiit Anno 1319. - -	30.	
IV. è Sileſiæ Ducibus a tranſactione dotis cum Anna Bohema ad Corpus.	Heinricus tradidit Gorlicium Anno 1329. - Reliqua obtinuit usque ad obitum, ſimul etiam Zittaviam. Annales noſtrates vocant ipſum Hertzog Heinicken.	31.	
	Utraque	Luſatia	copulata
V. Lucelburgi Comites ex Conjugio Eliſabethæ ad annos 118.	Johannes occiſus Anno C. 1346. - - -	—	9.
	Carolus IV. obiit Anoo C. 1378. - - -	1.	—
	Johannes Caroli IV. Filius extinctus veneno Aooo 1396. - - - -	—	—
	Wenceslaus obiit Anno C. 1419. - - -	2.	—
	Sigismundus obiit Anoo C. 1437. - - -		
VI. Auſtriaci a Conjugio Eliſabethæ per annos 21.	Albertus II. obiit A. C. 1439. - - - -	4.	—
	Ladislaus obiit A. C. 1457. - - -	—	10.
VII. Baro Bohemus a Podibradt & Kunſtadt per annos 12.	Georgius Podiebratus, abrogatus A. C. 1469. - -	—	11.
VIII. Hunniades Hungarus per annos 21.	Matthias Hunniad. Corvinus obiit A. C. 1490. -	—	12.
IX. Lithuani a Jagellone nati ex Eliſabetha Auſtriaca per annos 37.	Vladislaus obiit A. C. 1516. - - -	—	13.
	Ludovicus periit ad Mongatz. A. C. 1526. - - -	—	14.

Duces	Marchiones	Inferioris Luſatiæ Marchiones.	Familia.
—	1	HEinricus III. obiit *A. C.* 1288.	Marchiones Miſnienſes.
—	2.	Ditericus III. obiit. *A. C.* 1292.	
—	3.	Titmannus occiſus Lipſiæ in Templo divi Thomæ *A. C.* 1307.	
18.	4.	Fridericus ultimus, cognomento admorſus bello reliquit victus. *A.* 1317.	
ſub	unius	Dominio.	
		Johannes } Carolus IV. }	Lucelburgi Comites.
19.	—	Johannes Dux Gorlicenſis.	
		Wenceslaus ignavus.	
		Sigismundus Imperator.	
		Albertus II. } Ladislaus. }	Auſtriaci.
		Georgius Liber Baro à Kunſtadt & Podibrath obiit *A. C.* 1471.	Bohemus.
		Matthias Hunniades & Corvinus.	Hungarus.
		Vladislaus.	Lithuanus Princeps.
		Ludovicus.	Filius.

	Marchiones Luſatiæ.	Imperatores vel Cæſares.	Electores & Duces
X. Auſtriaci iterum à conjugio cum Eliſabetha, ut Anna Jagellonis ab Anno 1526. ſuccedendo usque ad annum 1635.	FErdinandus I. Caroli V. Frater, obiit *A. C.* 1564.	4.	
	Maximilianus II. obiit *A. C.* 1576	5.	
	Rudolphus II. obiit *A. C.* 1612. d. 20. Januarii.	6.	
	Matthias obiit *A. C.* 1619. d. 20. Martii.	7.	
	Ferdinandus II. obiit *A. C.* 1637. d. 15. Februarii.	8.	
XI. Saxon.	Johannes Georgius I. obiit *A. C.* 1656. d. 18. Octobr.	qui teſtamento	1. de-
	Johannes Georgius II. obiit *A. C.* 1680. d. 1. Sept.	———	2.
	Johannes Georgius III. obiit *A. C.* 1691. d. 21. Sept.	———	3.
	Johannes Georgius IV. obiit *A. C.* 1694. d. 7. Maji.	———	4.
	Fridrich Auguſtus, Frater, Elector Saxoniæ, Rex Poloniæ coronatur *A.* 1697.	———	5.
	Fridrich Auguſtus II. Electoratus Saxonici Hæres & Marchionatus Luſatiæ Pro-Marchio.	———	6.

nuo utramqve Luſatiam diviſam Succeſſorem in Superiori Luſatia habet Filium Johannem Georgium II. & Inferior Luſatia relinquitur

Chriſtiano, Duci Saxoniæ, Adminiſtratori Martisburgenſi, obüt *A.* 1691. Succedit — Duces Martisburgiæ.

Primogenitus *Chriſtianus II.* Adminiſtr. Epiſcopatus Martisburgenſis. Quo præmature ad patres migrante, filioque

Primogenito *Chriſtiano Mauritio* poſt aliquot hebdomadarum ſpatium ſubſecuto, ex diſpoſitione Teſtamentaria divi parentis ſub Tutela Electorali & præterea relictæ viduæ, Erdmuthæ Dorotheæ, hujusque fratris, Ducis Mauritii Willhelmi Zitzæ, & Divi parentis fratris, Ducis Auguſti zu Zörbig, Adminiſtratione vixerunt P. P.

Mauritius Wilhelmus & *Fridericus Erdmannus.* Illi nunc tutela eſt reſtituta, hic vero morte præmatura rebus humanis ἄπαις exemtus eſt.

hæreditate indigne ferebat, primum anno 938. cum Hungaris & Eberhardo comite, Palatino, vel ut chronicon Saxonum (z) habet, Francorum duce, & iterum anno 941. vel præcedente, cum Henrico rixoſo, (a) Saxoniæ & Bavariæ duce, fratre germano Ottonis, bellum imperatori intulit, cujus hiſtoriam latius perſequuntur Vrſpergenſis (b) & Brotufus, (c) tametſi in priore rebellione Danckuvortum (d) occiſum memorat Saxonum Chronicon (e). Aventinus, (f) qui ex profeſſo ducum Bavariæ hiſtoriam diligentiſſime deſcripſit, Henricum primum Bavariæ ducem, Ottoni fratri perpetuo fidelem fuiſſe affirmat.

Imperatori bellum infert & petit.

§. III. Primus etiam Gereo Magdeburgenſis Burggravii munus ejusdem Ottonis ordinatione geſſit. Urſpergenſis ſcribit, (g) cum Otto Lutholphum filium rebellem, ejusque complices, Conradum generum ſuum Franciæ, vel ut alii ad Moſellam Ducem & alios intra Ratisbonam concluſiſſet anno 953 Orientalem ejus urbis portam obſediſſe Geronem comitem tot Victoriis, quot præliis clarum. Idem refert Aventinus, (h) à quo Gereon ſupremus exercitus Cæſarei ductor, reique militaris peritia & gloria præſtantiſſimus appellatur. Crantius (i) in Moguntiæ quoque obſidione eodem bello & anno, teſte Lamberto, (k) Imperatori Geronem affuiſſe addit, quem virum primarium alibi (l) vocat.

Geroni Magdeburg. Burggravii munus quoque imponitur.

Res fortiter & præclara ab eo geſtæ.

§ IV. Memoriam Geronis conſervat cœnobium veſtalium Gerenroda, (m) quod

Ejus memoria.

Quinam ante Henricum Aucupem & Carolum M. Luſicorum atque Sorahorum in his oris Domini fuerint, accurate dicere non poſſumus. Ex Scriptoribus Bohemicis ſit veriſimile, patriam noſtram paruiſſe Bohemiæ; nam Bohuslaus Balbinus Epitome Hiſt. lib. I. c. 10. pag. 83. Lidominum Principem Syrbienſem, ubi jam degunt Luſatii, vocat, ab Hagecio in Chron. Boh. ad ann. 832. f. 50. Wratislaus Wngeoi filius Luſatiæ Dominus appellatur, quem hac in parte ſequitur Stransky de Republ. Bohem. c. 7. §. 4. p. 333. conf. Balb. Miſc. lib. VII. ſect. I. c. 10. p. 29 Neclanum poſtea Superiores Luſatiæ partem in ſuam poteſtatem redegiſſe, teſtantur Annal. Fuldenſes. Hic cum Carolo M. bello implicatus ab eoque ſuperatus, Zechu vel Lecho, periſſimo belli Duci bonam Luſatiæ partem concredidit, ut ita Carolo melius reſiſtere poſſet. Ab hoc Zecho, Luſatiæ Dominium ad Witteckindum M. ejusque Poſteros tranſiiſſe creditur, teſtibus Hiſtoricis vetuſtioribus & recentioribus, quos citat Groſſerus Memorab. Luſat. Part. I. p. 7. Kuntſchke in Diſſertat. Hiſt. IV. ſect. VIII. § 2. 3 4. Frencelius in Hiſt. de populis Luſatiæ cap. 21. §. 2. ſeqq.

(vv) Chron. lib. 4. p. 370.

(x) P. 123. bis verbis: Dieſer Graf Gero hatte einen Bruder, der hieß Siegfried.

(y) Brotuf. lib. II. c. 1. Der Kayſer Otto hat nach Abſterben Herrn Siegfrieds, Grafen zu Marsburg, welcher ein Bruder Geronis des Marggrafen zu Laußnitz war, dem Geroni das Ambt der Kayſerl. Legation anbefohlen.

(z) Pag. III. & 118.

(a) Hic Henricus fuit Henrici I. Bavari filius adeoque Henricus II. Pater S. Henrici Claudi Imperatoris, dicebatur rixoſus, quod Ottoni II. Imperatori adverſaretur. Aventinus Annal. Boj. lib. V. cap. II. p. 474. ſeqq. Edit. Lipſ. an. 1710. f.

(b) In Ottonis I. Hiſtoria pag. 215.

(c) In Chronic. Merſeb. lib. I. c. 23.

(d) Sive Tanquardum.

(e) Pag III & 118.

(f) Annalium Bojorum lib. V. c. 1. §. 4. p. 469. Edit. Lipſ. 1710.

(g) In vita Ottonis I. pag. 221. ſeqq.

(h) Annal. Bojorum lib. V. c. 1. §. 18. p. 471.

(i) Saxoniæ lib. IV. c. 5. lin. 54. pag. 81.

(k) De Rebus German. pag. 156. Tomi I. Scriptorum Rerum Germanic. Jo. Piſtorii.

(l) Saxoniæ lib. III. cap. 14. p. 72. Otto comitatum Brandenburgenſem Geroni conceſſit viro primario.

(m) Nos ad memoriam hujus I. Marchionis Luſatiæ, quam per 40 annos ſumma cum laude gubernavit, poſteris commendandam in ſeruimus his Scriptoribus illius cœnobii Annales a M. Andrea Hoppenrodio ſeu ut mavult Becmannus in der Anhaltiſchen Hiſtorie Part. I. c. 1. §. 13. p. 8. Poppenrodio conſcriptos, quos invenies quoque in Tom. II. Scriptorum German. a Meibomio publicatorum p. 415. ſeqq. In illis Autor vitam Geronis breviter delibavit. Conf. Witichindi Corbejenſis Annal. lib. III & Meibomii in illum notæ Tom. I. p. 660. ſeqq. Joh. Chriſtophori Becmanni Hiſtorie des Fürſtenthumes Anhalt Part. I. c. 1. §. 13 p. 8 it. part. III. c. 7. p. 166. ſeqq. ubi ejus effigies etiam exhibetur, Groſſerus Memorab. Luſat. Part I. p. 13 - 15. & Part. III. p. 4 §. 5. Sagittarii Hiſtoria Luſatica §. 18. 19. Frencelii Hiſtoria de populis Luſatiæ cap. 21. §. 7. ſeqq. Fabricii Orig. Sax. lib. 2. p. 114. ſeqq. And. Angel. Annal. March. p. 46. 57. 53. Petr. Albin. Meißniſ. Land-Chron. p. 405. 407. Horum Coment. lib. hoc II. cap. 19. ſi B. Lectori in laudes ejus deſcribendas exſpaciari libet, ſvademus, adeat cæteros Autores h. cap. 10. paſſim citatos. Sic enim obſervabit, Geronem, ob excellentes corporis ac animi dotes, quibus ſe tam Imperatori quam reliquis regni Proceribus mirifice probavit, ſequentia meruiſſe elogia, ut Reginoni, ſeu ut rectius dicamus, ejus Continuatori an. 965. audiat: Marchionum ſui temporis optimus, præcipuus; Abbati Urſpergenſi p. 222. & ex hoc Fabricio lib. II. p. 150. Orig. Sax. Marchio tot victoriis, quot præliis clarus; Witichindo Corbejenſi in Meibomii Script. Rerum German Tom. I. p. 658. multis geſtis inſignibus clarus, magnus & celebris, & p. 662. Vir magnus & potens; Dittmaro Chron. lib. II. p. 19. Defenſor patriæ; Poppenrodio in Annal. Gerovodenſium in Meibomii Script. Germ. T. II. p. 417. Marchio Laudatiſſimus; ipſi Meibomio Notis in Witichind. Ann. Sax. p. 703. Fortiſſimus Heros Saxonicus Gero; Aventino p. 471. ſupremus exercitus Cæſarei Ductor reique mi-

quod de bonis Sigefridi prope Quedlinburgum & Ballenſtettum ad Herciniam fundavit, ubi & ſepultus eſt, cum obiiſſet anno 965. quo ipſo Poloni & Sileſii populariter Baptiſmum ſuſceperunt. (n)

Mors & Sepultura.

§. V. Uxorem habuit Hildam ſeu Hiddam (o) filiam Ottonis comitis Ravenmingenſis, qui clauſtra relligioſa duo excitavit, alterum cum uxore ante ſalinas Saxonicas, (p) Novi operis (ſic Chronicon Miſnenſe & Marſeburgenſe, (q) tametſi Siffridus

Uxor cujus Perer clauſtra duo excitavit.

Y

litaris peritia & gloria præſtantiſſimus, Crantzio in Sax. p. 72. vir primarios; Groſſero part. I. p. 15. ein hochberuffener Held & Part. III. p. 4. §. 5. der Welt beruffene Marggraff Gero; Nobis Heros us omnium ſic noſtri Secoli memoria digniſſimus.

(o) Anno 963 Slavi, qui dicuntur Lunſiozani ſubduntur. Rhegino lib. 2. in margine Luſatii alias.

(o) Manlius hic Geroni tribuit uxorem Hildem ſeu Hiddam, filiumque Geronem Archiepiſcopum Colonienſem; Sed utrumque id ſtatui per errorem, autumat Sagittarius in Hiſtoria Luſetica §. 18. cum Hidda ejus ſoror fuiſſet gignens ex Chriſtiano, ſecundo Marchione Luſatiæ, illum epiſcopum, quod ſatis clare conſtaret ex Chronico Montis Sereni. Et ſane, parum abeſt, quin nos Sagittario ſubſcribamus. In Chronico enim illo de Gerone & familia ejus hæc notantur ad an 1171; ut videre eſt Tomo IV. horum ſcriptorum Luſat: Temporibus Imp. Ottonis I. duo fuerunt fratres, Gero Dux & Marchio & Sigfridus comes. Horum ſoror Hidda dicebatur. Gero filium habuit unicum Sifridum, qui in juventute obiit, cujus viduam Hattvvigam, quam annis 7. habuerat, monaſterio Gerenrodæ a ſe fundato, præfecit; Hidda vero nupſit Chriſtiano Luſatiæ Marchioni ſecundo, qui genuit ex ea Geronem Colonienſem Archiepiſcopum. Genealogia hujus Geronis teſtibus Albino in Chron. Miſnæ p. 405. & Groſſero Part. I. p. 13. multis tenebris occultatur, ex quibus forſan erui poſſet, ſi M. Andreæ Poppenrodii Stam̃-Baum ſeu Genealogia Principum Comitumque in terris Saxonicis cum præſtantiſſimi Budæi in illum librum Notis in lucem protraheretur, cujus meminit Meibomius in Notis, ad Annales Gernrodenſes L. t. p. 465. Nos ex Chronico Montis Sereni, Annalibus Gernrodenſium, Ditmero ceu illorum temporum Scriptoribus fidem utique merentibus, Meibomii notis in Annales Gernrodenſium & Wolfgangi Juſti Genealogiis Septem Familiarum ſequentem exhibemus typum:

Theodoricus comes Ringelheimenſis

Siffridus Marchio Brandenburgenſ. in cujus locum ſucceſſit Gero II. Marchio Luſatiæ.

Mechtildis uxor Henrici Aucupis Imp.

Gero I. comes Stadenſis, Burggravius Magdeburg.

Gero II. Burggravius Magdeburgenſis, comes Merſeburgenſis, Altenburg. & Stadenſis, primus Marchio Luſatiæ & II. Brandenb. uxorem habuit Magdalenam filiam Alberti Urſi ex antiquiſſima familia Principum Aſcaniæ.

Siffridus, qui creditus Geronis II. frater.

Hidda, Geronis II ſoror, quæ nupſit Chriſtiano II. Luſatiæ Marchioni gignens Geronem Archiepiſcopum & Dithmarum.

Siffridus Burggravius Magdeburgenſ. uxor ejus fuit Hedvvigis, quæ poſt 7. annos vidua fit abbatiſſa I. Gerenrodenſis monaſterii.

Aſt non deſunt, qui etiam Manlio adſtipulantur atque ſic eum excuſant, quos inter eminet vir præſtantiſſimus Hieronymus Henninges in locupletiſſimo & ſumtuoſiſſimo opere Genealogico Part. priore II. & III. Regni in 4ta Monarchia p. 93 & 197. qui utrobique Hildam ſeu Hiddam filiam Ottonis Raveningenſis Geronis II. uxorem pronunciat. Ottonem vero comitem Reveningenſem & Nordtringenſem ſedem ſuam in Reven vel Rabenburgo Caſtro ad Salam ſito habuiſſe pag. 73. dicti volum. affirmat.

(p) De his conf. cap. 12. hujus libri Commentariorum II. nota ſub lit. (y)

(q) Indicandum id & tenendum hic eſt, Chronicon Miſnenſe & Merſeburgenſe tempore Manlii opuſcula quædam fuiſſe anecdota, quinimo & noſtris temporibus adhuc maximam partem in ſchedis delitescere. Quamvis igitur teſtimonium illorum nobis eſſet gratiſſimum; in manus tamen noſtras non inciderunt, adeoque loca citata & quærere & deſiderare fruſtra eſt.

dus (r) id anno 1116. ab Adelgotho antiſtite Magdeburgico fundatum ſcribit) alterum rogatu ejusdem ad Calbam, (ſ) quæ Calegia eſt Ptolomæo, (t) Salelbia Luthero, gratia Dei titulo, in quorum poſteriore

Filius

ſitus eſt. Ex ea genuit filium Gereonem præſulem Colooienſem, ut habet Chronicon Miſneoſe. (u)

Ubi de Gereone plura legi poſſunt.

§. VI. Plura de Gereone & Sigefrido Brotuſus (vv) ex Chronico Ditmari (x) præſulis Marsburg. & libris rerum Saxonicarum Vitikindi. (y); Variat tamen is nonnihil a Peucero. (z) Nam Miſnenſem prætereaMarchiooem Gereonem nominat. (a) Brandenburgicæ vero Marchiæ ei collatæ non meminit.

Dux Saxonum fuiſſe ſcribitur.

§. VII. Nec deſunt, qui hunc Saxonúm, quorum præſidium, contra Venedos Brandeburgo impoſuit Auceps, ducem fuiſſe atque à Cæſare primum ibi Marchionem conltitutum prodere auſint (b): quæ eadem de Johanne ſuo ex Crantzio (c) refert Brotuſus (d): Sed tantam ſcriptorum diſcrepantiam cooiciliare oon eſt hujus loci: Hæreditatem certe in Saxonia reliquit Gereo, quam Peucerus (e) ſcribit ab Ottore primo attributam Hermanoo Bilichii filio nobili, cum Saxoniæ ducem eum crearet.

Ejus hereditas.

CAPUT XI.

De Diverſis Marchiarum Inſignibus.

§. I.

Deigma ſive inſigne Marchiæ Miſnenſis eſt Leo niger, Brandeburgenſis Aquila rubra.

PORro Marchiæ Miſnenſis inſigne eſt Leo (f) niger in campo aureo, currens, rictu tanquam ad feram diſcerpendam paſſo (g): Brandeburgicæ, (h) aquila

(r) Miſnenſis Presbyter Epitomes lib. 1. pag. 161. Edit. Jenenſ. an. 1598. in Georg. Fabricii Rerum Miſnic. VII. libris, ibi enim ſic ſcribit. Anno 1116. fundatum eſt cœnobium Halleoſe, videlicet Novi operis, extra muros ſitum, a venerabili Archiepiſcopo Magdeb. Adelgoto. De eodem cœnobio conf. Gottfridi Olearii Beſchreibung Halle p. 142.

(ſ) Chronicon Saxonum cœnobium ad Calvam Gratiam DEI dictum fundatum 1126 his verbis annotavit: Nortbertus der 13. Ertzbiſchoff zu Magdeburg hat das Kloſter Walckenrode und das Kloſter Gottes-Gnode bey Kalbe geſtiffet.

(t) Tab. IV. Europæ Peucerus Chron. lib. 4 p. 302. hæc recitat: Meminit Ptolemæus oppidorum Argeliæ ſeu Argeviæ, ut aliqui malunt legere & Calegiæ. Argeviæ Torga ſono reſpondet. Calegiæ oppidum Calba, quod ſupra confluentem Salæ Albisque poſitum, utriusque fluminis nomen complectitur & exprimit, non aliena ſyncope, quaſi Saleleb.

(u) Chronicon hoc Miſoenſe inter inedita cum referamus & Georgius Fabricius in Annalibus urbis Miſnæ ejus nec nullam mentionem faciat: ſubſtituere liceat hic & alibi Chronica typis exſcripta vel alium Autorem probatæ fidei. Hic meretur fidem Chrooicon Saxonum ſæpe jam citatum, quod Præſulem illum Colonienſem refert filium ſororis, nomine Wyburgæ, Gerumis p. 123.

(vv) Chronic. Merſeburg. lib. 2. c. 1.

(x) Lib. II. pag. 19. lin. 37. ſeqq. & lib. 7. p. 85. lin. 48. ſeqq. Ultimo loco ſic fere: Hedvvigis fuit Regiom Mathildis (uxoris Henrici Aucupis) inclyta neptis, ac in XIII. ætatis ſuæ anno Geronis Marchionis filio Sigifrido nupſerat & cum eo tantum VII. annos conjuncta erat.

(y) Monachi Corbejenſis, qui deſcripſit res geſtas Ottonis I. lib. III. Geſt. Saxon. p. 658. Tomi I. Scriptorum German. ab Henrico Meibomio Juniore collect.

(z) Chron. lib. 10. p. 369. & 370.

(a) Lib. II. Chron. Merſeb. c. 1. ubi diſerte dicit: Von den Gütern des Sigfried, welche um Quedlinburg lagen, ſtifftete Gero Marggraf zu Meiſſen (hic autem Brotuſus errat, Gero nunquam fuit Marchio Miſniæ) Lauſitz und Burggraf zu Magdeburg, das Jungfrau Kloſter Gerenrode bey Quedlinburg und Ballenſtet gelegen.

(b) Talis fuit Wolfgang Juſtus in der kurtzen Beſchreibung der Stadt Franckfurt an der Oder, ubi cap. 2. p. 4. Edit. tertiæ ao. 1706. f. ſcribit. Anno 928. hat Kayſer Heinrich der Erſte die Wenden, welche die Marck Brandenburg ſamt der Lauſnitz inne hatten, bezwungen, ihren König verjaget und das Schloß zu Brandenburg, da jetzund der Thum ſtehet, auf dem Eyſe gewonnen, mit Sächſiſchen Krieges-Volck beſetzt und ihren Krieges-Fürſten, Geronem genannt, zum erſten Marggroffen zu Brandenburg eingeſetzet und inveſtiret.

(c) In Sax. L. III. c. 9. p. 69 & in Vandalia L. 2. c. 27.

(d) In Genealogia Anhaldina lib. II. p. 33. & 34. ibi enim hæc in medium profert: Der erſte Marggraf zu Brandenburg, welchen Kayſer Heinrich der Vogler, als er die Marg geordnet, anfänglich eingeſetzt, iſt Johannes genannt, ein Graf zu Staden und Hertzfeld, ein ſtreitbahrer Fürſt.

(e) Chronic. lib. 4. p. 378.

(f) Quam B. L. ex Albini Laub-Chro. p. 423. exhibemus, explicationem vero jam ante nos a πολυμαθεστάτῳ Spenero ſuppeditatam invenies in Hiſtoria Inſignium illuſtrium ſ. Operis Heraldici Prolegomenis p. 6. §. 4.

(g) Er hat einen aufgeſperrten Rachen, als wolte er ein Wild zerreiſſen. Ita Frencelius. Manlius in margine: 3. Aen. paſſis de littora palmis I. Aeneid. Crinibus Iliad. paſſis. Imo pedibus poſterioris incedit erectus.

(h) Sereniſſimæ Regio-Electoralis familiæ Brandenburgicæ ſcutum & inprimis aquilam rubram idem Spenerus illuſtrem facit Operis Heraldici Part. ſpecial. lib. I. c. XIII. p. 78. §. VI.

CATALOGUS

IMPERATORUM, DUCUM ET MARCHIONUM
TAM INFERIORIS QUAM SUPERIORIS LUSATIAE.

Familia.	Superioris Luſatiæ Marchiones.		Imperatores vel Cæſares.	Reges.
I. Bohemi a Primislao Stadenſi primitivi poſſeſſores utriusque Luſatiæ, usque ad Dombraviæ elocationem.	Wratislaus	1.		
	Wenceslaus Sanctus, occiſus Anno 929	2.		
	Boleslaus ſævus, obiit Anno 967.	3.		
	Boleslaus Pius, obiit Anno C. 969.	4.		
	Mieslaus I. Anno C. 965. maritus Dombraviæ.			
II. Poloni a Pyaſto Cruſvicenſi & conjugio Dombraviæ per annos 106.	Boleslaus I. Chabri obiit Anno C. 1025.	5.		1.
	Mieslaus II. obiit Anno C. 1034.	6.		2.
	Caſimirus Monachus obiit Anno C. 1058.	7.		3.
	Boleslaus Audax expulſus Anno C. 1081.	8.		4.
	Wratislaus obiit Anno C. 1092. in Januario.	9.		5.
	Conradus I. obiit Anno C. 1092. in Septembr.	10		
	Bretislaus occiſus Anno C. 1100.	11		
	Borivorius expulſus Anno C. 1107.	12		
Bohemi iterum a Primislao St. ob tranſactionem cum Polonis habitam Anno 1171. per Annos 173. poſſederunt.	Svatopulkus occiſus Anno C. 1109. d. 21. Sept.	13.		
	Vladislaus I. expulſus Anno C. 1125.	14		
	Sobieslaus I. Senior, obiit Anno C. 1140.	15		
	Vladislaus II. obiit Anno C. 1178.	16.		6.
	Fridericus expulſus	17		
	Sobieslaus II. Junior expulſus	18		
	Conradus II. obiit Anno. C. 1195.	19		
	Wenceslaus trimeſtris. Anno C. 1195.	20.		
	Primislaus, qui poſt 4. menſes expulſus 1195.	21.		
	Henricus	22.		

Duces.	Marchiones.	Inferioris Luſatiæ Marchiones. Coætanei Marchiones.		Familia.
1.	11.	GERO obiit Anno Chriſti 965. - -	1.	
2.	12.	Chriſtianus obiit Anno C. 973. - -	2.	
3.	13.	Ditmarus obiit Anno C. 978. - -	3.	
4.	14.	Gero II. occiſus Anno C. 1015. - -	4.	Comites Stadenſes.
		Dittmarus II. - - - -	5.	
		Otto ultimus obiit Anno C. 1031. - -	6.	
		Dedo I. obiit Anno C. 1061. - -	-	
5.				
6.		Heinricus Sen. obiit Anno C. 1106. -	-	Marchiones Miſniæ.
7.		Heinricus poſthumus obiit Anno C. 1126. -	-	
8.		Wipertus Groicenſis obiit Anno C. 1134. -	-	Danici e Stirpe regia.
9.		Heinricus obiit Anno C. 1136.		
10.		Conradus I. obiit Anno C. 1156. -	-	Iterum Marchiones Miſniæ.
11.		Ditericus I. circa annum 1184.		
12.		Dedo II. obiit Anno C. 1190		
13.		Conradus II. obiit Anno C. 1195.		
14.		Ditericus II. obiit Anno C. 1225.		
15.				
16.				

Superioris Luſatiæ Marchiones.

Familia.		Imperatores vel Cæſares.	Reges.
	VLadislaus III. ſeceſſit 1213.	23.	
	Primislaus Ottocarus I. idem qui antea, obiit 1230.	24.	7.
	Wenceslaus I. Ottocarus tradidit regionem circa A. C. 1234.	25.	8.
III. Marchiones Brandebuꝛgenſ. é Comitibus Aſcaniæ mediante Conjugio Beatricis Bohemiæ.	Otto Pius obiit Anno C. 1267.	26.	
	Otto longus obiit 1298.	27.	
	Hermanus obiit Anno C. 1308.	28.	
	Johannes illuſtris obiit circa Annum 1315.	29.	
	Waldemarus ultimus obiit Anno 1319.	30.	
IV. é Sileſiæ Ducibus a tranſactione dotis cum Anna Bohema ad Corpus.	Heinricus tradidit Gorlicium Anno 1329. Reliqua obtinuit usque ad obitum, ſimul etiam Zittaviam. Annales noſtrates vocant ipſum Hertzog Heinricken.	31.	
	Utraque	Luſatia	copulata
V. Lucelburgi Comites ex Conjugio Eliſabethæ ad annos 118.	Johannes occiſus Anno C. 1346.	—	9.
	Carolus IV. obiit Anno C. 1378.	1.	—
	Johannes Caroli IV. Filius extinctus veneno Anno 1396.	—	—
	Wenceslaus obiit Anno C. 1419.	2.	—
	Sigismundus obiit Anno C. 1437.		
VI. Auſtriaci a Conjugio Eliſabethæ per annos 21.	Albertus II. obiit A. C. 1439.	4.	—
	Ladislaus obiit A. C. 1457.	—	10.
VII. Baro Bohemus a Podibradt & Kunſtadt per annos 12.	Georgius Podiebratus, abrogatus A. C. 1469.	—	11.
VIII. Hunniades Hungarus per annos 21.	Matthias Hunniad. Corvinus obiit A. C. 1490.	—	12.
IX. Lithuani à Jagellone nati ex Eliſabetha Auſtriaca per annos 37.	Vladislaus obiit A. C. 1516.	—	13.
	Ludovicus periit ad Mongatz. A. C. 1526.	—	14.

Duces	Marchiones	Inferioris Luſatiæ Marchiones.	Familiæ.
—	1	HEinricus III. obiit *A. C.* 1288.	Marchiones Miſnienſes.
—	2.	Ditericus III. obiit. *A. C.* 1292.	
—	3.	Titmannus occiſus Lipſiæ in Templo divi Thomæ *A. C.* 1307.	
18.	4.	Fridericus ultimus, cognomento admorſus bello reliquit victus. *A.* 1317.	
ſub	unius	Dominio.	
		Johannes }	Lucelburgi Comites.
		Carolus IV. }	
19.	——	Johannes Dux Gorlicenſis.	
		Wenceslaus Ignavus.	
		Sigismundus Imperator.	
		Albertus II. }	Auſtriaci.
		Ladislaus. }	
		Georgius Liber Baro à Kunſtadt & Podibrath obiit *A. C.* 1471.	Bohemus.
		Matthias Hunniades & Corvinus.	Hungarus.
		Vladislaus.	Lithuanus Princeps.
		Ludovicus.	Filius.

Marchiones Luſatiæ.

	Marchiones Luſatiæ.	Imperatores vel Cæſares.	Electores & Duces
X. Auſtriaci iterum à conjugio cum Eliſabetha, ut Anna Jagellonis ab Anno 1526. ſuccedendo uſque ad annum 1635.	FErdinandus I. Caroli V. Frater, obiit *A. C.* 1564.	4.	
	Maximilianus II. obiit *A. C.* 1576	5.	
	Rudolphus II. obiit *A. C.* 1612. d. 20. Januarii.	6.	
	Matthias obiit *A. C.* 1619. d. 20. Martii.	7.	
	Ferdinandus II. obiit *A. C.* 1637. d. 15. Februarii.	8.	
XI. Saxon.	Johannes Georgius I. obiit *A. C.* 1656. d. 18. Octobr.	qui teſtamento	1. de-
	Johannes Georgius II. obiit *A. C.* 1680. d. 1. Sept.	———	2.
	Johannes Georgius III. obiit *A. C.* 1691. d. 21. Sept.	———	3.
	Johannes Georgius IV. obiit *A. C.* 1694. d. 7. Maji.	———	4.
	Fridrich Auguſtus, Frater, Elector Saxoniæ, Rex Poloniæ coronatur *A.* 1697.	———	5.
	Fridrich Auguſtus II. Electoratus Saxonici Hæres & Marchionatus Luſatiæ Pro-Marchio.	———	6.

nuo utramqve Luſatiam diviſam Succeſſorem in Superiori Luſatia habet Filium Johannem Geörgium II. & Inferior Luſatia relinquitur

Chriſtiano, Duci Saxoniæ, Adminiſtratori Martisburgenſi, obüt *A. 1691.* Succedit — Duces Martisburgiæ.

Primogenitus *Chriſtianus II.* Adminiſtr. Epiſcopatus Martisburgenſis. Quo præmature ad patres migrante, filioque

Primogenito *Chriſtiano Mauritio* poſt aliquot hebdomadarum ſpatium ſubſecuto, ex diſpoſitione Teſtamentaria divi parentis ſub Tutela Electorali & præterea relictæ viduæ, Erdmuthæ Dorotheæ, hujusque fratris, Ducis Mauritii Willhelmi Zitzæ, & Divi parentis fratris, Ducis Auguſti zu Zörbig, Adminiſtratione vixerunt P. P.

Mauritius Wilhelmus & *Fridericus Erdmannus.* Illi nunc tutela eſt reſtituta, hic vero morte præmatura rebus humanis ἄπαις exemtus eſt.

hæreditate indigne ferebat, primum anno 938. cum Hungaris & Eberhardo comite, Palatino, velut chronicon Saxonum (z) habet, Francorum duce, & iterum anno 941. vel præcedente, cum Henrico rixoſo, (a) Saxoniæ & Bavariæ duce, fratre germano Ottonis, bellum imperatori intulit, cujus hiſtoriam latius perſequuntur Vrſpergenſis (b) & Brotufus, (c) tametſi in priore rebellione Danckuvortum (d) occiſum memorat Saxonum Chrooicon (e). Aventinus, (f) qui ex profeſſo ducum Bavariæ hiſtoriam diligentiſſime deſcripſit, Henricum primum Bavariæ ducem, Ottoni fratri perpetuo fidelem fuiſſe affirmat.

Imperatori bellum infert & perit.

§. III. Primus etiam Gereo Magdeburgenſis Burggravii munus ejusdem Ottonis ordinatione geſſit. Urſpergenſis ſcribit, (g) cum Otto Lutholphum filium rebellem, ejusque complices, Conradum generum ſuum Franciæ, vel ut alii ad Moſellam Ducem & alios intra Ratisbonam concluſiſſet anoo 953 Orientalem ejus urbis portam obſediſſe Geronem comitem tot Victoriis, quot præliis clarum. Idem refert Aventinus, (h) à quo Gereon ſupremus exercitus Cæſarei ductor, reique militaris peritia & gloria præſtantiſſimus appellatur. Crantius (i) in Moguntiæ quoque obſidione eodem bello & anno, teſte Lamberto, (k) Imperatori Geronem affuiſſe addit, quem virum primarium alibi (l) vocat.

Geroni Magdeburg. Burggravii, munus quoque imponitur.

Res fortiter & præclare ab eo geſtæ.

§ IV. Memoriam Geronis conſervat cœnobium veſtalium Gerenroda, (m) quod

Ejus memoria.

Quinam ante Henricum Aocupem & Carolum M. Luſicorum atque Soraborum io his oris Domini fuerins, accurate dicese non poſſumus. Ex Scriptoribus Bohemicis fit veriſimile, pattiam noſtram paruiſſe Bohemia: nam Bohuslaus Balbinus Epitome Hiſt. lib. I. c. 10. pag. 83. Lidominum Principem Syrbienſem, ubi jam deguut Luſatii, vocat, ab Hagecio in Chioo Boh. ad ano. 832. f. 50. Wratislaua Wogens filius Luſatiæ Domious appellatur, quem hac in parte ſequitur Stransky de Republ. Bohem, c. 7. §. 4. p. 333. coof. Balb. Miſc. lib. VII. ſect. I. c. 10. p. 29 Neclanum poſtea Superiores Luſatiæ partem in ſuam poteſtatem redegiſſe, teſtantur Annal. Fuldenſes. Hic cum Carolo M. bello implicatus ab eoque ſuperatus, Zechu vel Lecho, peritiſſimo belli Duci bonam Luſatiæ pattem conceſſit, us ita Carolo melius reſiſtere poſſet. Ab hoc Zecho, Luſatiæ Dominium ad Witekiodum M. ejusque Poſteros tranſiiſſe creditur, teſtibus Hiſtoricis vetuſtioribus & recentioribus, quos citat Groſſerus Memorab. Luſat. Patt. I. p. 7. Kuotſchke in Diſertat. Hiſt. IV. ſect. VIII. § 2. 3 4. Frencelius in Hiſt. de popula Luſatiæ cap. 21. §. 2. ſeqq.

(vv) Chroo. lib. 4. p. 370.

(x) P. 123. bis verbis: Dieſer Graf Gero hatte einen Bruder, der hieß Siegfeled.

(y) Brotuf. lib. II. c. e. Der Kayſer Otto hat nach Abſterben Herrn Siegfrieds, Grafen zu Marsburg, welcher ein Bruder Geronis des Marggrafen zu Laußnitz war, dem Geroni das Ambt der Kayſeel. Legation anbefohlen.

(z) Pag. III. & 118.

(a) Hic Henricus fuit Henrici I. Bavari filius adeoque Henricus II. Pater S. Henrici Claudi Imperatoris, dicebatus rixoſus, quod Ottooi II. Imperatori adverſaretur. Aventinus Annal. Boj lib. V. cap. II. p. 474. ſeqq. Edit. Lipſ. an. 1710. f.

(b) Io Ottonis I. Hiſtoria pag. 215.

(c) In Chronic. Merſeb. lib. I. c. 23.

(d) Sive Taoquardum.

(e) Pag III & 118.

(f) Anoalium Bojorum lib. V. c. 1. §. 4. p. 469. Edit. Lipſ. 1710.

(g) In vita Ottonis I. pag. 221. ſeqq.

(h) Annal. Bojorum lib. V. c. 1. §. 18. p. 471.

(i) Saxooiæ lib. IV. c. 5. lin. 54. pag. 81.

(k) De Rebus German. pag. 156. Tomi I. Scriptorum Rerum Germanic. Jo. Piſtorii.

(l) Saxoniæ lib. III. cap. 14. p. 72. Otto comitatum Brandenburgenſem Geroni conceſſit viro primario.

(m) Nos ad memoriam hujus I. Marchionis Luſatiæ, quam per 40 annos ſumma cum laude gubernavit, poſteris commendandam inſeruimus his Scriptoribus illius cœnobii Annales a M. Andrea Hoppenrodio ſeu ut mavult Becmanous in der Anhaltiſchen Hiſtorie Part. I. c. 1. §. 13. p. 8. Poppenrodio conſcriptos, quos invenies quoque io Tom. II. Scriptorum German. a Meibomio publicatorum p. 415. ſeqq. In illis Autor vitam Geronis breviter delibavit. Conf. Witichindi Corbejenſis Annal. lib. III. & Meibomii in illum notæ Tom. I. p. 660. ſeqq. Joh. Chriſtophori Becmanni Hiſtorie des Fürſtenthumes Anhalt Part. I. c. 1. §. 13. p. 8 it. part. III. c. 7. p. 166. ſeqq. ubi ejus effigies etiam exhibetur, Groſſerus Memorab. Luſat. Pars I. p. 13 - 15. & Part. III. p. 4 §. 5. Sagittarii Hiſtoria Luſatica §. 18. 19. Frencelii Hiſtoria de populis Luſatiæ cap. 21. §. 7. ſeqq. Fabricii Orig. Sax. lib. 2. p. 114. ſeqq. And. Angel. Annal. March. p. 46. 57. 53. Petr. Albin. Meißniſ. Land-Chron. p. 405. 407. Horum Comeot. lib. hoc II. cap. 19. ſi B. Lectori io laudes ejus deſcribendas exſpaciari libet, ſvademus, adeat cæteros Autores h. cap. 10. paſſim citatos. Sic enim obſervabit, Geronem, ob excellentes corporis ac animi dotes, qoibus ſe tam Imperatori quam reliquis regni Proceribus mirifice probavit, ſequentia meruiſſe elogia, ut Regiooni, ſeu ut ſectius dicamus, ejus Contiouatori an. 965. audiat; Marchionum ſui temporis optimus, præcipous; Abbati Urſpergenſi p. 222. & ex hoc Fabricio lib. II. p. 150. Orig. Sax. Marchio tot victoriis, quot præliis clarus; Witichiodo Corbejenſi in Meibomii Script. Rerum German Tom. I. p. 658. multis geſtis inſignibus clarus, magnus & celebris, & p. 662. Vir magnus & potens; Dittmaro Chron. lib. II. p. 19. Defenſor patriæ; Poppenrodio in Aooal. Gernrodenſium in Meibomii Script. Germ. T. II. p. 417. Marchio Laudatiſſimus; ipſi Meibomio Notis in Witichind. Aon. Sax. p. 703. Fortiſſimus Heros Saxonicus Gero; Aventino p. 471. ſupremus exercitus Cæſarei Ductor reique mi-

quod de bonis Sigefridi prope Quedlinburgum & Ballenſtettum ad Herciniam fundavit, ubi & ſepultus eſt, cum obiiſſet anno 965. quo ipſo Poloni & Sileſii populariter Baptiſmum ſuſceperunt. (n)

Mors & Sepultura.

§. V. Uxorem habuit Hildam ſeu Hiddam (o) filiam Ottonis comitis Ravenmingenſis, qui clauſtra relligioſa duo excitavit, alterum cum uxore ante ſalinas Saxonicas, (p) Novi operis (ſic Chronicon Miſnenſe & Marſeburgenſe, (q) tametſi Siffridus

Uxor cujus Pater clauſtra duo excitavit.

Y

litaris peritie & gloria præſtantiſſimus, Crantzio in Sax. p. 72. vir primarius; Groſſero part. I. p. 15. ein hochberuffener Held & Part. III. p. 4. §. 5. der Welt beruffene Marggraff Gero; Nobis: Heros ut omnium ſic noſtri Seculi memoria digniſſimus.

(n) Anno 963 Slavi, qui dicuntur Lunſiorani ſubduntur. Rhegino lib. 2. in margine Luſatii alias.

(o) Manlius hic Geroni tribuit uxorem Hildam ſeu Hiddam, filiumque Geronem Archiepiſcopum Colonienſem; Sed utrumque id ſtatui per errorem, autumat Sagittarius in Hiſtoria Luſatica §. 18. cum Hidda ejus ſoror fuiſſet, genuerit ex Chriſtiano, ſecundo Marchione Luſatiæ, illum epiſcopum, quod ſatis clare conſtaret ex Chronico Montis Sereni. Et ſane, parum abeſt, quin nos Sagittario ſubſcribamus. In Chronico enim illo de Gerone & familie ejus hæc notantur ad ao. 1171, ut videre eſt Tomo IV. horum ſcriptorum Luſat: Temporibus Imp. Ottonis I. duo fuerunt fratres, Gero Dux & Marchio & Sigfridus comes. Horum ſoror Hidda dicebatur. Gero filium habuit unicum Siſridum, qui in juventute obiit, cujus viduam Hattvvigam, quam annis 7. habuerat, monaſterio Gerenrodæ a ſe fundato, præfecit; Hidda vero nupſit Chriſtiano Luſatiæ Marchioni ſecundo, qui genuit ex ea Geronem Colonienſem Archiepiſcopum. Genealogia hujus Geronis teſtibus Albino in Chron. Miſniæ p. 405. & Groſſero Part. I. p. 13. multis tenebris occultatur, ex quibus forſan erui poſſet, ſi M. Andreæ Poppenrodii Stam-Baum ſeu Genealogia Principum Comitumque in terris Saxonicis cum præſtantiſſimi Budæi in illum librum Notis in lucem protraheretur, cujus meminit Meibomius in Notis, ad Annales Gernrodenſes L. 2. p. 465. Nos ex Chronico Montis Sereni, Annalibus Gernrodenſium, Dithmaro ceu illorum temporum Scriptoribus fidem utique merentibus, Meibomii notis in Annales Gernrodenſium & Wolfgangi Juſti Genealogiis Septem Familiarum ſequentem exhibemus typum:

Theodoricus comes Ringelheimenſis

- Siffridus Marchio Brandenburgenſ. in cujus locum ſucceſſit Gero II. Marchio Luſatiæ.
- Mechtildis uxor Henrici Aucupis Imp.
- Gero I. comes Stadenſis, Burggravius Magdeburg.
  - Gero II. Burggravius Magdeburgenſis, comes Merſeburgenſis, Altenburg. & Stadenſis, primus Marchio Luſatiæ & II. Brandenb. uxorem habuit Magdalenam filiam Alberti Urſi ex antiquiſſima familia Principum Aſcaniæ.
    - Siffridus Burggravius Magdeburgenſ. uxor ejus fuit Hedvvigis, quæ poſt 7. annos vidua fit abbatiſſa I. Gerenrodenſis monaſterii.
  - Siffridus, qui creditur Geronis II. frater.
  - Hidda, Geronis II ſoror, quæ nupſit Chriſtiano II. Luſatiæ Marchioni giguens Geronem Archiepiſcopum & Dithmarum.

Aſt non deſunt, qui etiam Manlio adſtipulantur atque ſic eum excuſant, quos inter eminet vir præſtantiſſimus Hieronymus Henninges in locupletiſſimo & ſumtuoſiſſimo opere Genealogico Part. priore II. & III. Regni in 4ta Monarchia p. 93 & 197. qui utrobique Hildam ſeu Hiddam filiam Ottonis Reveningenſis Geronis II. uxorem pronunciat. Ottonem vero comitem Reveningenſem & Nordtringauſem ſedem ſuam in Reven vel Rabenburgo Caſtro ad Salam ſito habuiſſe pag. 73. dicti volum. affirmat.

(p) De his conf. cap. 12. hujus libri Commentariorum II. nota ſub lit. (y)

(q) Indicandum id & tenendum hic eſt, Chronicon Miſnenſe & Merſeburgenſe tempore Manlii opuſcula quædam fuiſſe anecdota, quinimo & noſtris temporibus adhuc maximam partem in ſchedis delitescere. Quamvis igitur teſtimonium illorum nobis eſſet gratiſſimum; in manus tamen noſtras non inciderunt, adeoque loca citata & quærere & deſiderare fruſtra eſt.

dus (r) id anno 1116. ab Adelgotho antiſtite Magdeburgico fundatum ſcribit) alterum rogatu ejusdem ad Calbam, (ſ) quæ Calegia eſt Ptolomæo, (t) Salelbia Luthero, gratia Dei titulo, in quorum poſteriore ſitus eſt. Ex ea genuit filium Gereonem præſulem Colonienſem, ut habet Chronicon Miſnenſe. (u) Filius

Ubi de Gereone plura legi poſſunt. §. VI. Plura de Gereone & Sigefrido Brotuſus (vv) ex Chronico Ditmari (x) præſulis Marsburg. & libris rerum Saxonicarum Vitikindi. (y); Variat tamen is nonnihil a Peucero. (z) Nam Miſnenſem præterea Marchionem Gereonem nominat. (a) Brandenburgicæ vero Marchiæ ei collatæ non meminit.

Dux Saxonum fuiſſe ſcribitur. §. VII. Nec deſunt, qui hunc Saxonúm, quorum præſidium, contra Venedos Brandeburgo impoſuit Auceps, ducem fuiſſe atque à Cæſare primum ibi Marchionem conſtitutum prodere auſint (b): quæ eadem de Johanne ſuo ex Crantzio (c) refert Brotuſus (d): Sed tantam ſcriptorum diſcrepantiam conciliare non eſt hujus loci: Hæreditatem certe in Saxonia reliquit Gereo, quam Peucerus (e) ſcribit ab Ottore primo attributam Hermanno Bilichii filio nobili, cum Saxoniæ ducem eum crearet. Ejus hæreditas.

CAPUT XI.

De Diverſis Marchiarum Inſignibus.

§. I.

Porro Marchiæ Miſoenſis inſigne eſt Leo (f) niger in campo aureo, currens, rictu tanquam ad feram diſcerpendam paſſo (g): Brandeburgicæ, (h) aquila Deigma ſive inſigne Marchiæ Miſnenſis eſt Leo niger, Brandeburgenſis Aquila rubra.

(r) Miſnenſis Presbyter Epitomes lib. I. pag. 161. Edit. Jenenſ. an. 1598. in Georg. Fabricii Rerum Miſnic. VII. libris, ibi enim ſic ſcribit. Anno 1116. fundatum eſt cœnobium Hallenſe, videlicet Novi operis, extra muros ſitum, a venerabili Archiepiſcopo Magdeb. Adelgoto. De eodem cœnobio conf. Gottfridi Olearii Beſchreibung Halle p. 142.

(ſ) Chronicon Saxonum cœnobium ad Calvam Gratiam DEI dictum fundatum 1126 his verbis annotavit: Norbertus der 13. Ertzbiſchoff zu Magdeburg hat das Kloſter Walckenrode und das Kloſter Gottes-Gnade bey Kalbe geſtifftet.

(t) Tab. IV. Europæ Peucerus Chron. lib. 4 p. 302. hæc recitat: Meminit Ptolemæus oppidorum Argeliæ ſeu Argeviæ, ut aliqui malunt legere & Calegiæ. Argeriæ Turga ſono reſpondet. Calegiæ oppidum Calba, quod ſupra confluentem Salæ Albisque poſitum, utriusque fluminis nomen complectitur & exprimit, non alia na ſyncope, quaſi Saleleb.

(u) Chronicon hoc Miſnenſe inter inedita cum referamus & Georgius Fabricius in Annalibus urbis Miſnæ ejus rei nullam mentionem faciat; ſubſtituere liceat hic & alibi Chronica typis exſcripta vel alium Autorem probatæ fidei. Hic meretur fidem Chronicon Saxonum ſæpe jam citatum, quod Præſulem illum Colonienſem refert filium ſororis, nomine Wyburgæ, Geronis p. 123.

(vv) Chronic. Merſeburg. lib. 2. c. I.

(x) Lib. II. pag. 19. lin. 37. ſeqq. & lib. 7. p. 85. lin. 48. ſeqq. Ultimo loco ſic fere: Hedvvigis fuit Regina Mathildis (uxoris Henrici Aucupis) inclyta neptis, ac in XIII. ætatis ſuæ anno Geronis Marchionis filio Sigifrido nupſerat & cum eo tantum VII. annos conjuncta erat.

(y) Monachi Corbejenſis, qui deſcripſit res geſtas Ottonis I. lib. III. Geſt. Saxon. p. 658. Tomi I. Scriptorum German. ab Henrico Meibomio Juniore collect.

(z) Chron. lib. 10. p. 369. & 370.

(a) Lib II. Chron. Merſeb. c. I. ubi diſerte dicit: Von den Gütern des Sigfried, welche um Quedlinburg lagen, ſtifftete Gero Marggraf zu Meiſſen (hic autem Brotuſus errat, Gero nunquam fuit Marchio Miſniæ) Lauſitz und Burggraf zu Magdeburg, das Jungfrau Kloſter Gerenrode bey Quedlinburg und Ballenſtet gelegen.

(b) Talis fuit Wolfgang Juſtus in der kurtzen Beſchreibung der Stadt Franckfurt an der Oder, ubi cap. 2. p. 4. Edit. tertiæ an. 1706. ſ. ſcribit. Anno 928. hat Kayſer Heinrich der Erſte die Wenden, welche die Marck Brandenburg ſamt der Laußnitz iñe hatten, bezwungen, ihren König verjaget und das Schloß zu Brandenburg, da jetzund der Thum ſtehet, auf dem Eyſe gewonnen, mit Sächſiſchen Krieges-Volck beſetzt und ihren Krieges-Fürſten, Geronem genannt, zum erſten Marggraffen zu Brandenburg eingeſetzet und inveſtiret.

(c) In Sax. L. III. c. 9. p. 69 & in Vandalia L. 2. c. 27.

(d) In Genealogia Anhaldina lib. II. p. 33. & 34. ibi enim hæc in medium profert: Der erſte Marggraf zu Brandenburg, welchen Kayſer Heinrich der Vogler, als er die Marg geordnet, anfänglich eingeſetzt, iſt Johannes genannt, ein Graf zu Staden und Hertzfeld, ein ſtreitbahrer Fürſt.

(e) Chronic. lib. 4. p. 378.

(f) Quam B. L. ex Albini Land-Chro. p. 423. exhibemus, explicationem vero jam ante nos a πολυμαθεστάτῳ Spenero ſuppeditatam invenies in Hiſtoria Inſignium illuſtrium ſ. Operis Heraldici Prolegomenis p. 6. §. 4.

(g) Er hat einen aufgeſperrten Rachen, als wolte er ein Wild zerreiſſen. Ita Frencelius. Manlius in margine: 3. Aen. paſſis de littore palmis I. Aeneid. Culmibus Iliad. paſſis. Imo pedibus poſterioris incedit erectus.

(h) Sereniſſimæ Regio-Electoralis familiæ Brandenburgicæ ſcutum & inprimis aquilam rubram idem Spenerus illuſtrem facit Operis Heraldici Part. ſpecial. lib. I. c. XIII. p. 78. §. VI.

graviorum Turingiæ & Marchionum Miſniæ,

us … o-

Bruno Dux Sax.

Lutolphus

Bruno conditor Brunſwigæ.

Otto

Tanquardus I. conditor Tanquerodæ.

Henricus I. Auceps Imperator.

Henricus rixoſus Dux Sax. & Bavariæ &c.

Otto I. Magnus Imperator.

Tanquardus II. hoſtis fratris Ottonis.

Henricus Hezela.

Henricus II. Claud. Pabeberg. Imperator.

Otto II. Impetator.

Otto III. Impetator.

dus … ct.

Ditgrinus Com. Vit.

Fridericus

Fridericus --

N. creatus ab Aucupe primus Marchio Miſniæ.

Ditmarus

Ditericus

Dedo --- *Fridericus*, cujus filium Chronicon Matſepurg. pag. 70. facit primum Marchionem Miſniæ.

Ditericus

Timo comes Vetinienſ. & Landeſp. Marchio Miſn. I. ad *Henrico IV.* Imp. creatus.

Mechtildis uxor Geronis com. Bavariæ, mater Wigmanni Antiſtitis Magdepurg.

CUNRADUS I. pius & magnus com. Vetinien. Bren. Eilepurg. Groicenſ. Leiſnicenſ. & Rochlicenſ. item Miſn. & XI. Luſ. Marchio. † 1156. IX. & X. Luſatiæ Marchiones fuere Vipertus I. com. Groicenſis ex Regibus Daniæ oriundus, & filius ejus Henricus III. de quibus Lib. III. capitibus prioribus a 1. nimirum - 12.

Dietricus I. March. Luſat. XII. comes Eilepurg. ſundator Dobrilugi.

DEDO craſſus comes Rochlic. March. Luſat. XIII.

Henricus comes Vetinienſis.

Otto Dives March. Miſnenſis. *

Fridericus comes Brenenſis.

Hermanus Præſul Pabebergenſ.

Adelbaidis, Svenonis Daniæ ac Sveciæ Regis & poſtea Alberti Urſi ſecunda uxor.

Gertrud.

Cunradus.

Theodoricus Præſul Magdepurg.

Agnes uxor *Bertholdi*, Duci Meran. &c. mater *D. Hedvigis*, avia *D. Eliſabetha.*

CONRADUS II. March. Luſat. XIV.

N. N. N. N. filii.

* *Albertus* ſuperbus March. Miſ.

Adela vel *Hilda Premislao Ottogaro I.* 30. Boh. Regi & repud.

Ditericus comes Weiſſenfelſ. March. Miſnen. & XV. Luſ. † 1225.

DEDO Marchio Luſat. VI.

HENRICUS Marchio Luſatiæ VII Ilepurgenſ.

Henricus poſthumus March. Miſniæ & VIII. Luſat.

Primi quinque Luſatiæ March. ante hunc Dedonem, de quibus Libro 2. agitur

I. GEREO comes Stadenſis. c. 10. & 19.

II. Chriſtianus ejus ſororius c. 16.

III. Ditmarus I. Chriſtiani Filius. c. 17.

IV. Ditmarus II. primi Filius. c. 18.

V. Otto Ditmari II. Filius. c. 18.

- *Ditericus III.* pingvis & ſapiens Miſniæ & XVII. Luſ. Marchio.
  - *Fridericus*
    - *Filia.*
- *Albertus* Degener Landgr. Turing. March. Miſn. Dn. terræ Pleiſſenſ. †. 1315.
  - *Tiſſemannus* XVIII. Luſat. March. Lipſiæ trucidatus anno 1307.
  - *Fridericus I.* admorſus & fortis Landgr. Turing. Sax. Palatinus, Miſn. Oſtrolandiæque & XIX. atque ex hac familia ultimus Luſ. Marchio. †. 1326.
    - *Fridericus* gravis & cer, deſi[illegible]tus Rex R[illegible]manorum, Landgr Turing. & Miſn. Comes Orlamündæ.
      - *Gvilielmus I.* cocles.
      - *Fridericus Strenuus I.* Tur. March. Miſnen. Dn. Franciæ Montanæ h. e. præfecturæ (Pflege) Coburg. quam ei attulit uxor *Catharina Henrici* Comitis Hennebergii filia.
        - *Gvilielmus II.* dives ἄπαις.
        - *Fridericus* bellicoſus, primus ex hac familia Septemvir Sax. a *Sigiſmundo* Imp. creatus Budæ anno 1426. Fundat. Academiæ Lipſienſis.
  - *Henricus* ohne Land h. e. Exul.
    - *Filius.*
- *Fridericus* parvus vel potius Clemmo, Dreſden. Hainenſis &c. princeps.

LIBRI QU

- ...ilielmus II. ...es*anag.* / ...*ricus* bel-...ſus, pri...s ex hac ...lia Sep-...ſtr Sax. ...*gſmundo* creatus ... anno Fundat. ... e...niæ ...nſis.
  - *Gvilielmus III.* Dux Saxon. &c.
  - *Fridericus II.* placidus ELECTOR.
    - *Erneſtus* Elector.
      - *Fridericus III.* ſapiens Elector deſ. Imp. fundavit Academ. Viteberg.
      - *Johannes* bonus Elector.
        - *Johannes Erneſtus* Dux Sax.
        - *Johannes Fridericus I.* Elector.
          - *Johannes Fridericus II.* Dux Saxon. jam captivus.
          - *Johannes Gvilielmus* Dux Saxon.
          - *Johannes Fridericus III.* †. 1565.
    - *Albertus* animoſus, Dux Sax. & Gubernator Phryſiæ.
      - *Georgius* barbatus Dux Saxon.
        - *Johannes.*
        - *Fridericus.*
      - *Henricus* pius Dux Saxon.
        - *Mauritius* Elector.
        - *Severinus.*
        - *Auguſtus* Elector. Hodiernos Sax. v. in Groſſero T. 8.

QUARTI LUSATIÆ FINIS.

aquila rubra in clypeo albo: Luſaticæ bos (i) incedens ruber in planicie alba, inter anteriores & poſteriores pedes â ſummo dorſo ad imum ventrem albo colore diſtinctus: qualis Pragæ in templo arcis ad tumulum Ferdinandi Imperatoris, Gorlici, ad gradus curiæ in inſignibus ejusdem: Budiſſinæ ſupra arcis portam inter inſignia Matthiæ regis: & Oeniponte ad urbis portas viſitur. (k) Pragæ in templo arcis in paviete duplex inſigne Marchionatus Luſatiæ ſuperioris & inferioris ruffus bos & aliud. (l)

Luſatiæ bos inced. ruber.

Hic bos viſitur Pragæ, Gorlicii, Budiſſinæ.

Oeniponte, Inſprurg in Tyrol.

 §. II.

Marchiæ Miſnenſis.



M. Brandenburgicæ.



Luſatiæ Superioris.



Luſ. Inferioris.



(i) Qui ad antiquos paſtores multo cum gaudio reducendus fuit 1635.
(k) Eodem quoque inſigni utitur in Luſatia inferiore civitas Lucenſis die Stadt Lucke in Nieder-Lauſitz.
(l) Inferioris Luſatiæ inſigne eſt bos, ſuperioris vero Murus Aureus in campo cœruleo. Forte Manlius hunc murum per voculam ALIUD indigitare voluit. vid. Albini Land-Chronic. Tit. 15. p. 190. & 441. in Scuto Wiperti Herois celeberrimi, de quo etiam diſputat Manlius lib. III. Comment. cap. 10. Speneri Hiſtoria Inſignium illuſtrium ſ. Operis Heraldici Part. Spec. in Prolegomenis pag. 15. §. 17. 18. & D. George Paul Hönnii Wappen- und Geſchlechts-Unterſuchung des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen cap. III. p. 39. ſeqq. in 8vo. Lipſ. 1704. ubi & docte & compendioſe utriusque Luſatiæ Inſigna his verbis explicat: Das Wappen der Marggraffſchafft Nieder-Lauſitz iſt ein in ſilbern Felde lauffender rother Ochß mit einem weißlichten Bauche. In alten Wappen-Büchern habe gefunden, daß man dieſen Ochßen über den mitlern Leib von den Rücken an biß auf den Bauch einen weißen breiten Strich oder Decke gemahlet ꝛc. Das

Cimbri uſurparunt taurum æneum

§. II. Hunibaldus (m) ſcribit, Cimbros veteres, quos Turingos eſſe nonnulli exiſtimant, itidem Taurum, (Reinerus addit (n) æneum) pro ſigno exercitus in vexillis uſurpaſſe; (o) Plutarchus (p) Tauri caput, quod inſigne nunc quoque retinent duces Megalopurgii, (q) quomodo Alani, Burgundiones & Svevi (teſte Methodio) (r) felem animal carceris impatientiſſimum ſignis militaribus prætulerunt. (ſ)

Alani & alii felem.

CAP.

Wappen der Ober-Lauſitz iſt eine gelbe Mauer mit ſchwartzen Mauer-Strichen auf Zimmer-Art gebauet. Dieſes hat am erſten Graf Wiprecht von Groitſch ſeinem Wappen einverleibet ꝛc. Et cum idem urbis Budiſſinæ, Luſatiæ ſuperioris capitis, quod gentis eſt inſigne; conferri quoque merentur Dreſſerus Iſagog. Hiſt. Part. V. p. 174. de Budiſſina & ejusdem partis quintæ Verſio germanica p. 138. in forma quarta Lipſiæ impreſſæ an. 1607. Benjamin Leuberg in Deſcriptione arcis Ortenburg. cap. 2. p. 23. in nota ſub lit. (g) ubi hæc verba leguntur: Inſignia Luſatiæ ſuperioris, arcis Ortenburg, & civitatis Budiſſinenſis eſſe Murum aureum in campo cœruleo, & cur? notat Peucerus in Idyllio v. 140. 141. & ſeqq. uſque 148. vid. ſupra pag. 59. Et cap. IV. pag. 59. recitatis iisdem verbis Manlii; addit Ihro Churfürſtl. Durchl. Hertzog Johann George der Andere ſagte Anno. 1654. es würde dieſer Ochſe in Verträgen mit denen Marggraffen zu Brandenburg aufgerichtet ein Biſont genennet. Annalium Budiſſinenſium MSTorum Tom. I. cap. IV. p. 32. ſeqq. quorum verba libuit ex fide apponere: Was das Wappen dieſes Landes anbelanget, ſo iſt daſſelbe nicht einerley geweſen: Denn die alten Wenden ſollen zum Wappen einen halben Mond oder Enſem falcatum gehabt haben. Wie ſolches denn auch vor Zeiten diejenigen geführet, welche bey den Mäotiſchen Meer gewohnet, und die Türcken noch heute zu Tage brauchen. Etliche ſchreiben, daß ſie einen Greif geführet haben, welches auch ſeyn kan; denn da ſie mit denen Teutſchen zu kriegen bekommen, haben ſich viel Häupter unter ihnen aufgeworffen, da dann ein jeder Herr ihm ohn Zweiffel ein beſonder Wappen wird erwehlet haben. Olaus Magnus ſetzet hingegen, daß die Gothen, wenn ſie in Krieg gezogen, in ihren Fähnlein einen Bären, die Sclaven aber einen Drachen gehabt. Dieſes alles begehret man nicht zu bejahen. Jetzo hat die Ober-Lauſitz im Wappen eine güldene Mauer mit 3. Zinnen im blauen Felde, die Nieder-Lauſitz aber einen rothen lauffenden Ochſen, ſo zwiſchen den hinter und förder Beinen weiß, deßgleichen einen weiſſen Streiffen über den Rücken hat, in einem weiſſen Felde, welches letztere etliche für das rechte und eigentliche Wappen der Marggraffſchafft Lauſitz, ſo ſie von Kayſer Henrico I. alsbald bey ihrer Auffrichtung empfangen haben ſoll, halten wollen. Sonſten ſoll auch die Nieder Lauſitz vor dieſen in einem zertheilten Schilde oben einen Löwen, und unten einen Ochſen geführet haben, wie ſolches noch in etlichen Briefen, welche der Land-Richter und die Schöppen zu Guben, ums Jahr 1388. gegeben, zu finden ſeyn ſoll.

(m) Francus, tempore Juſtini junioris Imp. floruit. Condidit Hiſtoriam. J. G. Voſſius Scriptorem ferrei oris & plumbei cordis appellat eoque habendum loco judicat, quo alii Beroſum Annii i. e. nullo. Sane quicquid de antiquis Germanorum temporibus Romanis Scriptoribus indictum refert, id omne comminiſcitur. Vid. Koenigii Bibl. v. & nova. p. 418.

(o) Hiſtoriæ Juliæ Part. III. p. 387. in regno Cimbrico.

(o) Fuit bos ambulans atque libere in agris paſcens apud antiquos, præſertim Barbaros, ſymbolum & indicium pacis. Vid. Spanheimius de Numiſm. p. 800. & Matth. Zimmermanni Florilegii Pars II. p. 607. ſub voce Pax.

(p) In Mario pag. 418. linea 8. Tomi I. Edit. Francof. an. 1590. f.

(q) Seu Megapolitani, ut videre eſt in Jo. Siebmachers & qui nunc auctiorem edidit, Paul Fürſtens Nürnbergiſchen erneuert- und vermehrten Wappen-Buche. Part. I. fol. 7. Edit an. 1696. nec non in Speneri Hiſtoria Inſignium illuſtrium Tab. X. in qua etiam lib. I. cap. 61. §. 4. p. 249. hæc & alia recitat: Δεῖγμα hoc vetus Henetorum gentis videtur fuiſſe inſigne, ſicuti etiam Cimbris in hunc uſum taurus placuit, veteri teſte Plutarcho. Conf. Hect. Gothofr. Maſii Antiquitatum Mecklenborgenſium Schediaſma Hiſtorico-Philologicum cum Notis Andreæ Botrichii Lubecæ 1700. in 8vo, ubi cap. 4. §. 7. p. 71. ſeqq. de inſignibus & ornamentis, quibus hodie Principes Mecklenburgenſium utuntur, pluribus agit, præcipue vero pag. 77. de origine Taurini capitis ſic diſſerit: Malim cum inclyto Spenero in opere Heraldico lib. I. c. 61. bovis vel bubuli quam Bucephali caput interpretari Mecklenburgenſium inſigne; quod fortitudinis cum Prudentia conjunctæ emblema haberi demonſtrat in Opere laudato lib. I. §. 61. §. 3. hinc etiam Cimbris in uſu fuit tauri inſigne, ipſo teſte Plutarcho, veroque ſimile videtur, a prima origine idem Henetorum & Obotritorum ſymbolum fuiſſe.

(r) Quem Methodium hic interpretari debeamus, cum hoc nomine innotuerint Methodius Slavorum Apoſtolus & Bohemorum Epiſcopus, Methodius Eubulius & duo Patriarchæ Conſtantinopolitani, non definimus. Credibile eſt reſpexiſſe Manlium ad Methodium Martyrem jam ſupra, lib. I. Comment. cap. 29. §. 2. p. 137. citatum, vel ad eum, qui teſte Naudæo in B. P. pag. 70. de ortu & occaſu Imp. Romani eleganti libello ſapienter admodum diſſeruit. Nota vero proxime ſequente in locum illius veteris teſtis, quod Alani, Burgundiones & Suevi felem ſignis militaribus prætulerint, recentiores ac omni etiam fide dignos ſubſtituemus: nam

(ſ) Felem, inquit Spenerus Operis Heraldici Part. generali c. V. Sect. III. Membro II. §. 71. p. 253. attribui legi Alanis, Burgundionibus & Svevis apud Hœping. de Jur. Inſignium c. 2. §. 10. n. 999.

CAPUT XII.

De

Jure Saxonico in Luſatiam introducto.

Luſatii utuntur jure Saxonico.

§. I.

HAs tres Marchias ſpeculi Saxonum gloſſator fere conjungit, cum alibi tum artic. 12. lib. 2. (t) ubi incolas earum Saxonico jure uti & Saxones eſſe pronunciat. Tametſi lib. 3. artic. 70. (u) Brandenburgenſis, Landesburgenſis & Luſatiæ, Marchiarum, utpote peculiarium principatuum jura, in multis partibus eſſe ſingularia & à communi jure Saxonico diſcrepare, dicit.

Jus petere debent a Scabinis Salin. Sax.

§. II. Textus & gloſſa decimi in jure municipali Magdeburgenſi articuli, (w) cum initio gloſſæ articuli ſequentis, (x) omnes Poloniæ & Bohemiæ, imprimis autem Marchiarum Miſnicæ, Luſaticæ & Brandenburgicæ urbes una cum Ducatu Saxonico & Aſcanienſe comitatu a Scabinis Salinarum Saxonicarum (y) jus petere jubent.

A quibus ad Magdeburgenſe Tribunal remittuntur.

§. III. Quos, ſi ab his provocetur, aut alioqui negocium determinari nequeat, ad Magdeburgenſe Tribunal remittendos ſanciunt litigantes. Et gloſſæ quidem concordant. Textum vero articuli decimi, qui hunc duorum iſtorum tribunalium ordinem invertit, (z) corruptum, teſtatur manuſcriptum ejus Voluminis exemplum.

CAPUT XIII.

De

Luſatiæ Feudo Vexilli, quod Brandenburgenſes habuerunt.

§. I.

IN textu ſpeculi Saxonici art. 62. lib. 3. (a) Marchia Luſatiæ inter ſeptem Saxoniæ feuda Vexillorum h. e. principatus, ut interpretatur vocabularium, in quibus uſus juris Saxonici viget, penultimo loco recenſetur. Ubi gloſſa germanica dicit, (b) feudum vexilli Marchiæ Luſaticæ habere Marchionem Brandeburgenſem, (c) Landesbergenſis vero & Turingiæ, Miſnenſem. Et concordat gloſſa juris feudalis Saxonici cap. 63. (d)

Inter 7. Saxoniæ feuda vexillorum, penultimum eſt Luſatia.

Quod habuere Brandenburgenſes.

(t) Folio 192. num. 8. Edit. Lipſ. 1582.
(u) Folio 420. 5. Edit. ejusd.
(vv) Folio 32. Edit. Lipſ. ao. 1589.
(x) Folio 26. Edit. ejusd.
(y) Bey oder von den Schöppen der Sächſiſchen Saltz-Geuben. De his Salinis Brotufus in Chron. Merſeburgenſi lib. 2. c. 4. hæc prodidit memoriæ: Der Kayſer Otto I. brachte es bey dem Grafen Ridacho zu Marsburg dahin, daß der Grafe dem Kayſer das Saltz-Werck zu Dobrebora im Dorfe gelegen, da ietzund die Stadt Halle ſtehet, auf ließ, behielt ihm zu ſeinem Leibe die Nutzunge und Rente des Saltz-Wercks, da gab Kayſer Otto der Erſte die Saltz-Börne zum Ertzſtifft Magdeburg. Dieſe Donation der Saltz-Börne ſamt dem Dorffe Dobrebora ſoll ungefehr um das Jahr Chriſti 941 geſchehen ſeyn. Dieſe Salinas hat Kayſer Carolus der Groſſe vielmehr gebräuchlicher gemacht, denn ſie vorhin geweſt, da ſie die alten Hermunduri und darnach die Serben-Wenden gehabt, und ſind dieſe Salinæ von Carolo M. dem Witikindo erſten Hertzoge zu Sachſen geliehen und darnach von Witkindo zur Graffſchafft Wethin geſchlagen worden. Um das Jahr 981. zur Zeit des Kayſers Ottonis II. hat man angefangen an dem Orte, da das Dorff Dobrebora und Saltz-Werck gelegen, die Stadt Halle zu bauen. Hæc etiam confirmat D. Gottfried Olearius in der Beſchreibung der Stadt Halle in Sachſen Part. I. c. 1. p. 11. ſeqq. De his fontibus ſalis Halæ eminentibus conferri poſſunt Dreſſerus Iſagog. Hiſt. p. 5. pag. 296. Joachimus Schlegelius Sag. Sileſ. in Deſcriptione Salinarum Halenſium carminica Witteb. 1593. Spangenb. Querfurt. Chronic. c. 2. §. 14. Zeilerus in German. P. I. c. 5. fol. 144.
(z) His quidem verbis: Könnten aber die von Magdeburg des Urtheils nicht finden, und iſt es, daß die vorgenannten Gegnern, ihr ſelbſt Urtheil denn nicht wiſſen, ſo mögen ſie es zu Halle holen, denn ſie alle mit einem Rechte begrieffen ſeyn. Adduximus hæc verba ex jure Magdeburgenſi impreſſo, cum manuſcriptum ad nos non pervenerit. Singula autem adhuc clarius patebunt ipſum librum adituro & collaturo D. Benjamin Leuberi Hiſtoriſo-mäſſigen Diſcurs, was vom Sachſen-Spiegel, Weichbild und deſſen Chronic zu halten ſey. Dreſdæ 1648. in 4to. Cæterum de jure Saxonico in Luſatiam introducto quoque verba faciunt Peucerus in Idyllio ſupra p. 55. v. 28. 29. & Goldaſtus de Regno Bohemiæ lib. 2. cap. 3. n. 2 pag 121. & n. 7. p. 123. item lib. 3. c. 16. n. 17. pag. 405. lib. 4. c. 13. n. 1. 3. 8. 9. p. 526. ſeqq. cap. 15. n. 6. pag. 543.
(a) Folio 407. n. 1. Edit. cap. præcedente citat.
(b) Folio eodem.
(c) Folio 143. Edit. Lipſ. an. 1589.
(d) Manlius in margine hic, inquit, quæſtor fuit Imp. Ottonis II. Quæſtor autem dicitur, qui libros Principum legebat, qui alias candidatus Principis dicebatur. Hæc verba omnino annotata legimus in Jure municipali Magdeburgenſi Art. 10. fol. 23. & Gloſſa ibid. dicit: Der Kayſer Otto II. geboth ſeinem Quæſtori, ſeines heil. Palatii, daß er das Weichbild-Rechte aus dem Sachſen-Spiegel nehme und dazu ſetzte, das in dem Sachſen-Spiegel ſo lauterlich nicht geſetzet war, der war genannt Burckhardus von Mangelfelt, und war Profeſſor ſacræ Theologiæ und Dominus legum, und Doctor Decretorum.

Quando vixerit Gloſſator vernaculus.

§. II. Cæterum gloſſator vernaculus ſpeculi, ut apparet, art. 28. Lib. 2. (e) vel coætaneus fuit, vel certe non multo poſterior Johanne Seneca Teutonico, eccleſiæ S. Stephani Halberſtadenſis præpoſito, decreti Domini Gratiani gloſſatore, qui circa tempora Rudolphi Habsburgenſis vixit. Adeptos enim Luſatiam ſuperiorem Marchiones Brandeburgenſes interregno, quod Rudolphi hujus imperium proxime præceſſit, ſuo loco dicemus. (f)

CAPUT XIV.

De Luſatia, quæ dicitur Marchia Orientalis.

Luſatia olim dicta Marchia orientalis.

§. I.

Luſatiam in Chronicis antiquis Marchiam orientalem dici, hiſtoria D. Hedvvigis (g) memorat. Id confirmat Brotuſus, (h) qui Ecbertum & Hermannum Echardi primi filios Marchiones orientales, id eſt, Miſniæ & Luſatiæ Margravios dictos ſcribit. Rexiſſe autem Miſniam hos duos fratres imperante Henrico II. apud quem Ecberto de interverſo ſaltu Zvencavienſe (i) litem intenderit Dittmarus, quartus Marſeburgenſium Epiſcopus, in cujus annalibus (k) appellationem illam reperiſſe Brotuſum, conjicio.

Et poſſeſſores Marchiones orientales.

§. II. Et Fabricius ad finem libri primi annalium urbis Miſnæ (l) addit leges ab Henrico cognomento munifico & illuſtri, Miſniæ & Luſatiæ Marchione; poſtea etiam Thuringiæ Landtgrafio Judæis an. 1265. latas, quorum tale eſt initium.

Hujus appellationis teſtimonia.

Henricus.

Nos Henricus Dei gratia Miſnenſis & Orientalis Marchio &c. Item lib. 2. ſub. anno 1303. (m) recitat literas Friderici admorſi, qui Henrici nepos fuit, & poſtremus Luſatiam tenuit, de puero in Turingia a Judæis occiſo, hoc initio: *Nos Fridericus Dei gratia Miſnenſis & Orientalis Marchio* &c.

Fridericus.

Quos Coſmas Marchiones orientales appellet.

§. III. Apud Coſmam vero Pragenſem (n) orientalium Marchionum nomine Auſtriæ Marchiones veteres, limiti orientali præfecti intelliguntur, quomodo & gloſſa marginalis, ut ſic dicam, interpretatur. Et quam nunc Auſtriam appellamus, olim Marchiam orientalem vocatam ſcribit Olomu-

(e) Fol. 231. ſub. o. 8. ubi fit mentio Johanois Teutonici his verbis: Johannes der deutſche Doctor, den man auch Teutonicum heiſſet, intellige den alten Johannem Gloſſatorem decreti, welchem gar viel und ein groſſer Hauffe der Doctorum Beyfall gegeben, nahm dieſe Leges von der Fiſcherey anders.

(f) Commentariorum lib. V. c. 5. 8.

(g) Seu vita D. Hedvvigis a Laurentio Surio, Carmelita, qui multorum Sanctorum vitas colligendo inclaruit, deſcripta quidem, aſt typis, teſte Godofredo Rhonio in prima epiſtola, quam de quibusdam ineditis Hiſtoriæ Sileſiacæ Scriptoribus Vratislaviæ 1693. publicavit, nondum exſcripta. Ex ea vero Reverendiſſimus atque illuſtriſſimus Dominus Michael Fibiger, celeberrimorum Abbatum Conradi a Lichtenau Urſpergenſis, Rheginonis Prumienſis, Johannis Tritbemii Spanheimenſis &c. veſtigiis inſiſtens laudabiliter, in Scholiis, quibus glorioſe & feliciter illuſtravit Nicolai Henelii Sileſiographiam Renovatam, cap. VII. p. 599. Edit. an. 1704. refert: Hedvvigem Ducillam fuiſſe Sileſiæ religioſiſſimam, Henrici quondam Barbati uxorem & ad hodiernos uſque Brigenſes ac Lignicenſes majorem originarium. Cum autem memoria Hedvvigiana lucem nondum aſpexerit; Chronica illa antiqua, quorum meminit Manlius, citare nos non poſſumus. Remittimus igitur B. L. ad alia, ſed forte ad eadem, quibus confiſus fuit Surius, ſcilicet ad Chronicon Dittmari lib. II. p. 18. lin. 31. Edit. Reineccii an. 1580. f. Chronicon Montis ſereni, cujus autor creditus Conr. Lauterbergius, anno 1136 & 1225. Tomo IV. horum Scriptorum Luſaticorum obvium, quibus Schurzfleiſchii Diſſertat. de Marchia Miſenenſi lit. B. 3. b. & Junckeri Anleitung zur mittlern Geographie P. II. c. 13. p. 511. ſeqq. addimus. Hic l. c. tres Marchias orientales narrat, Marchiam ſcilicet Auſtriæ, de qua pluribus agit lib. eod. p. 476. Marchiam Luſatiæ & Oſterlandiam. Eadem curate recenſet Albinus in der Meißniſ. Land- Chron. Tit. XV. p. 188. ſeqq.

(h) Libro II. c. 7. ibi enim hæc memoriæ prodidit: Zur Zeit Dittmari 4ten Biſchoffs zu Merſeburg haben Ecbertus und Hermannus Marggrafen zu Meiſſen, die man Marchiones orientales genannt, das iſt Miſnæ & Luſatiæ regieret, da hat Ecbertus dem Biſsthum den Forſt oder Wald zu Zwenckau genommen. Aber letzlich da Hermannus der älteſte ſein Bruder zu Magdeburg bey Henrico II. war, da hat ſich Dittmarus bey dem Kayſer beklagt, und Ecbertus hat den Forſt dem Biſchoffe wieder gegeben.

(i) De loco, in quo ſitus fuit ſaltus Zvencavienſis ſi ſollicitus es, audias iterum Brotuſum Chron. eod. lib. 2. c. 2. der Flecken Zwenckau iſt dazumahl in dem Burgwardo, das iſt, in dem Ambte Schkeuditz in der Graffſchafft Herrn Güntheri von Pleißen gelegen, geweſt.

(k) Seu Chronico vulgo Merſeburgenſi dicto lib. II. p. 18. lin. 31. de quo Brotuſus Chron. ſuo lib. II. c. 7. hæc præcipue edisſerit: Biſchoff Dittmarus hat 7. Bücher Chronicorum und Annalium von der Zeit Ottonis I. biß auf Henricum II. in das 1021. Jahr nach Chriſti Geburth geſchrieben, Clariſſimus vero Hederichius in Notitia Auctorum media p. 939. varia de hoc libro Eruditorum judicia collegit, præſertim Dittmarum Scriptorem ſinceriſſimum a Poſſevino appellatum narrat, quod vitia corporis & animi ſui ita detexerit, ut mirari ſatis nequeas.

(l) Pag. 40. ſeqq. Edit. Jen. an. 1598.

(m) Pag. 47. ejusd. Editionis.

(n) In fragmento perveteri incerti auctoris de Converſione Bojoariorum & Carenthanorum ad fidem Chriſtianam pag. 18. lin. 59. quod Coſmam in Edit. Freherlana an. 1602. proxime ſequitur, id confirmatur.

Olomucenſis lib. 8. (o) In Ducatum à Friderico Barbaroſſa mutata eſt. (p) Diverſi ab utrisque, Juſtiniano imperante, fuere comites orientis, de quorum officio T.T. eſt XL. lib. 1. de apparitoribus eorundem LVII. lib. XII. Cod.

CAPUT XV.

De

Templis, quæ exſtrui curarunt in terris Slavorum Henricus Auceps & Otto I.

§. I.

Henrico Aucupi res eſt cum Rege Danorum.

AUcupi, (ut ad hunc redeam) antequam Slavos aggrederetur, ſi Broruſo (q) credimus, cum Gormone, quem Worm vocat Helmoldus, (r) Nortmannorum, iſt eſt, Danorum rege Ethnico res fuit in Holſatia, quam is Ungarorum fœderatorum ſuorum auxiliis vaſtabat. Hoc devicto contra Danos Marchiam Sleſvicenſem ad oppidum Sleſvicum in Cymbrica Cherſoneſo, circa annum 923. primam omnium ordinavit & inſtituit, translata eo Saxonum colonia, quæ tamen diuturna non fuit, a Danis & Venedis paulo poſt rurſum abolita.

Contra Danos inſtituit Marchiam Sleſvicenſ.

Quam Dani rurſus abolent.

§. II. Ex Holſatia in Venedos duxit, quos ad mare usque non ſubegit tantum, ſed & religionis Chriſtianæ myſteriis initiari coëgit, Carione (ſ) & Helmoldo (t) teſtibus. Conſtat ex Peucero (u) & illud utrumque, & Aucupem & filium ejus Ottonem Venedis & Sorabis Eccleſias condidiſſe, ut gentes à religione Chriſtiana alienæ recte de Deo erudirentur, & ad pietatis atque humanitatis cultum aſſveſierent. (vv) Sed jam reliquos Luſatiæ noſtræ Marchiones videamus.

Sorabis Eccleſiæ conduntur.

CAPUT XVI.

De

Chriſtiano I. Marchione Luſatiæ IIdo.

§. I.

GEreonem igitur in Marchionatu Luſatiæ ſecutus Chriſtianus ſororius ejus, (x) quem Carſtenum vocat Saxonum Chronicon, (y) in Brandeburgico Brunnico, (z) ejus ſepulchrum extra Brandeburgum Vetus ad Havelum, in

Gereonis Succeſſorem.

(o) Jo. Dubravius Olomucenſis Hiſt. Bojemicæ lib. 8. p. 63. lin 1. Edit. Freheriana.

(p) Conf. Junckers Anleitung zur mitlern Geographie Part. II. c. 9 §. 49. p 360. seqq Manlius in Exemplo ſua manu ſcripto citat Sebaſtian Francken Chronic. fol. 184. ao. 1531.

(q) Chron. Merſeb. lib. I. c. 15. & 23. conf Crantzii Saxoniam lib. III. c. 9. p. 69. linea 50. item ejus Daniam lib. IV. cap. 18. 19. Edit. Argentoratenſis an. 1514.

(r) Chron. Slavorum c. 8. p. 19 Edit. in 4. an. 1556

(ſ) Part. III. Chronici lib. 4. pag. 3. Edit. Witteb. in 8vo an. 1562. In Editione quam nos hactenus citavimus pag. 368. ſeqq.

(t) Chron. Slav. c. 8. p. 19.

(u) Chron. lib. IV. pag 369.

(vv) De hac Soraborum aliorumque Venedorum converſione copioſius dicunt Peucerus ſupra in Idyllio p. 59. v. 126. ſeqq. Manlius in Deigmate cap. 12. p. 83 ſeqq. Haugvvizius in Prodromo Rerum Luſaticarum, qui continetur Tomo II. horum Scriptorum ſub. o VIII. p. 10. ſeqq. Kuntſchke Diſſertat. Hiſtorica III. Sect. V. §. 7. 8. Groſſerus Memorab. Luſat. Part. II p 6 ſeqq. Inter cæteros Scriptores, qui Henrici Aucupis & Ottonis M Studium in negotio religionis literis tradiderunt, eminent G. Fabricius in Annalibus Urbis Miſnæ lib. I. anno 918. 968. Albinus in Chron. Miſnenſi Part. I. Tit. II. p 158. Tit 22. p. 277. 278. George Friederich Stiber in der Mecklenburgiſchen Kirchs-Hiſtorie von Stifftung der Chriſtl. Kirchen unter den Wenden Part. III. §. 1. pag 99. ſeqq. & §. 2. p. 110. ſeqq. Præſertim ex iſtius elegantis libelli pag. 106. huc pertinent ſequentia verba: Der andere Feind, welcher der Ausbreitung der Chriſtl. Kirche ſehr zu wider geweſen, war der Däniſche König Gormo III. ſonſt Wormo genannt. Dieſer that den Chriſten alles gebrannte Hertzelend an, und verſtöhrete zu Schleßwig derſelben Tempel. Doch Henricus gieng ihm gleichfals auf den Hals, ſchlug ihn nicht weit von Schleßwig dermaßen, daß er um Friede bitten muſte, und noch darzu eingieng, daß der Kayſer zu Schleßwig einen Marggrafen Anno 925. ſetzte. Eadem quoque multis rerum documentis & claris Auctorum teſtimoniis confirmat M. Trogillus Arnkiel in Opere pererudito von der uhralten Mitternächtiſchen Völcker Leben, Thaten und Bekehrung, imprimis vero Part. IV. cap. 9. & 10.

(x) Vid. Peucerus Chronic lib. IV. p. 370. ubi hæc recitat: Marchiam Luſatiæ Henricus commendavit Gereoni comiti Stadenſi, qui Sigefrido Brandeburgenſi ſucceſſit. Chriſtianus Gereonem ſecutus eſt, cui Gereo ſororem ſuam deſpondit, conf. Stemma Wittichindeum p 54. Groſſerus Part. I. pag. 15. Sagittarius in Hiſt. Luſ. §. 19.

(y) Pag. 123. Graf Gero hatte eine Schweſter mit Nahmen Wyburg, die nahm Graf Karſten oder Carſten.

(z) Brunico, Brunonis, F. Comes Werbinenſis, Burggravius Soraborum, ab Othone I. Imp. poſt Geronis mortem Marchio Brandeburgicus creatus A. C 965, &c. hæc & alia referuntur in Stemmate Wittichindeo p. 53, conf. W. Juſti Genealogias 7. Fam.

In Luſatia II. Marchio eræ Chriſtianus.

In monte Harlingorum, qui & D. Mariæ in templo, quod ibi Primislaus Venedorum Rex ultimus (a) condidit, extat.

§. II. In Magdeburgenſe Burgraviatu ſucceſſor ei datus eſt Hermannus Saxoniæ Dux, cujus jam aliquoties meminimus. (b)

CAPUT XVII.

De

Dittmaro I. Marchione Luſatiæ III.

§. I.

Tertius Luſatiæ Marchio fuit Dittmarus I.

CHriſtianus, ſecundus Luſatiæ Marchio, ex Wiburge Geronis ſorore ſecundum Saxonum chronicon (c) reliquit filium Dittmarum, eum haud dubie, cui in chronico Miſniæ (d) legimus nuptam fuiſſe Svanhildam, Hermanni Ducis filiam, quam poſt mortem Dittmari duxerit Thuringiæ Marchio, κτιστὴς Epiſcopæ Naumburgenſis & cœnobii Divi Georgii ante eandem urbem, in quo cum uxore ſit humatus. Chronicon Saxonum (e) tamen ſub anno 968. unicam tantum ponit Hermanni Stubegehornii filiam Methildam Arnoldo Flandriæ Comiti nuptam.

Cujus uxor Svanhilda.

§. II. Peucerus, (f) in Henrico IV. & alibi fundatorem collegii Canonicorum Naumburgenſium vocat Ecbertum Marchionem Saxoniæ, qui ſedem Epiſcopalem ex Cyzico Naumburgum tranſtulerit (g) patrem ejus, qui in molendino interfectus eſt. Hiſtoria Viperti Groicenſis (h) Ecbertum Miſnenſem & Landesbergenſem Marchionem, a quo Eccardiberga arx condita eſt & denominata, in cœnobio D. Georgii ante Naumburgum a Svanhilde uxore ſua fundato ſepultum narrat.

Fundator & translator Epiſcopæ Naumburgenſ.

CAPUT XIIX.

De

Dittmaro II. Ottone & Dedone Marchionibus Luſatiæ.

§. I.

Dittmarus II. Marchio IV.

EX Dittmaro natus filius ejusdem nominis genuit Ottonem, chronicon Miſniæ (i) tamen Dittmarum ſecundum ἄπαιδα facit.

Otto I. Marchio V.

§. II. Hoc loco quærendum, ſitne hic Otto ille ultimus, cujus filiam Luſatiæ Marchioniſſam Sigefrido I. comiti Aſcaniæ Alberti III. filio innupſiſſe genealogia Anhaldina Lib. I. cap. 20. (k) tradit. Ottone ſine liberis mortuo Marchiam Luſatiæ obtinuit Theodo ſeu Dedo frater Timonis Miſniæ Marchionis. (l)

Dedo I. Marchio VI.

CAPUT XIX.

De

Gerone Marchione ex Georgio Fabricio.

§. I.

Unde deſumta ſit ſeries Marchionum Luſatiæ.

IN ſerie Marchionum Luſatiæ hactenus enumeratorum Peucerum, (Lib. IV.) (m) ut ſemper, ſecutus ſum, & addidi quædam ex chronico Miſniæ, Brotuſo & aliunde excerpta.

§ II. Sed variare a Peucero videtur Fabricius in urbis Miſniæ Annalibus ſub anno M. XV. (n) cujus verba aſſcribere malo, quam vel hujus in dubium vocare, vel illius defendere narrationes: " Corpus Geronis, Marchionis Luſatii, ab Ulri-" co Rege

Fabricii narratio de Gerone.

(a) De hoc Primislao plusibus agit Erneſtus Brotuſus in Genealogia Anhaldina lib. II. fol. 37. ſeqq.

(b) V. 9. Supra cap. 10. §. 7. hujus libri Secundi Comment.

(c) Pag. 123. conf. Stemma Wittikindeum p. 54. Groſſerum Part. I. p. 16. Sagittarius § 20.

(d) Conf. Georgii Fabricii Annales urbis Miſnæ p. 24.

(e) Pag. 157.

(f) Chronic. lib. IV. p. 423. Verba ejus hæc ſunt: Condidit Ecbertus ille collegium Canonicorum in oppido Naumburgo, ſede Epiſcopali ex Cyzio translata.

(g) Attendenda hic eſt Diverſitas Translatoris & fundatoris.

(h) Juxta noſtram Editionem cap. V. §. 9. p. 14. quædam huc referri poſſunt, in verſione vero germanica cap. 9 ſingula, quæ Manlius inſeruit, narrantur. conf. Chronicon Saxonum ſub anno 1090. pag. 187. & 188.

(i) Vid. Reuſneri Stemma Witichindeum p. 54.

(k) Folio 22.

(l) Vid. Stemma Wittichindeum p. 27. Groſſerus Part. I. pag. 27. Sagittarius in Hiſt. Luſat. §. 22. 23. 24. 25.

(m) Chronico Carionis p. 370. Edit. Witteb. an. 1572.

(n) Pag. 24. Edit. Jen. an. 1598.

"co Rege Bohemiæ in prælio interfecti, "deportare in hanc urbem, Ido præſul fa- "cit. Hinc mittitur in cœnobium Munch- "neuburgum a patre ipſius Dittmaro "conditum, in ditione Bernburgia, proſe- "quentibus funus Gerone Antiſtite Mag- "deburgio, patruo ipſius, & tribus Mar- "chionibus Miſnenſibus. Fuit Gero e "familia antiqua Viburgia, quæ poſt Sla- "vos ejectos poſſedit Luſatiam. Avia ip-

Viburgiorum familia poſſidet Luſatiam.

ſius Hidda poſt obitum mariti Chriſtiani, " Jeroſolymam proficiſcitur, neve place- " ret Regi Ægyptio, vulneribus ipſa ſibi " foedavit faciem, teſte Lamberto Schaff " naburgio & Conrado Lauterbergio. (o) " Mater Geronis Svanhildis Luneburgia " poſt prioris mariti obitum, nubit Echar " do Turingiæ & Miſniæ Marchioni, qui " factus eſt rebellis Henrico II. Imperatori, " Hactenus Fabricius. "

Exemplum pudicitiæ.

Echardus rebellis Imperatori.

§. III. Ex his verbis talem quis colligere poſſit Genealogiam:

Chriſtianus Viburgius, (p)
- Gero Viburgius Archiepiſcopus Magdeburgius
- Dittmarus Viburgius M.L. fundator Munchneuburgi. Uxor Svanhildis Luneburgia
  - Gero Viburgius Marchio Luſatiæ ab Ulrico Rege Bohemiæ acie interfectus, Munchneuburgi ſepultus.

Eiluardus Præſul Miſnenſ.

Dittmaro Marchioni Luſatio idem Fabricius ſcribit (q) a ſacris fuiſſe Eiluardum, qui eodem anno 1015. in locum Jolonis tertii Miſoenſium Præſulis demortui ab Imperatore miſſus eſt.

§. IV. Aliter etiam Geronis filiam recenſet Saxonum Chronicon. (r) Narrat enim ſub anno 965. Geronem Burggravium Magdeburgenſem aulam ibi habuiſſe, in qua tunc temporis ſacellum fuerit D. Cypriani, nunc S. Stephano ſacrum & intra urbem ſitum. Huic Geroni fratrem fuiſſe Sigefridum, condita præcipua in Epiſcopa Halberſtadenſe arce Gronica mortuum, itemque filium Sigefridum comitem, quo & ipſo mortuo pater Gero Romam profectus armis filii ad aram D. Petri oblatis & dedicatis, receperit a Pontifice brachium D. Cyriaci, cum quo demum reverſus, Gerenrodam cœnobium ad Harciniam ædificavit, omnibus ſuis bonis loco addictis, nuruque Hedwige Sigfridi filii relicta eidem io Abbatiſſam præfecta. Sororem præterea habuiſſe Burggravium Geronem Viburgium, quæ Comiti Carſteno nupta duos pepererit filios, Geronem, Colonienſium Antiſtitem & Detmarum cœnobii Naumburgani, cui a monachis nomen, fundatores.

§. V. Tale igitur facio diagramma:

Fratres & Soror
- Sigefridus conditor arcis Gronicenſis † ante fratrem.
- Gero Burggravius Magdeburgenſis anno 965 fundator Gerenrodæ
  - Sigfridus comes † ante patrem. Uxor Hedwigis, poſtea prima Abbatiſſa Gerenrodenſis.
- Wiburgis, cujus maritus Karſten (Chriſtianus) comes
  - Gero præſul Colonienſis
  - Detmarus
  - fundatores Monachineuburgi.

CAP.

(o) Qui autor creditur Chronici Montis Sereni, conf. itaque illud Tom. IV. Scriptorum Luſat.
(p) Conf. etiam Georg Fabricii Origin. Sax. lib II p. 191. & lib. III. p. 323. Manlius in margine: Hic notandum antrum Viburgenſe in Carelia Scandiæ regione. Georg. Agricola 150.
(q) Originum Saxonicar. lib. II p. 297. Edit Jen. 1598. & in Annalibus Urbis Miſnæ p. 24. ubi hæc narrat. In locum Præſulis Idonis ab Imperatore mittitur Eiluardus, qui Dittmaro Marchioni Luſatiu antea a ſacris fuerat.
(r) Pag. 122. 123. Edit. 1596. conf. ſupra cap. 10.

CAPUT XX.

De

Bellis Marchionum, quæ geſſerunt in Miſnia & Luſatia cum Bohemis & Polonis.

§. I.

GEſſerunt (ſ) autem Marchiones Miſniæ & Luſatiæ magna bella (t) cum vicinis Bohemis & aliquot ex illis fortiter præliando occubuerunt. Boleslaus Polonus, quem a Piaſto ſtirpis conditore ſextum, & hoc nomine primum numerant, cui Chabri ſeu potius Chrobri h. e. acris appellationem Ruſſi tribuerunt, Miecislai primi Ducis Chriſtiani filius: is igitur Boleslaus, penetravit populabundus ad urbem Miſenam usque genti ὁμώνυμον, vi expugnata Budiſſina, poſt mortem Echardi ejus nominis primi, qui ab Ottone II. Imperatore (pallidam mortem Saracenorum vocarunt, (u) Itali Sangvinarium: Chronico Saxonum, (vv) Brotuſo, (x) & Speculi Saxonum gloſſatori (y) rubicundus eſt, ob mare Saracenorum ſangvine cruentatum, ſecundum Aventinum) (z) Marchiam Miſnenſem acceperat, & ut fieret hæreditaria, impetraverat.

Boleslaus irruptionem facit in Miſniam. *Budiſſina expugnatur a Polonis.* *Ottonis II. cognomina.*

§. II. Nec finis bellorum fuit, antequam Otto III. Imperator (quem alii puerum & mirabilia mundi, (a) Siffridus (b) & Cromerus (c) Rufum, neſcio quam recte, cognominant) anno 1001. ad viſendum ſepulchrum & veneranda λείψανα D. Adalberti (tametſi hoc confictum putat (d) Curæus) Gneſnam profectus, Boleslaum hunc primum Regem creavit, atque ita Poloniam imperio amicitia ac fœderibus conjunxit.

Finis bellorum Polonicorum.

§. III.

(ſ) Singula hæc verba ex Peuceri Chronico Car. lib. IV. p. 370. deſumta eſſe, facile patebit hunc locum conferenti. Revolve in Deigmate c. eo. p. 81.

(t) Quæ quomodo inprimis cum Polonis ſint geſta, pluribus memorant Ditmarus illorum temporum ſcriptor in Chron. Merſeb. lib. V. VI. VII. Sagittarius in Hiſt. Luſat. §. 21. Grofferus Part. I. p. 19. ſeqq. & Frencelius in Hiſtoria de Populis Luſatiæ cap. 23. §. 1. 2. 3. &c. Cujus verba adjicere operæ pretium fuerit: Im Jahre Chriſti 1002. trug ſich zu, daß Heinricus Claudus zum Römiſchen Kayſer erwehlet ward, und da nahm ſich Boleslaus, ſonſten Chrobrus, Chrobi, Chrabus, Chabri, Chabrus, oder Krobly nach der Wendiſchen Mundart von denen Rußen benamſet, die Freyheit einen grimmigen Einfall in unſer Land zu thun, die Stadt Budißin zweymahl zu erobern und ſich das gantze Land zu unterwerffen. Dieſer Unfug verzog ſich biß ins 1018. Jahr und verurſachte, daß ihm Budißin, und das Land aus den Händen mit Gewalt muſte geriſſen werden. Solcher Krieg aber iſt von Georgio Fabricio Orig. Sax. lib. IV. fol. 262. ſehr ungleich und verwirret, nach der Länge erzehlet, ſintemahl er ſelbigen faſt durchgehends dem Böhmiſchen Hertzoge Boleslao zueignet, mit welchem es auch in vielen D. Caſpar Peucerus Chron. Car. lib. IV. p. 647. Bohuslaus Balbinus. Epit. Rerum Boh. lib. 2. c. 14. ſ. 153. ſeqq. und Sethus Calviſius in Chronol. halten. Hingegen reden die Polniſchen Geſchicht-Schreiber als Vincentius Kadlubko, Johannes Dlugoſſus, Johannes Herburtus de Falſtin, Alexander Gvagninus, Stanislaus Sarnicius &c. wenig oder nichts, und doch pralériſch genung davon. Den wahren Lauff aber des gantzen Krieges hat der fleißige Herr Samuel Groſſer im I. Theil ſeiner Lauſitziſchen Merckwürdigkeiten von p. 21. biß 25. erzehlet, welcher dem Ditmaro, Biſchoffen zu Merſeburg folget, als der damahls gelebet, ſich bey etlichen Feldzügen mit dabey befunden, die gantze Geſchichte wohl und ordentlich abgefaſſet, und alſo der eintzige wahre Brunn iſt, daraus die hierzu benöthigte Wahrheit zu ſchöpffen ſtehet. Er verdienet auch wegen ſeiner ausführl. relation von ſolchem Kriege unter die Scriptores rerum Luſatiarum Latinos gerechnet zu werden, weil dieſe Hiſtorie anderswo nirgends ſo ordentlich anzutreffen iſt. Plura hic adducere noſtri inſtituti non eſt. Adhibeat haud gravatim B. L. ipſum Frencelii laborem, quando, ſi ita viſum fuerit ſummo Numini, ſecundum Scriptorum Rerum Luſatic. volumen in lucem emittemus.

(u) Vid. Abbas Urſperg. pag. 225. in Margine Edit. an. 1540. Otto Friſing. lib. VI. cap. 27. Crantzius in Saxon. lib. 4. c. 20. 21. p. 90. 91.

(vv) Pag. 133.

(x) Chron. Merſeburg lib. II. cap. 1.

(y) Im Magdeburgiſchen Weichbilde Edit. Lipſ. an. 1589. folio 24. Nach Kayſer Otto dem Erſten ward zum König gekohren der Rote König Otto.

(z) Annal. Bojorum lib. V. cap. 3. § 8. p. 479. Edit. Lipſ. an. 1710. Ad ſequentia duo verba: Marchiam Miſnenſem, Manlius hæc in margine notavit: Pugnat hoc ei, quod ſupra cap. 9. §. 1. 2. 3. primum Marchionem ἀνώνυμον propagaſſe Marchiones Miſniæ priores uſque ad Timonem & Conradum. Imo non pugnant, potuerunt enim habere ejus anteceſſores, licet non hæreditarie.

(a) Ut Abbas Urſpergenſ. fol. 225. in Otto III.

(b) Sub anno 988. pag. 156. In Georg. Fabricii 7. libris Rerum Miſnicar. Edit. Jen. an. 1598. Ibi enim hæc verba leguntur: Otto III. Ottonis II. filius imperium adeptus regnavit annos XII. iſte cognominabatur Mirabilis mundi, vocabatur etiam Otto Rufus.

(c) Lib. IV. de Rebus Polonorum p. 62. b. Atqui, inquit, plus ſeptuaginta annis hoc tempus Polonia regem cum habuiſſet, & quidem Ottonis Ruſi Germani Imperatoris beneficio, per hoc tempus habere deſiit.

(d) In Annalib. Sileſiæ pag. 33. nam ibi ſic ſcribit: Iſta procul dubio vanitate veterum Hiſtoricorum conficta ſunt. Neque enim Otto III. (ob cauſam in Manlio allegatam) tam longum iter ingreſſus eſſe putari debet. conf. pag. 36. Hac igitur fama Otto Rufus motus &c.

Boleslaus alias urbes evertit.

Ponit tres columnas

Facit regni Poloniæ fines.

Belli hujus duratio.

§. III. Cromerus (e) Miſnam unà cum Magdeburgo Hildenſeimo & Megapoli à Boleslao, ſed jam Rege, everſam & aliquando poſt ab Henrico Bavaro Imp. Octonis III. ſucceſſore inſtauratam ſcribit, Budiſſinæ captæ non meminit, ſed in ripa Salæ tres columnas ferreas permagnas, victoriæ ſuæ de Saxonibus monumentum & regni Poloniæ limites poſuiſſe Boleslaum ait, ſicut antea devictis Ruſſis in Boryſthene ſeu Nepro fecerat, & fecit poſtea Pruſſis profligatis in Oſſa. Unde interjectam quoque terrarum intercapedinem ab eo in poteſtatem ſuam redactam elicitur. Ac tradunt ſcriptores Poloni hoc bellum Saxonicum Boleslai inchoatum anno 1012. duraſſe ultra quinquennium.

Oppugnatio urbis Miſnæ à Fabricio.

§. IV. Fabricius (f) ex Dittmaro anno 1015. urbem Miſnam a Meſicone (Miecislaum II. ignavum vocat Cromerus (g)) Ducis Poloniæ Boleslai filio Idibus VIIbris, cum Marchiones Miſnenſes Güntherus & Echardus II. abeſſent in caſtris Imperatoris, & Hermannus eorum frater eodem die urbem intraſſet, quo hoſtis cremavit ſuburbia, fruſtra oppugnatam ſcribit, civibus fortiter pro patria pugnantibus, fœminis ignem in duarum turrium tabulata injectum, hydromeli (h) propter aquarum penuriam reſtingventibus, Polonis vero repentino albis ductu depulſis, cujus beneficii ad avorum usque ætatem ſolennis recenta ſit memoria in die nativitatis Mariæ.

Memoria conſervatæ urbis.

CAPUT XXI.

De

Polonis & Sileſiis, quando Domini Luſatiæ facti.

§. I.

Quando Poloni cœperint imperare Luſatiæ.

Atque hoc Boleslao regnante (i) ſuſpicor (ſi quis tamen locus eſt ſuſpicioni in hiſtoria) Luſatiæ dominos factos Polonos & qui ejusdem ſunt originis Sileſiæ Duces.

(e) Lib. III. de Rebus Polonorum pag. 40. a. Edit. Baſileenſ. an. 1568.

(f) Annalium Urbis Miſnæ lib. II. pag. 24. In Dittmaro vero ea, quæ Moëllius huc tranſtulit, occurrunt lib. VII. pag. 90. Edit. Francof. an. 1580.

(g) Libro de Rebus Polonorum IV. p. 47. Miecislaus homo fuit tardus & hebes.

(h) mit Methe.

(i) Dum ſuſpicatur & dubiom reliquit Moëllius, num Poloni unquam facti ſint Domini Luſatiæ, forte ob memoriam rerum ſuo tempore valde variantem; nobis nunc dicendum erit, quod res eſt. Dio quidem ante nos inventi ſunt, qui præ certo aliquid poſuere, quos inter nominatum habemus Bartholomæum Sculterum, ut jam ſuprà cap. 10. §. 1. monitum eſt, & ex ipſius Luſatia ſ. Catalogo Imperatorum, Regum, Ducum & Marchionum in utraque Luſatia in Scholiis capiti citato ſubjecto, ſatis luculenter conſtat. In hoc & alio opuſculo clare affirmat, Luſatiæ Polonos præfuiſſe ab anno 1002. 1079. nam ita ſcribit: Soror Boleslai Dambrava uxor Meſconis, primi Principis Poloniæ Chriſtiani, quæ ipſi peperit Boleslaum Chabri regem primum in Polonia. Et cum hac Dombrava Bohema forte dotis loco devoluta eſt hæc regio ſuperior ad Polonos, qui Luſatiæ ordine & ſucceſſu temporis imperavere ſequentes:

I. Boleslaus Chabri i. e. acer, natus 967. coronatus primus Rex Poloniæ ab Ottone III. Imp. 1001. Hic poſt mortem Echardi I. Marchionis Miſnenſis, Budiſſinam vi expugnavit & civitatem Miſnenſem populabundus quoque aggreſſus.

II. Mieslaus II. Meſco I. Mieslaus II. Poloniæ Rex 2dus, natus 990. electus Rex 1025. regnavit an. 9. obiit an. 1034.

III. Caſimirus I. monachus vocatus ao. 1041. ex Cluniaco cœnobio Galliarum. Obiit 1058.

IV. Boleslaus II. audax, Rex IV. Poloniæ. Ao. 1071. a Conſiliariis Henrici IV. Imp. in templo Miſnenſi recitata compoſitio inter Boleslaum Audacem Poloniæ regem, & Wratislaum Bohemiæ ducem, indeque ſuperior hæc regio ad Bohemos rediit.

Aſt ut brevibus nos expediamus. Commune Scriptorum Polonicorum, Bohemicorum & Sileſiacorum de hac re ſilentium, nec non deficientia probatæ fidei munimenta præbent dubitandi materiem ſat multam. Idem quidem fabulatur Stransky in Republica Bohemica p. 334. ſed fabula hoc loco magis, quam veritas aperitur & roboratur. Nos non repugnamus, Boleslaum Chabri Luſatiam 1002. acquiſiviſſe vi armorum, & ad annum 1018. uſque tenuiſſe, negamus vero, eandem quoque poſſediſſe ejus Succeſſores adusque an. 1079. Nec a noſtra ſententia abhorret Frencelius in Hiſtoria de populis Luſatiæ; nam cap. 23. §. 1. diſerte dicit: Obſchon 1018 mit Boleslao, Könige der Pohlen, in der Stadt Budiſſin Friede geſchloſſen worden; ſo iſt dennoch nicht zu vermeinen, daß die genannte Stadt ſamt dem Lande damahls in der Pohlen Händen gelaſſen worden, ſondern, das Beſitzthum der Ober-Lauſitz wird ſonder Zweifel entweder ſchon vorher, oder doch in der damahligen Friedens-Handelung wieder auf Kayſer Henricum II. kommen ſeyn. Daher ſind auch nach des Geronis II. Marggrafens in Ober- und Nieder-Lauſitz Tode, weil die Charge erblich war, als bald dieſe Marggraffthümer ſeinem Vetter dem Ottoni anvertrauet worden. Vid. Groſſ. Part. I. p. 27. daß aber vorigem Bericht nach die Ober-Lauſitz wieder an Kayſer Henricum II. gelanget, will auch Chriſtoph Hartknoch beſtätigen wenn er de Republ. Polon. lib. I. c. 4. alſo ſchreibet: Verum enim vero non diu ſub Polonorum poteſtate manſiſſe Luſatia videtur &c. Zudem, wenn die Ober-Lauſitz dem Boleslao und ſeinem Sohne Mieſco wäre gelaſſen worden, würde allerdings Kayſer Conradus Henrici II. Nachfolger, in den nechſten Jahren, als gemeldter Mieſco ſein Feind worden, ſeine Armee nicht einen ſo weiten Weg biß in Pohlen hingehen, ſondern gleich in die nechſte Ober-Lauſitz einrücken, und in ſolchem Lande

§. II. Mecum facit Curæus, (k) qui ex conſenſu hiſtoricorum, qui illi ſeculo fuerunt viciniores, colligit, Boleslaum repudiata pace, quam cum Ottone inierat, ſub Henrici Bavari imperio, quem initio civilia arma, & deinde bella Italica exercuerunt, imprimis vicinas Marchias Luſaticam & Miſnenſem, cum exercitu percurriſſe: occupaſſe etiam urbes Budisſinam & Miſenam, ut Henetis ſeu Vandalis, quos in ſuam poteſtatem Marchiones redegerant, eſſet præſidio. Qvanquam jam olim Caroli M. temporibus Ditivoniæ h. e. Luſatiæ imperitaverat Leſcus III. ut ſuperiori libro diſſeruimus. (l)

Budiſſina tolerat obſidionem Polonorum.

§. III. Notetur etiam hic obiter, Budisſinam ſesquicentum prope ante inſtauratum Gorlicium annis, jam tum ita fuiſſe munitam, ut acerrimi Polonorum Ducis obſidionem aliquandiu toleraverit.

CAPUT XXII.

De Crebris Rebellionibus Luſatiorum Paganorum poſt conſtitutam Marchiam Luſaticam.

§. I.

Henetis & Sorabis conduntur eccleſiæ.

Ipſi etiam Luſatii adhuc Ethnici (etſi enim fortaſſe Auceps victor & filius ejus Otto Magnus ſicut Henetis & Sorabis, ita his quoque Eccleſias (m) condiderunt & Melanchthon in declamatione de Electoribus aſſerit, Heinricum Bambergenſem Ottonis III. ſucceſſorem, doctrinam Evangelii in Elyſiam, quæ nunc partim Sileſia ſit, partim Luſatia, propagaſſe: facillime tamen gens levis ad quamlibet occaſionem, abjecto veræ religionis ſtudio, in priſtinas & inveteratas impietatis ac ſuperſtitionis Ethnicæ ſordes relapſa eſt non ſemel:) Luſatii (n) igitur ſæpe excuſſo Imperatorum jugo & contemptis aut ſuperatis, ut credi par eſt, Marchionum præſidiis, ad arma redierunt.

Teſtimonium.

Facile tamen relabuntur ad idololatriam.

§. II. Nam anno Chriſti 1035. qui fuit undecimus imperii Cunradi II. Franci, quem Saliquum appellant (o) (Urſpergenſi (p) primus eſt, quibusdam Suevus: ſucceſſit enim S. Henrico Papebergenſi) Virbinum ſeu Werbenam caſtellum in confinio Saxoniæ ad Albim ſitum (hodie una eſt de ſeptem urbibus veteris Marchiæ) interceperunt Luitici pagani, multis Chriſtianis occiſis & captis. Eos cum exercitu petiit Imperator & ſequenti anno ſibi vectigales fecit. Sic fere Abbas Urſpergenſis (q) & qui inde in Chronologiam ſuam deſcripſit Funccius. (r) Idem ex Hermanno contracto, (s) Comite Veringenſe Cromerus (t) ſub finem Lib. 3. refert. Funccius (u) diſerte Luiticos nunc Luſatios eſſe affirmat, & addit ab Imperatore bello tum contritos.

Luitici ſeu Luſatii occupant Verbenam.

Autores id aſſerentes.

§. III. Sed nihilominus non ita multo poſt, videlicet anno 1056. iidem Luitici magnam edidere ſtragem in Chriſtianis, quorum quidem gladio & in his Guilielmus Saxoniæ ſive Thuringiæ Marchio, quidam fugientes in aquam, Albim nimirum, ut diſerte Saxonum Chronicon, (w) compulſi periere. Aventinus (x) Litzos vocat & Luticianos, & addit de Saxonum Imperatoribus unum itemque alium centurionem Ditericum cum magna parte exercitus in hoc prælio occubuiſſe.

Luticii Henrici III. Imper. exercitum ad internecionẽ concidunt.

§. IV. Aventinus (y) ſimul mortis Henrici

die Rache haben verüben laſſen. Da er aber nicht das Letztere, ſondern das Erſte gethan, wie des Ottonis Friſingenſis worte lib. VI. Chron. c. 29. ſolches beweiſen: So folget, daß die Ober-Lauſitz bey damahliger Zeit ſchon wiederum unter des Kayſers Regierung geſtanden. Endlich melden die Polniſchen Geſchichts-Schreiber von der Polen Bothmäſſigkeit über die Lauſitz nicht das geringſte. Hactenus Frencelius. In dubium autem non vocamus, qui ejusdem ſunt originis Sileſiæ Ducum jura in quandam Luſatiæ partem, vid. Groſſerum Part. I. p. 4142. conf. infra Comment. lib. III. c. 39. 42. lib. VI. c. 9. 10. 25.

(k) In Annalib. Sileſiæ pag. 35. ubi eadem verba extant, quæ Manlius ex pagina allata attulit.
(l) Cap. 44. §. 1. 2. 3. p. 150 & in Deigmate cap. 10. § 8. pag. 81.
(m) Conf. hoc Comment. libro II. cap. 15. §. 2. & Nota ſub Lit. (vv) & ſupra in Deigmate cap. 10. §. 14. pag. 81.
(n) Luſatii res ſuas ſtrenue egiſſe circa hæc tempora dicendi ſunt. Frencelius. Manlius in margine: Gens Leuticorum ad idolatriam delabitur 984. Genebrardus ex Guilelmo de Nangia.
(o) Cognominatus eſt Saliquus, quod originis eſſet ac ſanguinis Francici a Francis Saliis veteribus accolis Salæ amnis, qui & nomen hoc genti tribuit. Peucerus Chron. lib. 4. pag. 413.
(p) Pag. 227. Chronic. Edit. an. 1540. In margine appoſita ſunt hæc verba: Conradus Imp. German. Francorum rex, alii Suevum fuiſſe volunt.
(q) In Chron. p. 231.
(r) In Chronologia p. 143. Edit. Witteb. an. 1570.
(s) Tom. I. Scriptorum Rerum Germanic. Jo. Piſtorii pag. 136.
(t) De Rebus Polon. lib. III p. 46. b.
(u) Loco ſub Lit. (r) citato. Conf. ſupra lib. I. comment. c. 37. p. 144. ſeq.
(vv) Pag. 175. ibi hæc verba leguntur: Anno 1066 geſchahe den Chriſten groß Leid von den Luticiern oder Lauſnitzer-Wenden, welche viel Chriſten erwürgten und in der Elbe ertränckten.
(x) Lib. V. c. 9. p. 516. §. 11. a. Edit. Lipſ. an. 1710.
(y) Loco proxime citato, juxta Edit. vero, qua uſus fuit Manlius, p. 405. b.


Henricus III. ex angore animi moritur.

rici III. Imperatoris & Guilielmi Marchionis Saxoniæ meminit pag. 405. b. Guilielmus vero Thuringiæ Dux, vel ut Schaffnab. (z) Marchio, ſub Henrico III. Imperatore adhuc res geſſit. Meminit enim ejus Schaffnab. ſub anno 1061. & 1062. quo mortuus &c. Ad quam cladem cum eodem tempore multorum præterea principum interitus, fames item & plura alia mala acceſſiſſent. Henricus III. Imperator dictus pius & niger, qui Cunradi filius fuit, & in imperio ſucceſſor, pater verò Henrici IV. ex angore animi in morbum incidit, & eodem anno 3. Non. Octobr. in pago Bortfeldo terræ Brunovicenſis ſub Harcinia, vitam cum morte commutavit, anno ætatis 39. imperii 17. cujus λείψανα partim Goslariæ in æde D. Matthiæ, quam fundaverat, partim Spiræ in Eccleſia Cathedrali terræ ſunt mandata.

Et partim Goslariæ partim Spiræ ſepelitur.

§. V. Autor idem Abbas. (a) (Marmori ſepulchrali, quod Spiræ viſitur, Non. Octobris eum mortuum eſſe inſcriptum eſt.) Hic ad marginem aſcripſit Caſpar Hedio Ethelingiacenſis (b) (eum enim & annotationum ad chronicon Abbatis & παραλειπομένων ejusdem autorem eſſe (c) contra Funccium, qui Cratoni Mylio (d) hæc aſcribit, demonſtrare poſſum Crantium (e) putare Luiticos eſſe Luſatios. Quam adnotationem & Funccium (f) ſecutum apparet.

Imperatoris quod Spiræ eſt monumentum.



Verba Peuceri de clade & morte imperat.

§. VI. Peucerus (g) expreſſe inquit, Heinricum III. ex Italia reverſum contra Slavos Luſatios inſtruxiſſe exercitum, eumque ad internecionem eſſe cæſum. Quam acturam cum graviter tuliſſet imperium, paulo poſt ægritudine correptum diem ſuum obiiſſe, buccella panis grandiore ſuffocatum. Quod etiam refert chronicon de tempore creationis mundi (h) juri municipali Magdeburgico præmiſſum. (i)

Lamberti Schaffnab. hujus rei recenſio.

§. 7. "Lambertus Schaffnaburgenſis, (k) "quem ſecutus videtur Peucerus, (l) ſic "habet: Anno 1056. Imperator regreſſus "de Italia, nativitatem S. Mariæ Goslariæ "celebravit. Inde profectus Botſelden, "cum ibi aliquandiu venationi deditus mo"taretur, comperit Wilhelmum Marchio"nem, cujus frater conſanguineus Otto "Slavica matre natus, inſequenti anno Sa"xonibus contra Henricum IV Ducem ſe "præbuit, & a Brunone Henrici patruele, "Ecberti Comitis, poſtea Marchionis Thu"ringiæ fratre, in acie interfectus eſt, & "Diodericum comitem, cum infinita mul"titudine, Saxonici exercitus, quos contra "Luticios miſerat, male geſtis rebus occu"buiſſe. Nec multo poſt ipſe corporis "moleſtia correptus, cum ſeptem aut eo "amplius diebus lecto decubuiſſet, diem "clauſit extremum. Corpus ejus Spiram "translatum eſt, & celebratis regio more "exequiis, die natalitio Apoſtolorum Si"monis & Judæ, quo ſcilicet die etiam fue"rat natus, ſepulturæ eſt traditum. Re"gnum

Henricus III. moritur die ſuo natalitio.

(z) Lambertus Schaffnaburg. de Rebus Germaniæ in Jo. Piſtorii Script. German. p. 266. lin. 8 ſeqq.
(a) Pag. 23. Non. Octobr. inquit, hanc vitam finivit in Deo. Conf. Trithem. Chron. Hirſaug. fol. 67.
(b) Manlius in Margine adjecit: Quid ſi Irenicus etiam Ethelingiacenſis.
(c) Id quod & nos jam ſupra c. 37. libri I. §. 1 nota ſub (a) monſtravimus.
(d) Crato Mylius Paraleipomenis Epiſtolam ad Melanchth. præmiſit.
(e) In Vandalia L. III. c. 2. & in Sax. L. V. c. 1. p. 105. linea 48. ubi ſcribit: Saxones, congregato exercitu, invadunt gentem Luticiorum. Luſatios nunc eſſe crediderim.
(f) In Chronol. p. 143.
(g) Lib. IV. p. 415.
(h) Fol. III.
(i) Cuinam hujus Juris origo accepta referatur, oſtendit Schurzfleiſchius in Hiſt. Luſ. §. XI. Conf. ſupra hoc lib. II. c. 12.
(k) In Jo. Piſtorii Script. G. T. I. p. 362. lin. 31. & p. 363. lin. 5. ſeqq.
(l) Loco ſub lit. (g) citato.

" gnum pro patre obtinuit filius ejus Henricus quinque annorum infantulus, anno, poſtquam in Regem unctus fuerat, tertio &c. Wilhelmo Marchioni ſucceſſit Udo comes, Vir valde induſtrius & Regi conſanguinitate proximus, cui ſubſequenti anno 1057. mortuo, Filius Udo, junior ſucceſſit. Chronicon Saxonum (m) addit, eodem illo anno Saxones ſuſcepta rurſus in Luſatios expeditione, cladem nuper acceptam iis reddidiſſe, ſub tributum Imperatoris denuo redactis.

Luſatii quoque cladem accipiunt.

CAPUT XXIII.

De Bellis Luſatiorum tempore Henrici IV. geſtis.

§. I.

Lutitii ſeu Luſatii vincuntur a Saxonibus.

Nec poſthac multo quietiores fuere Luſatii. Mox enim ſub initium imperii Henrici IV. ſenioris, (n) ſcribit Crantzius; (o) Saxones haud dubie laceſſitos exercitu coacto, invaſiſſe gentem Lutitiorum, hosque cum non poſſent conſiſtere in acie contra Saxones, fugatos & cæſos, captis etiam ex iis plurimis, obſides dediſſe imperata ſe facturos. Lutitios autem Crantzium hoc ipſo in loco interpretari Luſatios, pro quibus a Peucero (p) quoque habentur, primo libro oſtendimus. (q)

§. II. Peucerus (r) Henricum IV. ipſum poſt repoſitum in regnum Salomonem Andreæ filium, Hungariæ Regem ſororium ſuum, (s) quod bellicorum ejus operum primum fuit, in Slavos Luſatios moviſſe ait, quo bello feliciter confecto, a Saxonibus in ipſum revertentem ſit conſpiratum. Aventinus (t) Henricum media hyeme, cum omnes fluvii glacie conſtitiſſent, in Luſatiam (u) expeditionem feciſſe ſcribit, urbes quasdam obſidione cepiſſe, pagos exuſſiſſe, atque ita gentem paludibus (Gemöß) & aquis tanquam muro naturali munitam ad deditionem adegiſſe, magna præda multisque captivis ſecum abductis.

Et Henrico IV. contra quem conſpirant Saxones.

§. III. Helmoldus cap. 24. (w) in octavum annum Henrici IV. Imperatoris, qui fuit a Chriſto 1066. tertiam Slavorum a Religione Chriſtiana defectionem collocat. Ac memorat alibi idem Crantzius Saxoniæ Dominos pugnaturos contra infideles Vandalos (ſic Slavos vocat) in armis & veſtibus uſurpaſſe ſignum tanquam crucis pomo ſuperimpoſitæ, (x) quo innuere voluerint: Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum crucifixum ſuper univerſum terrarum orbem eſſe Regem. Sub finem imperii Henrici IV. Luſatios in recuperando Brandeburgo, Udoni II. ſuppetias iviſſe, ſupra

Slavi tertia vice deficiunt a religione Chriſtiana.

Saxonum ſignum in armis & veſtibus.

(m) Pag. 175.

(n) Illorum, qui eo tempore incoluere Luſatiam ſuperiorem, Frencelius in Hiſtoria de populis Luſatiæ, cap. 25. §. VI. laudes ſic prædicat: Als mit dem Käyſer Heinrico IV. viel unglückſelige Tragödien geſpielet worden, wird zum unſterblichen Ruhm der Ober-Lauſitz nicht gefunden, daß ihr Volck dieſen ihren von GOtt vorgeſetzten Käyſer und Herrn einiger maſſen, gleichwie andere, gekräncket, oder wider ihn gelecket habe. Zwar D. Caſpar Peucerus Chron. Carion. Lib. 4. p. 190. ſchreibet wohl: Inde (ex Hungaria rediens Heinricus IV. Imperator) in SCLAVOS LUSATIOS movit, a quo bello feliciter confecto revertentem exceperunt ſeditioſæ conſpirationes Saxonum &c. Wie denn auch Sigebertus gedencket, daß dieſer Krieg wider die Lauſitz geführet worden: Allein Joh. Aventinus Annal. Bojor. lib. 5. fol. 441. juxta Editionem Lipſienſem an. 1710. lib. 5. fol. ſive p. 533. §. 12 erzehlet die vorhergehende Sache alſo: Cæſar Moguntiaci autumno commoratus, inde in Saxoniam Goslarium hyematum concedit. Ipſa hyeme (anno 1069.) congelatis fluminibus glacie LUTICIOS petit, Urbes expugnat, vicos exurit, gentem paludibus ſeptam in ditionem cogit: cum ingenti captivorum numero, magnaque præda victor revertitur. Da nun ſolcher geſchwinder Feldzug (1) des Winters (2) bey beſtändigem Eyſe, und (3) aus Goßlar und wieder nach Goßlar ſo im Braunſchweiger Lande, und der Marck gegen über liegt, geſchehen: ſo iſts handgreiflich, daß durch die Luticios nicht die weit abgelegene Lauſitzer, ſondern die Nieder-Wenden in der Marck müſſen gemeynet ſeyn, oder wenn ja beſagte Autores Sigebertus und Peucerus gelten ſollen, ſo mag endlich (4) zugelaſſen werden, daß der Zug nach der Nieder-Lauſitz gerichtet worden, nicht aber in die Ober-Lauſitz, ſintemahl (5) dieſe bey damahliger Zeit nicht Städte gehabt, auch noch nicht hat, welche etwa den Käyſer, ſie zu überfallen, oder zu belagern, die vielen Palades hätten hindern und ihn darum bey harten Winter auszumarchiren nöthigen ſollen.

(o) In Saxoniæ lib. V. cap. I. p. 105. lin. 48. ſeqq.

(p) Chronic. lib. 4. p. 314.

(q) Cap. 30 §. I. p. 138. cap. 36. §. I. 2. pag. 143. cap. 37. §. I. 2. 3. p. 144. ſeq. & modo cap. præcedente §. 5. nota ſub lit. (e)

(r) Chronic. lib. IV. p. 424.

(s) Conf. idem Peucerus lib. IV. p. 416. ubi ſic ſcribit: Henricus III. Imp. primam filiarum ſuarum deſpondit Salomoni filio Andreæ regis Ungariæ. Hujus reginæ frater erat Henricus IV. Imp. Romanorum.

(t) Annalium Bojorum lib. 5. cap. 12. §. 12. p. 533. Edit. Lipſ. an. 1710. Verba ipſa vide in Nota ſub lit. (n)

(u) In Aventino extat: in Saxoniam; ſed meminit Luticiorum, per quos Sigebertus intelligit Luſatios, nam terram Luticianorum Heinricum ingreſſum cum exercitu anno 1069. aſſerit.

(w) Pag. 53. Edit. Francof. in 4. an. 1556.

(x) Quo inſigni uſi ſint Saxones ante & poſt baptiſmum, exponit Crantzius in Saxonia lib. II. c. 2 p. 30. lin. 46. his verbis: Saxonum Principes pro inſigni armorum in militaribus ſignis pullum equinum habuere, atrum ante baptiſmum, poſt vero candidum. Conf. ejusdem Sax. lib. IV. c. 15. p. 88. lin. 12. it. c. 27. p. 95. lin. I.

ſupra (y) diximus. Id quoque, qui Udonem Miſtivoii filium faciunt, in fraudem imperii factum velle videntur.



§. IV. Magnus Ordolphi filius, Bernhardi primi ſeu Bennonis nepos, Hermanni Billingi de Stubesgehorna pronepos, Dux Luneburgi IV. & III. deniq; ſuæ familiæ ultimus Saxoniæ Elector, qui in cuſtodia ab Henrico IV. Imp. detentus obiit anno 1106. Luſatiam imperii nomine recuperavit. Autor in Electoribus Saxoniæ Georgius Fabricius. (z)

Luſatia imperii nomine recuperatur.

CAPUT XXIV.

De Luſatorum Natura, Ingeniis, Moribus & Rebus geſtis ante fidem Chriſtianam aſſumtam.

§. I.

TOties igitur cum inſurrexerint (a) adverſus Imperatores Luſatii, ſuſpicari aliquis poſſit, Henricum I. Aucupem initio iis non tam præfeciſſe victis, quam oppoſuiſſe Marchiones, qui longius progreſſuros reprimerent. Niſi dicere malis, devictos eos tunc quidem & ad ſuſcipiendam religionem Chriſtianam armis adactos ſimul cum Sorabis & Venetis, ſed iterum cum a fide Imperatorum tum a religione vi & metu expreſſa deſciviſſe & ad ingenium rediiſſe.

Luſatii inſurgunt adverſus Imperatores.

Et deſciſcunt à religione.

§. II. Fuere enim horum quoque dubio procul lubrica variaque ingenia & fluxa (b) fides, (c) ut Slavorum omnium, cujus gentis præter cœteras nobilitata eſt in retinendis mordicus tuendisque tempore & conſuetudine inveteratis ſuperſtitionibus obſtinata & prope incredibilis pertinacia.

Eorum ingenia.

Pertinacia.

§. III. Quamobrem ſuſcepit quidem religionem Chriſtianam aliquoties, & Chriſtianorum ritu initiata Chriſtianiſmum ad tempus ſimulavit, ſed nec exſtirpata eſt ita ex animis ejus idolomania, nec tam firmas vera relligio radices unquam egit, quin mox in priſtinos errores aperte illa relaberetur, (d) & tanquam canis ad vomitum reverſa, idolis in lucis, montibus (e) & delubris pollucerct. (f) Eaque inconſtantia Sorabos & Venedos ultra trecentos annos uſos ſcribit Brotufus, (g) nimirum ab anno Chriſti 815. usque ad annum 1127. h. e. a Caroli Magni temporibus usque ad Henrici V. imperium.

Inconſtantia in religione Chriſtiana.

§. IV. Nec in reliqua vita minor eorum fuit levitas & perfidia. Slavorum animi, inquit

Levitas & perfidia eorum in vita civili.

(y) Lib. 2. Comment. c. 5. § 2.

(z) Nempe in Iconibus Electorum Edit. Jen. an. 1597. verſus hi ſunt:

Magnus eras animo virtuteque MAGNE: ſalute
Prælia pro patria ſæpe ſecunda facis.
Vandalicum ſuperas præſenti Marte tyrannum:
Amiſſum genti reſtituisque decus.
Auxilioque juvas Oberitas: Luſatiumque
Imperio cogis ſubdere colla ſacro &c.

(a) Vid. Groſſerum Part. I. p. 18. ſeq.

(b) Luſatorum mores cum reliquorum Slavorum conveniebant. Horum autem characteres quaſi in compendio tradit Witichindus Annal. lib. II. in Meibomii Scriptoribus Tom. I. p. 642. ſeqq. Slavorum, inquiens, homioum genus durum & laboris patiens eſt, victu leviſſimo adſuetum, & quod noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Slavi pro quadam voluptata ducunt. Plenius hoc argumentum explicat Frencelius in Hiſtoria de Populis Luſatiæ cap. VI. VII. X. XI. XII. &c. capite ſexto commendat hos & alios Autores quam plurimos permagnum ad hanc rem momentum afferentes v. g. Helmoldi Chron. Slavorum lib. I. c. 6. 14. Sax. Grammat. Hiſt. Dan. lib. 14. fol. 321. Albericum in Chronico Trium Fontium P. I. p. 87. Albert. Crantzil Vandal. L. 7. c. 48. fol. 258. Jo. Wolfium Cent. XV. Lect. Memorab. Tom. II. fol. 839. Martinum Zeilerum Theatr. Trag. p. 140. Conf. etiam Haugwitzii Prodromum Luſatiæ Tomo II. horum Scriptorum cap. ſeu numero VII. p. 9. & ſeq. Kuntſchke Diſſert. Hiſt. IV. Sect. VII.

(c) Conf. idem Kuntſchke Diſſert. Hiſt. II. Sect. V. §. 40.

(d) Vid. Groſſerum Part. II. p. 7. ſeqq. & Kuntſchke Diſſert. III. Sect. V. de Religione Luſatorum §. 9. 10.

(e) Manlius in margine: 2. Regum 12. v. 3. Ezech. 20. v. 29. loca, ad quæ §. 5. provocat Lutherus ſunt Ezech. 36. Thren. 4.

(f) Lucere eſt evidenter & ſplendide ſacrificare, in montibus fiebant ſacra idolis.

(g) Chronic. Merſeb. lib. 2. cap. 16. Verba ejus hæc ſunt: Es iſt zu verwundern, wie das Wendiſche Volck ſo abgöttiſch, verſtocket und ſo untreues Volck geweſt, davon habe ich lib. I. c. 2. geſchrieben, daß

inquit Helmoldus, (h) naturaliter ſunt infidi & ad malum proni, eoque cavendi. Alibi (i) clandeſtinis inſidiis eos valere maxime, & ſua adhuc ætate omiſſa penitus agricolatione, piratica rem quæſiviſſe, idem dicit, vexata imprimis Dania. Et Odofredus, præcellens ſuo tempore Bononiæ jureconſultus, qui Caccialupo teſte anno 1260. floruit, & ſecundum aliquos Accurſio coætaneus fuit, affirmare non dubitat: Sclavonica gente non eſſe aliam in toto mundo deteriorem, in L. Julianus §. I. verſic. in factum actio ff. de condict. indeb.

Odofredi JCti teſtimonium.

§. V. Atque hodie etiamnum in Pomerania, Caſſubia, Luſatia, Marchia Veteri Soltvedelenſe & alibi reliquiæ ejus gentis plane miſeræ & contemptæ, partim etiam non minus atque olim mancipia ab omnibus oppreſſa præſtigiis Diabolicis & aliis impiis ſuperſtitionibus, libidinibus item, rapinis, etſi qua præterea ſunt id genus maleficia, ad miraculum usque deditæ ſunt.

Impietas hodiernorum Slavorum.

Ut Lutherus jocans ille quidem, ridendo tamen verum dicere voluiſſe videatur; Si ſceleratior Slavis populis ſub ſole fuiſſet, in eo lucem doctrinæ Evangelii fuiſſe exorituram. Peſſimam enim omnium eſſe nationem Slavorum, qui & loca circa Wittebergam olim occuparunt. Deum autem fere ad peſſimum quemque populum divertere: Sicut non fuit populus pertinacior Judæis, qui prophetas ſuos & ipſum Dei filium trucidarunt, ita ut Vicinæ gentes (quod eſt apud Ezechielem) ratiocinatæ ſint, eos non impune laturos. Primum igitur illuc quoque ad Slavos veniſſe Chriſtum, ut deſtrueret opus Diaboli, & domicilium tenentes in ruſticis & civibus Diabolos expelleret, atque ita in medio inimicorum ſuorum dominaretur. Hæc Lutherus.

Lutheri de peſſima Slavorum natione judicium.

§. Inquieti ergo fere priſci Luſatii & pugnaces. Quales nimirum reliqui etiam Slavi omnes, qui eam ipſam ob cauſam a Saxonibus (quibuscum varia fortuna bella geſſere, partim ſubacti, partim ultra Albim rejecti) appellabantur Notturingii, quaſi tu dicas, ad inſaniam usque bellicoſi, ut teſtatur gloſſa ſpeculi Saxonum lib. 3. art. 44. 70. & 73. Poſtea tamen paulatim domiti & commerciorum atque aliorum officiorum conſuetudine manſuefacti, tandemque religionis Chriſtianæ cognitione ac ſtudio prorſus deleniti, feritatem cum bellorum ac prædandi conſuetudine exuerunt & imperio Romano ſubditi fuerunt.

Luſatii priſci vocatur Notturingii.

Tandem domantur, & imperio Romano parent.

CAPUT XXV.

De Dedone I. ſexto Luſatiæ Marchione.

§. I.

Redeo nunc ad Dedonem ejus nominis primum, in ordine, ſextum Luſatiæ Marchionem. (k) Hujus Uxor in chronico Miſniæ (l) nominatur Ado, Marchionis Orlamundenſis & Vinarienſis Vidua, Ottonis mater, ex qua Dedonem filium haud diu ſuperſtitem ſuſcepit, & filias duas, quarum prima Adelheidis Erneſto Bavariæ Marchioni: altera Agnes Friderico ſenioti palatino Saxoniæ, comiti Vetinienſi, Brenenſi, Goyſſigenſi & Marſepurgenſi nupſit, materque fuit Friderici II. junioris palatini Saxoniæ, domini Weiſſepurgi, qui fraude uxoris adulteræ Adelheidis, Rodolphi Electoris ducisque Saxoniæ & Lunepurgi de familia Hermanni Stubesgehornii filiæ, a Ludovico II. cognomento Saltatore ſive Salio Comite Turingiæ & Háſſiæ Ludovici Barbati Filio 6. Non. Febr. confoſſus eſt.

Dedo I. Ejus uxor fuit Ado, quæ genuit unicum filium & 2. filias.

Fridericus II. a Ludovico II. fraude uxoris confoſſus.

§. II. Totam cædis Hiſtoriam habes in Chronico Marſepurgenſ. lib. 2. cap. 12. (m) & exponetur plenius a Fabricio in libris originum Saxonicarum. (n) De eadem vernaculo Idiomate Oda (o) vulgo canitur. Et exſtat etiamnum in Turingia non procul a Friburgo ad Unſtrum apud Steiplicium, Veſtalium Coenobium, (quo ipſo in loco olim Weiſſenpurgum reſidentia Friderici fuit) Saxum crucris figura, ab uno latere Venabulum, ab altero hanc inſcriptionem præ ſe ferens. Anno Domini 1065.

Hujus cædis Hiſtoria.

Hic comes cecidit palatinus Fridericus,
Hunc proſtravit comes Ludovicus.

§. III. Priore conjuge mortua ſecundam duxit Dedo, Adelheidim Brabantinam de Bone-

Dedonis ſecunda uxor,

daß wenn ſie gleich den Chriſtlichen Glauben angenommen/ ſich täuffen laſſen, und als Chriſten geſtalt, ſo ſind ſie doch wieder zurücke gefallen, ihren abgöttiſchen Glauben und Bildern nachgegangen, das haben ſie gethan von Carol. M. biß auf Henricum V.

(h) Chronic. Slavor. lib. I. cap. 14. p. 30.

(i) Idem Helmoldus Chron. Slavorum lib. II. c. 13. p. 238. conf. L. I. c. 2. §. 13. p. 6. Edit. Lubecenſ. an. 1659.

(k) Cujus jam meminit Autor cap. 18 hujus libri ſecundi §. 2. vitam ejus hic expoſiturus confer Graſſerum Memorab. Luſ. Part. 1. p. 28. Frencelli Hiſtoria de Populis Luſaticæ cap. 25. §. VII.

(l) In locum Chronici Miſnenſis hic ſubſtituere liceat Siemens Witichindeum pag. 26. Manlius in margine addidit: Apud Trithemium quoque nomen Oda. Item innotuit Oda uxor Sighardi C. Bavariæ Fab. in Genealogia Lotharii, ſoror uterina.

(m) Folio, 71. Editionis Lipſ. 1557. in Folio. In Editione vero Budiſſinenſi an. 1556. hoc loco Hiſtoria hujus cædis omiſſa eſt.

(n) Nempe libro II. pag. 84. Edit. Jenenſ. 1598.

(o) Quam Brotufus narrationi ſuæ in Edit. Lipſ. folio citato adjecit.

ex qua nati ſunt 3. filii. Bonevu arce. Inde nati Dedo alius, Henricus ſenior Marchio Eylebergenſis & Cunradus comes occiſus a paganis, Venedis nimirum ſeu Slavis, ut poſt hac ex Genealogiæ manuſcriptæ Diagrammate patebit. Henricus deſpondit ſibi Gertrudim Brunovicenſem, quæ poſt mariti mortem gravida relicta, filium poſthumum peperit Henricum juniorem, Marchionem Miſnenſem & comitem Ilepurgenſem.

Henricum non agnoſcit agnatum Cunradus. §. IV. Eum Cunradus Vetinienſis, de quo poſtea dicetur, Timonis filius, nolebat agnatum (patruelem) agnoſcere, ex coquo conceptum dictitans. Hoc probrum vindicaturus Henricus junior bellum intulit Cunrado anno 1126 captumque Kirchbergæ in cuſtodia (p) habuit. Cujus rei in Cunrado meminit Fabricius hoc diſticho: (q) *Conrado Henricus infert bellum.*

Hunc patruelis atrox Kirchbergi arcem clauſit,
Quod matrem dictis læſerat ille ſuam. (r)

Addit chronicon Miſnenſe eodem anno Henricum Imperatorem quintum videlicet obiiſſe & inſequenti Lotharium ſucceſſiſſe. Mortuum autem Marchionem Henricum juniorem ſine hæredibus. *Henricus moritur ſine hæredibus.*

Dedonis Genealogia. §. V. Porro quæ paſſim cum aliis circumfertur manuſcripta domus Saxonicæ Genealogia, Dedonis hujus poſteritatem aliter deducit. Ejus particulam quantum huc facit, appingam, tametſi deſcribentium incuria hanc in eam varietatem irrepſiſſe ſuſpicor.

- Ditrericus marchio in Landſperck, comes in Wethin, Breen, Ilenburg, Seisliz. Uxor Mechtilda, filia Principis Myſorum Erhardi (lege Echardi)
  - Fridericus marchio in Landſpergck, epiſcopus monaſterienſ. Riddag, Burggravius in Zorbeck & Comes in Wethin.
  - Thymo meruit ab Imp. Henrico III. (leg. IV.) Miſenam, cum eſſet dux exercitus. Uxor Hilda filia principis Stadenſis, von der Moſen/ comitiſſa in Northeim.
    - Conradus I. Marchio Miſniæ, Luſatiæ & Landesbergk, fundator monaſteriorum in Landsbergk & Petersbergk. In hoc monachum egit. Ibidem ſepultus anno 1155. Uxor Ludegarda natione Svecia (lege Svevica) Alberti Bavarici filia, peperit ei plures filios.
  - Dedo † marchio Luſatiæ & Landsbergk. Burggravius in Zörbeck, Comes in Wethin, Breen, Camburg, Ilenburg. Uxor prima Oda marchioniſſa Orlemundenſis, altera Adelheid duciſſa Brabantiæ.
    - Dedo junior.
    - * Conradus marchio Luſatiæ & Landesberg, Burgravius in Zörbeck, comes in Wethin.
    - * Dedo marchio Luſatiæ & Landsbergk, Burggravius in Zörbeck, comes in Wethin.
    - * Henric. Senior March. Luſatiæ & Landesberk Uxor Gertrudis duciſſa Brunſvicenſis.
      - Henricus junior marchio Luſatiæ.
  - Gero, Uxor Bertha comitiſſa in Grotſch.
    - Güntherus Epiſcopus Zizenſis
    - Ditericus comes in Camburgk
    - Wilhelm comes in Breen & Camburgk.
  - Cunrad comes in Wethin. Uxor Otilia comitiſſa in Cachelburgk.
    - Gertrud conjux comitis Bervigeri in Sangerhauſen.

*** Hos tres chronicon Miſniæ fratres facit Dedonis † Luſatii filios.

Ab

(p) Fabricius loco citato ſcribit: Schepliciam.

(q) Henricus Conrado impoſuit ferreum lectum. G. Fabricius in Originibus Stirp. Sax. libro V, pag. 529. Ed. allegatæ.

(r) Secundo in Rerum Miſnicarum libro II, pag. 30. Edit. Jen. 1598.

Ab utroque, h. e. tam chronico quam Genealogia variat Brotuſus in vita Viperti. Inde quoque ne moleſtus ſim, typum ipſum aſſcribam.

Dedo II. Marchio Luſatiæ comes Wethinenſ.	Dedo III. comes Wethinenſ. Uxor Berta, Viperti Groicenſis filia.	Henricus comes Wethinenſis. Mechtild. Uxor Robodonis.	Henricus junior comes Wethinenſis, marchio Miſnenſis & Luſatiæ, Huic ſine liberis defuncto ſucceſſit Conradus II. marchio Miſniæ & Luſatiæ.
	Conradus II. comes Wethynenſ. fundator Cœnobii in monte claro h. e. in monte Sancti Petri ad Salinas Saxonicas.	Dedo IV. comes Vetinenſis. Uxor Cunigundis Filia Ludovici II. ſaltatoris comitis Turingiæ & Haſſiæ, Chron. Marſ. lib. 2. cap. 12.	

Dedoni ſuccedunt ejus poſteri.

De hac diverſitate alibi ſorte plura dicemus. Nunc hoc tantum inde obſervaſſe ſufficiat, haud dubie Dedoni in Marchiam Luſatiæ ſucceſſiſſe aliquos ex ipſius poſteris, tametſi nulli Marchionis Luſatici titulum tribuat chronicon Miſniæ.

Schafnaburgii narratio.

§. VI. Dedonem patrem Saxoniæ Marchionem facit Schafnaburgius, (s) apud quem eadem Hiſtoria his ſere verbis exſtat: Ottone Turingorum Marchione, Guilielmi fratre & ſucceſſore anno 1067. hujusque ſucceſſore Egberto Saxoniæ antea Marchione, ſecundum Peucerum, Henrici IV. patruele, qui collegium Canonicorum in oppido Naumburgo condidit, ſede Epiſcopali ex Cyzico eo translata (Peucerus.) (t) in ſequenti anno mortuus Dedo Marchio Saxonicus, cum viduam duxiſſet Ottonis, inſtinctu hujus prædia etiam, quæ ille a diverſis Dominis beneficii loco habuerat, ſumma vi nitebatur acquirere anno 1069. & cum nullus daret poſtulanti, indignitatem non ferens, Henrico IV. Cæſari, per quem potiſſimum ſtetiſſet, ne darentur, bellum paravit, crebrisque colloquiis Turingos ad ſocietatem armorum ſollicitavit.

Dedo Ottonis prædia acquirere nititur.

Henrico IV. Imp. bellum parat.

Henricus intrat Thuringiam,

§. VII. Cæſar accepto nuncio graviter permotus, ingentes copias & quæ pluribus bellis ſatis eſſent, celerrime contraxit, & inſtigante ac auxiliante Moguntino infeſto agmine, Turingiam intravit, duo ibi caſtella, quibus præſidium impoſuerat Marchio, Bichelingum & Schidingum alterum per deditionem, alterum manu expugnatum recepit, cœteris it. exercitum admoturus, niſi Dedo Marchio advertens nullo loco vel munitione ſuſtinere poſſe impetum Cæſaris, inciſa ſpe reſiſtendi, ſe ſuaque omnia dedidiſſet.

& Dedo ſe ſuaque Imp. dedit.

§. VIII. Qui quidem aliquandiu in cuſtodia habitus, tandem adempta non modica poſſeſſionum & redituum parte eſt dimiſſus. Filius vero ejus Dedo junior Cæſaris partes ea tempeſtate ſecutus eſt, patremque infeſtius & acerbius quam alius quisquam inſectatus. Nec multo poſt, cum nocte quadam ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet, dolo novercæ, appoſito extrinſecus inſidiatore foſſus in inguine & occiſus eſt.

Ex carcere dimittitur.

Filius eum perſequitur & occiditur.

CAPUT XXVI.

De

Luticiorum bellis inteſtinis.

§. I.

Multi Germaniæ Principes contra Imp. Henricum conſpirant.

POſtea demum anno 1073. Magdeburgenſium Antiſtes, necnon Halberſtatenſis, Hildesheimenſis, Marſiburgenſis, Mindenſis, Padebornenſis, Mimegardefurdenſis & Benno Miſnenſis præſules, Otto dux quondam Bavariæ, cui ademptum Ducatum Henricus genero ipſius Welfoni Azzonis Marchionis Halorum filio dederat anno 1071. Udo Marchio (Saxoniæ) Dedo Marchio, & omni Marchione animoſior & implacatior Uxor ejus Adela, Egbertus Turingorum Marchio, puer adhuc infra militares annos, Egberti, qui Ottoni ſucceſſerat, filius &c. (u) Hi ergo principes inita cum Saxonibus contra Henricum Cæſarem (vv) conjuratione,

(s) In Joh. Piſtoris Scriptoribus R. G. p. 176.

(t) Chronic. lib. IV. p. 423. Edit. Witteb. 1572. ubi Ecbertum ſimul memorat Saxonum marchionem.

(u) Hæc ſunt ipſa verba Lamberti Schafnaburgenſis de Rebus German. p. 192. 193. Tom. I. Scriptorum German. Jo. Piſtorii.

(vv) Conjurationem hanc poſt Lambertum L. C exponunt quoque Peucerus Chronic. lib. IV. p. 425. 426. 428. &c.

tione, circiter Calend. Auguſt. legatos ad eum mittunt, tum temporis Goslariæ conſtitutum, poſtulantes, ut expeditio, quam in Polonos inſtituerat, ſibi remitteretur. Se enim adverſus accerrimos hoſtes Lutitios die ac nocte in procinctu atque in acie ſtare, & ſi paululum manus remittant, illico finibus ſuis inſultantes adverſarios & omnia cæde atque incendio depopulantes aſpicere.

Luticii acerrimi & infeſtiſſimi Saxonum hoſtes,

§. II. Ad horum vim aecendam vix ſibi ſatis copiarum eſſe. Proinde ſtultum fore, ut exteris ac longe poſitis gentibus arma inferrent, qui domeſticis ae pene inteſtinis ſine intermiſſione bellis quatiantur. Ad hæc & plura alia poſtulata cum nullum certum Saxones accepiſſent reſponſum, bellum movent, locatis ad Goslariam villam caſtris.

Qui difficulter poſſunt arceri.

§. III. Poſt varios ex utraque parte tractatus, legatos Cæſar miſit ad Luticios, (x) gentem Saxonibus infeſtiſſimam, eisque infinitam pecuniam promiſit, ut Saxonibus bellum inferrent, aſſerens, eos nunc inteſtinis ſimultatibus occupatos facili externorum bellorum impulſu ad internecionem uſque deleri poſſe.

Hos Imperator contra Saxones excitat,

§ IV. Quod ubi Saxonibus compertum eſt, ipſi quoque nuncios ad eos miſerunt, & multo copioſiorem promiſerunt pecuniam, ut ab infeſtatione ſua tam iniquo tempore quieſcerent. Quod ſi non facerent, ne inani opinione fallerentur, ſe utrique hoſti, ſi ea neceſſitas incumbat, & multitudine & virtute militum poſſe ſufficere.

Aſt Saxones ad Luticios quoque mittunt legatos.

§. V. Barbarorum alii Cæſaris alii Saxonum fœdus peeuniamque ſuſcipiendum clamitabant. Vnde orta per imperitæ multitudinis intemperantiam ſeditione, tanta ſe cæde dilaniaverunt, ut multa hominum millia in ea congreſſione interfecta referantur, atque ita deinceps multis diebus in ſe ipſos & viſcera ſua hoſtili gladio debachantes, externis bellis neceſſario ſuperſedere coacti ſunt. Tandem habito in in Gerſtungo imperii & Saxoniæ principum conventu, pax inter Henricum & Saxones qualiſcunque confecta eſt.

Luticiorum bellum inteſtinum.

CAPUT XXVII.

De Luticiis Saxonibus ſocia arma contra Cæſarem promittentibus.

§. I.

ANno 1075. cum Henricus viciſſim Saxonibus (y) bellum inferret, Luticii & Poloni, (z) miſſis nunciis, ſuam utrique operam, ſocias manus & pares ad cuncta, quæ belli artibus erat figenda ſint, animos, Saxonibus ſunt polliciti, & quod parati ſint die, quem Saxones deſignaverint, armatorum copias quam maximas in Saxoniam mittere, vel ſi hoc malint, contra Danos & alias gentes, quas vulgatum erat ad faciendam in Saxoniam irruptionem à Cæſare ſollicitatas eſſe, ſtationes jugesque excubias agere, ut hac parte ſollicitudinis exonerent alias occupatos.

Henricus iterum bellum infert Saxonibus.

His Luticii promittunt auxilia.

§. II. Cæterum hoc bello Cæſar cum aliorum principum, tum Rudolphi Svevi ſororii ſui & Welſonis Bauari opera & auxilio, Saxones ad Vnſtrum (a) Turingiæ fluvium acie vicit, Turingiam & Saxoniam ferro & igne depopulatus eſt, & ad ultimum inter alios Udonem Marchionem in deditionem, filium ejus obſidem accepit (b).

Sed Imperator Saxones vincit.

Et Udonem in deditionem, filium vero ejus obſidem accipit,

CAPUT XXVIII.

De Saxonibus Luſatiorum, Chriſtianis infenſiſſimorum, auxiliis uſuris.

§. I.

EOdem anno, cum Cæſar ad diem XI. Cal. Novembr. principibus imperii ſecundam in Saxoniam expeditionem in-

Imperator novam expeditionem in Saxoniam indicit.

428. & Helmoldus Chronic. Slavorum cap. 27 pag. 61. ſeqq. Jo. Aventinus Annal. Bojor. Lib. V. cap. 12 § 18. pag. 534. Georg Fabricius orig Saxon. lib. III. fol. 345. 346 Cauſam conjurationis ſi ſciſcitaris, reſponſum tibi dat Franceluis in Hiſtoria de Populis Luſatiæ c. 25. § VII. his verbis: Sie ſollen ein Verbündnüß gemacht haben, den Kayſer meuchelmörderiſcher Weiſe auf zu opffern. Alſo erzehlet es Jo. Aventinus Annal. Bojor. lib. V. fol. 533. §. 14 cap. 12 Allein aus Abbat. Urſpergenſis Chronica folio 233. erhellet, daß ſolches nur der gemeine Mann ausgeſonnen, und denen redlichen, und hohen Fürſten niemahls in Sinn kommen: Denn Fürſten, zumahl Teutſche und Sächſiſche, haben Fürſtl. Gedancken und halten drüber. Plura vide loco citato & in Alb. Crantzii Saxoniæ lib. V. c. 4. pag. 107.

(x) Paragraphum hunc III. & ſeqq deſumſit iterum Manlius ex Lamberto de his ſeditionibus omnium pleniſſime agente & quidem ex pag. 198. ubi ſimul meminit pacis confectæ.

(y) Vid. eundem Lambertum pag 216.

(z) Superveniſſe Luticiorum & Polonorum legatos ac Saxonum animos recreaſſe iterum refert Lambertus p. 218.

(a) De atroci hoc prælio pluribus fit mentio in Jo. Aventini Annal. Bojor. lib. V. c. 12. § 22. p. 542 Edit. Lipſ. an. 1700. conf. eodem capite §. 15. 16. 17. 19. 21. 25. 27. In Lamberto Schaffnaburgenſi de

indixiſſet, & ſub idem fere tempus Dedo Marchio longa ægritudine abſumptus deceſſiſſet, Marchiam ejus Bohemico duci (c) in præmium exactæ militiæ dedit, tametſi uxor Marchionis relicta Adala filium ſuum teneræ ætatis & longe adhuc infra pubertatis annos puerulum, cui hæreditaria ſucceſſione Marchia debebatur, ei paulo ante pro ſe obſidem miſiſſet, & ipſe Marchio poſt recuperatam pacem in Gerſtingam, intemeratam ſemper erga Cæſarem remque publicam fidem ſeruaſſet. (d)

Miſniam donat Bohemiæ Duci.

§. II. Imminente itaque denuo Saxonibus a Cæſare bello atrociſſimo, non deerant, qui ſvaderent, ut Luiricios infeſtiſſimam nomini Chriſtiano gentem finibus ſuis excirent, & barbaro milite adverſus barbarum atque implacabilem hoſtem uterentur. (e)

Luiticii Chriſtianis infeſtiſſimi.

§. III. Fuitque in hoc ſecundo bello inter Cæſarianos præcipuus Gozzelo Lotharingiæ Dux gibboſus. (f) Finitumque eſt illud citra conflictum dedentibus ſe Cæſari ſine ulla pactione antiſtite Magdeburgio, Halberſtatenſe Præſule, Ottone Bavariæ quondam duce, Magno Duce Saxoniæ, hujusque patruo Hermanno comite, & aliis Saxoniæ primoribus, quos Cæſar contra fidem datam per Galliam, Sveviam, Bavariam, per Italiam & Burgundiam deportari fecit. Nominat autem Gallias Lambertus (g) eam Germaniæ partem, in qua Treveris, Vormacia, Moguntia, Colonia, Norimberga & Pabenberga urbes ſunt.

Bellum citra conflictum finitum.

Victos Cæſar per varias regiones deportari facit.

CAPUT XXIX.

De Marchione Ecberto Miſniam occupante.

§. I.

ANno 1076. cum Henricus Cæſar Marchiam Miſnenſem ferro & igne depopulatus, digrediens inde, duci Boëmico eam, tum ſpectatæ in arduis rebus fidei, præmium dediſſet, Ecbertus Marchio, cujus eadem Marchia erat, Ecberti, qui patruelis Cæſaris fuerat, filius puer longe adhuc infra militares annos, adjunctis ſibi Saxonibus Miſenam perrexit, omniaque caſtella, quibus dux Bojemicus præſidium impoſuerat, admota militari manu recepit. (h)

Henricus Cæſar Marchiam Miſnenſem dat Bohemo, quam Ecbertus recipit.

CAP.

Rebus Germ. p. 220. 221. dicente, fluvius Unſtrut plurimam partem Saxonum, dum metu gladii imminentis præcipitantius irruunt, abſorbuit. Cædi nox finem fecit.

(b) Vid. eundem Lambertum pag. 222. lin. 33.

(c) De hac Dominii ſive Dominorum mutatione vocandus iterum eſt ad partes Frencelius in Hiſtoria ſæpius citata de populis Luſatiæ c. 25. §. 7. ita ediſſerens: Kayſer Heinricus IV. hatte die Perſon unſers Ober- und Nieder-Lauſitziſchen Marggrafens Dedonis II. in ſchwere Ungnade gefaſſet, davon die Urſachen Herr Samuel Groſſer Lauſ. Merckw. Parte I. f. 28. aus Georgio Fabricio orig. Saxon. lib. 5. fol. 520. & ſeqq. meldet. Et §. 8. ſic ſcribit idem. Als auf Dedonis Todes-Fall ſeine verwittibte Gemahlin Frau Adela bey dem Kayſer Heinrico IV. für ihren Sohn Henricum (Peucerus Chron. Car. lib. IV. p. 196. nennet ihn falſch des Dedonis patruelem) der als ein Geiſel unter ſeiner Gewalt war, die Lehn ſuchte, zu mahl ihr verſtorbener Herr ſeint dem geſchloſſenen Frieden in beſtändiger Devotion und Treue geblieben, ſo ließ vielmehr Kayſer Heinricus IV. ſeinen bißher verhaltenen heimlichen Groll wieder den abgelebten Dedonem bald merckl. ſehen, und belohnte mit dem Marggraffthum Meißen, wie auch mit der geſamten Lauſitz den Böhmiſchen Hertzog Wratislaum II. wie davon Lambertus alſo redet: Cumque ſub idem fere tempus Devi Marchio longa ægritudine abſumtus deceſſiſſet, Marchiam ejus Bohemiæ Duci in præmium exactæ militiæ dedit, tametſi uxor Marchionis Adala filium ſuum, cui hæreditaria ſucceſſione Marchia debebatur, ei paulo ante pro ſe obſidem miſiſſet, & ipſe Marchio poſt recuperatam pacem in Gerſtungam intemeratam ſemper erga regem, remque publicam fidem ſervaſſet. Nichts deſto weniger blieb es bey dem, wie die Umſtände lehren, daß ſich Heinricus zwar damahls die Ober-Lauſitz, Petrus Albinus Meißniſ. Chronic Tit. 20. p. 505. nicht aber die Nieder-Lauſitz nehmen laſſen: Denn ſo bald er ſich nur aus der Kayſerl. Huld und Verwahrung 1076 durch eine Liſt, davon Herr Groſſer Lauſ. Merckw. 1. Theil f. 29. und Georg. Fabricius Orig. Sax. lib. 5. f. 523. und 524. ausführlich zu leſen ſind, befreyet hatte, bekam er Gelegenheit ſich denen Böhmen, die auf geſchehenen Kayſerl. Zuſpruch ſeine Erb Länder, das iſt, Meißen und Ober-Lauſitz allbereit eingenommen, in die Nieder Lauſitz aber noch nicht kommen waren, zu wider ſetzen. Denn es verdroß die Sächſiſchen Fürſten, daß ihnen ihre Erb-Länder ſolten geſchmählert, und hingegen der Böhmen Lände erweitert werden. Hactenus Frencelius.

(d) Eandem aſſertionem confirmat Lambertus p. 225. lin. 45. ſeqq.

(e) Hæc refert idem Autor pag. 226.

(f) De eo ſic ſcribit Lambertus loco proxime citato: Gozzelonis in ea expeditione potiſſimum valebat authoritas, & in eo omnium, quæ agenda erant, ſumma & cardo vertebatur, pro eo, quod licet ſtatura puſillus, & gibbo deformis eſſet, tamen opum gloria & militum lectiſſimorum copia cæteris principibus quam plurimum eminebat.

(g) Pag. 210. ubi ſic: Legati apoſtolicæ ſedis petierunt verbis Romani Pontificis, ut ſynodum tenere intra Gallias pace epiſcoporum ſinerentur. Hoc abnuerunt epiſcopi.

(h) Hæc omnia Autor refert ex Lamberto pag. 241. conferri poteſt Albini Meißniſ. Bergs Chronic p. 404. ubi hæc verba leguntur: Dedo Marggraf zu Lauſitz, iſt auch Marggraf zu Meißen worden. Er ward 1073. verjaget, weil er mit Eckbrechten dem I. Marggrafen zu Sachſen dem Kay-

CAPUT XXX.

De Marchione Timone I. Marchione Miſnenſi.

§. I.

Præter Dedonem Luſ. March. alius fuit Dedo Miſ. March. qui Henrico rebellis moritur.

CÆterum Henrici IV. cognomento ſenioris Imperatoris imperio alius (i) Dedo Miſniæ Marchio, qui Echardo primo, de quo ſupra (k) diximus, tertio loco ſucceſſerat, & intra primos an. 1070 ut habet Urſpergenſis, (l) cum Saxoniæ principibus contra Henricum ſe conjunxerat, Deo legitimi magiſtratus violationem vindicante, inter ipſa conjurationis initia mortuus eſt, deſtructis prius ab imperatore duobus ipſius Caſtellis, Beichlingo veteri Turingiæ arce, quam tuebatur Dedo, Uverterorum hodie ſedes, & Schidingo Urbe antiquiſſima ejusdem provinciæ, ad Unſtrum fluvium, cujus etiam Siffridus (m) presbyter meminit lib. primo ſub Athanaſii Imperatoris & Theodorici Veronenſis temporibus circiter annum Chriſti quingenteſimum, filio quoque ejusdem patris ut nomen, ita tractandorum armorum ſtrenuitatem referente, a proprio ſervo paulo ante interempto (Fabricius (n) Dedonem Miſnenſem Imperatori rebellem a proprio Miniſtro interfectum tradit Anno 1061. filium autem ejus Dedonem ab Henrico Imperatore ditione exutum & in exilium actum anno 1075.) (o) Marchiam igitur Miſnenſem obtinuit Henricus Dedonis Miſnici patruelis.

Imp. ejus Caſtella occupat.

Et Miſniam das ejus Patrueli.

Hunc iterum expellunt Bohemi.

§. II. Hunc, quod ipſe quoque ad Saxones Imperatoris hoſtes tranſiiſſet, expulerunt Bohemi mandato Imperatoris, qui Marchiam Miſnenſem decrevit & donavit Timoni Domino Bithyniæ & Sorbeci, magno patrueli Henrici, fratri Dedonis Luſatii, præmium præſtitæ fidelis in bello operæ. Educatus enim fuerat apud Cæſarem Timo. (p)

Marchiam Miſnenſem accipit Timo,

§. III. Sed hic eam non poſſedit. Tenebatur enim adhuc a Bohemis cum Vicina Luſatia. Ac Miſnam quidem urbem ab Imperatore Vratislao Bohemo traditam ait Fabricius (q) anno 1067. Aliquanto autem poſt Cunradus Timonis Filius auxilio Lotharii II. Saxonis Imperatoris Bohemis tota ditione exterminatis, hæreditatem paternam acquiſivit.

Quam ejus filius demum poſſedit.

§. IV. Atque hic Timo genus ducens a Vitichindo magno poſtremo Saxonum rege, (quem trigeſimo tertio, ut vult Helmoldus (r) belli anno victum & bapriſatum primum Saxoniæ, Angariæ & Veſtphaliæ ducem creavit Carolus magnus) conditor eſt ſtirpis Marchionum Miſnenſium, qui mox Miſniæ Luſatiam, poſtea etiam comitatum provincialem Turingiæ, & tandem Ducatum atque Electoratum Saxoniæ adjecerunt. (ſ)

Hic Timo Comes Landesbergi & Wetini primus in ſua linea Marchio Miſnenſis,

CAPUT XXXI.

De Bohemis Luſatia ſuperiore potientibus.

§. I.

Marchia Miſn. & Luſatica mutat Dominos.

MUtavit igitur dominos temporibus Henrici IV. utraque Marchia Miſnenſis & Luſatica. Nam Luſatiæ bonam partem, eam nimirum, quæ nunc ſuperior eſt, Miſnenſibus ademerunt & Imperatoris conceſſione retinuerunt Bohemi, quorum Dux viceſimus Vratislaus a Cæſare ob præſtitam contra Saxones fidam operam, rex Bohemiæ creatus eſt anno 1086. Hæc fere Peucerus. (t) Qui cum aperte dicat Miſnenſibus Luſatiæ partem ademptam: Vnum & eundem Miſniæ Luſatiæque Marchionem fuiſſe efficitur.

Luſatiam ſuper. accipiunt Bohemi.

§. II. Ac pene confirmari auſim, Henricum illum, quem mortuis Dedonibus Miſnicis, Miſniam adeptum, moxque iterum

Henricus junior.

ſer Heinrico IV. rebellis wurde. Er ſtarb im Exilio, und Wratislaus Bohemus kriegte Meiſſen, ward aber wieder draus verjaget.

(i) Non alium hunc Dedonem Luſaticum a Dedone Marchione Miſniæ eſſe, contra hanc Manlii aſſertionem inſurgit atque demonſtrat Sagittarius in Hiſtoria Luſatica §. 25. Indicandum hic quoque videtur, magnam his narrationibus affuſuros eſſe lucem ſequentes aliquot Sagittarii paragraphos.

(k) Cap. 14. §. 1. cap. 25. §. 5. in Typo Genealogiæ.

(l) Pag. 233.

(m) Pag. 146. in Georgii Fabricii Rerum Miſnicarum lib. VII. Edit. Jen. an. 1598.

(n) Annal. Urbis Miſnæ lib. I. p. 26.

(o) De eo vid. Albini Land-Chronic p. 405. 406.

(p) Georgii Fabricii Marchionum Miſnenſium lib. I. p. 29. Peucerus Chronic. lib. IV. p. 370. & 428.

(q) Annal. Urbis Miſnæ lib. I. p. 26. ſub anno 1067.

(r) Chronic. Slavorum c. 3. p. 8.

(ſ) Hæc recitat ex Peuceri Chronic. lib. IV. p. 370.

(t) In his omnibus ſequitur Manlius ſuum Peucerum ejusque verba retinuit ex pag. 428. & 429. libri IV. Chronici Carionis. Conf. Fabricii Annal. Urbis Miſnæ p. 28. ſub anno 1088. Greſſerum Part. I. p. 29. & Francelii Hiſt. de populis Luſatiæ cap. 25.

rum amiſiſſe ſcribit Peucerus, (u) fuiſſe Henricum juniorem, Dedonis VI. Luſatii nepotem, ſecundum Chronicon Miſnenſe, atque illi ipſi Luſatiam Superiorem a Bohemis ereptam. Is enim Henricus junior habuit patruum Magnum Timonem, ut ex Genealogia noſtra Saxonica apparet, & Marchio Miſniæ in Chronico Miſniæ & Luſatiæ in vita Viperti, (vv) Luſatiæ in Genealogia manuſcripta vocatur.

Udo Luſatiæ Marchio.

§. III. Nec prætereundum eſt, a Fabricio in Annalibus (x) Udonem Luſatiæ Marchionem, nominari inter conſiliarios Henrici IV. quibus præſentibus publice in templo Miſnenſe recitata eſt forma compoſitionis, inter Boleslaum Poloniæ & Uratislaum Bohemiæ Duces, ibidem in conventu ab Imperatore erectæ anno 1071. Ejus Marchionis alibi non reperi mentionem factam.

Compoſitio inter Poloniæ & Bohemiæ Duces.

Magnus Ordolphi filius.

§. IV. Idem Fabricius (y) ſcribit Magnum Ordolphi filium, Bernhardi primi ſeu Bennonis nepotem, Hermanni Billingi da Stubeſgehorna pronepotem, ducem Luneburgi quartum & tertium ac ultimum ſuæ familiæ Saxoniæ Electorem, qui in cuſtodia ab Henrico IV. imperatore detentus ann. 1106. ſecundum Hedionem obiit, hunc ergo Magnum Luſatiam imperii nomine recuperaſſe.

CAPUT XXXII.

De Idolo Luſatiorum dejecto Flyns.

§. I.

Flyns Luſatiorum paganorum Deus rurſum erigitur.

IN chronico Saxonum ſub anno 1116. (z) annotatum eſt, Venedos ſeu Slavos iterum a fide Chriſtiana deſciviſſe, & vetus ſuum idolum a Saxi, cui inſiſteret, genere Flyns dictum rurſum erexiſſe. Lotharium vero ducem, qui novennio poſtea factus eſt Imperator & Adelgottum Magdepurgenſium antiſtitem, in Luſatiam, quam meri tunc incoluerant Venedi, profectos idolum denuo dejeciſſe.

Denuo dejicitur.

§. II. Fuiſſe autem id ad inſtar mortui, vom (forte und) was geſtalt als eine Dobe, pallidum, cæſarie nigra, longo amictum pallio, rubei coloris: dextra manu perticam geſſiſſe, cui ceu flavus (einen Staff mit einem Barnen Blaſe) merges ſive manipulus ſpicarum, & is quidem in ſummitate ardens eſſet præfixus: in lævo ejus humero leonem ſtetiſſe erectum, qui mortuos (ut fuit gentis ſuperſtitio) ſuſcitaret. Picturam ex Chronico Saxonum addi curavimus.



Ejus deſcriptio.

Ejus deſtructionem confirmant Annales Marſeburg.

§. III. In Marſepurgenſibus etiam annalibus (a) legitur, undecunque ea narratio ſumpta eſt, Lotharium Idolum Luſatiorum Flyniſum deſtruxiſſe, & Luſatiam initio Imperii Romani Marchiam feciſſe. Fabricius in Lothario ſic habet: Nordalbingos dicto audientes facit, principem Vandalorum

(u) Loco modo citato.
(vv) Iuxta noſtram Edit. cap. 4. pag. 23. § 30.
(x) Annal. Urbis Miſnæ lib. I. p. 27. ſub. anno 1071.
(y) Origin. Saxon. lib. III. p. 353. 355. & alibi, item in Iconibus Ducum Saxoniæ.
(z) Pag. 208. ubi etiam exhibetur imago, quam cum cæterorum idolorum picturis & deſcriptionibus conſpectui omnium etiam tradit Abraham Frencelius, cujus nomen celebre eſt in his Scriptoribus, nempe in pereruditо Commentario Philologico-Hiſtorico, qualem noſtra ætas nondum vidit, de Diis Soraborum aliorumque Slavorum, Tomo II. Sect. 2. conf. Michaëlis Frencelii, quas eod. Tomo II. præmiſimus Diſſertationes Hiſtoricas p. 63 ſeqq. M. Trogili Arnkiels ausführliche Eröffnung, was es mit der Cimbriſchen Völckern Götzendienſt vor Beſchaffenheit habe Part. I. c. 13. §. 4. p. 86. Groſſerum Memorab. Luſat. Part. II. pag. 3. 4. 5. & ſeqq. Abrahami Frencelii Hiſtoriam de Populis Luſatiæ cap. 9.
(a) Brotuſi lib. I. c. 3. Flyns der Lauſnitzer Gott, welchen Lotharius der Sachſe, Römiſcher Käyſer zerſtöhret.

rum ſede ad Albim expellit, ipſorum idoli popularis ſtatuam, quam denuo poſuerant, evertit, Gomeranos ad Chriſtianam religionem adducit &c. (b)

In tota Slavia nec Ecclesiæ nec Sacerdotes fuere.

§. IV. Helmoldus cap. 34. & 42. (c) circa initium imperii Lotharii, Saxonum Chronicon, tempore pugnæ ad Silvam Catulariam, in univerſa gente Luticiorum, Obotritorum & Vagirorum atque in tota adeo Slavia nec Eccleſias, nec ſacerdotes ullos fuiſſe affirmant, præterquam in vico Lubecæ veteris, ubi reſidebat Henricus Slavorum Regulus, Godeſcalci filius, Miſtivoii pronepos. Imperante autem eodem Lothario Vicelinum ſacerdotem inſtauraſſe Eccleſias inter Slavos & in Urbe Lubecenſe, cujus poſtea factus eſt præſul.

Brotufi Error revellitur.

§. V. Neque prætereundum eſt, in hoc errare Brotuſum, (d) quod primam Marchiæ Luſaticæ inſtitutionem Lothario aſſcribit, cum Henrico Aucupi ea debeatur, ut initio libri ſatis demonſtavimus. (e) Antiquiorem autem longe eſſe hanc noſtram Marchiam Lotharii ævo, vel Miſnenſe Chronicon teſtimonio eſſe poteſt, quod ex Gereonis hiſtoria colligit, jam tum Ottonis primi tempore Marchionatum fuiſſe Luſatiam, quamquam ibi quoque altius repetitam oportuit ejus antiquitatem.

Marchionatus Lusatiæ antiquior Imp. Lotharii.

CAPUT XXXIII.

De Fine & ſumma hujus libri ſecundi.

§. I.

Marchiones Lusatiam utramque tenentes.

HActenus igitur dictum eſt de primis Luſatiæ Marchionibus, qui Luſatiam utramque conjunctim tenuerunt, a Gereone usque ad Dedonem ejus nominis primum, Marchionem Luſatiæ, Timonis fratrem, cujus Dedonis nepote Henrico, ut conjicio, Luſatiam adminiſtrante, ſuperior ejus pars a Bohemis avulſa eſt.

Superior ab inferiore avellitur. Superiorem adipiſcuntur Bohemi.

§. II. Quare finem nunc libri hujus faciemus, ſequenti de Bohemiæ Regibus ac Ducibus, qui Luſatiam ſuperiorem tenuere, dicturi, ubi duos prius Marchiones, qui, extincta Dedonis poſteritate, inferiorem maxime Luſatiam rexere, præmiſerimus

Marchiones Luſ. inferioris.

§. III. Ad reliquos autem Luſatiæ inferioris Marchiones quarto demum libro redibimus.

(b) Conf. Joh. Henricus Urſinus Acer. Philolog. lib. 5. n. 42. Joh. Saubertus de Sacrific. cap. 7. pag. 161. David. Peiferus rer. Lipſ. lib. 3 p. 279. Petrus Albinus Meißn. Chron. tit. XI. pag. 298. Antonius Weckius Beſchreib. Dreßd. fol. 289. Jerem. Simon Eilenburg Chron. Part. 1. c. 8. p. 195. Groſſerus L. Merckw. Part 1. fol. 32. Frencelii Hiſt. de Populis Luſatiæ c. 9. § VII. num. 3.

(c) Cap. 34 p. 78 & c. 42. p. 94.

(d) Chronici Merſeburg. lib. 1 c. 3. Kayſer Lotharius hat aus der Lauſnitz anfänglich dem Römiſchen Reiche ein Marggraffthum gemacht.

(e) Cap. VII. §. 1. c. 10. §. 1.

LIBRI SECUNDI LUSATIÆ FINIS.

LIBER

LIBER TERTIUS,

Summa libri.

QUo commemorat Duces ac Reges Bohemiæ uſque ad Wenceslaum III, qui Luſatiam ſuperiorem tenuere, addens, quæ iis temporibus acciderunt cumque rebus Luſaticis conjuncta fuere, & quæ ideo hic attingere operæ pretium duxit. Agit itaque

CAPUT I.

De

Viperto Comite Groicenſi Luſatiam ſuperiorem ab Henrico V. obtinente.

§. I.

Extinctus eſt Dedo VI. cum poſteritate ſua.

DEdone ſexto Luſatiæ Marchione cum poſteritate filio ſcilicet & nepote Henricis, ut habet Chronicon Miſnenſe, (a) extincto, Coſmas Decanus Pragenſis, qui ut infra demonſtrabitur, (b) tum vixit, lib. 3. Annalium Bohemicorum ſcribit, Henricum V. Imperatorem cognomento juniorem (ipſi quartus eſt, excluſo videlicet, more ſcriptorum Italorum, ex Imperatorum numero Henrico I. Aucupe, (c) quod is electus quidem ſit, Romam vero ſuſcipiendi a Pontifice diadematis imperialis gratia non adierit) præterito Cunrado, Dedonis ex fratre Timone nepote, ad quem jure pertinebat Marchionatus, dediſſe hunc anno 1123. Uratislai Regis Bohemiæ genero Viperto, cui Lotharius, qui poſtea Henrico ſucceſſit & alii Saxones bellum ideo fecerint, exacerbatis etiam in Imperio ob hanc translationem eorum animis, Mortuum etiam Vipertum anno proximo 1124. (d)

Imp. Henricus V. præterit legitimum hæredem Luſatiæ & confert eam Viperto.

Invident ei Saxones.

Coſmæ de hac re verba.

§. II. Verba Coſmæ formalia (ut vocant) cum Chronicon ejus nondum, quod ſciam foras datum (e) ſit, aſſcribere non gravabor: Jamque, inquit, eodem vigen-„ te anno (1123.) Marchionis Dedii extre-„ ma ſtirpe fato extirpata, Imperator quar-„ tus Henricus prædicti Dedii Marchiona-„ tum

(a) Quod cum ſit codex Manuſcriptus & ad piper aut ſcombros amieiendos damnandus ad huc videatur, ſubſtituamus Peuceri Chronicon lib. IV. p. 428. 429.

(b) Hujus libri III. Comment. cap. 9. §. 2. & cap. 17. §. 2.3.

(c) Conf. Crantzii Saxonia lib. III. c. 2. p. 55. Ubi hæc recitat: Henrico, ſi in Italia prædeceſſorum more venire dignaretur, diadema cum conſecratione ad Imperatoriam dignitatem, Johannes ejus nominis X. ſummus Pontifex repromiſit. Henricus autem ſatis ſibi videri reſpondet, quod primus ad regni culmen immeritus perveniſſet: diadema Imperii majoribus debitum, ſe nihil ambire ſupra id, quod accepiſſet, etiam ſic majora quam obire poſſet, ſuſtollentem onera.

(d) De morte Viperti vid. ſupra in ejus vita c. 12. p. 27.

(e) Nunc quidem in lucem prodiit: aſt in eo exemplo, quod continetur in principio Scriptorum R. Boh. ex Bibliotheca C. V. Marquardi Freheri publicatorum, hæc verba, quæ Manlius vocat formalia, non occurrunt. Sic enim communiter fieri ſolet, ut in codicibus MST. typo ſubmittendis multa deleantur, mutentur alia, alia plurima noviter adjiciantur. Occurrunt tamen iſta verba Manlio citata in calce ferme ejusdem Edit. Freherianæ, ubi Coſmæ Chronicon altera vice & quidem auctius atque plenum ac perfectum fuit adjectum, lib. III. p. 68. lin. 13. Edit. Hanov. an 1607. pag. 69. lin. 23. Cum vero & Manlius ſæpenumero citaverit Chronica MSta, negare non poſſumus, in Exemplaribus typis nunc exſcriptis varia a nobis deprehenſa omiſſa fuiſſe & intacta. Illuſtre hujus rei exemplum nobis præbet Chronicon Coſmæ Pragenſis, nam in priori poſt Manlii tempora juris publici facto p. 13. vel alibi verba citata non leguntur. Nec apud omnes idem valet Coſmæ authoritas, quia non ſemper, quam debuit, in commemorando diligentiam adhibuiſſe ferunt. Igitur B. L. aliorum Scriptorum judicio graviori rem deſcribentium teſtimonium magis arridebit v. g. Æneæ Sylvii Hiſt Boh. cap. 22. p. 133. lin. 54. ſeqq. ita ſcribentis: Poſthæc anno ſexto & octuageſimo ſupra mille ab ortu Salvatoris Chriſti apud Mogontiam in Concilio Principum ab Imp. Henrico, ejus nominis quarto, Vratislaus Rex declaratur: Moravorum regno in Bohemiam translato; Polonia, Sileſia, Luſatia, Moravia Bohemorum imperio adjectæ. Joh. Dlugoſſi Hiſt. Polon. L. 4. f. 310. Georgii Fabricii Orig. Saxon, lib. 3. fol. 372. Albini Meiſſn. Chron. fol. 95. Edit. Witteb. an. 1587. Bohuslai Balbini Epitom. Rer. Bohem. lib. 3. c. 8. f. 207. Joh. Dubravii Hiſt. Boh. lib. 9. p. 65. lin. 14. Edit. Hanov.

"tum putans hærede deſolatum dederat Wicberti ſub potentiam. Sed erat in Saxonia quidam nomine Cunradus, ex tribu ejusdem Dedii natus, ad cujus manus jure pertinebat ille Marchionatus, unde Dux Ludera & alii Saxones valdè indignantes contra Imperatorem, ſuſceperunt bellum adverſus Wicbertum &c. Et mox ſub anno 1124. iisdem diebus moritur gener Vratislai regis Wigbertus, de quo ſupra (f) ſatis meminimus &c." Fabricius (g) & ipſe Coſmam hoc in loco ſecutus, Dedonem, cui Vipertus ſucceſſit, non Luſatium, ſed Miſnenſem illum ultimum, de quo paulo ante finem ſuperioris lib. (h) dictum eſt, fuiſſe, nec Luſatiam ſed Miſnam Viperto vult datam. (i) Verba ejus hæc ſunt in Annalibus ſub anno M.C.XXIII. Henricus V. Imperator morte Dedonis Marchionis cognita, ejus Ditionem regis Vratislai genero, comiti Oſtrolandiæ Viperto, militiæ exactæ præmium, tradit poſſidendam, ſed eam ultra triennium non tenuit: Henricus enim Henrici nepos, Dedonis filius, qui pro patre obſes fuerat, & e cuſtodia præfecti Imperatorii effugerat, auxilio Electoris Saxoniæ Lotharii, qui paulo poſt imperavit, expellit Vipertum & paternam provinciam recipit.

Fabricius Dedonem & Vipertum non Luſatiam ſed Miſnenſem ultimum tenuiſſe affirmat.

Vipertus expulſus refertur.

§. III. Hoſtes ejecti agrum Miſnenſem vaſtant, ut Coſmas tempora notat, ſole morante in 14. parte ♐ die 24. Novembr.

Miſnia vaſtatur.

nov. 1602. Monachi Pegavienſ. in vita Viperti ſupra cap. III. §. 3. 4. 5. 6. Errat tamen Monachus in eo, quod Uratislaum Wirceburgi inunctum fuiſſe Regem Bohemorum, referat Groſſer. Part. I. p. 30. nota ſub lit. (d) Frencelii in Hiſtoria de Populis Luſatiæ c. 25. §. 9. 10. & ipſius Manlii lib. hoc Comment. III. c. 14-- 19.

(f) V. g. lib. II. Comment. c. 30. §. 3. & cap. 31. §. 1.

(g) Lib. I. Annal. Urbis Miſnæ p. 29. Edit. Jen. 1598.

(h) Cap. 30. §. 1. & c. 31. §. 1.

(i) Aventinus in Annalib. Bojor. vita Henrici 4. Vipertum quidem etiam vocat Marchionem Miſniæ, tenuit etiam aliquot annos teſte Albino Tit. X. conſ. Bangert. ad Hel. pag. 102 aſt ei datam fuiſſe Luſatiam, Hiſtorici omnes loquuntur v. g. Groſſerus Part. 1. p. 30. & 31. ubi in nota ſub lit. (f) præprimis provocat ad Monachi Pegavienſis Chronicon ſeu vitam Viperti, quam ad illuſtrationem priorum 12. Capitum hujus libri Comment. III. & majus B. L. commodum his Scriptoribus jungendam duximus, & Frencelius in Hiſtoria de populis Luſatiæ c. 25. §. 9. ubi antiquiorum Scriptorum teſtimonia allegans ſic ſcribit: Als Uratislaus II. König in Böhmen und Marggraff in Ober-Lauſitz war, ſo wurde auch dieſes Land bald wieder mit einem andern Herrn verſehen: denn es hatte ſich Wiprecht, den man hernach Grafen zu Groitſch genennet, und auch Marggraff in Ober- und Nieder-Lauſitz worden, etliche Jahre lang in ſeinen hohen Dienſten ritterlich, und als ein rechter Held gehalten, und war mit groſſen Ruhm und Ehren Anno 1092. aus Welſchland, da er Käyſer Heinrico IV. die Stadt Rom helffen einnehmen, wieder in Böhmen angelanget. Der König konte nichts ſo herrliches ausſinnen, womit er ſein heroiſches Gemüth ſo Gold und Edelgeſtein nicht achtete, in Gnaden danckbahr vergnügen mögen, ohne nur ſeine in der dritten Ehe erzeugte Princeſſin, Fräulein Judith, die er ihm vermählen ließ, und zur Morgen-Gabe die beyden Herrſchafften Niſin und Budeſin, das iſt die Stadt Meiſſen mit ihrem Crayſe und die Ober-Lauſitz gab. Plura exſcribere non vacat. Conſ. Monachus Pegavienſis in vita Viperti ſupra cap. IV. §. 24--29. pag. 13. & c. XI. §. 21. 22. p. 26. Chronicon Montis Sereni Tomo IV. & Joh. Dubravius, cui Hiſt. Bohem. lib. 10. p. 269. Vigbertus Luſatiæ Marchio dicitur. Bartholomæus Scultetus de eo hæc quaſi in compendio tradit: Vipertus gener Wratislai Regis Bohemiæ oriundus ex familia regum Daniæ, pulſus ab hæreditariis ſuis terris, militatum in Germaniam ad Imp. Rom. Henric. IV. & V venit. Qui ob res ſuas bene geſtas meruit mercedis loco, ab Henrico V. an. 1123. Marchionatum Luſatiæ ſuſcipere. Huic inſcriptionem conſtituit Henricus Ranzovius (vicem tunc temporis Regis in Ducatibus Schleswigiæ, Ditmarſchiæ & Starmariæ gerens) Vigbertus II. illuſtris ille & bellicoſus princeps, qui ob excellentiam vulgo dictus Graff Wiprecht, a Comitatu Groicenſi, fuit Marchio Luſatiæ, Burggravius Magdeburgenſis & Liſnicenſis, Dominus in Budiſſin (Voitlandiæ) Niſin, Suanfeldt & Orla. Obiit 1124. ſepultus Pegaviæ in monaſterio a ſe fundato. Conferantur capita hujus libri ſequentia usque ad 12, imprimis vero cap. X. & quæ erudite commentatus eſt Henricus Bangertus in cap. XL. Chronic. Slavorum pag. 101. ſeqq. Edit. Lubecenſ. in 4to an. 1659. Sagittarius in Hiſtoria Luſatica §. 28 29. 30. Leuberi Beſchreibung Ortenb. c. III. p. 37. 38. nota ſub lit. (c) Kuntſchkius Diſſert. Hiſt. IV. Sect. VIII. §. 7.

CAPUT II.

De

Viperti Proſapia & exilio.

§. I.

Viperti parentes.

CÆterum hic Vipertus princeps omni ævo memorabilis, patrem (k) habuit, ὁμώνυμον Holſatiæ Ducem, Wolfi regis Danici filium, matrem Sigenam Goſvino Leyenſe comite prognatam.

Vipertus, Holſatia pulſus, in aula Sigefridi Comit. Stadenſ. &c. educatur.

§. II. Patre immatura morte ſublato pene puer, ab avunculo ſuo Magno cum matre & duabus ſororibus Holſatia pulſus, (l) ab ineunte ætate educatus eſt in aula propinqui ſui Sigefridi comitis Stadenſis & Hertzfelden, quinti in ordine Brandeburgici Marchionis & ſecundi Electoris, (m) qui frater fuit & ſucceſſor Theodorici a Myſtobojo Venedorum duce Marchia Brandeburgenſe exuti, ut ſuperiore libro (n) attigimus.

Cauſa exilii. Avus ejus Volfus Daniam & Holſatiam occupat.

§. III. Cauſa exilii hæc fuit. Viperti II. de quo hic agimus, avus paternus Wolfus Pomeranorum dux exul, Herlibonis, Teutonum (o) regis Filius, Helmerici nepos, Danici regis filiam uxorem habuit. Mortuo ſocero, filius ejus, uxoris ſuæ fratres bello adortus, duobus acie interfectis, Daniæ Holſatiæque (p) Imperium invaſit.

Volfii filii Dania, Vipertus Holſatia pelluntur.

§. IV. Tertius natu minimus, a conſangvineis ſuis & provincialibus in ſpem regni, cujus legitimus eſſet hæres, clam educatus, poſtea Wolſo Daniæ occupatore mortuo, filios ejus Ottonem & Hermannum viciſſim Dania, nepotem vero Vipertum II. Holſatia exegit.

CAPUT III.

De

De Comitatu Groicenſi, quo donatur Vipertus.

§. I.

Vipertus a Sigefrido Groicenſi Comitatu donatur.

VIpertus exul (q) cum adoleviſſet & aliquot bellis egregia ſua enituiſſet induſtria & virtus, a Sigefrido nutricio ſuo meritorum ergo donatus eſt Comitatu Groicenſe ad Eliſtrum prope Pegam, in ea parte Miſenæ, quæ peculiariter a ſitu Oſtlandia, hoc eſt, Orientalis regio nuncupatur.

Alia regionis hujus nomina.

§. II. Sunt (r) qui Libonotriam dicunt a Libonicis populis vetuſtis, vel ab Arminii duce quodam Libanotho, qui, ut Garzon (ſ) inquit, regioni imperavit. Eam Mulda, Pliſna ſeu Pliſſina & Eliſtro fluviis, Zviccavia item & Salinis Saxonicis terminat Brotufus, (t) ac alio nomine terram vel dominatum Pliſnenſem vocari ait.

Fabricius Oſterlandos diſtingvit a Pleiſſenſibus.

§. III. Fabricius Oſterlandos a Pliſſenſibus diſtingvit, hos Pleiſſæ Eliſtroque, illos cum Garzone (u) Salæ & Muldæ includens. Cui aſtipulatur Tiſſemani epitaphium, quod libro proximo (vv) ponemus.

Oſtlandiæ metropolis.

Metropolis ſeu caput Oſtlandiæ hodie Garzone (x) teſte Lipſia eſt, olim Aldepurgum, vetuſtiſſimis temporibus Marſeburgum fuit.

§. IV.

(k) Conf. ſupra in Vita Viperti c. I. §. 7. 8. 9. 11. x. p. 7.

(l) Diverſus hic eſt Bangertus ad Helmoldum ſeqq. Chronic. Slav. lib. I. c. 40. pag. 101. Edit. Lubecenſ. in 4. an. 1659.

(m) In Genealogia Anhaldina Brotufi lib. II. c. 4. fol. 35. hæc relata legimus: Der Marggraf Sigfridus, wie die Peganiſche Chronic meldet, hat Herrn Wiprecht, Grafen zu Groitſch, welcher das Cloſter S. Jacobi zu Pegau in der Stadt geſtifftet, da er auch ſamt ſeinem Gemahl Judith begraben liegt, an ſeinem Hofe von Jugend auferzogen, davon ſchreibet die Pegauiſche Chronic von Graff Wiprecht.

(n) Cap. V. §. I.

(o) Confer. Chronicon Montis Sereni Tom. 4. Scriptorum Rerum Luſ. & Bangertum l. c.

(p) Cauſas vide in Chron. eodem Montis Sereni l. c.

(q) Conf. ſupra in vita Viperti c. 2. §. 1. & ſeqq. p. 8. & Peiſeri Lipſiam lib. IV. p. 408. Edit. Rechenbergianæ an. 1689.

(r) Fabulæ ſunt. Libonotria dicta eſt a metropoli Lipſia, cui nomen Sorabicum Lipa i. e. tilia fecit. Frencel.

(ſ) Supra lib. I. de b. Friderici Adm. cap. 2. §. 5. 6. p. 37.

(t) In Chronic. Merſeb. lib. I. c. 3. ſcribit: Oſtland liegt an der Mulde, Pleiß und Elſter von der Elbe biß an die Sala. conf. lib. I. c. 7. 14. & lib. 2. c. I.

(u) Lib. I. cap. 3. §. I. p. 37. Libonotriæ, inquit, fines Sala & Muldaus omnes præſcribunt.

(vv) Cap. 26. §. 3. conf. Fabricii Orig. Sax. lib. IV. p. 608.

(x) Lib. II. c. 2. §. 5. p. 37.

Inſigne Comitatus Groicenſis.

§. IV. Comitatus Groicenſis inſigne (y) eſt equus candidus frenatus ſtratusque in planitie rubra currens. Atque inde plerumque comes Groiçenſis dicitur Vipertus. Fabritius (z) Oſtrolandiæ ducem & alibi comitem Oſterlandum appellat.

CAPUT IV.

De Virtutum illecebris, quibus Vipertus ſibi devinxit Vratislai animum.

§. I.

Vipertus Comitatu ejectus ad Vratislaum, Bohemum, ſe confert a quo amatur & honoratur.

COmitatu a Vicinis quibusdam nobilibus (a) Sorabis ejectus, ad Vratislaum (quem Ladislaum etiam nominat hiſtoria minus recte) Bohemiæ ducem ſe contulit, apud quem ob ſapientiæ opinionem & quia multarum jam rerum uſum habebat, principem gratiæ & dignitatis locum obtinuit.

It ad Henricum IV. Imperat. legatus Vratislao Regium titulum impetrat.

§. II. Ab eo legatus ad Henricum IV. Imperatorem miſſus primo omnium ducum Bohemorum nomen regium impetravit. Valebat enim apud Imperatorem quoque autoritate vel maxime, cui & bello contra Rodolphum Svevum eximiam ſæpe operam navavit & præſtitit fidem. Ac poſt quintum prælium, quod Rodolpho ultimum fuit, anno 1080. nobiles, a quibus ditione ſua ſpoliatus fuerat, in fuga adortus, occiſo uno, Pegam & Groicium arcem recepit.

Pegam & Groicium recuperat.

Boſvinus Vratislai filius.

§. III. Anno 1081. Imperatori ſecundo Italiam petenti, filium (b) Boſvinum, (Borivojum vocant Bohemorum annales) cum trecentis, & Vipertum cum 60. equitibus adjunxit Vratislaus ſuis, ut convenerat, ſtipendiis ei militaturos. In ea expeditione, anno 1082. Cæſareanis cum exercitu Gregorii VII. P. M. qui & Hiltebrandus, ad ipſam urbem confligentibus Henricum Imperatorem ab Hoſtibus exarmatum, Vipertus cum equitatu ſuo ſuperveniens objectu proprii corporis protexit, defendit, ſervavit, Urbem cum ſuis & Bohemis, admotis, qua parte mænium negligentius agebantur excubiæ, ſcalis occupavit, poſt biennii obſidionem, Junii 2. anno 1083. (Avent.) portaque vicina effracta reliquis copiis introitum aperuit. (c)

Vipertus Henricum Imper. ex Hoſtium manu liberat, proprii corporis objectu.

Urbem occupat.

§. IV. Mox Pontificem cum Cardinalibus, Epiſcopis & curtiſanis omnibus inque his autorem belli Petrum Leonem cognatum pontificis, intra ipſa ædis Lateranæ adyta irrumpens, periculoſo auſu, nec ſine vulnere, captos Imperatori tradidit.

Pontificem cum Cardinalibus, aulicis ſuis, cumque Petro Leone belli Autore, captum Imperatori tradit.

§. V. Pacem deinde inter Imperatorem & pontificem confecit, quam pontifex tamen fuga ſua poſtea irritavit. Ibidem cum Imperator fortitudinem ejus periclitaturus Leonem famelicum in incautum immiſiſſet, Vipertus beſtiam diſtricto magno animo enſe retrogredi ſibique tranſitum concedere coëgit. Offenſus autem hac, Imperatoris levitate & temeritate, cum miſſionem efflagitaret, vix ingentibus Epiſcoporum muneribus placatus eſt, ut reconciliari ſibi Imperatorem pateretur. Moguntinus enim Halberſtadenſis & Monaſterienſis præſules, itemque Fuldenſis & Hirsfeldenſis Abbates interceſſores bis mille auri Marcas ei dedere, ex Imperatoris ærario ſibi in hunc uſum ſecreto numeratas.

Pacem conficit inter Papam & Imperatorem, qui Viperti fortitudinem leone periclitatur.

Quo offenſus Vip. difficulter conciliatur Imperatori.

§. VI.

(y) Conf. Albini Meißniſ. Land. Chronic. in Append. p. 426.

(z) In Indice libelli de Itineribus appellat Vipertum Ducem Oſtlandiæ, Comitem vero Oſtlandum in Marchionibus Miſnenſibus p. 30. in margine, & in Annalibus Urbis Miſnæ p. 29 ſub. anno 1123. in ipſo textu.

(a) Nomina illorum ex his innoteſcunt apud Peiferum in Lipſia lib. IV. 5. p. 408. ſeqq. Erant tum illis in locis Nobilium aliquot familiæ in municipia, veteri Heinrici Aucupis inſtituto diſtributæ, Tucherenſium, Curtiorum, Probinorum, Trebeniciorum & Tubichinorum, qui Vipertum advenam alia atque alia appetendo loca omnium opes ad ſe inclinantem & in perniciem illius conſpirantes eo tandem validioribus armis fatigantem perpulerant, ut regione aliquandiu cederet, & ſe ad ducem Boëmiæ Vratislaum conferret, apud quem deinde propter indolem heroicam, & filio Borivorio, Imperatoris Heinrici IV. auſpiciis in Italia militanti operam fideliter & fortiter navatam, in tanto honore fuit, ut ipſe dux Bohemiæ ipſi filiam ſuam in matrimonium daret.

(b) V. 9. Jo. Dubravii Annales ſ. Hiſtoria Bohemica lib. X p. 71. lin. 30. Edit. Freherianæ an. 16 2.

(c) In Aventini Annalib. Bojorum hæc fuſius ſunt enucleata & quidem lib. 5. cap. 15. §. 1. & ſeqq. pag. 555.

(d) Witichindus Corbejenſis Annal. lib. I. p. 639. Tomi I. Scriptorum R. G. a Meibomio collectorum.

(e) Libro I. Chronici Merſeb. p. 8. lin. 19. de Henrico Aucupe loquens inquit: Isque a patre ſuo in provinciam, quam nos Teutonice Deleminci vocamus, Slavi autem Glomaci appellant, cum magno exercitu miſſus, devaſtavit eam.

Vipertus Orlam, Burggraviatum Leisnicenſem Dornburgum Camburgum cum annuis reditibus accipit.

§. VI. A Colonienſe orlæ dominatum, ab Imperatore arcem urbemq; & Burggraviatum totum Leisnicenſem, quem Delemantici vel ipſorum lingua Glomaci (Dalmanticos Corbejenſis, (d) Lomacos Ditmarus (e) habet:) Soraborum gens ea tempeſtate incolebant, & paulo poſt Dornbergum & Camburgum arces & oppida Thuringiæ ad Salam inter Ienam & Numburgum ſita, quorum poſterius Dedo Luſatius ante poſſederat, cum ſexcentis marcis annuorum redituum accepit. Veronam inde auſpiciis Imperatoris cœpit, dncem obſides dare, & imperata ſacere coëgit.

Veronam capit.

Quamdiu Vipertus in Italia militarit.

§. VII. Scribit Crantius (ſ) Vipertum & Boſvinum in Italia Imperatori in ſeptimum annum militaſſe. Cum in Bohemiam reverterent, de univerſo equitatu, quem ad Imperatorem uterque adduxerat, novem tantum ſuperfuere. Reliqui fortiſſime pugnantes ceciderunt, non etiam nullis a mulierculis Romanis veneno necatis, quod refert Otto Friſingenſis lib. 7. c. 14. 15.

CAPUT V.

De Nuptiis, quas celebravit Vipertus cum Vratislai filia.

§. I.

Juditha S. Jutta uxor Viperti.

Anno 1086. quo ipſo Vratislaum regem ſalutatum dicemus, inſra c. 16. §. 1. nuptias celebravit Vipertus cum filia Vratislai (g) quam Juditham ſeu Juttam vocat Brotuſus. (h)

Quam Vladislao Hermanno, Polon. tribuunt Coſmas Cromerus & alii.

§. II. Coſmas (i) quidem Vratislaum ex ſecunda uxore Adelheide Andreæ I. regis Pannoniæ filia, Juditham & Luidemillam filias ſuſtuliſſe ſcriptum reliquit: Juditham tamen non Viperto, ſed Vladislao Hermanno Polonorum duci, Caſimiri Monachi filio, Boleslai audacis fratri ſucceſſorique nupſiſſe, & Boleslaum Crivouſtum peperiſſe idem Coſmas (k) cum Cromero, (l) Dubravio (m) & Cratone (n) uno ore tradunt.

Vipertum tamen Vladislai generum Coſmas & Dubravius nominat.

§. III. Nec eſt quod ſuſpicetur quispiam relictam Vladislai Poloni viduam Juditham Viperto denupſiſſe. Obiit enim Juditha, ut ex Cromero (o) conſtat ſuperſtite adhuc Vladislao marito, qui mox alteram uxorem Sophiam Henrici IV. Imperatoris Sororem, Salomonis Hungari viduam ſuperduxit. Sed nec Ludimillam uſpiam diſerte Viperti uxorem nominat vel Coſmas vel Dubravius, (p) tametſi Vipertum generum Vlatislai uterque paſſim (q) ſacit.

Budiſſinenſem & Nyſinenſ. præfecturas Vogtlandiæ dotis loco obtinet.

§. IV. Dotis nomine præter pecuniam ſummam non contemnendam nactus eſt in Voitlandia ad Eliſtrum Budiſſinenſem & Nyſinenſ. præfecturas. (r) In qua vicinia ad idem flumen Geram oppidum, & quæ adhuc in eo exſtat, arcem primus condidit. (ſ)

Geram cum arce condit.

CAP.

(ſ) In Sax. lib. V. ubi & Conradum Imp. filium 9. annos in Italia vixiſſe narrat. Heinricum ipſum per 7. annos in Italia commoratum dicit Abbas Urſpergenſis p. 240.

(g) Quomodo & quando cœperit eam adamare ac in matrimonium petere, exponit Zopſius in Chron. Gerav. conſ. ſupra c. 4. §. 28. p. 13.

(h) In Genealogia Anhaldina lib. II. f. 35. his verbis: In dem Kloſter S. Jacobi zu Pegau liegt Graf Wiprecht mit ſeinem Gemahl Judith gebohrenen Königin zu Böhmen begraben. In Chronic. Merſeb. lib. II. c. 20.

(i) Pragenſis Chronic. lib. II. pag. 41. lib. 15. Edit. Hanovienſ. an. 1607. in Collect. Freher.

(k) Loco modo adducto.

(l) Lib. V. de Rebus Polonorum p. 63. ſub. lit. a Edit. Baſilienſ. an. 1568. Verba ejus hæc ſunt: Uxorem Vladislaus duxit de ampliſſimi conſilii ſententia, Juditham Wartislai Boemorum principis filiam, ex Adeleida Andreæ Ungarorum regis filia ſuſceptam.

(m) Hiſtoriæ Bojemicæ lib. 8. p. 58. & 59. lin. 6. Edit. Hanov. adornatæ a C. V. Marquardo Frehero an. 1602.

(n) Jo. Cratone a Crasſtheim celebri Medico Vratislavienſi in MST. quodam.

(o) Lib. V. de Rebus Polonorum p. 64. ibi enim hæc recitat. Reperiunt Juditham gravidam, quæ poſtea maturo partu puerum edidit, cui Boleslao nomen indidum eſt. Juditha poſt quartum menſem a partu, extremum clauſit diem.

(p) In locis, in quibus longam de Vratislai origine, matrimonio & Rebus geſtis narrationem texunt, quæve a nobis ſub lit. (i) & (m) citata ſunt.

(q) V. 9. Coſmas Chronic. lib. II. p. 43. ein. 43. Edit. Hanov. an. 1607. it. lib. III. p. 56.

(r) Cum Manlius h. e. præfecturam ſeu Pagum Budiſſinenſem cum Monacho Chronici Pegavienſis ſ. Vita Viperti ſupra c. 4. §. 28. p. p. 13. interpretetur Locum in Voitlandia ſitum; ei etiam aſſentiri non dubitavit Bartholomæus Scultetus in Luſatia, ut c. 1. hujus libri III. ex nota ſub lit. (i) patebit. Sed ab eo diſcedit noſter Frencelius, qui per Budiſſin intellectam vult Budiſſinam Luſatiæ Metropolin, ut jam ſignificatum fuit a

nobis

CAPUT VI.

De

Bello cum Ecberto Saxone.

§. I.

Ecbertus Sax. Marchionem acie ſuperat.

ANno 1104. Ecbertus poſtremus Marchio Saxooiæ, qui cum Imperium affectaret, in moletrina (t) cui Eiſenbeutelo nomen, ad Brunſuigam, ab Henrici IV. ſatellitibus poſtea interfectus traditur, bellum Viperto intulit, a quo acie ſuperatus plurimos ſuorum amiſit.

§. II. In pugna eques Saxo infeſta haſta duos Viperto excuſſit dentes. Ejus hic mox caput gladio medium diſſecuit.

CAPUT VII.

De

Indignatione Imperatoris, quam incurrit Vipertus, de reconciliatione cum eodem & cænobio Pegavienſi.

§. I.

Indignationem Imperatoris incurrit immerito.

EVoctus ergo ad ſummos honores opesque Vipertus, indignationem Imperatoris (u) nullo ſuo merito incurrit. Qua ingratitudine, ſimulque ætate ingraveſcente motus, negotiis bellicis, atque adeo curis mundanis omnibus, quoad ejus fieri poſſet, abdicatis, Romam petiit, ibique venia delictorum ſuorum impetrata, ad ſepuichrum D. Jacobi Majoris, quod Flavi Brigantii ſive Compoſtellæ in regno Galliciæ eſſe creditur, peregrioationem religionis ergo ſuſcepit (w)

Mundo ſe abdicans Compoſtellam peregrinat.

§. II. Refert tamen Urſpergenſis (x) (id quod ex Coſma (y) quoque infra (z) repetemus) Henricum IV. Imperatorem anno 1105. h. e. proximo ante mortem, parricidialia filii cognominis, (a) quem ante ſexeonium Imperii conſortem & Germaniæ regem ſecerat, arma ſugientem recepiſſe ſe ad hunc Wigbertum, virum illuſtriſſimum, prudentiſſimumque Sorabiæ principem. Eum enim Oſtlandiæ tractum, quem

Teſte Urſpergenſi Henricus IV. arma filii metuens ad Vigbertum, Sorabiæ D. fugit.

nobis loco proxime allegato. In eo omnes quam amiciſſima conſpirant, Pagum Niſin ſitum fuiſſe circa Dresdam, quoniam vocab. Niſin idiomata Bohemieo deootaret regionem quandam inferiorem. Nec inepta dixerit, hanc denominationem huc quadrare, cum tractus ille terræ, ſi referatur ad montes Bohemicos, ſit planus & æqualis. Spangenberg ita ſcribit de ſitu hujus præfecturæ Niſſanæ: Das Land Niſin, welches zu Meiſſen gehörig war, hat den Nahmen aus der Böhmiſchen und Sorabiſchen Sprache und heiſſet ſo viel als Nieder-Land, den Nizin bedeut auf deutſch Niedrig, und weil das Revier unter den Böhmiſchen Gebürge an der Elbe um Piene, Dreſiden, Hohenſtein, Stolpen, Biſchoffweeda, und wiederum über der Elbe gegen den Uhrſprung der Mulde, aus Böhmen herab gegen den Abend zu, niedrig oder hinabwärts liegt, ſo iſt es mit dem Nahmen Niſizi benennet worden, welches auf deutſch Nieder-Land heiſſet, und ſaget Albinus p. 143. es habe Diœceſis Niſana vielleicht wohl hinab gegen Bautzen gereichet. Denn in einer Bulla dieſe Worte ſtünden: Ubi diviſio dictarum regionum eſt Behem & Niſin. Zu Kayſer Ottonis I. Fundations-Briefe der Meiſſniſchen Kirche wird des Landes Niſin alſo gedacht: Ubi oritur fluvius, qui dicitur Orientalis Milda, inde uſque quo idem fluvius intrat in Albeam & ſic ſurſum & ultra Provinciam Niſizi ad eundem terminum ſine dubio, nec non in altera parte Luzizi & Selpoli, illam videlicet infra eundem terminum & inde in aquam, quæ dicitur Odera.

(ſ) Vid. Zopſigin Chron. Gerav. p. I. & ſupra in Vita Viperti cap. 4. §. 28. p. 13.

(t) Conf. Chron. Saxonum pag. 187. & ſeq. Georgii Fabricii Orig. Sax. lib. III. p. 369. & ſeqq. Crantzii Sax. lib. V. cap. XI. p. 112. 113. Aventini Annal. Bojurum lib V. c. 12. §. 32. p. 537. & cap. 16. §. 4. 6. imprimis §. 9. p. 562. Edit. Lipſ. 1710. Brotuſi Chronicon Merſeb. lib. II. c. 21. Dreſſerus habet an. 1104. vid. Zopſius p. 32. Conf. etiam Hiſtoriam de vita Viperti c. V. §. VII. VIII. & IX. p. 14.

(u) Confer ſupra in Hiſtoria Viperti cap. V. §. 10. p. 15. & cap. XI.

(w) Vid. eundem locum c. V. §. XI. XII. XV. XVI. XVII. Quæ Romæ & Zizæ commiſerit, refert Zopſius p. 43. Sepulchrum Divi Jacobi deſcribit Welſchius in Itin. p. 281. c. 53.

(x) Verba ejus p. 258. ita fluunt: audiens Henricus Veus, patrem Henric. IV. apud Wigbertum quendam illuſtriſſimum & prudentiſſimum virum, qui partibus in illis, quas Sorabi inhabitabant, principabatur eſſe repertum, usqua ad Rhenum Epiſcopo ducatum adminiſtrari permiſit.

(y) Lib. III. Chronic. p. 55. & 56.

(z) Lib. Comment. III. cap. 23. §. I.

(a) Henrici V. Frencelius hunc locum ita interpretatur: Jedoch die Käyſerliche Ungnade muß

Sorabi enim & Oſtlandiam Miſniam incoluere.

quem Vipertus poſſedit, cum reliqua Miſnia etiam tum magna ex parte Sorabi inhabitabant.

Pegæ templum cum Cœnobio fundat.

§. III. Salvus ex Hiſpaniis reverſus anno 1106. Pegæ, quam Picaſtrum vocant Garzon (b) urbe Oſtlandiæ ad Eliſtrum in honore D. Jacobi templum (c) fundavit, eique Monachorum D. Benedicti inſtituto Viventium Cœnobium liberaliter dotatum adjunxit.

IV. Siffridus (d) Miſnenſis ſcribit: Anno 1091. fundationem Monaſterii Pegavienſis inchoatam a Viperto Marchione, præſentibus Dominis Hertvigo Magdeburgenſe, Vualramo Citienſe & Albino Merſepurgenſe Epiſcopis; dedicatam vero eandem Eccleſiam anno 1093. VIII. Calend. Auguſt.

CAPUT VIII.

De

Morte uxoris ſuæ & aliis rerum eventibus a fortuna pendentibus.

§. I.

Uxorem amittit & ſepelit.

ANno 1107. quo Henricus V. junior poſt mortem patris imperii gubernacula ſuſcepit, Vipertus abſens cum filiis Moguntiæ in comitiis, quæ prima ibi habebat Imperator, uxorem amiſit nocte natalitiorum Chriſti in oppido dotali Budiſſina Voitlandiæ (e) mortuam, quam domum reverſus Pegæ in æde D. Jacobi ante chorum ſepelivit.

Reinsdorff Monaſterium fundat.

§. II. Anno 1110. inquit Siffridus, (f) Monaſterium Reinsdorff, a Viperto Marchione, conſilio Ottonis Epiſcopi Pabebergenſis, de quo mox (g) dicemus, fundatur.

Boſvvino ab Imperatore regno ademto, gratiam Imperatoris conciliat.

Eodem anno, ut vult Brotufus, (h) Imperator Boſuino Vratislai Bohemi filio regnum abtogavit, eique Suandeboldum Ducem ſuffecit. Qui cum inſequenti mox anno Imperatoris ſigna ſecutus in Polonia oppetiiſſet, Vipertus affinem ſuum Boſuinum apud Imperatorem in gratiam repoſuit.

Imperatorem ex Polonia ſalvum reducit, hinc Cygnæam cum omni territorio dono accipit. Quæ poſtea Jure feudi ad Imperium rediit.

Imperatorem vero ope Svanefeldorum (i) h. e. Zviccavienſium, nec non Cheuritanorum & Chamanorum (Soraborum hi fuere circa Froburgum (k) & Chemnicium populi) incolumem ex Polonia in Saxoniam reduxit. (l) Pro quo officio Campum Cygnæum h. e. Cygnæam ſeu Zviccaviam Urbem cum territorio omni ab eo accepit. Sed hæc ditio Viperto III. juniore ſine hæredibus maſculis mortuo, jure feudi, ut vocant, & caducæ hæreditatis ad imperium revoluta eſt.

Henricum Imp. Glogaviam deſeruiſſe & cum Polonis tranſegiſſe, Peucerus vult.

§. III. Peucerus (m) Henricum, dilapſis ob cædem clandeſtinam ducis ſui Svantopulki Bohemis reliquis copiis diffidentem, conſilio Viperti exercitum ab obſidione Glogoviæ abduxiſſe, & cum Polonis tranſegiſſe memorat. Verum hæc infra (n) ex Bohemorum Chronicis plenius narrabuntur.

§. IV.

muß bald aufgehöret haben: denn als Henricus IV. vor den mörderiſchen Waffen ſeines gleich genannten Sohnes, die Flucht genommen, begab er ſich zu dem Viperto, als einen höchſtberühmten und verſtändigen Fürſten der Sorben-Wenden.

(b) Lib. I de bellis Friderici Admorſi c. III. §. 10. p. 39.

(c) Vid. ſupra in Hiſtoria ejus cap. VI, & VII. p. 16. ſeqq.

(d) Epit. lib. I. pag. 160.

(e) Auf dem Leib-Gedinge. Zopſius Chron. Gerav. p. 98. habet 17. Decembr.

(f) Epitom. lib. I. p. 160.

(g) Cap. 13.

(h) In vita Viperti Germanice deſcripta.

(i) Zviccavienſes teſte M. Tobia Schmidt in der Beſchreibung der Stadt Zwickau Part. I. c. 7. p. 8. cognominati ſunt Svanefeldi a Principiſſa Schvvanhildi, vel a Schvvanenfeld.

(k) Frencelius legit: Friburgum, Freyberg. conf. Fabricii iter Chemnicenſe p. 62.

(l) Clariſſimus Schmidt in citato Chronico Vrbis Zviccaviæ Part. II. c. I. p. 163. Eadem ſic recitat: Graf Wiprecht der Alte (ſind Worte Brotufi, welche auch Petrus Albinus in der Meiſn. Land-Chronic Tit. 4. fol. 50. gebrauchet) hat Käyſer Heinrichen den V. mit Hülffe der Schwanfelder, das iſt, der Zwickauer und derſelben Landesleute, umher, bey Zwickau geſeſſen, auch mit Hülffe der Churitanen, und Chamaner, aus dem Lande zu Polen geſund wieder anheim in Sachſen gebracht. rc. Von wegen dieſes getreuen Dienſtes gab der Käyſer Graf Wiprechten die Stadt Zwickau, ſo fern es das Schwanfeld genennet wird, mit allen Privilegien, alſo wurde er ein Herr des Schwanfeldes. Cætera, quæ l. c. jucunda referuntur, ut legas quæſo, obſecramus. Hoc apponenda videntur, quæ in margine adjecit Manlius: Arx Churina diruitur 1020. voluntate Ditericorum, Marchionis & præſulis Miſnenſium. Fabric. Supplement. Bangertus ad Helmoldum p. 102.

(m) Chronic. Lib. 4. p. 231.

(n) Cap. 25. §. 5.

Boſvinus & Vipertus jun. capitur. Qui poſteri. ur a patre redimitur.

§. IV. Vipertus ignorans Imperatorem Ladislao Svandeboldi fratri Bohemiæ ducatum promiſiſſe, filio Viperto id negotii dat, ut in regnum Boſvinum reſtituat. Quod cum ægre admodum ferret Imperator, Bohemiam valido exercitu ingreſſus, Boſvinum Viſſegradi, Vipertum juniorem Pragæ capit. Filium Leisnicio, Nyſino & Budiſſina redemit Vipertus. Nec multo tamen poſt Echardi-Perga arce ab Imperatore donatus eſt.

Echardi-perga donatur Vipertus.

Hic cum aliis ab Imper. Henrico deſciſcit, captus Leiſnicii cuſtoditur.

§. V. Anno 1112. cum aliis ab Imperatore ad Lotharium Saxoniæ electorem perduellem deſcivit, teſtante Urſpergenſe. (o) Captus igitur, ut idem (p) annotavit, anno proximo, vel ſecundum Brotuſum (q) anno 1114. ab Hogero comite Mansfeldenſe & Imperatori traditus, juſſu hujus in arcem Leisnicenſem ad Muldam miſſus eſt cuſtodiendus. Nec longum tempus interceſſit, cum poenas dedit Henricus V. impietatis in patrem. Victus a Lothario & Saxonibus, quanquam numero longe inferioribus ad Sylvam catulariam. (r) 3. Idus vel, ut Helmoldus qui tum vixit, ſcribit Calend. Febr. Annum 1115. rude hoc *ἱστόριον* indicat:

Henricus V. prælio victus a Lothario Saxone 1115.

De quo verſus Anonymi.

Anno milleno centeno ter quoque quino,
Sylvam Welponis maculavit gutta cruoris.

Fabricii.

Fabricius duos præterea verſus addit: (s)

Sunt hominum occiſi quadraginta millia quinque
Ipſo nempe die Dionyſii Martyris almi. (9. Octob.)

Hogerus, Mansfeldenſis, a Viperto, jun. gladio confoditur.

§. VI. In eo prælio Hogerum Mansfeldenſem exercitus Cæſarei ducem, qui ſolus Saxonum Henrici partes ſequebatur, & ad Saxoniæ ducatum, ſi res proſperæ ceſſiſſent, ut Helmoldus (t) loquitur, deſtinatus erat, hunc ergo una cum Ludolpho equite quodam, in prima acie pugnam cientem conſpicatus Vipertus junior, qui cum fratre Henrico a Saxonibus ſtabat, aſſumtis duobus nobilibus Conrado & Hermanno Selbiis, adacto equo adverſum ei pectus lancea transfixit, & fortiter ſe defendentem equo deturbavit conantemque ſurgere, ſub loricæ ora ſecundum inguina gladio confodit. Cujus oſſa in ſarcophago una cum enſe clypeo & tota ejus panoplia in coenobio Mansfeldenſi, prope quod pugnatum eſt, ex Vetuſto templi deſtruendi muro eruta ſunt, eo forte anno, quo Lutherus primum contra indulgentias diſputare coepit.

ejusque oſſa, cum armis poſtea eruta.

Vipertus jun. Bornſtetum capit.

§. VII. Hogero occiſo fuſoque & fugato imperatoris exercitu Vipertus junior aliquanta equitum manu Bornſtetum Islebiæ & Sittichenbacho monaſterio vicinum Hogeri reſidentiam ex itinere oppugnavit: Inde ad Leisnicenſem arcem profectus patrem captivum liberavit. Hac occaſione Leisnicium, Nyſinum & Budiſſinam recepit Senior Vipertus. Magdeburgenſem Burggraviatum per idem tempus ab amitino ſuo Adelgotho comite Leyenſe XI. loci antiſtite indeptus eſt.

Patrem captivum liberat, qui Leiſnicium, Nyſinum recipit, Burggraviatum Magdeburgenſem obtinet.

CAPUT IX.

De *Dignitate Principis & feudo Marchiæ Luſatiæ Viperto collatis.*

§. I.

Vipertus inveſtitur Luſatiæ Marchionatu ſub Principis titulo.

TAndem reconciliatus Viperto Henricus Imperator, de Feudo Marchiæ Luſatiæ eum in Comitiis Wormacienſibus inveſtivit & principem (u) appellavit, donata ipſi veſte principibus propria & peculiari, quam Cappam Dalmaticam (w) tunc temporis uſitate appellabant. Dalmaticam etiam abſolute nominatam reperio.

Cappa Dalmatica.

Henricus Vormaciæ cum Optimatibus Colloquium ſ. conventum inſtituit.

§. II. Annum non habet hiſtoria. Urſpergenſis (x) Henricum anno 1124. circa mediam quadrageſimam Vormaciæ cum optimatibus quibusdam jam colloquium habuiſſe annotavit. Coſmas, ſicut libri hujus initio (y) diximus, annum 1123.

CAP.

(o) Pag. 269. lin. ultima.
(p) Pag. ſequenti lin. 13.
(q) In Hiſtoria Viperti emendatius edita. Conf. Bangertum ad Helmoldum p. 102.
(r) Bey Quedlinburg am Wölffinges-Holtze. Conf. Helmoldum Lib. I. cap. 40. p. 98. & in Bangerti Notis pag. ſequentibus 103. & 104. in Editione vero Francof. deſcribit hoc prælium famoſiſſimum cap. 41. p. 90. ſeqq.
(s) In Electoribus Saxoniæ & quidem in Lothario, qui in hoc ipſo prælio ad ſylvam Gvelphonis gradum ſibi ad culmen Imperii fecit, pag. 9. & 10. G. Fabricii Rerum Miſnic. libr. I. Notat. ibidem, priores duos Verſus ceu Inſcriptionem antiquam in ſacello quodam legi perhibitos.
(t) Cap. 41. p. 92. Edit. Francof. an. 1556. conf. Chron. Saxonum fol. 243.
(u) Er beſihrſtete ihn auf die Marck Lauſitz.
(vv) Vid. Zieglerus de dote Eccleſiæ.
(x) Pag. 282. Circa mediam, inquit, Quadrageſimam colloquium Wormatiæ habebat Imp. H.
(y) Cap. I. §. I.

CAPUT X.

De Morte Viperti.

§. I.

Vipertus Sen. principatu filiis conceſſo & reſignato, ut Monachus moritur 1123. & ſepelitur,

QUia autem ſenex jam erat Vipertus & infirmus, facile paſſus eſt ſibi perſuaderi (z) ab antiſtite Magdeburgenſe duodecimo Rochero ſive Rothero, ſuo ex ſorore nepote, qui anno 1119. Adelgotho in gratiam Viperti tanquam Burggravii ſucceſſor datus fuerat, aliisque Epiſcopis & Abbatibus, ut reſignato filiis principatu, aſſumtoque Benedictinorum habitu tonderetur, & monachus conventualis ſeu converſus fieret in monaſterio ſuo, ubi & vitam terminavit XI. Cal. Julii anno 1123. (ut vult Brotufus (a) ibidemque inter uxorem ſuam & chorum ſepultus eſt. (b)


§. II.

Vipertus Dei Gratia, Marchio Luſatiæ, Burggravius Magdeburg. & Leiſnicen. Comes Groicenſ. & Echardibergenſ. Dominus Orlæ campi Cygnæi, Geræ, Nyſini, Budiſſinæ, Dombergi & Comburgi.









(z) Conf. ſupra ejus vitam c. 12. §. 4. 5. 6. p. 27. 28. Bangertum ad Helmoldum lib. I. p. 104. ubi Hiſtoriam de hoc Viperto quaſi in compendio tradit.

De anno mortis diſſert cum Coſma Siffridus.

§. II. Sed de anno mortis cum Coſma facit Siffridus, (c) qui Vipertum fundatorem monaſterii Pegavienſis monachum factum, in pace in eodem quieviſſe ſcribit anno 1124. Meminit tumuli Georgius Fabricius itinere Chemnicenſi, (d) ubi Vipertum ornat Elogio:

Georgii Fabricii elogium.

Audacis juvenis, cujus fuit inclyta Marte
Dextera, conſiliisque idem nec inutilis
auctor Creditus.

§. III.

(a) Procul dubio in Hiſtoria Viperti ſeu Chronico Pegavienſi, quod correctum teſte Manlio cap. ſeq. XII. §. I. anno 1556. denuo edidit: nam in Chronico Merſepurgenſi & Genealogia Anhaltina anni emortualis non meminit.

(b) In Chronico Merſeb. ſcribit Brotufus de Viperto: Wiprech Graf zu Groitſch, iſt ein Marggraf zu Lauſinitz, Burggraf zu Leißnick und Magdeburg geweſt, hat auch die Stadt Zwickau gehabt, Budißin und Gera, Städte und Schlöſſer an der Elſter, des Orts im Voitlande, gebauet, ſein iſt auch geweſt Dornburg und Camberg an der Sala unter Jena. Da nun Graf Wipracht zu Groitſch alt worden, iſt er durch Rath Herrn Adelgothi, Ertz-Biſchoffen zu Magdeburg beredt, daß er ſeine Fürſtenthume Graffſchafften und Herrſchafften / ſeinem Sohne dem jungen Wiprecht aufgegeben, und iſt ein Convers-Mönch im Cloſter S. Jacobi zu Pegau worden, da er dann auch mit ſeinem Gemahl Judith, gebohrne Königin in Böhmen, vor dem Chore in der Kirch S. Jacobi begraben liegt, die Gräber ſind noch heute verhanden. Conf. Albini Meißn. Land-Chronic. p. 441. Cum vero h. l. occupemur in enucleandis Viperti titulis & Clariſſimus Kuntſchkius in Diſſertat. de Luſatia quarta Sect. VIII. §. 7. tacite inſinuare videatur, Vipertum quoque fuiſſe Dominum Budſetiæ, juxta ſuam & Leuberi Deſcr. Ort. c. 2. lit. fol. p. 16. 17. ſeqq. ſententiam in Luſatia ſuperiore ſitæ, nam L. C. ſcribit: Vratislaus Rex Bohemiæ Dominium Budſetiæ Comiti de Groitz Viperto, genero ſuo concredidit: Monendum nos duximus, Vipertum nunquam Budſetiam, cujus Dominus Wittekindus II. fuit, in ſuam poteſtatem redegiſſe, atque inde ipſi novum acceſſiſſe titulum. Adduci itaque nos facile poſſumus, ut cum Albino in Chronic. Miſniæ p. 247. credamus, Budſetiam omnino alibi (nempe ut Albini verbis utamur: Zwo Meylen von Wettyn, ſo ietzo Anhältiſch ſeyn ſoll) ſitam fuiſſe. Id quod efficiunt verba & rationes Frencelii in Hiſtoria de populis Luſatiæ L. I. c. 18. §. 7. ita adductæ: Wittekindus M. hat die Sorben-Wenden in Lauſitz und Meiſſen überzogen, zum Gehorſam gegen Carolum M. gebracht, und weil er eines Böhmiſchen Fürſten, welchen etliche Czech, etliche Lech, einige gar Leth, als Albericus Monachus Trium Fontium in Chron. Part. I. pag. 143. nennen, Tochter Nahmens Suatanam zur andern und letzten Ehe gehabt; ſo erhielt er mit derſelben die Herrſchafft Budſetz. D. Benjamin Leuberus in Tract. de Orig. Budiſſin. Dominii c. 2. fol. 10-23. bemühet ſich ſehr zu erweiſen, daß ſolches die Stadt Budißin geweſen. Man kan ihm aber ſchwerlich beypflichten, weil die Stadt Budißin nimmermehr Budſetz geheiſſen worden, und ſie auch zu des Wittikindi Zeiten, da er ſich zum andernmahle verheyrathet hat, noch nicht in rerum natura, ohne nur, was das Schloß Ortenburg betrifft, geweſen. Es muß derhalben wohl ein anderer Ort verſtanden werden, der etwan heutiges Tages auf Teutſch Büdſchwitz heiſſen möchte, denn dafür braucht der Wende Büdſcheze oder Budſetze. Cap. 21. §. XV. ejusd. libri hæc narrat: Ditmarus des Marggrafen Chriſtiani Sohn hat ein Mönchs-Cloſter zu Tegmeesfeld unfern Hatzgerode geſtifftet, ſolches aber ward 975. wie davon Herr D. Joh. Chr. Beckmann in Anhalt. Hiſtorie III. Theil IV. Buche c. 2. fol. 427. 430 die Diplomata anführet, nach Nienburg oder Mönche-Nienburg, ſo ietzo zu dem Fürſtlichen Anhalt-Kötheniſchen Antheil gehöret, weil der Ort bequemer, verleget. Es wurden auch dieſem Geſtiffte 978. aus der Gegend des Schloſſes Grimsleben 30. Hufen Landes, als auch nachmals 979. das Hauß Grimsleben ſelbſt und etliche Dörffer zugeſchlagen. Da nun das Grimsleben bey damahliger Zeit Wendiſch Budizco, oder wie man ietzo ſchreibet, Budzieſzo (von Buda, das iſt ein Schloß, oder Burg, wie es denn auch vor Alters eine Burgwart, oder Caſtel genennet worden, Conf. D. Beckmann L. c. fol. 458. und dieſer Ort eben derjenige iſt, davon ſich vor Zeiten die Wittikindiſchen Grafen zu Wettin ꝛc. Herrn zu Budſetz, oder Budſitz, biß auf Dittmari und Dedonis Zeiten geſchrieben, dann aber weiter davon geſchwiegen, weil der Ort weggefallen, beſiehe Eliæ Reuſneri Genealog. Stemma Witichind. fol. 26. welchen Tittul iedoch der Herr D. Leuber wie oben c. 18. §. 7. gemeldet, von der Stadt Budißin in Oberlauſitz genommen zu ſeyn vermeynet: ſo ſtehe, inquit Frencelius, in den Gedancken, daß nun damit das rechte Budſetz wird gefunden und angedeutet ſeyn.

Godevaldus præſul Miſnenſis.

§. III. Idem (e) annalibus Miſnenſibus ſcribit, funus Viperti Comitis Oſtrolandiæ procuraſſe in Pega monaſterio præſulem Miſnenſem XIII. Godevaldum cum viciniis aliquot præſulibus anno 1130. Templum D. Jecobi anno 1556. ſenatus Pegavienſis demolitus eſt.

CAPUT XI.

De

Filiis & Filiabus ejus, quorum natu minor nomine Henricus fit Marchio Luſatiæ.

§. I.

Viperti filii: Henricus, in Luſatia, & Vipertus III. in reliquis ditionibus ſuccednnt. Hujus uxor.

Filios reliquit duos, ex quibus in Luſatiæ Marchiam & Magdeburgenſem Burggraviatum Henricus natu minor, in reliquam patris ditionem Vipertus III. ἄπαις uterque ſucceſſere. Vipertus Beichlingenſis comitis filiam uxorem habuit. (f)

Wenceslai, filii Viperti, quidam tantum meminere. Filia, Berta. Cui nupſerit, incertum.

§. II. Coſmas (g) tamen & Dubravius (h) Wenceslai tantum filii meminere. Filiam etiam habuit Bertam, quam chronicon Miſnenſe Dedoni Timonis filio, Cunradi fratri ἀτέκνῳ denupſiſſe refert. Sed de

(c) Lib. 1. Epitom. pag. 161. Jenenſ. an. 1596. Coſmas vero Chronici lib. III. pag. 69. lin. 23. Coofentit etiam M. Hieroovmus Henninges in Genealogiis aliquot Familiarum Nobilium in Saxonia fol. 14. Edit. Hamburg. 1590. fol. his verbis: Wigbertus II. illuſtris ille & bellicoſus Princeps, qui ob eecellentiam vulgo dictus Graf Wipracht, e comiteto Groicenſi, fuit Marchio Luſatiæ, Burggrafius Magdeburgenſis & Liſnicenſis Dominus in Budiſſin & Niſin, Svanfeldt & Orla, obiit A. C. 1124. ſepultus Bigaviæ, in monaſterio e ſe fundato.

(d) Pag. 65. libelli Itinerum Edit. Baſil. in 8vo an. 1547.

(e) Febricius pag. 29.

(f) Stemma breviter ſubjectum vide ſupra io Notis ad Vitam Viperti p. 4. & ipſa in Hiſtoria c. V. §. 10. p. 14. it Bangertum ed Helmoldom p. 104. Sed ea, quæ Menlio placuit his capitibus inſerere de illuſtri laudatiſſimi & celeberrimi in Germania ac Bohemia Herois & Principis Domini Viperti, Comitis Groicenſis &c. Familia, quæ adhuc ſupereſt in nobiliſſima ſtirpe Raozóviana, deſiderare videntur prolixiorem adhue propaginis delineationem. Proinde operæ pretium duximus, eam ee rariſſimo Hierooymi Henningis Opere Genealogico Tom. VI. p. 14. ſeqq quod oon omnium manibus teri novimus, petere etque cum B. L. communicare. Facies ejus talis eſt:

WIPERTUS I

Ortus ex tranſalbina regione, i. e. Holſatia vel Cimbrica cherſoneſo, Dominus ditionis Balſamorum. Uxor Sigena, Filia Goſwini de Leige.

Wipertus II. Comes Groiceoſis, Marchio Luſatiæ &c. &c. Uxor	Berthe uxor Henrici Comitis Liſnicenſis, quæ geooit Rotgerum XII. Archiepiſcop. Magdeburg.	Gyſela uxor Werneri Veltheimenſ. ex quibus natus eſt Adelgotus XI. Archiep. Magdeb.

I. Juditha, Bohemiæ Regis filia, ſepulta in Bigavienſi monaſterio A. C. 1109.	II. Cunegunde &c. Cunonis Comitis Biglingenſ. filia.

Wratislaus.	Wigbertus III. vulgo junior dictus, Comes Groicenſis, Eckertsbergenſis & Liſnicenſis, Dominus in Budiſſin, Niſin & Morungen.	Henricus I. Marchio Luſatiæ poſt patrem & Comes ſeu Burggrafius Liſnicenſis, obiit A. C. 1136.	Bertha, ex Coſmæ Pragenſis Chronico.	Eligardis, quæ nupſit Boleslavo de Ziſchelſtedt in Bohemia.

Henricus Comes Groicenſis ἄπαις.	Fridericus Comes Groicenſis.	Henricus II. Burggrafius Liſnicenſ. &c. vixit adhuc A. C. 1143

Henricus III. Burggrafius Liſnicenſis.	Otto I. Burggrafius Liſoicenſis, qui in Holſatiam profectus condidit familiam Equitum de Ranizove.

de hujus quoque marito & Brotuſus (i) & Genealogia manuſcripta variant, ut eſt videre in Diagrammatis, quæ libro ſuperiore (k) poſuimus. Ille enim uxorem eam tribuit Dedoni, Dedonis Sexti Luſatiæ Marchionis filio. Hæc Geroni, ejuſdem Dedonis Luſatiæ & Timonis Miſniæ Marchionum fratri, cui Bertam Popponis Vinaricenſis viduam aſſignat Chronicon Miſnenſe.

CAPUT XII.

De
Morte Henrici Viperti filii.

§. I.

Viperti Hiſtoriam correctam & locupletatam edidit Lipſiæ 1556. Brotuſus.

Quæ de Viperto expoſuimus hactenus, petita ſunt pleraque ex integra ejus hiſtoria, quam jam olim de Chronico antiquo Pegavienſis Cœnobii impreſſam, ſed correctam a ſe & locupletatam populari ſermone Brotuſus denno edidit Lipſiæ anno 1556. ſenatui Pegavienſi dicatam. (l) Ad quam remittimus lectores, ſi qui forte res, quas per Italiam & Germaniam fortiter & præclare geſſit, plenius cognoſcere volent. (m)

Henrici duo, Viperti filius nempe & nepos VII. & VIII. Luſatiæ Marchiones.

§. II. Porro quia numerare cœperamus, Marchiones Luſaticos usque ad Dedonem VI. ſint ſane Henrici duo, filius ejus & nepos (libenter enim Chronicon Miſniæ ſequimur,) ſeptimus & octavus Marchiones. Niſi forte Henrico juniore (poſthumo) impubere, non matrem viduam, ſed patruum pupilli Cunradum Dedonemve aut alium quempiam Luſatiam rexiſſe credamus.

Vipertus IX. ordine, belliquoſus.

§. III. Nonus itaque Vipertus erit, heros, omnium ſeculorum memoria digniſſimus, quem idem Chronicon (n) virum bellicoſum vocat, qui multa cum vicinis bella geſſerit. Luſatiæ Marchionem expreſſe nusquam appellat, ſed Marchionem Groicenſem. Quod ipſum de Luſatia omnino accipiendum eſt. Neque enim Marchionatus, ſed comitatus fuit Groicium.

Groicenſis, non Luſatiæ Marchionis titulo utitur.

Feudum Marchiæ Luſatiæ cum Groicenſe comitatu, Henrico Filio defuncto, Cunrado, Miſnenſi confertur.

§. IV. Addit (o) filio ejus Henrico ab Imperatore ob ſumma erga ipſum merita Luſatiam in Feudum datam, qui cum in comitiis a Lothario aleatore Imperatore anno 1114. Moguntiaci celebratis ſine hæredibus deceſſiſſet, feudum Marchiæ una cum Groicenſe comitatu ab Imperatore accepiſſe Cunradum Timonis Filium Miſniæ Marchionem, ob rem contra paganos bene & naviter geſtam laboresque inter eos exantlatos.

De anno mortis Henrici, ejusq; Succeſſore, vid. Chronicon Saxonum.

§. V. Saxonum tamen Chronicon Marchionem Henricum, Magdeburgenſem Burggravium anno 1136. deceſſiſſe, eique Borchardum comitem Querfordenſem in Burggraviatum ſucceſſiſſe narrat. (p) Qua de re ſic in Cunrado Fabricius: (q)

De quo Conrado Fabricius.

Liquerat Henricus dux Vitæ Lumina Grocæ,
Filius ille tuus Magne VIPERTE fuit.
Ejus CONRADUS ditionem ſuſcipit, urbe
Ad Moganum, præſens quando ibi Cæſar erat.

Henricus is ordine X. Luſat. Marchio.

Atque hic Henricus decimus eſto Luſatiæ Marchio. Sed de Viperto & filiis infra (r) quoque in Bohemorum hiſtoria aliquid erit dicendum. Nunc ad alia nos vocat temporum ſeries.

CAP.

(g) Pragenſis Chronic. lib. III. p. 61. lin. 30. & 50. Edit. Hanovienſi an. 1607. verba ſunt: Filius autem Wigberti Wenceslaus veniebat in auxilium Borivorio.

(h) Hiſtoriæ Bojemicæ lib. 10. p. 79. lin. 16. & 17. Verba hæc ſunt: Et comperto Wenceslaum Luſatium Vigberti filium, cum 1000. propemodum equitibus Borivorio venire ſubſidio ad pugnam ſuos vocat. Conf. infra hoc lib. III. Comment. cap. 24. §. 3. & 4.

(i) In Hiſtoria Viperti Groicenſis ſ. Chronico Monachi Pegavienſis.

(k) Cap. 25. §. 5.

(l) Non quidem contigit nobis eſſe tam felicibus, ut licuerit perluſtrare hanc Brotuſi Chronici Pegavenſis Editionem, ſed ipſum αὐτόγραφον Monachi Pegavienſis ſtatim in limine horum Scriptorum B. L. exhibemus, ad quod nos ipſum remittimus.

(m) De Rebus a Viperto in Germania & in Italia fortiter ac præclare geſtis agitur cap. 3. & 4. p. 9. & 10.

(n) Miſniæ, quod libenter ſequitur Noſter, nobis autem illud conferendi nulla unquam affulit occaſio.

(o) Illud ipſum Chronicon Miſnenſe MST.

(p) His verbis pag. 219. Ao. 1136. ſtarb Marggraf Heinrich der Burggraf zu Magdeburg, und ward daſelbſt wieder Burggraf des Biſchoffs Bruder, Graf Burchard zu Querfurd.

(q) In Marchionibus Miſnenſibus p. 30. Edit. Jen. 1598.

(r) Cap. 23. §. I. & II. cap. 24. §. 2. 3. 4. 5. c. 25. §. 4. 5. 8. cap. 27. §. 3. cap. 28. §. 2.

CAPUT XIII.

De *Ottone, Epiſcopo Pabebergenſi, Ecclesſ. Pomeranorum & Luſatiorum Apoſtolo.*

§. I.

Otto Pabebergenſis Epiſcopus Pomeraniam & partem Luſatiæ ad fidem Chriſtianam convertit. 1124.

ANno 1124. quo vivere deſiiſſe Vipertum ſcribunt Coſmas & Siffridus, (ſ) Otto Dei gratia Pabebergenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Henrici V. Imperatoris Cancellarius, Vir ſanctitate & animi magnitudine præſtans, divino admonitus inſtinctu, Pomeranos paganos cum quibusdam civitatibus terræ Luticiæ ſeu Luſatiæ ad fidem Chriſtianam convertit. Occaſionem rei & ſucceſſum breviter recitabo. (t)

Occaſio Converſionis. Boleslaus,

§. II. Pomerani cum cæteris ejus oræ Slavis looge ante Chriſto nomina dederant, partim Germanorum, partim finitimorum Polonorum armis adacti, ſed rurſus ad priſtinam impietatem ſemel atque iterum deſciverunt. (u) Anno demum 1120. plerisque omnibus Pomeranis a Boleslao Crivouſto Poloniæ Duce multis Victoriis claro domitis, & Naclo (w) urbe ejus regionis facile principe, quæ aliquoties defecerat, recuperata, cuncta Pomerania, ut vult Dlugoſſus, (x) in Poteſtatem Polonorum venit, religionemque Chriſtianam bis ante ſuſceptam, bisque repudiatam rertium recipere coacta eſt. Qvia autem deerat paſtor, qui novitios Chriſtianos verbum Dei doceret, Boleslaus crebris literis & nunciis ad id muneris obeundum invitavit ſupra memoratum Ottonem, (y) cujus pietatem & vitæ ſanctimoniam tum forte perſpeſerat, cum anno 1110. Pabebergam ad Henricum V. Imperatorem, qui cum anno præcedente bellum ipſi fuerat, profectus, pacem & affinitatem cum eodem junxit.

Polonus, Naclo urbe recepta tertio Chriſto nomen dara eos impulit.

Ottonemque ad mittendos eis Paſtores crebro ſollicitat.

Ottonis ſtudia, fortuna,

§. III. Sehedelius (z) Ottonem adoleſcentem in Poloniam ad uberiorem ingenii cultum capeſſendum miſſum, linguam ibi

Sar-

(ſ) Coſmas Chron. lib. III p. 69. lin. 23. & Siffridus Epitom. lib. I. p. 161. conf. ſupra cap. 10. hujus libri III. §. 2. nota ſub lit. (e)

(t) Eandem Pomeranicæ & Luſaticæ converſionis Hiſtoriam exponunt Abbas Urſpergenſis Chronic. p. 282-284. Crantzius Saxon. lib. V. c. 44. & 45. David Chytræus in Chronolog. Daniel Cramerus Chron. Pomer. L. I. fere toto, Paulus Frideborn Chron. Stetin. L. I. Joh. Micrelius Polyhiſtor ſua ætate clariſſimus L. II. Pomeran. c. 69. & ſeqq. Martin. Rangon in Antiquitatibus Pomer. p. 12. 69. 98. & 302. conf. ſupra lib. I. Comment. c. 36. §. 5. p. 144. it. lib. II. c. 22 §. 1.

(u) Vid. ſupra lib. II. Comment. c. 23. §. 3. & c. 24. §. 6. conf. Helmoldum Chron. Slavorum lib. I. c. 16. p. 37. ſeqq. Cromeri lib. V. de Rebus Polon. p. 746. Imprimis huc pertinent Alberti Crantzii verba, quæ ex Metropoli Lib. VI. c. 27. p. 396. adducemus: Suſceperunt Obetriti fidem chriſtianam ſub Carolo M. cui erant fœderati, ſed ſtatim abjecerunt, illo jam rebus humanis exemto: coëgit Otto M. fidem ſemel projectam recipere, cum illos ſubjiceret Epiſcopo Aldenburgenſi: ſervarunt aliquandiu, ſed tributis gravati abjecerunt; in morte Ottonis III. ſupervenit contemptus Principis Obetritarum Miſtivvoji & vindicta de nece paterna Godeſcalci juvenis, & redierunt ad ſordes priſtinas, ſed idem Godeſcalcus jam caneſcens errorem ſuum correxit & impenſa ſingulari opera omnem pene terram Chriſto reduxit, in qua ſanctiſſima opera periit, Chriſto animam ſuam offerens. Et ſecuta eſt tertia omnium graviſſima Vandalorum (Venedorum) ad paganiſmum reverſio, durans per annos 84. h. e. ab A. C. 1066. ad an. 1149. Sed ex hoc die tota gens nunquam eſt relapſa.

(vv) Videndus eſt & Matthæus Michovius, Medicus & Canonicus Cracovienſis, vixit anno 1521. Reliquit Chronicon Rerum Polonicarum, quod ut hic conferatur, ſvadet Manlius in margine.

(x) Hiſtoriæ Polonicæ lib. 4. p. 415. Edit. Lipſ. an. 1711.

(y) Meſſores pauci, & plurima meſſis arat. Unicum hunc Meſſorem ad hoc ſanctum opus evocatum memorant Origines Pomeranicæ in Rangonis Antiquitat. Pomer. p. 69. in quibus ſimul citatur Helmoldus in Chronico Slavorum lib. I. c. 40. & lib. II. c. 4. Albertus Stadenſis ad an. 1118. cujus verba ſunt: In illis diebus claruit vir inſignis ſanctitate Otto Epiſcopus, qui invitante pariter & adjuvante Bolislao Polonorum Duce adiit peregrinationem ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, prædicavitque Barbaris verbum fidei, omnemque gentem illam cum Principe eorum Wercislao convertit ad Dominum p. 155. Conſentit his Alb. Crantzius lib. III. c. 28, & lib. VII. c. 17. De Affinitate vero, quæ Boleslao cum Henrico V. interceſſit, dum hujus ſororem Juditham ille duxit in matrimonium, vid. Acta Erud. Lipſ. an. 1682. p. 299.

(z) Hartmannus Schedelius Norimbergenſis, anno 1490. claruit. Collegit hiſtoriam Pontificum

Sarmaticam didiciſſe, & commendatione ducis Poloniæ, poſtea in aulam Henrici Imperatoris perveniſſe ſcribit. Otto igitur hoc anno 1124. quo Henricus ob molitiones (a) Lotharii Saxonis, quarum ſupra (b) ex Coſma ſecimus mentionem & faciemus poſtea (c) ampliorem, Pabebergam ad Non. Maji comitia indixerat, finitis deliberationibus reliquis, in frequenti omnium imperii ordinum conſeſſu proponit, quid a ſe contenderit Polonus, quantusque & quam propenſus ſibi ſit animus ſanctæ illius expeditionis pro Chriſti honore ſuſcipiendæ. Rogare itaque, ut bona Imperatoris venia ab Eccleſia ſua tantiſper abeſſe ſibi liceat. Nam ſummi Pontificis Calixti II. autoritate & benedictione dudum ſe accepiſſe prædicandi Barbaris poteſtatem. Aſſentientibus cunctis, nec tantum propoſitum pium collaudantibus, verum etiam fauſta omnia ei precantibus, magno civium ſuorum mœrore & deſiderio nec minori vitæ periculo in Pomeraniam profectus, Boleslao, ut inquit Helmoldus (d) adjuvante, omnem illam gentem incredulam ad fidem Catholicam reduxit, ducibus etiam Bertislao & Caſimiro (Helmoldus (e) ſolum Wenceslaum ſeu Wertislaum nominat, Cromerus (ſ) Varcislaum) Chriſtianis ſacris initiatis. Unde Apoſtolus Pomeranorum cognominatus eſt. Atque ex eo tempore veram religionem Pomerania retinet.

Iter.

Bertislaum & Caſimirum, Pomeraniæ duces convertit. Apoſtolus Pomeranorum cognominatur.

§. IV. Münſterus (g) Wartislaum (ab Ottone baptiſatum) Vandaliam Orientalem ultra Panum rexiſſe, & præter Bolislaum Polonum etiam a Daniæ rege ad ſuſcipiendam fidem Chriſtianorum adactum ſcribit. Idem (h) duarum Ottonis in Pomeraniam peregrinationum mentionem facit, quarum prima anno 1115. tres fratres Ratiborum, Bugislaum & Svantopolum Pomeraniæ duces baptiſarit, item Vratislaum, qui in Saxonia baptiſatus, poſt obitum patris ad paganiſmum deſciverat, ad fidem reduxerit. Secunda quæ in annum 1128. incurrit, Pomeranos nutantes in fide confirmarit. Eum ſequitur Pantaleon. (i) Tametſi idem poſtea Vratislaum Svantopolci filium ab Ottone anno 1115. cum tribus illis fratribus ſimul baptiſatum ſcribit.

Wartislaus, Vandalus, baptizatur.

Duæ Ottonis in Pomeraniam peregrin. item Ratborum, Bugislaum & Svantopolum, tres fratres, Pomeraniæ Duces, baptizat.

§. V. In eadem autem hac peregrinatione, etiam civitates quasdam terræ Lutitiæ ſimul aggreſſus eſt, ut incolas ab errore ſuo revocaret, & ad viam Veritatis atque agnitionem Filii DEi perduceret. Luticiam etiam eſſe Luſatiam primo libro (k) oſtenſum eſt. Porro Urbes Pomeraniæ & Luticiæ, in quibus fidei ſemina ſparſit Otto, apud Urſpergenſem (l) & Crantium (m) hæ

Luſatiæ civitates quasdam convertit.

tificum, Cæſarum & Regum. Hoc opus vulgo Norimberg. Chronic. vocatur, quia Norimbergæ anno 1493. prodiit.

(a) Conf. Abbatis Urſpergenſ. Chronic. p. 282. cujus verba his demolitionibus producemus: Circa mediam quadrageſimam colloqoium Wormatiæ habebat, maxime propter Lotharii ducis inſoleotiam, quæ nova quædam nioliri notabatur contra Rempub. ob ſororis ſuæ præſcriptæ illatam ab Imperatore injuriam.

(b) Cap. I. libri III. §. I. & II.

(c) Cap. I. & II. libri IV. Commentar. Cauſam innuere videtur Abbas Urſpergenſis verbis ſub lit. (a) memoratis.

(d) Cap. 41. p. 91. Edit. Francof. an. 1556.

(e) Eodem loco modo citato.

(ſ) De Rebus Polonorum lib. VI. p. 1106. conf. Peuceri Chronic. lib. 4. p. 434.

(g) Præter alia enim hæc habet lib. III. Coſmographiæ c. 479. p. 1125. Hertzog Heinrich beſaß die Landſchafft jenſeit dem Waſſer Pano (Peen-Fluß) und Wertislaus regierte im Orientiſchen Wandalia, ſo über dem Waſſer Pano liegt, und kam zu ihm Biſchoff Otto vom Bamberg, überredete ihn, daß er, ſamt ſeinem Volcke annahm den Chriſtlichen Glauben, und dazu drungen ihn auch der König von Dännemarck und Bolislaus der Hertzog von Pohland. Conf. Alb. Crantzii Metropolis lib. VI. cap. 5. p. 366. Edit. Colon. in 8vo an. 1574. & loca ſupra ſub lit. (y) citata ex ejusd. Vandalia. Imprimis hic non ſilendus eſt labor præclarorum duorum virorum, qui ſummo ſtudio non ita diu perſcrutati ſunt Hiſtoriam Converſæ Pomeraniæ paucis multa complectentes. Sunt illi clariſſimi Viri, qui certe in his Antiquitatibus ſtudia ſua non inglorie poſuerunt, Dn. Fridericus Thomas in Analectis Güſtrovienſibus & Dn. Georg. Friedrich Stieber in der Mecklenburgiſchen Kirchen-Hiſtorie. Rem itaque hanc penitus qui noſſe volet, adeat Analecta Güſtrovienſia p. 18. 19. 25. 28. Die Mecklenburgiſche Kirchen-Hiſtorie von Stifftung der Chriſtlichen Kirchen unter den Wenden Part. V. p. 195. ſeqq.

(h) Lib. III. c. 488. p. 1136.

(i) Henricus Pantaleon, Helvetius in Chronographia. Vid. J. P. Lotichius Part. 4. B. P. p. 109.

(k) Cap. 36. §. 1. & ſeqq. item cap. 37. §. 1. & ſeqq.

(l) Pag. 284. Chronici ſui, Edit. Argentoratenſis an. 1538.

Nomina Civitatum converſarum.

(m) hæ recenſentur: Piritium, Stetinum, Vulinum vel Wolinum, Cromero lib. V. de Reb. Polon. p. 75. lin. ultima Velenum, Caminum, Colberga, Belgradum, Lubinum & Greſch. Ex his Lubinum Luſatiæ interioris oppidum præfecti ſede adhuc ſatis eſt celebre. Utriſque tam Pomeranis quam Luſatiis converſis & baptiſatis Eccleſias conſtruxit atque conſecravit.

Eccleſias exſtruit & conſecrat.

Reverſus domum Hiſtoriam peregrinat. conſcribit.

§. VI. Rediit autem Pabebergam inſequenti anno profeſto paſchatis, hiſtoriamque profectionis ſuæ, octo civitatum nomina & capita religioſi cultus, quem gentibus illis obſervandum præſcripſerat, literis mandari curavit. Ea apud Urſpergenſem (n) leget, qui volet. Atque hæc initia fuere religionis Chriſtianæ apud Luſatios

Hæc initia Chriſtianiſmi apud Luſatos.

(m) In Saxoniæ lib. V. c. 45. lin. 50. & ſeqq.

(n) Pag. 284. Cum vero nec capita hæc doctrinæ Chriſtianæ, nec methodum convertendi hos Barbaros ſuis commentariis prodiderit Manlius: non ingratum fore confidimus B. L. ſi adjungamus nos, quæ annotata legimus: S. Otto ſecundum ſanctorum Patrum inſtituta, Pomeranos & Luſatios noſtros ſervare docuit, ut I) ſexta feria abſtineant a carne & lacte, more cæterorum Chriſtianorum. II) Dominica die vacent ab omni opere malo & ad Eccleſiarum divinum officium audituri veniant, ibique orationibus ſtudioſe inſiſtant, ſolennitates ſanctorum cum vigiliis, vel ſecundum quod eis indicatum fuerit cum omni diligentia obſervent. III) Sacroſanctam quadrageſimam jejuniis, vigiliis, Eleemoſynis & orationibus, diligentiſſime obſervare ſtudeant, IV) Infantes ſuos in ſabbato ſancto Paſchæ & Pentecoſtes, cum candelis & cappa, quæ dicitur veſtis candida, & patrinis comitantibus ad baptiſmum deferant, eosque veſte innocentiæ indutos, per ſingulos dies usque in octavum diem ejusdem Sabbati, ad Eccleſiam deferant, & celebrationi divini officii intereſſe fatagant. V) Hoc etiam injunxit, ne filios ſuos necarent, quod ne fas maxime inter eos vigebat. VI) Ne etiam filios ſuos & filias ad baptiſmum teneant, ſed ſibi patrinos quærant, patrinis etiam fidem & amicitiam, ut carnalibus parentibus ſervent. VII) Indixit etiam, ne quis commatrem ſuam ducat in uxorem, neque propriam cognatam ſuam usque in ſextam & ſeptimam generationem, & unusquisque contentus ſit una uxore. VIII) Ne ſepeliant mortuus Chriſtianos inter Paganos, in ſilvis, aut in campis, ſed in cœmiteriis, ſicut mos eſt omnium Chriſtianorum. IX) Ne fuſtes ad ſepulchra eorum ponant, omnem ritum & pravitatem paganam abjiciant. X) Domos idolorum non conſtruant, phitoniſſas non adeant, ſortilegi non ſint. XI) Ne quid immundum comedant, non morticinum, non ſuffocatum, neque idolothytum, neque ſanguinem animalium, ne communicent Paganis, ne cibum aut potum cum eis, aut in vaſculis eorum ſumant, ne in his omnibus conſuetudinem paganam repetant. XII) Injunxit etiam eis, ut dum ſani ſunt, veniant ad ſacerdotes Eccleſiæ ut confiteantur peccata ſua, in infirmitate autem vocent presbyteros ad ſe, ut confiteantur peccata ſua & corpus Domini accipiant. XIII) Injunxit etiam. ut de perjuriis, de adulteriis, de homicidiis & de ceteris criminalibus ſecundum Canonum inſtituta pœnitentiam agant, & in omni Chriſtiana religione & obſervatione obedientes ſint. XIV) Mulieres poſt partum ad Eccleſiam veniant, & benedictionem a ſacerdote, ſicut mos eſt, accipiant. Methodum ſeu rationem docendi ac convertendi ethnicos a S. Ottone obſervatam ex Crantzovii Chronic. Pomer. MSt. lib. I. ſic deſcribit G. F. Stieber in der Mecklenb. Kirchen-Hiſtorie p. 199. ſeqq. Es hielte S. Otto dieſe Manier mit ihnen (denen Pommeriſchen Wenden) welche er auch in allen Städten gehalten hat, (die ich hier einmal will anzeigen, damit ichs nicht in allen Oertern dürffe repetiren,) und ſtellts ſo mit ihnen an. Er und ſeine Mit-Prieſter unterrichteten das Volck bey ſieben Tagen im Catechiſmo, und lieſſen ſie die Worte im kleinen Catechiſmo auswendig lernen, darnach legte er ihnen auf, drey Tage zu faſten. Wenn ſie ſo gefaſtet, muſten ſie darnach beten, und reine Kleider anthun, und ihren Catechiſmum auffagen. Die dann den Catechiſmum konten, die hieß er auf eine beſtimmte Zeit wieder zur Tauffe kommen. Mittler Zeit befohl er ihnen fleißig zu beten, daß ihnen unſer HErr GOtt ihre Sünden und Abgötterey wolte vergeben. Darnach ließ er drey Tauffen zurichten, eine jede beſonders, eine vor die Männer, die andere vor die Frauen und Jungfrauen, die dritte vor die Knaben. Dieſelbe Tauffe umhiengen ſie mit Teppichten, damit man nichts ungebührliches ſehen könte. Zu dem hieng noch ein ſonderliches Zindel vor den Prieſtern, wenn er vielleicht das Teppich muſte beyſeite ſchieben, daß er den vorm Angeſicht behielte. Alſo tauffte S. Otto ſelbſt die jungen Geſellen und Knaben, und die andern Prieſter tauffen die Männer und Weiber, und die ſich tauffen lieſſen, zogen ſich hinter den Teppichen aus, und ſprungen in die Tauffe, ehe ſie iemand ſahe. Und wenn der Prieſter hörte, daß ſie im Waſſer waren, zog er das Teppich beyſeite und tunckte dann einen iglichen dreymahl unter, und tauffete ſie alſo im Nahmen des Vaters, und des Sohnes, und des Heiligen

Gei-

ſatios noſtros, (o) quantum quidem ex Hiſtoriarum annotatis ſcitur, etſi veriſimile eſt, ut alibi (p) monuimus, jam ante ab Aucupe & Ottone I. aliqua ejus jacta fundamenta. *Lotharius II. Ethnicorum Idola exſtirpat.* Paucis poſt annis Lotharius II. Henrici V. ſucceſſor abolitis eorum Idolis, omnes Ethnicæ ſuperſtitionis reliquias exſtirpavit, ut ſequenti libro (r) dicetur.

Ottonis familia. §. VII. Cæterum oriundus fuit hic Otto (s) ex antiqua & præpotenti familia comitum Andechſianorum in Bavaria, qui poſtea ducum Meraniæ & Marchionum Iſtriæ, quæ limes fuit orientalis & occidentalis Imperiorum, dignitatem acquiſiverunt, *Ejusque incrementa & ditiones.* & præter illam partem Bavariæ, Voitlandiam, Carinthiam, Atheſinum & Tirolenſem comitatus, Croatiam & Dalmatiam tenuerunt.

Conditor ſtirpis Arenulphus, Imp. qui φθειριάσει extinctus. §. VIII. A conditore ſtirpis, Arenulpho Imperatore eo, qui anno 900. cum creberrimo allii uſu corpus diſtemperaſſet, (ut refert Trithemius (t) & Crantzius, (u) tametſi aliter Peucerus (w)) φθειριάσει (x) Syllæ Dictatoris morbo periit, numeratur decimus, ut frater fuerit Bertholdi II. primi filius. Aventinus (y) tamen & alii fratrem eum faciunt Bertholdi III, ſecundi filium.

Stirps in Ottone deficit. §. IX. Fuit autem Bertholdus II. quintus ante Ottonem ultimum, in quo ſtirps defecit, cum anno milleſimo ducenteſimo in arce Plaſſenburgenſe, vel ut alibi Peucerus (z) Nidena, ab Hagero quodam viro nobili, cujus Uxorem ſtupraſſe dicebatur, eſſet interfectus.

§. X.

Geiſtes. Es durffte aber nur ein ieglicher einen Paten haben, und muſte ein ieglicher ein brennend Licht in der Hand tragen, biß daß er wieder aus der Tauffe kam, ſo ließ er ihn wieder anziehen, und gab ihm das Licht wieder, biß ſo lange die andern auch getaufft waren. Und alſo confirmirte S. Otto diejenigen, ſo ihren Catechiſmum wohl wuſten; die ihn aber noch nicht wuſten, befohl er, daß ſie ihn noch lernen muſten. Solch eine Weiſe hat S. Otto in Sommer, und wenns nicht kalt war, gehalten; Im Winter aber, und wenns kalt war, hat er Bütiche, in warmen Stuben zugerichtet, und mit Weyrauch und Rauch-Kertzlein einen guten Geruch darinnen machen laſſen, und alſo getaufft. Welche feine Ordnung die Pommern ſehr bewogen hat, daß diejenigen den Glauben haben deſto eher angenommen, die es ſonſt nicht gethan hätten. Und iſt auch S. Otto ſo züchtig im Gehen und Stehen, Sitzen, Geberden, Eſſen und Trincken, Kleidungen, Worten und Wercken geweſt, daß man nichts leichtfertiges an ihm geſehen. Darum hat er auch die Chriſtliche Lehre befördert, und bey allen lieb und wehrt gemacht: und die Tauffe zu Pyritz wehret ohngefehr 20. Tage. Plura referuntur loco citato.

(o) Vid. Groſſerum Part. II. p. 9. nota ſub lit. (t) ubi in eam etiam inquirit quæſtionem, utrum Epiſcopus Bambergenſis Pomeranorum Apoſtolus in duabus ſuis peregrinationibus ſimul noſtram ingreſſus ſit Luſatiam.

(p) Libro II. Comment. c. 15. §. I. & II. conf. Groſſerum Part. II. p. 6. 7.

(r) Lib. 4. Comment. c. 3. fere toto.

(s) Vid. Peucerum Chronicor. lib. 4. p. 344. & L. 5. p. 528. ubi ſic ſcribit: Antiqua & præpotens gens, ſanguine quidem Francica, patria vero Bavarica, ut quæ a morte Arnolphi primas in Bavaria ſedes habuit. Ultimum ex ea gente, Ottonem nomine, tradunt interfectum eſſe in arce Plaſſenburgenſi, propter violatam pudicitiam conjugis cujusdam viri nobilis, cujus nomen fuit Hagerus, anno Chriſti milleſimo, duceoteſimo, duodequinquageſimo.

(t) Joh. Trithemius Spanheimenſis, vir ſuo ævo doctiſſimus pag. 50. & 51. Chronic. Hirſaugienſis Tom. I. Edit. an. 1690. fol.

(u) In Saxoniæ lib. III. cap. 3. p. 66. lin. 18. ſeqq. ubi hæc recitat: Ad extremum, quum creberrimo allii uſu imperator corpus diſtemperaſſet, tanta vermium ſcaturavit multitudine, ut nulla ope medica redimi poſſet: ſic conſumptus.

(vv) Chronicor. lib. 4. p. 343.

(x) φθειρίασις morbus eſt pedicularis. Periit eo morbo Sylla Romanus, Pherecydes Philoſophus, poſt alios v. g. noſtrum Arnulphum & Philippus II. Hiſpaniarum Rex Caroli V. Pater. Vid. in Fabri Theſauro vocab. φθειρίασις, & in Chronic. Trithemii Hirſaugienſi p. 51. de noſtro Arnulpho hæc leguntur: Imperator Arnolphus in Bavariam deportatur infirmus: non enim ſubito fuit extinctus, ſed longa infirmitate decoctus. Et ſive operatione poculi veneneſi contigerit, ſive proprietate medicaminis adhibiti, neſcio, tantis cœpit ſcaturire pediculis, quod totius ſuperficiem corporis operientes miſerabili plaga usque ad mortem illum corroſerint.

(y) Annal. Bojor. lib. 4. c. 19. §. 19. p. 424.

(z) Lib. 5. Chronic. p. 528. conſ. Aventini Annalium Bojorum lib. 4. cap. 19. §. 36. pag. 428.

Mortuus & ſepultus 1139.

§. X. Natus traditur S. Otto (a) anno 1069. creatus præſul Pabehergenſis anno 1102. ætatis ſuæ 33. mortuus & ſepultus in monte monachorum Pabebergæ prid. Cal. Octobr. anno Chriſti 1139. quem Siſfridus (b) quoque, Schedelius (c) & Münſterus (d) ponunt, ætatis LXX. in divorum numerum relatus Clementis P. M. conſenſu, eodem die anni 1180. atque exſtat etiamnum Sedini templum huic ipſi Ottoni dedicatum.

Inque divorum numerum refertur, cui Sedini templum dedicatur.

CAPUT XIV.

De Vratislao Luſatiam adepto.

§. I.

De Bohemis Luſatiæ ſuperioris Dominis.

IN calce libri ſecundi (e) pollicebamur, Bohemis Luſatiæ ſuperioris Dominis hunc tertium librum nos dicaturos. Præmiſſa itaq;, ut conſtitueramus, Viperti (f) & Henrici (g) Marchionum Hiſtoria, id promiſſum nunc exſolvemus, a Vratislao initio ſuoipto. Quod dum facimus, nemo a nobis exactam eorum omnium, quæ vel Vratislaus vel ſucceſſores ejus in Bohemia aut usquam alias geſſerunt, rationem exſpectabit. (h) Inſtituti enim noſtri eſt, eas tantum res Bohemicas, quæ cum Luſaticis conjuncta erunt, perſequi. Reliquas non fere attingemus, niſi quantum ad ſucceſſionis ſeriem oſtendendam pertinere videbuntur. Sed ad Vratislai Hiſtoriam antequam accingamur, in memoriam revocabimus Lectori, quomodo Luſatiam ſuperiorem is adeptus ſit, idque occaſionibus rei altius paulo repetitis.

Luſatiæ ſuperioris Dominus.

Tres Pontifices. Ab Henrico III. Imper. dejecti, quibus Clementem ſuffecit, legemque renovavit de Papa ſine Imperatoris autoritate non eligendo.

§ II. Henrici III. nigri dominatu, cum Romæ tres de pontificio contenderent, nimirum Benedictus IX. Sylveſter III. & Gregorius VI. Imperator dejectis univerſis Svitgerum Pabehergenſem præſulem ſuffecit, anno 1047. Clementemque vocavit, qui eodem anno mortuus eſt & Pabebergæ ſepultus. Et ne quid tale uſu veniret in poſterum, legem non tam tulit quam renovavit, ne Pontifex Romaous ſine Imperatoris antoritate eligeretur. (i)

Quam legem Gregorius VII. abrogare conatur.

§. III. Hanc ut aboleret Hildebrandus Papa, qui ſe Gregorium ſeptimum nominavit, contraria conſtitutione ſanxit, non petendam ab Imperatore Pontificis confirmationem. Nec hoc tantum, ſed jus etiam, quod Imperatorium vel regium vocarunt, conferendarum ſcilicet epiſcoparum & ſacerdo-

(a) Vitam ajus deſcripſerunt partim duo Anonymi Scriptores, quorum meotiooem iojicit Conrad Samoel Schurzfleiſch in originibus Pomeranicis p. 70. prout cootinentur in Martini Rangonis Aotiquitatibus Pomeranicis, partim Valerius Jaſchius ibidem laudatus. Hic Otto fuit Svevus. Vid. Peucerus in Chronic. lib. 4. p. 344. & lib. 5. p. 528. item Acta Erudit. Lipſ. an. 1682. p. 279.

(b) Epitom. lib. I. p. 161.

(c) In Hiſtoria Cæſarum & Regum. Vid. ſupra notam ſub lit. (z)

(d) Coſmographiæ c. 488. p. 1136. his verbis: Es iſt anno 1069. gebohren von Bertholdo dem Grafen von Andex, Otto, der ward im 33. Jahr ſeines Alters Biſchoff zu Bamberg. Darnach im 13. Jahr ſeines Biſthums hat ihn geberhen Bolislaos der Hertzog von Poland, daß er käme in Pommern zu lehren daſſelbige Volck in Chriſtlicher Religion. Das thät der fromme Biſchoff, er kam in das Land und bekehrte die 3. Brüder und Fürſten, Ratiborum, Bogislaum, Svantepolcum, und tauffte ſie. Desgleichen den Fürſten Vratislaom, der in Sachſen war getaufft, und aber nach Abſterben ſeines Vaters wieder in Unglauben gefallen, den bracht er wieder auf den rechten Weg, und beſtigete ihn. Er richt Pfarr-Kirchen auf und ſetzt ihnen für zu einem Biſchoff Adelbertum. Darnach über 13. Jahr, im Jahr Chriſti 1128. zog er wieder in Pommern, bracht wieder zu der Religion, die darvon gefallen waren, und als er heim gen Bamberg kam, ſtarb er im 70. Jahr ſeines Alters, und ward begraben zu Bamberg 1139.

(e) Cap. 33. §.

(f) A cap I-X. hujus libri III. Comment.

(g) Cap. II, 12.

(h) Explicant vero ea atque multis verbis referunt Scriptores Bohemici v. g. Hagecius Chroo. Boh. P. I. a p. 163. fin. & Part. II. tota. Edit. anoi 1596. Dubravius a lib. 8.-33. Coſmas Pragenſis lib. II. & III. Æneas Sylvius Hiſtoria Bohemica cap. 21. & ſeqq. Balbinus Epitome Rerum Boh. lib. III. c. 8. ſeqq. lib. IV. & V. Quibus vero modis Res Bohemicas attigit Manlius, iisdem etiam excerpſerunt ſuisqoe Scriptis commendarunt cœteri Scriptores Luſatici v. g. Leoberg in Deſcriptione Ortenburg c. IV. ſeqq. Sagittarius in Hiſt. Luſatica §. 43. ſeqq. Mirus in Oratione de Rebus Luſator. Groſſerus Part. I. a p. 29.-259. Carpzovius in Analectis F. Z. G. II. c. 1. p. 171.-247.

(i) Vid. Aventini Annal. Bojorum lib. V. c. 7. §. 38. p. 505. & §. 41. p. 506. conf. Peucerum Chron. lib. 4. p. 415. & 420.

cerdotiorum per Germaniam, ſibi vendicare anoiſus eſt. (k)

Renitentem Imperatorem devovet, a quo multi principes, imprimis Saxones deficere, hinc bella civilia exorta, Rudolphi Ant Cæſaris ope.

§. IV. Cum etiam Henricus IV. & patris legem & anteceſſorum ſuorum jura tueri vellet, diris devovit Imperatorem Hildebrandus & perfecit, ut multi principes ab eo deficcrent, imprimis vero Saxooes. Inde atrox bellum civile exortum eſt, inter Henricum & Rudolphum Svevum comitem Reinfeldenſem ejus ſororium (jam ſenem Aventinus) (l) quem præſules ac principes nonnulli adverſus Henricum incitaverant & pontifice autore Imperatorem legerant.

Qui prælio victus ex vulnere moritur 1080.

§. V. Tandem anno 1080. Idibus IIXbr. Henricus Rudolphum vicit ad Eliſtrum ultimo prælio, in quo Rudolphus accepto ſecundum inguina lethali vulnere, dextra etiam amiſſa Marſiburgum perlatus animam ibi efflavit, quarto ab Electione ſua anno (Aventinus (m)) ſepulchrum ejus regale concameratum in crypta Baſilicæ D. Laurentii viſitur, & ſupra Cryptam in medio choro hoc Epitaphium oræ veluti tumuli orichalcei inciſum: (n)

Marſeburgi ſepultus,

Ejus Epitaphium.

Rex hoc Rudolphus patria pro lege peremptus
Plorandus merito, conditur in tumulo.
Qua vicere ſui, jacet hic pia victima belli,
Mors ſibi vita fuit, eccleſiæ cecidit.
Rex illi ſimilis, ſi regnet tempore pacis
Conſilio, gladio non fuit a Carolo.

Socii hujus belli ab Imperatore donis regionibus datis remunerantur.

§. VI. Hoc bello ab Imperatoriis partibus ſteterunt Bohemi & Welphus, cui Bavariam dedit Imperator Ottoni Saxoni comiti Northeimio & terram ad Viſutgim duci ablatam. Miſnenſes vero Marchiones Saxoouum fuiſſe συμμάχυς inquit Peucerus: (o) atque ideo Imperatorem booam Luſatiæ partem ſuperiorem nimitum, ut idem alibi (p) diſerte ſcribit, iis ademptam Bohemis conceſſiſſe, & ducem eorum Vratislaum ob præſtitam contra Saxones fidam operam regem appellaſſe.

Bavariam Welpho, Luſatiam Superiorem Vratislao tradente cum Regis titulo.

Peucerus hoc diſerte non aſtruit,

Cujus rationes.

§. VII. Etſi autem non exprimit Peucerus (q) nomen Marchionis Miſnenſis, cui Luſatiam eripuerint Bohemi; tamen non dubium eſt mihi, Henricum eum fuiſſe, quem cum ad Saxones tranſiiſſet, ab iisdem Bohemis juſſu Imperatoris Miſnia exactum alio loco (r) refert. Mox enim expreſſe addit, cum Miſoia Luſatiam quoque vicinam Bohemos tunc de illo occupaſſe. Henricum autem iſtum Miſniæ Luſatiæque Marchionem, Dedonis Luſatici nepotem fuiſſe arbitrari me, præcedenti libro (ſ) indicavi.

Olomucenſis Sententia rejicitur.

§. VIII. Olomucenſis lib. 8. (t) Vratislaum bonam Luſatiæ partem ait adeptum, mercedis loco ab Henrico IV. quod factionem ejus in bello contra Henticum filium plurimum foviſſet. Verum huic opinioni temporum ratio repugnat. Nam Henricus V. Paſchalis II. papæ impulſu cum Saxonibus bellum patri primum intulit anno 1105. cum multo ante obiiſſet Vratislaus, ut poſtea (u) patebit.

CAPUT XV.

De
Genere & ſtirpe Vratislai.

§. I.

Vratislaus filius Bretislai, qui Henricum III Imperatorem profligavit,

Fuit autem Vratislaus filius Bretislai, ſeu ut Cromerus (w) Prædislai, ut Æneas Biſetislai, (x) ut Coſmas (y) Bracizlai primi, ejus qui cum anno 1041. Henricum III. nigrum Imperatorem Bohemiam ingreſſum Hungaricis auxiliis adjutus inſigni ſtrage profligaſſet, mox inſequenti anno ab eodem tota fere ditione exutus, Ratiſponam venire ſupplex & in verba Imperatoris jurare tributaque priſtina ſolvere coactus eſt.

Poſtea ſupplex Henrico jurare tributaque ſolvere coactus,

Huic ex quinque filiis Spitigneus ſuccedit.

§. II. Is enim Bretislaus ex Juditha ſeu Jutta

(k) Conf. Eundem Avent. lib. V. c. 13. §. 3. 5. 6. 7. 9. 29. 31. 33. 34. 36. 39. Conf. Peucerum Chronic. lib. IV. p. 425.

(l) Eorund. Annal. Bojorum lib. V. c. 14. §. 2. 548. Edit. Lipſ. an. 1710.

(m) Libri citati c. 14. §. 28. p. 554. Conf. Chronic. Saxon. f. 216. Boregk Böhm. Chr. f. 96. Helmold. lib. I. c. 29. pag. 164.

(n) Vide Brotuſi Chronicon Merſeburg. lib. I. c. 11. lib. II. c. 14. & 16. conf. Peucerum lib. 4. p. 426.

(o) Chronic. lib. 4. p. 427.

(p) Eod. lib. 4. p. 428. 429. conf. Beckler Hiſtor. Hovvor. P. I. lib. I. c. 7. f. 33.

(q) Loc. citato p. 429.

(r) Pag. præcedente nempe 428. conf. Bangertum ad Helmoldum p. 102.

(ſ) Lib. II. cap. 31. §. 2.

(t) Pag. 62. lin. 45. Edit. Freherianæ an. 1602.

(u) Cap. 19. hujus libri Commen. tertii.

(vv) Rer. Polonic. lib. V. p. 56. 6.

(x) Hiſtoriæ Bohem. c. 19. p. 132.

(y) Chronic. Bohem. lib. III. p. 49. lin. 28.

Jutta uxore, quam Æneas (z) & hunc ſecutus Olomucenſis (a), itemque Saxonum Chronicon (b) Ottonis II. Rufi Imperatoris tertiam filiam faciunt & e Ratiſponenſi Cœnobio raptam ſcribunt, (Coſmas (c) patrem ei tribuit alium, quendam Ottonem comitem præpotentem cognomento album, ſed qui generis ſui originem ad Cæſares Germanos referret) quinque filios ſuſceperat, Spitigneum, Vratislaum, Ottonem, Cunradum & Hiaromirium; ex quibus natu maximum Spitigneum moriens (d) ſucceſſorem ſibi fecit. Atque hic Spitigneus ejus nominis ſecundus Bohemiæ dux is eſt, qui anno 1060. templum D. D. D. Viti, Venceslai & Adalberti Pragæ fundavit.

Pragæ trium templorum fundator.

§. III. Spitigneo anno 1061. mortuo ſucceſſit proximus natu Vratislaus hoc nomine ſecundus, Vigeſimus in ordine Bohemorum dux. Hujus prima Vxor quæ fuerit, non exprimit Coſmas, (e) ut nec Æneas (f) & Olomucenſis, (g) niſi quod omnes concuſſo ex itinere utero, una cum fœtu periiſſe eam tradunt. Secundam Adelheidam fuiſſe Andreæ Hungari filiam, ſupra ex Coſma dictum (h) eſt, cui accedit Æneas. Potuit eſſe ſoror filii, filia patris Andreæ. Ea Juditham & Ludimilam filias peperit, (i) itemque Bretislaum II. juniorem & Vratislaum non diu ſuperſtitem. Qua anno 1062. 6. Calend. Febr. mortua tertiam duxit Sventochnam Caſimiri monachi, Poloniæ regis filiam, Boleslai II. audacis & Vladislai Hermanni ſororem, Svatanam, h. e. Beatricem a Bohemis vocatam, ex qua Boleslaum, Borivojum, Vladislaum, & Sobeslaum filios ſuſcepit.

Mortuo ſuccedit Vratislaus II. Bohemorum Dux XX.

Cujus uxores.

& liberi.

CAPUT XVI.

De Axiomate regio in Vratislaum primum illato.

§. I.

ANno 1086. Vratislaus ad ſolicitationem Viperti Groicenſis, ut in vita ejus (k) meminimus, ab Henrico IV. (Olomucenſis. lib. 9. (l) male hoc filio ejus Henrico V. tribuit) meritorum, quæ diximus, (m) ergo apud Moguntiam in celebri Principum concilio, primus rex Bohemiæ declaratus, & poſtea XV. die Julii. h. e. ipſo feſto D. Viti Pragæ in templo S. S. S. Viti, Wenceslai & Adalberti martyrum per Gilbertum Trevirorum antiſtitem inunctus & coronatus eſt, translato, ut inqvit Æneas, (n) in Bohemiam Moravorum regno, jam antea exſtincto in Svatopluco ſecundi filio, qui poſtremus in Moravia regnavit. Atque hoc tempore cum Moravia, Sileſia & Polonia, Luſatiam etiam Bohemorum Imperio adjectam eſſe ſcribit idem Æneas, (o) eumque ſecuti Bon-

Primus Bohemiæ rex declaratus.

Coronatur.

Moraviæ regno in Bohem. translato.

Svatoplucus ultimus Moraviæ princeps.

(z) Hiſt. B ·h. c. 18. p. 131. lin. 28.
(a) Hiſt. Boh. lib. VIII. p. 49. lin. 32
(b) Pag 134. conf. Beckleri Hiſt. Hovor. P. I. lib. I. c. 6. §. 3. f. 27. ſeqq. Ant. Bonfinii Rer. Ungar. Decad. II. lib. II. p. 133. Edit. Colon. an. 1680. f.
(c) Chron. lib. I. p. 21. lin. 48. his verbis: Iisdem temporibus Theutonicis in partibus fuit quidam Comes valde potens, cognomine Albertus Otto, ſangvine de regio prodiens ſtemmate patrio. Unica huic erat gnata nomine Juditha, quam pater tradiderat in cœnobium, quod dicitur Zumbrod loci ſitu & mœnibus munitiſſimum. Sed turres quamvis altiſſimæ, aut quæ mœnia firmiſſima amori reſiſtere & amantem poſſunt excludere &c.
(d) Vid. Beckler L. c. p. 30. ſeqq.
(e) Lib. II. p 31.
(f) Hiſt. Boh. c. 21. p. 133.
(g) Hiſt. Boh. lib. 8. p. 57. ſeqq.
(h) Supra cap. V. §. 2. bujus libri III Comment. ex Coſmæ Pragenſis Chronic. lib. II. c. 32.
(i) Cap. 21. pag 133. Cum in ſequentibus Autor memorat Vratislaum non diu ſuperſtitem, forte ad Conradum XXI. Ducem Bohemiæ reſpexit. Vid. cap. 20.
(k) Supra hujus libri III. c. 4. §. 2. & in Chronico Monachi Pegavienſis cap. 3. §. 3. p. 9.
(l) Pag. 65. & 71. in nota ſub lit. (b)
(m) Cap. 14. §. 6. conſ. Dubravium lib. 9. p. 65.
(n) Hiſtor. Boh. c. 13. p. 128. & c. 22. p. 133. Edit. Hanov. an. 1602.
(o) Loc. modo citatis, nam c. 13. ſcribit: non ſolum Archiepiſcopalis ſedes in Moravia defecit, ſed in ſe ipſo quoque regnum extinctum eſt. Mortuo namque paulo poſt excommunicato rege, imperii Moravorum partem Theutones ac Bohemi, partem Poloni atque Hungari diripuerunt; cap. vero 22. p. 133. Moravorum, inquit, regno (quod ſupra puta cap. 13. extinctum diximus) in Bohemiam translato: Polonia, Sleſia, Luſacia, Moravia Bohemorum Imperio adjecta. Conſ. Thomæ Johannis Peſſinæ de Zechorod Mars Moravicus f. Bella horrida & cruenta, quæ paſſa eſt Moravia

Bonfinius, (p) Münſterus (q) & alii. (r)

Imperatorem Bohemo Poloniam transferre potuiſſe, Cromerus pernegat.

§. II. Quanquam pernegat Cromerus, (ſ) potuiſſe Imperatorem jure attribuere Bohemo Poloniam, in qua uterque ne tantillum quidem habuerit, quantum veſtigio calcare poſſet. Sed redarguit Cromerum & convincit præter hiſtoricorum teſtimonia,

Affirmatur ex Caroli IV. incorporatione, Cujus verba.

incorporatio Divi Caroli IV. ſuper Ducatibus Poloniæ & Budiſſinenſe atque Gorlicenſe Marchiis regno Bohemiæ in perpetuum conjunctis &c. in qua inter alia ſic inquit Imperator: „Licet pridem "recolendæ memoriæ Divus Fridricus "Rom. Imperator Auguſtus prædeceſſor "noſter de ſingulari ſuæ benignitatis mu-"nere, claræ recordationis illuſtri Uladis-"lao, quondam Bohemiæ duci, qui regnum "Bohemiæ ante ſuam coronationem rege-"bat, & ſuis hæredibus Bohemiæ regibus "cenſum de terra Poloniæ, quem anteceſ-"ſores ejus duces Bohemiæ a Polonia mul-"tis temporibus accipere conſveverunt, "quem Poloniæ & Sileſiæ duces ſacro im-"perio ſolvere tenebatur, prout in literis "Imperatoris præfati evidenter exprimi-"tur, liberaliter duxerit erogandum„ &c. (t)

Friderici II. Imperat. Privilegium Bohemiæ datum refert Cochlæus.

§. III. Privilegium Friderici Imp. regno Bohemiæ datum, ad quod remittit incorporatio, integrum exſtat apud Cochlæum lib. ultimo Hiſtoriæ Huſſitarum, pag. 412. additurque, eſſe id Friderici hoc nomine ſecundi. Olomucenſis lib. 12. (u) Barbaroſſæ aſſcribit, cui ſuffragatur mentio in eo

De quo Autore variæ Sententiæ.

facta Danielis (a familia procerum a Lippa) Pragenſis & Johannis (præmonſtratenſis ſodalis) Olomucenſis præſulum, qui in Vladislai ſecundi Bohemorum regis & Friderici Barbaroſſæ Imperatoris tempora incidunt. Ut corruptam eſſe oporteat apud Cochlæum datam, quam vocant diplomatis, quæ habet A. Chriſti M. CCXXXVI. Imperii Friderici tertium. Quanquam etiam ſub Vladislai tertii principis Bohemiæ dominatu Daniel II. Pragenſis fuit præſul, verum tum Fridericus ſecundus nondum imperabat, ſed patruus ipſius Philippus.

Peuceri de hac ſententia.

§. IV. Peucerus (vv) quoque In Henrico VII. Imperat. meminit tributorum, quæ veteri obligatione, a Polonis Imperio ſoluta, paulo ante ea tempora Bohemis attribuerit Fridericus Imperator. Quæ omnia non nihil in Poloniam juris fuiſſe Imperatoribus contra Cromerum clare demonſtrant.

Vratislao Moravia adjudicatur.

§. V. Curæus (x) ait, Moraviam Vratislao ab Imperatore adjudicatam, tanquam provinciam regni, ac poteſtatem ei factam, ut Sileſiam, Luſatiam, & totam Poloniam ad ſe traduceret.

Cauſa hujus conceſſionis.

Ejusque conceſſionis cauſam fuiſſe, quod quereretur Imperator non exolui Imperio penſiones conſtitutas & promiſſas recens patri ſuo a Caſimiro monacho Poloniæ rege, & quod Vratislai fideli opera uteretur Imperator in bello civili contra Saxones. Idem Cromerus (y) cum Fabricio (z) & Cratone (a) anno 1087. Vratislaum regem appellatum affirmant.

CAP.

via lib. III. c. 2. p. 277. a ubi hæc leguntur: Anno 1086. Imperator Henr. IV. in comitiis Moguntiæ celebratis, Wartislao Regia titulos contulit: & quo id faceret plauſibilius, omnium Imperii Principum conſenſu, extinctum pridem Moravorum regnum in lucem revocavit, & Bohemorum Imperio adjecit, unam cum Polonia, vel potius Poloniæ parte, quæ eſt Sileſia, atque ita Regem Bohemiæ & Poloniæ appellavit.

(p) Rer. Ungaric. Decad. I lib. IX. p. 103. & 107. item Decad. II. lib. II. p. 136.

(q) Coſmographiæ lib. III. c. 552. p. 1167.

(r) Ut Cromerus eadem iisdem propemodum verbis referens R. Pol. lib. II. p. 29. 6. In Svatobojo Moravorum ultimo rege, qui & ipſi Slavi ſunt, regnum finem accepit, a Germanis, Ungaris, Bohemis & Polonis diſcretum.

(ſ) Lib. IV. p. 65. Edit. Baſil. an 1568.

(t) Extat ea Bulla apud Goldaſtum in app. de Regno Bohemiæ p. 66. nec non in ejusd. Conſtit. Imper. Tom. I. Ann. 1355. In Conringii L. de Finibus Imperii German. lib. 2. c. 29. §. 10. p. 474. In Lünigii Reichs-Archiv Part. ſpeciali Continuat. II. vol. I. in appendice zum Chur-Hauſe Sachſen p. 6. Wieſneri Conſulis Laubanenſ. Chronic. MST. f. 178. In Manlii Comment. lib. VI. cap. 16. §. 5. Hiſtoriam hujus incorporationis exponunt Chronicon Aulæ regiæ in Vita Johannis, quæ extat in Freheri Scriptoribus Boh. f. 32. Balbinus Epit. Rer. Bohem. lib. 3. c. 17. f. 324. Peucerus Chron. Carion. lib. 5 p. 755. Groſſerus Memorab. Luſ. Part. I. p. 80. Carpzovius in Analectis F. Z. Part. II. c. I. §. 6. p. 175. ſeqq.

(u) Pag. 94 lin. 53.

(vv) Chronic. lib. V. p. 570.

(x) Annal. Sileſiæ p. 43. Edit. Witteb. 1571.

(y) Rer. Polon. lib. V. p. 65. 6

(z) Originum Sax. lib. III. p. 372. Edit. Jen. an. 1598

(a) In Chronico Wratislavienſi MST.

CAPUT XVII.

De

Eodem, quod confirmatur, teſtimonio Coſmæ.

§. I.

Non Vratislaus, ſed Vladislaus primus rex a multis dicitur Scriptoribus.

VErum, quia, ut inferius (b) dicetur, multi ſcriptores non hunc Vratislaum, ſed longe poſt eum Frider. Barbaroſſæ temporibus, Vladislaum, axioma regium in hanc familiam primum intuliſſe tradunt: hic quoque teſtimonium Coſmæ, qui comitiis Moguntinis interfuit, ex ſecundo Libro annalium (c) ejus apponere, non abs re fuerit, ſic enim ſcribit: Anno 1086. jubente & peragente Romanorum Imperatore tertio Henrico Auguſto, celebrata eſt Synodus magna in urbe Moguncia, ubi quatuor Archiepiſcopi & duodecim præſules, ſimul cum Abbatibus Monaſteriorum & ceteris fidelibus reſidentes, plurima decreta ſuper ſtatu ſanctæ Eccleſiæ ſcriptis roboraverunt. "In quo conventu idem Cæſar, omnibus ſui regni optimatibus, Ducibus, Marchionibus, Satrapis & Epiſcnpis aſſentientibus & collaudantibus, ducem Bohemorum Wratislaum, tam Bohemiæ quam Poloniæ præfecit, & imponens capiti ejus manu ſua regalem circulum, juſſit Archiepiſcopum Treverienſem nomine Egilbertum, ut eum in ſede ſua metropoli Praga in regem ungat, & diadema capiti ejus imponat." Et poſt pauca; Interea Egilbertus Treverenſis Archiepiſcopus juſſis obtemperans Imperatoris adveniens Metropolim Pragam XVIII. Cal Julii intra Sacra miſſarum ſolennia regalibus faſcibus indutum unxit in regem Wratislaum, & impoſuit diadema ſuper caput tam ipſius, quam ejus Conjugis. Zuatanæ Cyclade regia amictæ clericis & univerſis Satrapis ter acclamantibus Wratislao regi quam Bohemico tam Polonico magnifico & pacifico a Deo coronato, Vita, ſalus & Victoria &c.

Cujus contrarium probat Coſmas:

His αὐτόπτου verbis.

§. II. Hæc Coſmæ αὐτόπτου verba eam, quam dixi, de Vladislao quorundam opinionem ſatis refellunt.

CAPUT XIIX.

De

Bello, quod geſſit in Luſatia Superiori.

§. I.

Vratislaus Syrbios rebelles per filium, Bretislaum debellat.

CÆterum Olomucenſis ſcribit, (d) Lothario Saxoniæ principe imperante cum in Luſatia Syrbii res novarent, ac poſtquam Saxonem Cæſarem nacti erant, magis ad Saxones quam ad Bohemos reſpectarent, a Vratislao ad hos compeſcendos, arcemque Grosdecam ab illis dirutam rurſus inſtaurandam permuniendamque, filium Bretislaum cum Alexio rerum militarium perito eſſe miſſum.

Sed tempora hic diſcordant, juxta Coſmam Vratislaus Zribiam petiit.

§. II. Sed hic quoque tempora non congruunt. Iniit enim Imperium Lotharius anno Chriſti 1127. qui fuit a morte Vratislai quintus & triceſimus, Coſmas (e) Vratislaum Ipſum anno 1087. proximo poſt coronationem Zirbiam, quam olim Henricus Imperator in perpetuum ipſi habendam tradiderat, cum exercitu ingreſſum, dum Guosdecam caſtrum prope Miſnam Urbem reficit, filium, Bracislaum anno 1088. cum duabus cohortibus electiſſimorum militum miſiſſe ait, ultum injuriam in Villa quadem permagna Kylebo aliquando ſibi illatam. Qua direpta & exuſta Bracislaum ſpreto Alexii interdicto in amne Lavantem, de improviſo a Saxonibus oppreſſum, multis fortibus viris amiſſis, Victoriam quidem, ſed non incruentam obtinuiſſe.

Guosdecam Caſtrum reficit. Bracislaum Filium, cum exercitu mittit Kylebum, quam exuſſit a Saxonibus opprimitur, ipſos tamen ſuperat.

§. III. Poſt hoc anno 1089. iterum in Zribiam profectum cum exercitu Vratislaum, ut prædictum caſtrum in alium munitiorem locum transferret. Olomucenſis (f) Kylebum quoque vicum in Luſatia haud procul a Gnosdeca collocat. Addit (g) etiam Lotharium, qui tunc in Italia fuerit, cognito, quæ ſe abſente in Saxones geſta

Altera Vratislai in Zribiam expeditio.

Guosdecam & Kylebum alio collocat.

(b) Lib. hoc Comment. III. cap. 32. §. 5. 6.

(c) Pag. 41. lin. 33. Edit. Hanov. an. 1607. conf. Peucerum Chronic. lib. 4. p. 429. ubi hæc ſcribit: Bohemorum Ducem Vratislaum ob præſtitam contra Saxones fidam operam Cæſar. Henricus IV. creavit regem. Tribuunt hoc alii Friderico Barbaroſſæ.

(d) Hiſtoriæ Boh. lib. 9. p. 65. lin. 37. & ſeqq. Edit. Hanov. 1602. conf. Fabricii Orig. Sax. lib. III. p. 372. ſeqq.

(e) Chron. lib. II. p. 42. lin. 59. & p. 43. fere tota.

(f) Loco modo adducto lin. 42.

(g) Eod. lib. p. 66. lin. 16. ſeqq.

geſta eſſent, domum redire ad ultionem de Vratislao ſumendam, properaſſe, rurſumque domi reperiſſe legatos Bohemos purgandi regis ſui gratia miſſos, qui dicerent injuſſu Vratislai commiſſum eſſe cum Saxooibus prælium.

§. IV. Nec enim adverſus Saxones, ſed adverſus Luſatios ab eo exercitum miſſum eſſe, per quem rebelles ad officium & obedientiam revocarentur. Tardius etiam a Lothario acceptam ſatisfactionem, propterea quod Vratislaus Luſatiam beneficio Henrici Cæſaris (quintum dicit) poſſideret, quem Lotharius etiam mortuum odiſſet, memor ignominiæ qua ab illo affectus erat, dum ad gratiam recuperandam aliter non admitteretur, niſi pedibus nudus, ſaccoque indutus ante Henricum procideret, veniamque læſæ fidei peteret. Sic fere Olomuceoſis. (h)

Lotharius Saxo capitalis Henrici Imp. inimicus.

Ob ignominiam ipſi illatam.

§. V. Verum quod de Luſatia ab Henrico V. Vratislao collata hic refert, fortaſſis non convenit cum eo, quod alibi (i) ſcribit: Vratislaum etiam antequam rex diſignaretur, jam tum præter Bohemos Moravosque, Sleſitas & Luſatios rexiſſe, ut nec cum illo, quod ex eodem (k) ſuperius citavimus, Vratislaum ab Henrico IV. Luſatiam adeptum, præmium navatæ contra filium operæ.

Olomucenſis ſibi contrariatur.

§. VI. Nunc ad Coſmæ locum (l) redeo. Is Zribiam haud dubie appellat, quam alii Sorabiam. Hanc vocem Olomucenſis de ea tantum Sorabiæ parte intellexit, quæ Luſatia ſuperior eſt hodie. Fabricius (m) vero Sirbiam legit, atque ita a Coſma Miſniam nuncupari affirmat. Et apparet ex hoc ipſo Coſmæ loco deſumpſiſſe eum, quod ait, Vratislaum anno 1088. ditionem Miſnenſem ab Imperatore dooo datam armis ſibi vendicaſſe. Cæterum Gnozedeci caſtri, quod ad urbem Miſnam intra breve ſpacium rex exſtruxerit, præſidiisque firmarit, hodie & locum & nomen plane ignorari fatetur. (n)

Zribia, Sorabia, Syrbia Synonyma Autores putant.

CAPUT XIX.

De *Obitu Vratislai.*

§. I.

ANno 1091. Bretislaus juſtam patris offenſi iram fugiens, bis mille amplius complicibus Bohemis comitatus, ad Ladislaum regem Pannonicum cognatum ſuum profugit.

Bretislaus patrem offenſum timens ad Ladislaum profugit.

§. II. Vratislaus igitur ubi aoimadvertit filium de contumacia nihil remittere, (o) convocatos regni proceres jure jurando obſtrinxit, ut poſt obitum ſuum, excluſo a ſucceſſione filio, Cunrado fratri ſuo parituros ſe promitterent.

Hinc a ſucceſſione excluditur.

Cunrado ſucceſſore conſtituto,

§. III. Obiit autem rex ſecundum Coſmam (p) anno proximo 1092. XIX. Cal. Februarii, ſecundum alios (q) V. Id. Jan. anno 1093. & quidem ſubitanea morte, in veoatione repente equo delapſus, ut habet Vrsbergenſis, (r) ad ædem Divi Petri Viſegradenſem ab ipſo conditam, regie ſepultus. (ſ)

Vratislaus moritur,

& regie ſepelitur.

CAPUT XX.

De *Cunrado, Vratislai Succeſſore.*

§. I.

POſt Vratislaum principatum ſuſcepit frater Cunradus, primus hujus nominis, quem quidem poſt menſes ſeptem & ſeptendecim dies, eodem quo ſuſceperat anoo 1092. ſimul cum vita depoſuit IIX. id. Septembr. (t)

Cunradus I. primo regni anno obiit.

CAP.

(h) Hoc loco, quem ſub. lit. (g) citavimus.
(i) Lib. 8. p. 62. lin. 45.
(k) Cap. 14. hujus libri III. Comment. §. 6.
(l) Sub. lit (e) citatum.
(m) Annal. Urbis Miſnæ lib. I. p. 16. Verba ſunt: Miſniæ appellata a Bohemis eſt Sirbia, ut ſcribit Coſmas Pragenſis, nempe loco a nobis ſub lit. (e) citato.
(n) Annal. Urbis Miſnæ lib. I. p. 28. Edit. Jen. an. 1598.
(o) Confer Dubravium in Hiſt. Bojemica lib. 9. p. 67. lin. 58.
(p) Chronici Boh. lib. II. pag. 47. lin. 50.
(q) V. g. ſecundum Authorem coævum in appendice ad S. Adalberti vitam. Hagecium p. 190. & Lupacium in Calend.
(r) In Chronico pag. 240.
(ſ) Conf. Dubravium loco citato p. 68. lin. 4. Coſmæ Pragenſ. Chron. lib. II. pag. 36. It. Boh. Balbinum Epitomes Rerum Boh. lib. III. cap. 8. p. 210. nec non Miſcellaneorum Hiſtoric. Regni Boh. Decad. I. lib. 7. cap. 22. p. 80. ſeqq. Boregk Böhm. Chronic fol. 99.
(t) Vid. Hagecium in der Hiſtoriſchen Beſchreibung des Königreichs Böhmen Part. I.

CAPUT XXI.

De

Regio nomine, quo abſtinent Bohemi.

§. I.

Cui Bretiſlaus jun. ſuccedit.

CUnrado ſucceſſit reverſus ex Hungaria Bretiſlaus junior hoc nomine ſecundus, inthroniſſatus, ut loquitur Coſmas, (u) 8. Cal. IIXbr. 1092.

Ducis non Regia titulo uſus.

§. II. Cæterum quia Crantio autore (vv) inviſum erat Bohemis regium nomen, non ſecus atque olim Romanis: Cunradus, Bretiſlaus, & ſuccedentes principes usque ad Vlatislaum ſecundum regem, atqui adeo Vladislaum quoque ſecuti aliquot in ſubditorum gratiam illud non uſurparunt, ducali titulo contenti.

Ob duas cauſas.

§. III. Æneas cap. 25. (x) ideo regio nomine eos abſtinuiſſe ait, ſive quia magis vi quam jure imperaverint, ſive quod indultum Imperatoris Romani ſumendæ coronæ, more majorum obtinere non valuerint.

CAPUT XXII.

De

Mutina & Boſcio è Verſovicenſium familia in Syrbiam exulatum miſſis.

§. I.

Mutinam & Boſtium in exilium mittit.

BRetislaus Mutinam & Boſejum proceres Bohemos de Verſovicenſium familia, principibus ſemper infeſtiſſima, perfidiæ inſimulatos bonisque omnibus mulctatos in Syrbiam Luſatiæ regionem (ut ſcribit Olomucenſis: (y) Coſmas (z) hic quoque ſimpliciter Zribiam habet ſub anno 1096.) exulatum miſit. Ac Boſegum quidem una cum uxore & duobus filiis Pragæ navi impoſitum & per Vultaviam in Albim tranſvectum, ſecundo dein flumine in Syrbiam perducendum curavit.

Ob nimiam ſeveritatem.

§. II. Quæ ſeveritas poſtea exitio ejus cauſam præbuit. A Loreco enim exulum gentile in receſſu Stebnenſi, quo imprimis delectabatur, venationi indulgens, in Vigilia S. Thomæ venabulo, ut Coſmas (a) narrat, trajectus mnx XI. Cal. Jan. anno 1100. exſpiravit, ad D. Viti ſepultus.

Venabulo trajectus, exſpiravit.

Ejus tumuli inſcriptio.

§. III. Qua de re ſic inſcriptio lapidis in ſacello quodam templi arcis Pragenſis: Bretislaus dux, primogenitus Wratislai primi regis Bohemiæ, ex Adelheida regis Pannoniæ ſorore, occiſus prope Villam Stebno in Venatione anno Domini M. C. hic ſepultus.

CAPUT XXIII.

De

Imperat. Henrico IV. à Borivojo, Bohemiæ Duce, perquam honorifice & liberaliter accepto.

§. I.

Hujus ſucceſſor Borivojus II.

BRetislao ſuffectus eſt frater Borivojus hujus nominis ſecundus. Scribit Coſmas libr. 3. (b) Henricum IV. Imperatorem bello a filio petitum, cum Ratiſponæ a Lupoldo orienrali h. e. Auſtriaco Marchione aliisque nefarie eſſet deſertus, ad hunc Borivojum in Bohemiam confugiſſe anno 1106. atque ab eo perquam honorifice & liberaliter acceprum, & ad Wicbertum Borivoji ſororium deductum, inde per Saxoniam ſecundo Rheno perrexiſſe Leodium, ubi paulo poſt diem ſuum obierit, eodem anno VII. id. Aug.

Henricum IV. Imperat. ad ſe confugientem honorifice excipit.

Quod & Wigbertum Miſnicenſem Princ. feciſſe fertur.

§. II. Hedio quoque in Chronico Germanico citante Darmſtatino, ſcribit, Wig-

p. 190. Æneam Sylvium p. 134. c. 23. Dubrav. Hiſt. Bojem. lib. 9. p. 68. lin. l. Coſmam Pragenſ. Chron. lib. II. p. 47. Balbinum Epitome Rerum Boh. lib. III. c. 8. p. 210. Miſc. Decad. I. lib. 7. c. 23. p. 28. Beckleri Hiſt. Hovor. Part. I. c. 7. p. 35. Boregk Böhm. Chron. f. 105.

(u) Chronici lib. II. pag. 48. lin. 13.

(vv) Lib. 7. Vandaliæ cap. 19. & 20.

(x) Pag. 135. Edit. Hanov. an. 1602. in Freheri Scriptoribus Bohem.

(y) Hiſtoriæ Boh. lib. 10. p. 71.

(z) Chronic. lib. III. pag. 50. lin. 49. ſeqq. conf. Balbini Epitom. Rer. Boh. lib. III. cap. 9. p. 214. Miſc. Decad. I. lib. 7. c. 23. p. 28. 29. & Beckler. Hiſt. Hovor. P. I. f. 10. & 35. Boregk. fol. 108.

(a) Eod. lib. Chronic. III. p. 53. lin. 30. Mit einem Bogen habet Beckler L. cit. f. 35.

(b) Pag. 55. & 56. cujus verba haud abs re adjicienda eſſe duximus: Anno Dom. Incarnationis 1106. inventore diſcordiarum Diabolo, quidam ſui cooperatores extiterunt ex Theutonicis proceres, qui ſeducentes filium Imperatoris, regem videlicet Henricum IV. perſvaſerunt, ut contra genitorem ſuum arma ſumeret. Qui filii ſui a facie fugiens in Urbe Ratisbona cum paucis ſe munivit armis. Aſt deſerit urbem & tranſiens

per

Wigbertum Miſniæ principem Hendrichum IV. Imperatorem ab Hendrico V. filio fugatum, aliquandiu ſecum aluiſſe, & ſingulari donatum prudentia, per legatos effeciſſe, ut Hendrichus quintus filius permitteret ſibi principatum ſuum ad Rhenum usque extendi & a ſe gubernari.

Teſte contemporaneo Henrico Autore,

§. III. Autor vitæ Henrici IV. qui ei Imperatori fuit contemporaneus, narrat, & ipſe Henricum ad ducem Bohemiæ divertiſſe, qui quamvis nuper eum in arcto non bene reliquiſſet, tunc tamen cum magno honore ſuſceperit, & usque in Saxoniam deduxerit. Inde per hoſtes & ab hoſtibus honorifice ad Rhenum deductum,

CAPUT XXIV.

De Borivoji Succeſſoribus.

§. I.

Svatoplucus pulſo Borivojo

ANno 1107. Svatoplucus Vratislai regis ex fratre Ottone Moravorum duce nepos, pulſo Borivojo patruele, Bohemorum principatum invaſit, inthroniſatus prid. id. Maji. Hic enim anno 1109. XI. Cal. IIXbr. in caſtris Henrici V. Imperatoris compatris ſui, qui Boleslao Crivouſto Polono iratus, Glogoviam majorem, hodie Sileſiæ urbem, obſidebat, Verſovicenſium inſidiis occiſus, & in cœnobio Cladronenſi, quod excitaverat, & ampliter dotaverat, conditus eſſet, principatum occupavit Vladislaus primus, Vratislai regis filius, Borivoii regis exulis germanus.

Principatum Bohemiæ occupat,

Cui per inſidias occiſo

Vladislaus I. ſuccedit.

Quo abſente, Borivojus Vigberti ope

§. II. Qui dum ab Imperatore ad comitia evocatus Ratisbonam contendit, interim Borivojus Vigberti ſororii ſui (Luſatiæ Marchionem nominat Olomucanſis (c) hoc ipſo in loco, Coſmas (d) in Zribia ſeu Sorabia habitaſſe innuit, cujus appellatione, etiam Oſtlandia Miſniæ pars venit, quam tenuit Vigbertus) conſilio & auxilio fretus in pervigilio natalis Dn. Pragam & Viſſegradum in ſuam redegit poteſtatem.

Pragam & Viſſegradum occupat.

Vladislaus Borivoji auxiliares copias fundit,

§. III. Vladislaus inopina ſuorum defectione ex itinere retractus, Pragaque excluſus, incidit in Wacezlaum h. e. Venceslaum Luſatium (Sic enim vocat Olomucenſis (e)) Vigberti filium, qui Borivojo avunculo cum mille propemodum equitibus ſubſidio veniebat. Hujus in re militari adhuc tyrunculi aciem facile quidem in fugam convertit; Pragam tamen Wenceslaus evaſit, quibusdam ſuorum amiſſis, quibusdam graviter vulneratis, qui quidem & ipſi (id quod miraculo ſimile habitum eſt,) ad unum omnes interierunt.

Henricus Imper. ab Vladislao promiſſis ſollicitatus, Bohemiam intrat,

§. IV. Interea Vladislaus Henricum Imperatorem promiſſis per legatos quingentis marcis argenti ſolicitat, ut in principatum, unde Wigberti inſtinctu a fratre ejectus eſſet, per ipſum reſtituatur. Henricus cum alioqui Wigbertum, a quo jam tum alieno erat animo, ulciſci cuperet, tum ſpe mercedis magis eſt illectus, ineunte anno 1110 in Bohemiam mover, ac ſtatim Borivojum & Vlatislaum fratres, itemque Hermannum Pragenſium Præſulem in Ordine nonum, & Wenceslaum Viperti filium cum primoribus Bohemis ad Rochizanam præſulis villam nunc oppidum non longe a Pelſina ſibi præſto eſſe jubet.

Ac Vladislai Adverſarios ad ſe citat.

Borivojum capit & Wenceslaum.

§. V. Occurrentem ad locum condictum Borivojum inauditum capit. Similiter & Wenceslaum corripi mandat, quod, ut Olomucenſis (f) inquit, contra pacem publicam ex Luſatia & Saxonia bonam militum partem in Bohemiam deduxiſſet. Tandem Vladislao principatum confirmat hac conditione, ut is ſibi in Italiam ituro trecentos equites cataphractos adjiciat. Hæc ſupra ex Viperti Hiſtoria aliter non nihil recitata ſunt. (g)

Vladislao principatum ſub pacto confirmat.

CAPUT XXV.

De Turbis & moleſtiis, quas movet & creat Vladislao frater ejus Sobieslaus.

§. I.

Vladislaus Sobieslaum, fratrem, ultro profugum revocat,

IN ſequenti anno Vladislaus matris Zvatanæ precibus & lacrumis victus, intercedente etiam Hermanno præſule Sobeslaum fratrem natu minimum ex Polonia,

per Auſtralem plagam, via qua itur ad Necholic, intrat Bohemiam. Quem Dux Borivojus honorifice ſuſcipiens, ſicuti ipſe Cæſar diſponebat verſus Saxoniam, dat ſibi conductum per terram ſuam Cæſare dignum, deducens eum uſque ad generum Wigbertum.

(c) Hiſtor. Boh. lib. X. p. 78. lin. 36. ſeqq.
(d) Chron. lib. II. p. 43.
(e) Hiſt. Boh. lib. X. p. 79. lin. 17.
(f) Hiſt. Boh. lib. X. p. 79. lin. 44. ſeqq.
(g) Capite hujus libri III. Comment. quarto.

Zatecenſe tractu ipſi conceſſo.

nia, qui cum Borivojo in exilium ultro abierat, revocavit, & reduci Zatecenſem ſeu Lucenſem tractum utendum fruendum dedit. (h)

Sobeslaus perfide capitur.

Et arci Saxonicæ includitur.

§. II. Sed non dinturna hæc fratrum gratia. (i) Anno enim 1113. Sobeslaus in Vincula ſe a fratre conjectum iri ſalſo ſuſpicatus, turbatis cæde Vacceconis innocentis rebus apud Bohemos, per Zribiam in Poloniam redire ſatagebat (Olomucenſis expreſſe in Luſatiam ad Vigbertum affinem ſuum remeaſſe ait. (k)) Superata ſilva ab Erchemberto (Echenbergum vocat Cromerus (l)) Cæſareo caſtri Domini in Zribia, vel ut hic quoque Olomucenſis (m) Luſatiæ præfecto, in oppidum ad prandium invitatus, ab eodem ſpe magnæ a Vladislao ineundæ gratiæ perfide captus, & in aliam quandam arcem Saxoniæ firmiſſimam a Vigberto longius diſtantem miſſus eſt aſſervandus.

Poloniam e cuſtodia elapſus repetit.

§. III. Elapſus tamen ex cuſtodia ſcribæ opera, ad veterem ſuum in Polonia nidum ruiſus convolavit. Oppidum Dominum, ambiguum quando occupatum, Vladislaus poſtea anno 1121. reparavit.

CumVladislao reconciliatus, Gradecium &c.

Biennio poſt fugam Sobeslai, Boleslaus Crivouſtus Polonus iterum fratres in gratiam reduxit, perſecitque, ut Vladislaus Gradecium cum quatuor caſtellis & omni circumjacente provincia Sobeslao largiretur.

et Moraviæ partem obtinet.

Quin & Moraviæ partem occidentalem, in qua Olomucium eſt, ei conceſſit Vladislaus, Luitholdo & Vdalrico Cunradi ducis filiis extinctis.

Denuo Moravia expulſus,

§. IV. Anno 1123. Menſe Martio Sobeslaum Moravia denuo expulit Vladislaus. Qui cum Imperatorem Moguntiæ fruſtra conveniſſet, ad Vigbertum rediit, ibique menſes ſeptem commoratus, uxore Adelheida, ad Stephanum Hungariæ

iterum in Poloniam ſe confert.

Regem cognatum ejus miſſa, ipſe Novembri menſe iterum Poloniam petiit, a Boleslao duce honeſtn ſuſceptus hoſpitio.

Dedii Marchionatus Wicherto datur.

§. V. Eodem anno, ut initio libri (n) dictum eſt, Henricus V. Imperator Dedii Marchionis Marchionatum (Coſmæ verbis utor (o)) Wicberto dedit. Cui cum Lotharius & Saxones bellum ideo inferrent, juſſit Imperator Vladislao Bohemiæ, & Ottoni

Hinc bello a Lothario vexatur

Cui Bohemi & Moravi ſuccurrunt.

patrueli ejus, Svatophici fratri, Moraviæ ducibus, ut coadunato exercitu in ſuppetias irent. Ambo itaque tranſeuntes Sylvam ultra Gvodecum oppidum contra Lotharium caſtra metati ſunt, cum Vigbertus & Albertos Moguntinus antiſtes citra Mlydavam fluvium copias haberent non contemnendas. Sed quod Saxones medium inter duos hos exercitus locum occupaſſent, nec conjungere ſecum Viperto Bohemos ſinerent, quodque fidem etiam Viperti ſuſpectam Bohemis reddidiſſet Lotharius, illi depopulata quæ eſt circa Miſnam urbem regione domos ſuas reverterunt, ſole morante in iſta parte.

Re infecta domum repetunt verſi.

Sobeslaus ad Lotharium Sax. ſe confert.

§ VI. Anno 1124. Sobeslaus relicta Polonia ad Lotharium Saxoniæ etiam tum ducem ſe confert. Sub idem tempus Henricus V. Imperator ordines Imperii ad 4. non. Maj, ut habet Coſmas, (p) Pabebergam ad comitia convocarat.

Comitia Pabebergenſia.

Quo cum Vladislaum quoque veniſſe, Lotharius cognoviſſet, Sobeslao eodem proficiſcendi legatum ſuum adjunxit, qui contenderet ab Imperatore, ut hunc ſuum huſpitem apud fratrem in gratiam reponeret.

Lotharius Sobeslai cum Vladislao reconciliationem molitur.

Cauſa conventus Pabebergenſis.

§. VII. Indixerat etiam conventum Imperator, ut ſupra (q) ex Urſpergenſe (r) retulimus, præcipue propter hujus ipſius Lotharii non obſcuras machinationes. Offenſus itaque, Lotharium cui ipſi deprecatore opus eſſet vel maxime, cum propter multa alia facinora per audaciam deſignata, tum quod ad Comitia vocatus venire neglexiſſet, eo tamen impudentiæ proceſſiſſe, ut locum ſibi pro altero quoque intercedendi eſſe putaverit: mox de conſilii ſententia expeditionem in Saxoniam decrevit.

In quo adverſus Lotharium ſuſpectum bellum decernitur.

Olomucenſis ſententia rejicitur,

§. VIII. Olomucenſis (ſ) non Lotharium, ſed Vigbertum Marchionem affini Sobeslao ad Lotharium jam Cæſarem commendatitias literas dediſſe ait, eodem eventu. Sed id, temporis & aliæ circumſtantiæ ſatis refutant, Vivebat enim tunc

(h) Vid. Dubravium Hiſt. Bob. lib. XI. p. 81. lin. 48.

(i) Quid cauſæ ſit, quod tam rara ſit fratrum concordia, diſputent Politici; mihi, inquit Balbinus Miſc. Decad. I. lib. VII. c. 23. p. 83. videtur dignitatis conſervandæ ratio in Principibus ſuſpicionem movere.

(k) Hiſt. Boh. lib. XI. p. 83. lin. 23.

(l) Rerum Polonic. lib. V. p. 81. b.

(m) Loco modo adducto lin. 26.

(n) Cap. I. hujus libri III. Comment. §. 2.

(o) In Chronic. lib. III. p. 68. lin. 13. ſeqq.

(p) Chronic. lib. III. p. 69. lin. 10. ſeqq.

(q) Cap. 13. hujus libri III. Comment. §. 3.

(r) Pag. 282.

(ſ) Hiſt. Boh. lib. XI. pag. 83. lin. 39.

tunc & imperabat adhuc Henricus quintus. Et quidem inter eum & Vigbertum jam ſarta erat gratia. Lapſus autem videtur Olomucenſis, aut is, quem ſecutus eſt, in appellatione. Marchionis, qua in hac narratione non Vigbertum ſed Lotharium, licet minus proprie denotat Coſmas. (t)

Sobeslaus Vigeberti filium conſolaturus accedit,

ibique aliquandiu commoratus.

§. IX. Sobeslaus repulſam paſſus, ad Vigberti, qui per eos ipſos dies obierat, filium, ſuum ex Sorore nepotem divertit, de morte paterna eum conſolaturus. Commoratusque eſt apud eum aliquandiu, ut undique infeſtatum ab hoſtibus & coarctatum pupillum conſilio ſuo juvaret.

CAPUT XXVI.

De
Pace inter fratres redintegrata.

§. I.

Pace inter fratres confecta Vladislaus Sobeslaum Succeſſorem conſtituit.

SUb initium autem inſequentis anni, cum fratrem Vladislaum periculoſe ægrotare accepiſſet, e Saxonia diſcedens Bohemiam repetiit. Eſtque redintegrata pax inter fratres, & Sobeslaus ab Vladislao moriente ſucceſſor nominatur, Svatava matre interveniente & hortante Ottone Pabebergenſium præſule, (u) cui dux peccata ſua confeſſus fuerat, cum is ex Pomerania reverſus forte iter per Bohemiam haberet, ducemque decumbentem viſitaſſet.

Moritur Vladislaus 1125.

§. II. Deceſſit etiam Uladislaus Viſſegradi eodem anno 1125. prid. Id. Aprilis, quæ erat Dominica Miſericordias Domini, ſepultus in æde Deiparæ Virginis cœnobii Cladronenſis (Æneas (vv) Claronenſe vocat) quod a Svatopluco inchoatum additis aliquot pagis & poſſeſſionibus ditioni Borivoji (quem in partem principatus anno 1117. receperat) ſubjectis abſolvit. Unde in quodam ducum Bohemorum Catalogo fundator Cladrubenſis dicitur. Cladronam enim quoque Coſmas (x) Cladorubum vocat.

Cœnobium Cladronenſe inchoatum perficit ſ. abſolvit.

Fundator Cladrubenſis a quibusdam dictus.

Borivojus Frater ejus, in Pannonia exul obiit.

§ III. Frater autem Borivojus præcedenti anno (4 Non Febr.) mortuus eſt in Pannonia tertium exul, ſepultus Pragæ in templo Cathedrali D. Viti in crypta S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris, ut præter Coſmam (y) teſtatur hæc inſcriptio alterius parietis in ſacello, cujus in Bretislao meminimus.

Tumuli ejus inſcriptio.

§. IV. Worivoius dux, tertius filius Wratislai primi regis Bohemiæ, fautor hujus Eccleſiæ, mortuus eſt in Hungaria, apud Stephanum regem in exilio, anno Chriſti M. C. XXIII. huc translatus.

CAPUT XXVII.

De
Sobeslao ab Vladislao moriente Succeſſore nominato.

§. I.

Sobeslaus I. Bohemiæ Duce

Henrico V. Imperatore 1125. mortuo, Lotharius II. Saxo ſuccedit.

VLadislao procerum & populi favore in principatum ſucceſſit frater Sobeslaus I. Nec multo interjecto tempore Henricus V. Imperator Cal. Jun. ejusdem anni 1125. mortuus Lotharium II. Saxonem ſucceſſorem accepit. Hujus opem Ratisbonæ in principum conventu, implorabat Otto Moraviæ Marchio, cui poſt diſſidium cum Sobeslao Vladislaus ὁμόγαμβρες uxoris ſvaſu jam olim ſucceſſionis ſpem fecerat. Ac dedit quidem Lotharius Saxonibus ſuis negotium inſequenti anno, ut eum in Bohemorum principatum inducerent.

Qui Ottonem, Moravum, in Bohemiæ principatum cupit inducere.

§. II. Neque enim valde propicius erat Bohemis, cum ob occupatam nuper per Vladislaum Doninam (z) arcem, tum quod illi Henrico V. ad opprimendum ſe in Saxoniam aliquoties imminenti auxiliares copias nunquam denegaſſent, bonamque Luſatiæ partem ſibi avulſiſſent, ut inqvit Olomucenſis. (a) Verum is exercitus apud Chlumecium Bohemiæ oppidum, a Sobeslao profligatus eſt, ubi Otto etiam cecidit una cum Hartungo Holſatiæ comite & captus eſt Marchio Brandepurgius Albertus.

Sobeslaus victor evadit.

Otto & Hartungus Holſat. Comes pereunt.

Albertus, M. B. capitur.

Sobeslaus cum Lothario reconciliatur,

§. III. Sobeslaus autem cum Lothario, cui gravius tunc a Conrado Svevo, Henrici defuncti ſororis filio, & ipſo ad Imperium aſpirante, hujusque patruele Friderico,

(t) Chronici lib. III. p. 69. lin. 10. ſeqq.
(u) Vid. de eo ſupra in hoc libro III. cap. 13. conf. Coſmæ Pragenſ. Chron. lib. III. pag. 71.
(vv) In Hiſtoria Bohemica.
(x) Chronic. lib. III. p. 71. lin. 20. conf. Dubravium lib. XI. pag. 83. lin. 59.
(y) Lib. III. pag. 68 lin. 54.
(z) De hac arce Donina pluribus agit Dubravius Hiſt. Boh. lib. II. p. 83. lin. 25. ſeqq.
(a) Hiſtoriæ Bojemicæ lib. 8. pag. 62. lin. 45. & lib. 2. p. 85. 26. ſeqq. eadem hæc verba ſcripta reliquit.

Præclaram ipſi in bello præſtat operam.

rico, bellum ingruebat, ingratiam rediit eumque navata in illo ipſo bello praclara opera, adeo ſibi devinxit, ui in fines Bohemiæ ad Luſtricum diem filioli, cui Vladislao nomen inditum, veniret, ibidemque

Quare Imperator donationem de Luſatia ei confirmat.

donationem de Luſatia, quam eidem Vladislao Vigberti filius a liberis orbus faciebat, autoritate Cæſarea confirmaret. Sic Olomucenſis. (b)

Rex Bohemiæ recens natus baptizatur Marſepurgi.

§. IV. Baptizatum autem regem Bohemiæ Marſeburgi in ſummo templo anno 1127. ſuſcipiente eum de ſacro fonte, fidemque pro eodem ſuam nbſtringente Lothario Imperatore teſtatur Chronicon urbis iliius lib. I. cap. 2. (c) tametſi nomen infantis ſe non reperiſſe autor inquit.

CAPUT XXVIII.

De Urbibus Gorlicio & Budiſſina, ſive noviter conditis, ſive inſtauratis & renovatis.

§. I.

Sobeslaus 1131. Gorlicium inſtaurat

ANno 1131. Sobeslaus in Luſatiam ſuperiorem ſecedens, Gorlicium, ut plerique alii volunt, condidit, ut nos, inſtauravit, in ruinis uetuſtiſſimæ

Budiſſinam renovat.

ſeu villæ ſeu munitionis Drenoviæ, Olomucenſis (d) Budiſſinam quoque vetuſtate ſquallentem tunc eum renuvaſſe ait: ac

Arces quasdam oppignoratas redimit.

arces nonnullas viduæ Vigberti dotis nomine oppignoratas, ſoluto ei precio redemiſſe. Nos uxorem Viperti ante maritum obiiſſe ex Hiſtoria ejus ſupra (e) ſcripſimus. Niſi forte Vipertum juniorem hic dicit Olomucenſis, cujus tamen nusquam alibi meminit.

Sic Curæus,

§. II. Curæus (f) etiam in Calce Hiſtoriæ de Boleslao III. Grivouſto ſeu diſtorto, (g) bellatore felici, qui hac ætate in Polonia rerum potitus eſt, ſub eodem hoc anno ſcribit Sobeslaum, qui Luſatiæ magnam partem occupaverat, inſtauraſſe & muniviſſe celebrem urbem Gorlicium, quæ prius ſæpe fuerat vaſtata. Sed ut ad Gorlicium redeam, cum plerique arbitrentur, ultra hoc tempus nullam (retro) eſſe hujus noſtri loci natalis memoriam, prius quam ad reliqua progrediamur, hæc minuenda eſt opinio.

Gorlicii natales inveſtigaturus autor,

Coſmæ Chronico utitur,

§. III. Vratislaviæ cum eſſem an. (1566.) abhinc quinto, legendos mihi dedit amicus annales rerum Bohemicarum Manuſcriptos, quos ante annos plusquam quadringentos Coſmas Eccleſiæ Pragenſis Decanus, vir, ut tunc ferebant tempora, nec indoctus, nec inſacundus, jam octogenarius, latino ſermone contexuit, tribus libris hiſtoriam ſuæ gentis ab initio inhabltatæ ejus terræ, usque a Sobeslai, cujus tempora jam perſequimur, primum principatus annum complexus.

Cujus Chronici Dignitas,

§. IV. Ex eo ipſo chronico Wenceslaum Hagecum in ſuos rerum Bohemicarum commentarios pleraque transſcripſiſſe apparet. Meminit ejusdem Cunradus Geſnerus in appendice Bibliothecæ ſuæ, & addit nondum id uſpiam eſſe impreſſum. Georgius item Fabricius Hiſtoricis & chronographis Germaniæ, quos ſingulis diſtichis deſcripſit, hunc Coſmam annumerat, & in ſuis rerum Miſnicarum libris ſubinde citat, idemque autor fuit erudito juveni Johanni Bannoni, ut annales ejus pertexendos & ad noſtram usque ætatem continuandos ſuſciperet. quod refert Mathæus Collinus in Epiſtola lucubrationibus oratoriis Bohuslai Haſſenſteinii Baronis Bohemi præfixa. Nos etiam cum alias teſtimoniis ejus uſi ſumus, & utemur poſt hac, tum in hoc tertio libro ſemper eum ſuimus ſecuti, præſertim in annorum ſupputatione, qua fere carent Æneas & Dubravius.

Et accuratior annorum ſupputatio, qua quoq; Manlius uſus.

§. V. Ad hanc igitur hiſtoriam adjecerat παραλειπόμενα innominatus quispiam, tum aliunde tum ex Moravorum chronicis congeſta. In iis Gorlicii quoque fit mentiu duobus locis, primum ſub anno 1126. his verbis: Eodem tempore quasdam munitiones Bohemi reædificaverunt, quæ Slavice Primda, Izcorlik, Tachou appellantur. Et iterum anno 1131. dux Zobeslaus ad radicem cujusdam villæ nomine Tachow in

παραλειπόμενα Anonymi cujusdam

Gorlicii bis mentionem faciunt.

(b) Hiſt. Boh. lib. XI. p. 86. lin. 8. ſeqq.

(c) Verba ita fluunt in Erneſti Brotuſi Chronico Merſeb. Im Jahr 1127. iſt der König zu Böhmen, des Nahmen ich nicht gefunden, zu Marsburg im Thum in beyſeyn des Kayſers Lotharii des Sachſen, welcher ihn aus der Tauffe gehoben, getaufft worden.

(d) Hiſtoriæ Boh. lib. XI. p. 88. lin. 45. conf. Frencelii Hiſtoria de Populis Luſatiæ c. 25. §. 12.

(e) Hujus lib III. Comment. cap. 8. §. 1.

(f) Annal. Sileſiæ pag. 50. Edit. Witeb. 1571.

(g) Conf. Lucæ Schleſiſche Denckwürdigkeiten pag. 58. & infra pag. 1995. Primo loco ſcribit: Wegen des krummen Mundes heiſſen ſie ihn Diſtortum. Conf. infra cap. 39. §. 2. hujus lib. III. Comment. De Coſma, cujus Manlius meminit §. 3. & 4. videndus eſt Balbinus Epitom. Rerum Bohem. lib. III. c. 8. in not. f. 211. ſeqq.

in finibus Meſco caſtrum ædificavit, quod ex nomine adjacentis villæ appellavit. Aliud quoque ædificavit in partibus Mileclko juxta flumen Niſa, appellavitque nomen Yzhorelik, quod antea Drenaw vocabatur.

Gorlicium inſtauraſſe Sobeslaum veram ſententiam eſſe Autor credit.

§. VI. Et ſi autem fieri poteſt, ut quisquis fuit ſupplementi collector ex duobus diverſis chronicis hæc excerpſerit, in quorum altero pro anno M. C. XXXI librarii vitio ſeu errore, M. C. XXVI. ſcriptum fuerit, ut ſint duæ annotationes unius & ejusdem Hiſtoriæ, præſertim eum Tachoviæ etiam utrobique fiat mentio. Tamen ut maxime id concedamus, ex prima illa annotatione evincitur, tunc non primum conditum, ſed reædificatum eſſe Gorlicium, ſicut & Olomucenſis diſerte inquit: Gorlicium igne exuſtum inſtauraſſe Sobeslaum.

Olim Drenovia & Izorelick, nunc Gorlicium.

§. VII. Quod ſi numerus annorum Chriſti non eſt corruptus, collatis inter ſe & diligenter conſideratis, his duobus locis, reperiemus, ubi nunc Gorlicium eſt ad Niſſium, olim munitiorem fuiſſe Drenoviam, eam deſtructam quacunque ex cauſa vel occaſione (nam id non traditur) reædificatam a Bohemis anno Chriſti 1126. appellatamque jam tunc fuiſſe Slavice h. e. Bohemice (nam & in Coſmæ Hiſtoria Bohemi ſæpe nomine generis dicuntur Slavi) Yzorelick.

Annus conditi Gorlicii 1131.

§. VIII. Sexennio poſt h. e. anno 1131. exuſtis forte, ut vult Olomucenſis (h) recentibus his ædificiis, Sobeslaum tandem caſtrum ibi excitaſſe, in quo prius nomen Yzorelick hæſerit. Atque hic annus 1131. tanquam conditi primum Gorlicii auſpex, conſtanter, cum in inſcriptione quadam,

Quod teſtatur inſcriptio.

quæ in choro Monaſterii Gorlicenſis exſtat, tum in annalibus (i) urbis paſſim legitur. Eſtque is ſextus Imperii Lotharii. Inſcriptio ſic habet: "Anno Domini 1131. civitas regia Gorlicz conſtruitur. Annales ſic fere. Anno 1131. primo cœptum eſt Gorlicium moenibus, turribus, foſſis &c. muniri auxilio Sobeslai ducis, primum ejus nomen Tſchorlitz fuit, ante urbem conditam pagus eo in loco erat Drebenavv dictus, ad Niſſam ſitus cum tribus cauponis," Hactenus annales.

Tſchorlitz antea dict. & primum fuit pagus Drebenavv appellatus.

Cnemiander annum 1136. ſtatuit.

§. IX. Solus Cnemiander Budiſſinenſium ſecutus annales conditi Gorlicii annum ponit 1136. initio Zorzelitz dictum. Gorlicium inferioris Luſatiæ Slavi Sʒureliʒ dicunt. Drebenaviæ nomen a Slavica voce Drebo, qua lignum appellatur, factum apparet, ſicut & Brebcoviæ oppidi, Drenavv vero Schindeplan.

Drebenaviæ derivatio.

CAPUT XXIX.

De Quibusdam Doctoribus Eccleſiaſticis corumque doctrinis.

§. I.

Florvit tunc Bernhardus, cujus ſcripta, Carolus Imper. Senex lectitavit, cum D. Pauli doctrina convenientia.

EO tempore floruit & in precio fuit S. Bernhardus primus Abbas Clarevaldenſis (k) in Gallia, doctrina, pietate, & ſanctimonia vitæ præſtans, nec rudis exercitiorum fidei; cujus ideo mentionem facio libentius, quod ſcripta ejus, quæ Carolus Imperator in ultima ſenecta lectitaſſe fertur, non diſcrepant a ſententia D. Pauli & noſtrarum Eccleſiarum doctrina, qui hominem per miſericordiam Dei, propter unicum mediatorem filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum fide juſtificari affirmamus.

Sermo ejus primus de verbis Pſ. 84.

§. II. Citantur verba ejus ex initio ſermonis primi, quem in feſto Annunciationis Beatæ Mariæ habuit de verbis pſalmi 84. "Ubi inhabitet gloria in terra noſtra: miſericordia & veritas obviaverunt ſibi: juſtitia & pax oſculatæ ſunt. &c. Ea ponemus aliquanto, quam a Melanchthone & Peucero (l) factum eſt, plenius; Neceſſe eſt enim primo omnium credere, quod remiſſinoem peccatorum habere non poſſis niſi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorſus habere queas operis boni, niſi & hoc dederit ipſe. Poſtremo quod æternam vitam nullis potes operibus promereri, niſi gratis detur & illa. Et paulo poſt. Ideoque ſi credis peccata tua non poſſe deleri, niſi ab eo, cui ſoli peccaſti, & in quem peccatum non cadit, bene facis. Sed adde adhuc, ut & hoc credas, quod per ipſum tibi peccata donentur. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet in corde noſtro Spiritus S. dicens: Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apoſtolus, gratis juſtificari hominem per fidem." (m)

§. III.

(h) Loco jam ſupra ſub lit. (d) citato.

(i) v. g. Meiſteri & Gaſtii cum Manlii Commentariis in hoc ipſo Tomo Script. R. L. luci publicæ expoſitorum, nec non aliorum in Schedis adhuc deliteſcentium, in quorum locum ſubſtituimus Groſſerum Part. I. p. 32. & Part. III. p. 69. ſeqq. & infra Tomo II. horum Scriptorum in Frencelii Nomenclatore Artic. Gorlicium pag. 39. ſeqq.

(k) Vid. Helmoldus Chronic. Slav. cap. 60. p. 128. Edit. Francof. an. 1556. Edit. vero Lubecenſis p. 141.

(l) Chronicorum lib. 4. pag. 435. & ſeqq.

(m) Rom. III. v. 24.

Ipſius σύγχρονοι. Robertus XII. Vratisl. præſul; poſtea Cracoviæ.

§. III Bernhardo σύγχρονος fuit Robertus duodecimus Vratislavienſium præſul, electus anno 1126. & anno quindecimo poſt (tametſi plures ex Dugloſſo numerat, Curæus (n)) propter ſpectatam ipſius dexteritatem & induſtriam ad Cracovienſem Eccleſiam translatus, vir tanto munere digniſſimus καὶ ἀληθῶς ἐπίσκοπος. Claruit eadem ætate & Hugo (o) presbyter natione Saxo (ut ſcribit Tritheim (p)) Abbas apud S. Victorem prope Luteciam Pariſiorum in Galliis, ordinis Canonicorum regularium Auguſtini, Theologus & Philoſophus inſignis electus a. 1130. qui obiit a. 1138. ut Siffridus (q) presbyter Miſnenſis annotavit, a quo vir doctiſſimus & devotus appellatur. De eo vid. teſtes veritatis Illyrici. p. 241.

Hugo, Presbyter, Saxo, Abbas &c.

electus anno 1130.

De quo teſtes veritat: Illyrici.

Ratio Autoris, cur horum hic meminerit.

§. IV. Hæc eo recitavi, ut quis tum fuerit Eccleſiæ ſtatus, quæ relligionis & doctrinæ forma, e ſcriptis & Hiſtoriis eorum, quos commemoravi, intelligeretur: ſimul etiam ut meam de præcipuo noſtræ perſvaſionis capite ſententiam oſtenderem.

CAPUT XXX.

De Nomine urbis Gorlicii ejusque Significatione.

§. I.

Ex Tzorelick vel Tſchorlitz ortum nomen Gorlicii.

PORro quid ſignificet vox Heneta Yzorelick, vel ut noſtrates annales habent, Tſchorlitz, ſcire nondum potui. Neutiquam tamen dubium mihi eſt, ex illa ipſa vetuſta (r) loci hujus appellatione, deflexum poſtea recens Gorlicii nomen, immutato non nihil διαφὲ εὔφωνον ſono.

Conjectura de ſitu & nomine Gorlicii

§. II. Nihilo minus non improbo conjecturam Viri Clar. Petri Vincentii Vratislavienſis, præceptoris mei, qui Gorlicium, Luſatiæ ſeu Elyſiorum montem atque arcem ſignificare aſſerit. Gura enim lingua Heneta mons dicitur, unde diminutivum eſt Gorla monticulus: Elyſios autem apud Tacitum, Luſatios eſſe aut Sileſios, libro primo c. 27. §. 4. & 5. dictum eſt. Sed ſubjicio hac de re eruditam diſputationem doctiſſimi viri Laurentii Ludovici (ſ) Leobergenſis ex oratione, quam is primam habuit, cum munus docendi in Gymnaſio Gorlicenſi ipſi commendaretur.

Vide hic diſputationem Laurentii Ludovici Leoberg.

Cujus verba.

§. III. Hoc vero loco, inquit, ideo de-„ lector: quod memoria majorum ſemper „ eum celebrem nobis clarumque relique-„ rit, atque civitatis nomen, nos tum de „ majorum virtute rebusque præclare ge-„ ſtis, tum de officio noſtro admonere vi-„ deatur. Siquidem tacere nequeo, quæ „ cogitanti ea de re in mentem venerunt: „ ſed non niſi ſub hac proferam conditio-„ ne, ſi prius impetravero ab iis, qui hiſto-„ riarum cognitione inſtructi ſunt, ut ſi quæ, „ minus commode dixerim, cupiditati meæ „ erga patriam veniam hanc concedant. „ Nam appellatio (Teutonica) montis vici-„ ni, qui corona dicitur regionis, oſtendit „ locum hujus fuiſſe jam olim celebrem at-„ que præ ceteris cultum magis & habita-„ tum ſeu munitum. Poſtea Heneti a „ Viſtula & Carpatho in viciniam hanc in „ fuſi eandem exprimere appellationem „ voluiſſe videntur nomine Gorlicii. Mon-„ tem enim illi ſua lingua Gora ſeu Hora „ vocant, de qua voce nos admonet dictio „ הַר quæ ſono & ſignificatione plane con-„ gruit, & hoc proprium loci montoſi in „ ſacris literis notum eſt. In multis etiam „ locis vicinis Liſſæ appellatio hæret. Quod „ nomen eſſe Luſatiæ plurimis conſentane-„ um videtur, ut exiſtimem nomen Gor-„ licium congruere cum appellatione Teu-„ tonica, & dici quaſi montem Luſatiæ. „ Notum eſt enim, quas in compoſitione „ vocum peregrini vel conciſiones, vel „ ſymbolicas literarum permutationes „ aut Syllabarum inflexones faciant, ac fa-„ cile ex aſpiratione leniore gravior potuit „ formari, cum alios mollior alios durior „ delectet pronunciatio, ut ex voce Trzi-„ geri & ſimilibus facile licet conjectari. „

Eadem

(n) Annalibus Sileſiæ pag. 53.

(o) Hugo dictus d. S. Victore prope Pariſios Theologus Pariſienſis, claruit circa annum 1100. Schedel.

(p) In Chronico Hirſaugienſi. Frencelius in Nomenclatore Tom. II. horum Scriptorum p. 41. evolvendum commendat Jo. Georg. Leuckfeldum Antiqu. Blanckenburg. p. 30.-36. De Canonicis Regularibus vid. Hoſpinianus de Monachis f. 56.

(q) Epitomes lib. I. p. 161.

(r) Nos vero id ſcire lætamur, tanta enim eſt noſtræ ætatis felicitas, ut vim hujus aliorumque vocabulorum linguæ Sorabicæ peritis uſitatorum & familiarium probe perſpectam habeamus. Adeas modo Frencelii Nomenclatorem Tom. II. p. 39. ſeqq. ubi quam plurima erudite ediſſerit, quæ narrationibus Manlianis lucem fœnerari poſſunt magnam, citans inſimul illuſtria quædam virorum doctorum loca huc multum facientia.

(ſ) De P. Vincentio & hoc L. Ludovico vid. Groſſerus Memorabil. Luſ. Part. IV. c. 3. p. 120. ſeqq.

" Eadem de cauſa non diſpliceret deducere "appellationem a voce עיר, quæ Hebræis "ſimpliciter ſonat quoddam excitatum, ſeu "in altum eductum ædificiis, turribus, mu-"nitionibus ſive urbem eam ſtructuram "ſeu arcem dicamus, ut Gorlicium dictum "videatur, quaſi urbs ſeu Arx Luſatiæ. "Nam litera y a principio dictionis Hæbræ-"is etiam vim aſpirandi habuit: ſed aliam, "quam nos ſcribendo exprimere poſſu-"mus: ac ſæpe veteribus per literam G "expreſſa eſt: ut in Vocabulis Gomer & "Gomorrha apparet, cum tamen hæc lite-"ra plane alterius ſit poteſtatis. Hac ra-"tione & ad vocabulum אור referri poſſet, "quod lucem ſeu lumen ſignificat. Qvod "ſi quis ſimplicem maluerit retinere Ger-"licii ſonum, eodem tamen res redibit. "Nam & נָּ ſignificat advenam ſeu pere-"grinum, qui habitandi cauſa in locum ali-"quem peregre advenit. Unde commu-"nem germanorum appellationem eruditi "deducunt. Idem ergo ſignificabit Gorli-"cium, quod advenæ ſeu peregrini incolæ "Luſatiæ. Sed quia & Græci ορος retinu-"erunt, aſpiratum: Locus ipſe primam, "quam dixi, rationem appellationis proba-"re videtur. Eſſe vero conſentientes ety-"mologias, quæ ad fontes Hebreæ linguæ "congruunt, omnes docti affirmant, qui "multas fabuloſas narrationes ex lingvæ "fontibus dijudicarunt. In Heneta vero "lingua plures manſiſſe voces Hebræis cog-"natas mirum non eſt: cum Hiſtoriæ te-"ſtentur, Henetos loca orientalibus proxi-"ma olim tenuiſſe. Amemus ergo, hanc "appellationis rationem & ſtatuamus hunc "ipſum locum jam olim ſeu arcem, ſeu "caput, ſeu lumen regionis hujus appella-"tum, & de majorum facinoribus egregiis "nos commonefacere, & quid nobis faci-"endum ſit oſtendere: nempe ut quam illi "virtute atque induſtria ſua laudem & glo-"riam perpetuam civitati huic invenerunt, "eam nos ſtudio atque labore noſtro au-"ctam atque amplificatam poſteris relin-"quamus." Hæc ille.

Melanchthon Gorlicium ἐρείπιαν, eine Brand-Stätte, dicit.

§. IV. Poſt hæc ſcripta audivi, qui diceret, Melanchthonem (t) exiſtimaſſe, Gorlicii vocabulum Heneta lingua ἐρείπια incendii ſignificare eine Brand-Stätte. Brandeburgum quidem a Polonis Sgoreleciam vocari Cromerus annotavit. (u) Cromerus lib. 12. (vv) inter oppida, quæ in ſubmontana & Hungaris finitima Poloniæ ora Germani a Caſimiro II. cognomento magno Poloniæ rege acciti condiderunt, & Germanicarum urbium nominibus appellarunt, Gerlicium etiam recenſet.

Cromerus iterum aliter.

CAPUT XXXI.

De Morte Sobeslai.

§. I.

Conradus Lotharii ſucceſſor 1140.

REdeo nunc ad Sobeslaum. Is an. 1140. quo Conradus Svevus poſt Lotharium anno 1138. mortuum regnare cœpit, cum Sileſiam Polonis tum parentem infeſto exercitu longe lateque populatus eſſet, jamque ad ſubigendam omnem eam oram animum adjeciſſet, valida febre correptus Pragamque relatus, non multo poſt invaleſcente morbo extinctus, & in templo Viſegradenſi proxime patris ſepulchrum conditus eſt; princeps tam pace quam bello in paucis clariſſimus. (x)

Sobeslaus toti Sileſiæ ſubigendæ intentus

Febre extinguitur: qui

Princeps tam pace quam bello clariſſimus.

CAPUT XXXII.

De Vladislao, Sobeslai ſucceſſore, ſecundo Bohemiæ Rege.

§. I.

Sobeslai filiis præteritis, Vladislaus II. ſuccedit.

SObeslai filiolis voluntate patris præteritis, in principatu ſucceſſit Vladislaus II. Vladislai I. qui frater Sobeslai fuerat, filius. Hunc Conradus Znoymenſis Marchio, Cunradi Ducis ex filio Leopoldo nepos & conjurati cum eo primores Bohemi throno dejicere conati ſunt. Quos Cunradus III. Imperator Vladislao auxiliares copias in Bohemiam adducens facile repreſſit. Hic præfectorum Gorlicio & Budiſſinæ aliisque in Luſatia Vrbibus, mentio fit apud Olomucenſem, (y) ad quos ſcriptæ ſint ab Vladislao literæ, ut certum equitum numerum adverſus Cunradum conducerent.

Ad Luſatiæ præfectos iter edat de legendo milite adverſus Cunradum.

§. II.

(t) Cui jungit Frencelius in citato Nomenclatoris loco p. 42. Dreſſerum de Urbibus German. in Gerlicio, & Laurentium Peccenſtein in Poliographia.

(u) Rerum Polonicarum lib. II. p. 25. b. Plures Autores habet Frencelius p. 42. in Nomenclat.

(vv) Pag. 211. 6. Edit. Baſileenſ. an. 1568. f.

(a) Hæc & alia referunt Cromerus. lib. VI. p. 93. b. & Dubravius Hiſt. Boh. lib. XI. pag. 89. Huc totum fere transferendum eſſet cap. 10. Epitom. Rerum Boh. lib. III. ubi doctiſſimus Balbinus & Gerlicii extructionem & nominis ſignificationem quam nitidiſſime enucleat: aſt remittere tantum licet B. L. ad locum huc maxime ſpectantem.

(y) Hiſt. Boh. lib. 12. p. 91. lin. 35.

Vladiſlaus, cum duobus fratribus & Cunrado Cæſare contra Saracenos militatum eunt.

§. II. Anno 1147. Vladiſlaus, ejusque fratres Henricus & Spicignevus ſive Spigneus cum Cunrado Cæſare in Syriam contra Saracenos militatum profecti ſunt, de qua expeditione ſequenti libro (z) dicetur. Autor Cromerus. (a) Olomucenſis (b) patruelem tantum horum Cunradum Znoymenſem culpam, de qua dixi, expiaturum, indutis crucis inſignibus nomen in hanc militiam ſuam dediſſe meminit.

de quo libro ſequenti.

Fridricus I. Barbaroſſa

§. III. Anno 1159. Fridericus I. Imperator a Barba rutila Barbaroſſa h. e. œnobarbus dictus, qui Cunrado patruo anno (ſic Charion & Peucerus (c)) 1152. vel inſequenti, ſecundum Cromerum (d) mortuo, in Imperium ſucceſſerat, in Comitiis Ratiſponenſibus, Vladiſlao ob navatam, ut Æneas (e) inquit, in expugnatione Mediolanenſi (f) egregiam & fidelem operam, poſt tam longum interregnum de ampliſſimi conſilii ſententia diadema impoſuit, regemque eum appellavit, & novo inſigni Leonis albi, duabus caudis in altum porrectis, conſpicui in Vexillo rubro ornavit (Æneas Leonem rubeum biſurcatæ caudæ in clypeo (g) albo habet) Vetus enim regni Bohemici δῆγμα aquila erat fuſca ſeu atra in clypeo candido, quam ab Ottone primo Imperatore in comitiis Wormacienſibus acceperat D. Wenceslaus, teſte Olomucenſe. (h) Tametſi Æneas cap. 18. (i) Vdalrico I. Vratislai regis avo inſigne aquilæ imperialis datum ſcribit.

ob merita Vladiſlao diadema imponit, Regem appellat, novoque inſigni ornat.

Leonis inſigne Bohemis apta collatum.

§. IV. Apte autem Leonis inſignia fert Bohemia, cum Dodecatemorio Leonis ſubjaceat, ut præter Olomucenſem Cardanus ex Schonero docet. Et longa comparatione cum leonibus Bohemorum ingenia confert libro primo Hiſtoriæ Bohemicæ Olomucenſis. (k) Apud quem eundem ut & Bonfinium de bicipiti leonis cauda plura invenient Lectores.



§. V. Atque hoc tempore Budiſſinam, quæ a principio urbs Imperii fuerit, ab Imperatore Vladiſlao principi dono datam, Budiſſinenſes annotarunt. Cui repugnat, quod Olomucenſis (l) a Sobeslao Vladiſlai prædeceſſore Budiſſinam renovatam ſcribit. Et Budiſſinenſis præfecti ex eodem modo facta eſt mentio. Ego Vratislao primo regi eam urbem ab Henrico IV. Imperatore datam exiſtimo, ac errorem de Vladiſlao inde natum, quod, ut mox (m) dicemus, plerique eum primum omnium a Barbaroſſa regem appellatum falſo arbitrantur.

Budiſſina olim urbs Imperii,

Vladiſlao donatur: quo de variant Autorum ſententiæ.

Autoris Manlii Sententia.

§. VI. Recuperavit itaque hic Vladiſlaus nomen & dignitatem regiam, qua poſt Vratislaum ſexaginta amplius annis nemo principum Bohemorum uſus erat. Atque hinc eſt, quod ſcriptores uno ore affirmant, ducem Bohemiæ apud Fridericum Imperatorem, regiam primum dignitatem rebus ad Mediolanum præclare geſtis promeruiſſe: quod etſi ceu ſalvaturus (ut Mathematicorum utar vocabulo) de renunciatione, & confirmatione publico ac ſolenni ritu facta intelligit Peucerus; (n) tamen ſecundum regem fuiſſe hunc Vladiſlaum, non primum, ex ſuperiori (o) de Vratislao narra-

Bohemorum nomen & dignitas regia per LX. annos ceſſaris.

Vladiſlaus ſecundus, non primus Bohemiæ rex fuit.

(z) Libro 4. Comment. cap. 3.
(a) Libro. 6. Rerum Polonic. pag. 99. a.
(b) Lib. 12. p. 93 lin. 51. ſeqq.
(c) Chronic. lib. 4. p 472. ſeqq.
(d) De Rebus Polonorum lib. 6, p. 202. b.
(e) Hiſtoriæ Boh cap. 24. p. 134.
(f) Jam ante illam expugnationem diadema ipſi impoſitum fuiſſe memorat Beckler Hiſt. Hor. p. 1. f. 50. conf. Boregk f. 152.
(g) Loco ſub lit. (e) citato.
(h) Hiſt. Boh. lib. 5. p. 32. lin. 28.
(i) Hiſt. Boh. in calce p. 132. lin. 2.
(k) Pag. 2. lin. 52. ſeqq.
(l) Hiſt Boh. lib. 11. p. 88. lin. 45.
(m) Paragrapho ſeq. 6.
(n) Chronic. lib. 4. p. 473.
(o) Cap. 2. §. 2. hujus lib. 3. Comment.

natratione certum eſt. Cur autem Duces Bohemiæ Vratislaum & hunc Vladislaum ſecuti regio nomine ſe abdicarint, de Crantii & Æneæ ſententia cauſas ibidem (p) indicavimus, mox aliam (q) etiam addituri.

CAPUT XXXIII.

De

Vladislai morte & Succedente Sobeslao.

§. I.

Vladislaus cum filio Friderico ab Imperatore regno motus,

VLadislaus (r) ſenio confectus, cum Fridericum filium natu maximum, inconſulto Friderico I. Imperatore pro ſe regnum adminiſtare juſſiſſet, uterque regno moti, ſucceſſorem ab Imperatore accepere Sobeslaum ſecundum juniorem, Sobeslai primi filium, patruelem ſuum, quem in Prynda arce Bavariam proſpectante aliquandiu in vinculis aſſervarat Vladislaus.

Succeſſorem habet Sobeslaum II.

Quem metuens, cum Gaza, familiaque ſua regia in Luſatiam migrat.

§. II. Ab hocquod ſibi metueret, Vladislaus, cum Gaza regia, & ſecunda ſua uxore Juditha, Landgravii cujuſdam filia, Premysłao item Vladislaoque filiis in Luſatiam ad regionem Budiſſinenſem & ad alios uxoris ſundos dotales migravit, in quo ſeceſſu (s) intra quartum menſem diem clauſit ſupremum anno Chriſti 1174. totius ſuæ gubernationis quinto & trigeſimo, regni vero quindecimo, ſepultus in Stragovienſi Cœnobio, quod Pragæ in deflexu montis petrini fundarat.

ibique obiit 1174.

CAPUT XXXIV.

De

Sobeslao ejecto & Cunrado poſt mortem Friderici Bohemiæ Principe declarato.

§. I.

Sobeslaus regio titulo abſtinens,

SObeslaus autem regio nomine nimis ſumptuoſo, propter exhauſtum omni pecunia ærarium abſtinens, principatum paucos annos geſſit. A Friderico enim Vladislai filio Bohemia ejectus, Vladislai exemplo, in Luſatiam (t) ſe cum uxore ac trecentis equitibus contulit, & mox cum principatum armis repeteret, ac eodem bello victus extorris tandem aliena in terra mortuus eſt. Atque ita rurſus interregnum propter crebram principum mutationem fuit.

a Friderico Vladislai fil. Bohemia ejectus, in Luſatiam fugit, bello victus, extorris obit, rurſus interregnum fuit.

§. II. Friderico poſt ægre recuperatum ſtatum ſuum iterum, Pragam intervertit Cunradus Marchio, qua tamen ſtatim Friderici Imperatoris minis adactus rurſum eidem ceſſit, tandemque juſto prælio a Premislao Friderici fratre ſuperatus, aſſumpta tabellarii perſona in ſecreto colloquio ſupplex Friderico patrueli factus, offenſionum omnium veniam impetravit. Deinde ſuo Fridericique nomine cum Bohemis & Moravis Barbaroſſam in Aſiam contra Saracenos moventem comitatur.

Cunradus Marchio,

a Premislao prælio victus,

Supplex a Friderico veniam impetrat.

Barbaroſſæ Cæſ. in Aſiam comes.

§. I.I. Ac Imperator quidem in Armenia minore amnem rapidam lavandi cauſa ingreſſus miſere periit anno 1190. (u) vel præcedente ſecundum Peucerum (vv) Cunradus vero vixdum reverſus, cum Fridericus quoque Bohemus diem ſuum obiiſſet, princeps Bohemiæ ab ordinibus declaratus eſt, nec multo poſt initum eum honorem ad expugnandam Neapolin cum Henrico VI. Cæſare cognomento aſpero Barbaroſſæ Filio profectus, in ea obſidione una cum Ottone patruele peſte correptus exſpiravit. Corpus Pragam relatum, ibique conditum.

Imperator in amne Armeniæ minoris perit 1190.

Cunradus reverſus, Friderico mortuo, Bohemiæ princeps declaratus, Peſte extinguitur cum Ottone patruele.

CAPUT XXXV.

De

Wenceslao & Primislao, Bohemiæ Principibus ſalutatis.

§. I.

Henricus Pragenſ. præſul.

POſt Cunradum II. Henrico Pragenſium præſule, & ipſo ſtirpis principum Bohemiæ, adjuvante, Venceslaus Sobeslai I. ſenioris filius, ſecundi frater a

Pragen.

(p) Eod. loco.

(q) Cap. ſeq. 34. §. 1.

(r) Hæc Verba petiit Manlius ex Cromeri lib. VI. p. 106. b.

(ſ) Balbinus Epit. R. B. L. III. c. 12. p. 242. item Miſc. Hiſt. Decad. I. lib. VII. c. 26. p. 92. hunc locum arcem Meer nominatam tunc temporis putat ſecutus Hagecium. conſ. Groſſerum Memorabil. Luſat. Part. I. p. 33.

(t) Luſatia Bohemorum Principum aſylum eo tempore fuiſſe, ex his ſatis ſuperque apparet conſ. Groſſerum Part. III. p. 58.

(u) In hunc annum referunt Friderici interitum Cromerus lib. VI. Rerum Polon. pag. 115. a & Paulus Eberus in Calendario Hiſtorico pag. 201. his verbis: Fridericus Barbaroſſa Imp. contra Saracenos movens, in minore Armenia, Selephinm amnem ingreſſus miſere periit, anno 1190. Cuſpinianus fluvium Serram ab incolis vocari ſcribit. conſ. Bonfinium Rer. Ungar. Decad. II. lib. VII. pag. 192.

(vv) Chronicor. lib. IV. pag. 474.

Vencēslaus Sobeslai I. filius Bohemiæ princeps ſalutatus, poſt trium menſium principatum clam ad Henricum Cæſ. fugit.

Pragenſibus intra mœnia receptus eſt, principesque conſalutatus. Is cum tribus tantummodo menſibus ſummæ rerum præfuiſſet, Premislao obſidionem Pragæ oſtentante, occulte inde ſe ſubtraxit ad Henricum Cæſarem Pabepergæ tum agentem.

Cui Premislaus ſubſtituitur.

§. II. Pragenſes igitur principe deſtituti, Premislaum Venceslao ſubſtituunt. Qui poſtquam quatuor menſes principem in Bohemia egerat, cum audiret, redire Pragam, autoritate Cæſaris Venceslaum, in Moraviam rurſus ſe contulit.

Poſt quatuor menſes Venceslaum adventantem metuens in Moraviam ſe confert.

Venceslaus ab Adelberto Luſatiæ Marchione interceptus, tandem moritur.

§. III. Cæterum Venceslaus in via per Adalbertum Luſatiæ Marchionem (ſic Olomucenſis (x) eum vocat) Priemislao gratificantem interceptus, arctæque cuſtodiæ traditus eſt, in qua vitam tandem cum morte commutavit. Quia autem perbrevi tempore Rempublicam adminiſtrarunt Venceslaus & Premislaus, ideo hoc loco manuſcripto ducum Bohemicorum catalogo nomina eorum non inſeruntur. (y)

CAPUT XXXVI.

De Henrico, Duce Bohemiæ pronunciato.

§. I.

Henricus, præſul, Bohemiæ Dux pronunciatur.

INdictis Pragam creando principi comitiis, Bohemi Henricum præſulem unanimi aſſenſu ducem pronunciant, rati, ita demum concordiam conflari poſſe in Bohemia, ſi ipſe nullis aperte factionibus imbutus regendam illam ſuſciperet. Quorum voto cum Cæſar ſubſcripſiſſet, Premislaus interim, cum certa equitum manu in Luſatiam ad Adalbertum, rebellem tunc animum adverſus Cæſarem gerentem Saxoniamque imperio illius ſubjectam, vexantem, ſua ſponte conceſſerat, ut & laborum ejus prædarumque eſſet particeps, & eadem opera injuriam, quam a Cæſare paulo ante ſibi factam conquerebatur, ulciſceretur.

Premislaus ad Adalberti, in Cæſarem rebellis, partes tranſit.

Henricus ad coercendam Adalberti & Premislai ferociam, donis ab Imperatore invitatus,

§. II. Cæſar Italicis negotiis diſtentus, ablegat ad Henricum Bohemum homines nobiles, qui juberent eum expeditionem in Luſatiam, ad retundendam Adalberti & Premislai ferociam, ſuſcipere, dono ei datis arcibus, & oppidis, quæcunque de bonis Adalberti avulſerit. Henricus delectu militum habito, Gvilielmum comitem eis præponit.

milites delegit, Gvilielmum Comitem his præponit.

Adalbertus & Premislaus victi fugantur.

Milites omnia rapinis replent, devaſtant, rapiuntque.

§. III. Superato fugatoque Adalberto, & Premislao tantum non capto, Victor exercitus, fruſtra prohibente Gvilielmo, ex libidine cuncta agere, ſacraque pariter ac prophana diripere, cum ex præda, non autem ex pecunia militare ſe diceret, ſero pœnitentiam agente Henrico, quod tam diſſolutam expeditionem in Luſatiam ſine ſtipendio expedierit. Hæc fere Olomucenſis. (z) Nos de hoc Alberto Miſniæ Marchione libro proximo (a) dicemus.

Moritur Henricus 1198.

nec non Henricus Imper.

§. IV. Obiit autem Henricus princeps & Pontifex Ægræ, quindecimo principatus anno, ſecundum Æneam, (b) eo forte tempore, quo Imperator quoque Henricus Meſſanæ in Sicilia mortuus eſt anno 1198. cum Saladino extincto ad bellum Aſiaticum recuperandasque Hieroſolymas animum adjeciſſet: in cœnobio Doxano apud matrem ſepultus.

CAPUT XXXVII.

De Premislao Ottogaro I. Bohemiæ Rege tertio.

§. I.

Succeſſor ejus Vladislaus III. mox Premislao fratri Principatum Bohem cedit.

EUm excepit Vladislaus tertius, Vladislai II. regis filius, qui cum quinque tantum menſes principem locum occupaſſet, ultro de eo minori natu fratri Premislao ceſſit, Moravorum imperio conten-

(x) Totum hoc caput deſumſit Autor ex Dubravii Hiſt. Boh. lib. 14. pag. 113. lin. 51. ſeqq. & pag. 114 lin. I. & ſeqq. Id unice adhuc indicandum viſum, Marchionem Luſatiæ non Adalberti ſed Alberti nomine venire ac ab Olomucenſe dici.

(y) Inſeruit vero nomina eorum, imprimis Wenceslai in Luſatia intercepti Boh. Balbinus Miſc. lib. VII. Sect. I. cap. 27. & Tabulæ IV. Genealogicæ de Principibus Bohemiæ. conf. ejusd. Epitome Rer. Boh. lib. III. c. 12. p. 239. præcipue p. 248. conf. Frencelii Hiſt. de Populis Luſ. c. 25. §. 8. 9.

(z) Seu Dubravius Hiſt. Boh. lib. XIV. pag. 114. conf. iterum Balbini Miſc. lib. VII. Sect. I. cap. 28. pag. 98. ſeqq. Joh. Dlugoſſus Hiſt. Polon. lib 6. f. 566. ſeq. Groſſerl Lauſitziſche Merckw. P. I. p. 35. Frencelii Hiſt. de Populis Luſat. cap. 25. §. 10.

(a) Libro IV. cap. 20. & 28. conf. Fabricii Orig. Sax. lib. V. f. 560. ſeqq.

(b) Hiſtoriæ Boh. c. 25. p. 134. Verba hæc ſunt: Conradum Biſetislaus ſequitur, qui & Henricus dictus eſt. Et cum eſſet Pragenſis epiſcopus ſedecim annis pontificatum ſimul & principatum Bohemiæ tenuit.

Digitized by Google

Philippus Suevus, & Otto IV. Brunevicenſis Imperatores leguntur.

contentus. Per idem tempus Germanorum principum quidam Philippum Suevum Henrici VI. fratrem, alii vero Pontificis impulſu Ottonem IV. Brunevicenſem, Henrici Leonis, filium Imperatores legerant.

Premislaus, ab Ottone offenſus, Philippi partes arripit.

§. II. Premislaus medium tum adhuc agebat, animo fluctuans, in utram partem ſeſe daret, cum ei ex Luſatia affertur, Saxones excurſione illò facta, pagos aliquot diripuiſſe, pecoraque inde in Saxoniam abegiſſe. Extrudit confeſtim ſuos Premislaus, qui Ottoni Saxones de præda abacta deferrent. Ji cum reſponſum non ſatis commodum tuliſſent, interea legati a Philippo in Bohemiam veniunt, ſpes ampliſſimas Premislao oſtentantes, ſi philippiſſare in animum induxerit. Quibus adhuc præſentibus Ottoni bonam vicinitatem renunciavit Premislaus, roburque trium millium in Bohemia equitum delegit, iisque ductores duos dedit cum mandato, ut hunc numerum in Luſatia adaugerent, ſi aucto opus eſſe cognoſcerent. A finibus illi ſtatim ferro & igni vaſtarunt Saxoniam, mœnibusque ſe continente Ottone, variis ſpoliis ſatiati incolumes in Bohemiam redierunt.

Saxoniamque vaſtat & deprædatur.

In Regem Bohemiæ coronatur.

A cujus temporibus Bohemi poſtea regio titulo ſemper uſi.

Ac interregnum finitum.

§. III. Huic beneficio ut gratiam referret Philippus, cum Moguntiæ conventum principum haberet, de omnium (Cochl. p. 315.) qui aderant ſententia, Premislaum regem Bohemiæ creavit, impoſita ei ſua manu corona. Regiam itaque dignitatem a proximis principibus, bello civili diſtentis neglectam tertium recepit hic Premislaus anno 1200. & ſucceſſoribus ſuis reliquit. Finitumque exin tandem interregnum, in Bohemia regibus ſibi deinceps continua ſerie ſuccedentibus.

Premislaus a Philippo deficiens, ab Ottonis partibus ſtat.

§. IV. Poſt hæc tempora jactis inter Philippum & Premislaum diſcordiæ ſeminibus, in tantam ſe Premislaus apud æmulum hujus Ottonem poſuit gratiam, ut Saxones Premislaum laudantes identidem ſua voce repeterent, Ottiſchgar h. e. Ottoni totus deditus. Quod Bohemi non intelligentes, putabant novum Premislao a Germanis indi vocabulum, vocarique Ottogarum, nec aliter poſt hac quam Ottogarum cognominabant. Hæc Olomucenſis (c)

Hinc cognomen Ottogari natum.

§. V. Sed mox Ottonem rurſus Premislaus, eadem, qua Philippum prius levitate deſeruit, reconciliatusque Philippo, filiam ejus Cunegundim Wenceslao filio ſuo deſpondit. Anno 1226. eundem filium ſuum regem deſignavit, & biennio poſt una cum uxore diademate cinxit, auſpice Siffrido Moguntino Pontifice. (d)

Poſtea iterum Ottonem deſerens, cum Philippo reconciliatus filiam ejus Wenceslao fil. ſuo deſpondit, filio ſuo rege deſignato & cum uxore coronato.

Premislaus moritur. 1230.

§. VI. Obiit Premislaus anno Chriſti 1230. regni trigeſimo, (e) menſe Januario. Sic ſeries (f) regum Bohemiæ. Inſcriptio ſacelli cujusdam in templo arcis Pragenſis divo Vito ſacro, in quo conditus fuit rex, ita habet: Anno Domini M.CC. XXX. XVIII. Calend. Jan. obiit clariſſimus princeps Przemysl, qui & Ottokarus, rex Boëmiæ tertius hic ſepultus, cujus anima cum omnibus fidelibus defunctis requieſcat in ſanctiſſima pace. Amen.

Inſcriptio Sacelli vel tumuli ejus.

CAPUT XXXVIII.

De *Brunone, Præſule Miſnenſi, Baſilicam Budiſſinenſem fundante.*

§ I.

Bruno Miſnenſium Præſul XXI. templum Budiſſinenſe fundat. 1213. & de finibus inter Budiſſinam & Zagaſtam, cum Premislao tranſigit.

Regnante Premislao Ottogaro primo, anno 1213 Bruno II. præſul Miſnenſium, in ordine XXI. templum Budiſſinenſe (g) ad Suevum fluvium fundavit, & cum Premislao rege negotium de finibus inter Budiſſinam (h) & Zagaſtam (i) urbes tranſegit, autor Fabricius libr. I. Annalium urbis Miſnæ. (k)

CAP.

(e) Hiſt. Boh. Lib. XV. p. 118. 119. & hae quidem lin. 39. vid. Balb. Miſc. L. VII. c. 29. p. 110. ſeqq.

(d) Hæc iterum adfert Dubravius lib. citato §. 124. lin. 1. ſeqq.

(e) Conf. eundem pag. 125. lin. 25.

(f) Seriem Ducum Regumque Bohemiæ a Martino Cutheno Bohemo congeſtam exhibet Coſmas Pragenſis ſeu potius, Freherus in Scriptoribus Boh. Chronico Coſmæ præfixam, Edit. Hanov. 1607. conf Boh. Balbini Epit. Rerum Boh. Lib. III. cap. 13. p. 248. ſeqq. Jo. Dlugoſſum Hiſt. Polon. L. VI. f. 643. Groſſerum Part. I. p. 38. Frencel. in Hiſt. de Popul. Luſ. c. 25 §. 15.

(g) Vid. Groſſerum Part. II. p. 11. & Part. III. p. 58. Pluribus vero verbis perſequitur hujus templi fundationem & extructionem ex Budiſſinenſium Annalibus Frencelius in Hiſt. de populis Luſatiæ cap. 25. §. 17.

(h) conf. Groſſerum Part. I. p. 42. & infra in hoc lib. III. Comment. cap. 40. § 3.

(i) Was durch Zogaſt oder Zagoſt, inquit Frencelius in Hiſt. de populis Luſ. c. 25 § 16. zu verſtehen ſey, davon finde nirgends einige Nachricht. An ſich ſelbſt heiſt das Wort ſo viel als hintern Wald. v. infra cap. 4 §. 3.

(k) Pag. 36. & 38. ſub. anno 1241.

CAPUT XXXIX.

De
Sileſiis Luſatiæ Dominis.

§. I.

Luſatia Cunrado a patre Henrico aſſignatur.

Origo Ducum Sileſiæ in ſeqq.

EOdem Premislao apud Bohemos, in Polonia veto rerum potiente Leſco albo, qui anno 1226. (l) cæſus eſt, ſcribit Cromerus, (m) Henricum primum barbatum Sileſiæ ducem, cum principatum inter filios divideret, Luſatiam Cunrado aſſignaſſe. Quod quomodo ſactum ſit prius quam dicamus, de origine ducum Sileſiæ paucis diſſeremus.

Boleslaus III. Crivouſtus dictus, Polon. Rex ex Piaſtarum familia.

1139. mortuus, quinque filios reliquit, ex quibus ei Vladislaus II. ſucceſſit.

§. II. Boleslaus tertius Polonus, ab ore Carbunculo morbo diſtorto Crivouſtus (n) vulgo curvus dictus, a Piaſto, unde Priſci Poloniæ reges & duces genus trahunt, undecimus, a Boleslao I. Chrobri primo rege ſextus, a Boleslao ſecundo audace, cui ob interfectum Divum Stanislaum regnum abrogavit Pontifex Romanus, Dux tertius, anno 1139. mottuus, quinque filios reliquit, ex quibus ob ætatis prærogativam patri in Monarchia ſucceſſit natu maximus Vladislaus ejus nominis ſecundus.

Uxor hujus Chriſtiana, Henrici V. Imper. filia, qua inſtigante Fratres hereditariis ditionib. privaturus, ipſe regno pellitur. Boleslao Criſpo ſuccesſore.

§. III. Hic cum inſtigante Uxore Chriſtiana, Henrici V. Imperatoris filia, fœmina inſolente & ambitioſa, fratres opprimere, & attributis a patre & univerſa republica ditionibus exuere conaretur: ab ipſis procerum regni conſenſu & auxilio principatu pulſus eſt, ſurrogato in locum ejus Boleslao Criſpo natu proximo.

Cunradus III. Imper. Vladislao fruſtra regnum reſtituere tentat.

Poſtea a Friderico Barbaroſſa reſtituitur.

In via moritur, 1159.

§. IV. Quanquam autem Cunradus III. Cæſar, Chriſtianæ ſobrinus, ad quem Vladislaus exul cum uxore & tribus filiis conſugerat, in regnum reſtituere conatus eſt aliquoties, fruſtra tamen id tentavit, donec poſt obitum ipſius Frideticus I. Barbaroſſa Imperator perſecit, ut Vladislao in Poloniam redire liceret, ſed hic quidem in ipſo reditus apparatu morte interceptus eſt an. 1159.

Ejus filius Sileſia hereditario titulo donatur.

Cujus diviſio.

§. V. Filiis vero ejus ut Sileſiam regni partem duces Poloniæ hæreditario jure donarent, idem Barbaroſſa obtinuit, qui de conſilio patruorum eam provinciam ita inter ſe pattiti ſunt, ut Boleslao alto ſeu procero Vratislavia, Lignelium & Svidnicium; Miezlao Ratiboria & Oppolia obtingeret, Cunrado vero Loripedi ſeu Lanſcenogo, Glogavia & Croſna, qui cum paulo poſt ſine liberis deceſſiſſet, ditio ejus ad Boleslaum devoluta eſt.

De Luſatia utraq; inter Polonos, Miſnenſes & Bohemos variæ diſceptationes.

§. VI. Diſerte autem hoc loco ſcribit Curæus, (o) etſi de Luſatia utraque certatum ſit vario eventu a Polonis cum Marchionibus Miſnenſibus & Bohemis: quædam tamen oppida manſiſſe in poteſtate principum Sileſiæ.

Quædam in poteſtate principum.

Primi Sileſiæ duces.

Atque hi primi ſuere Sileſiæ duces, a quibus qui nunc rerum potiuntur, deſcenderunt omnes, (p) Olſnenſibus & Munſterbergenſibus exceptis, qui Georgii Podebratii regis Bohemiæ ſunt poſteri.

Boleslaus albus mortuus 1201.

Succeſſorem Henricum I. barbatum habet.

Cujus uxor Hedvigis, in numerum ſanctorum relata.

§. VII. Cæterum Boleslaus albus, amiſſis iutra breve ſpatium temporis quatuor filiis, an. 1201. 7. Idus Decembr. (ut teſtatur inſcriptio ſepulchri, quod in Cœnobio Lubenſi ad Oderam ab ipſo ſundato vidimus) vita deſunctus, ſolum Henricum I. barbatum Vratislavienſium ducem hæredem reliquit. (q) Is Heduigin (r) Bertholdi ducis Carinthiæ, Dalmatiæ, Hiſtoriæ & Meraniæ (pro quo Cromerus (s) non recte ſcripſit Moraviæ Matchionis) comitis Tyrolenſis, ex veteri ſamilia Andecenſe in Bavaria, filiam, ſœminam a relligioſæ pietatis acerrimo ſtudio percelebrem,

quæ

(l) Hunc annum, quo hæc cum Leſco acta ſunt, a Chriſto nato fuiſſe, memorat Cromerus Lib. VII. R. P. p. 133. a.

(m) Lib. eodem, aſt paulo ante citatam paginam, nimirum pag. 128. b. & 129. a conf. Groſſerum Part I. p. 41.

(n) Vid ſupra cap. 28. §. 2. notam ſub. lit. g. Quod Lignicenſes Duces Piaſtæi ſuerint vid. Henelii Sileſiographiam c. 8. p. 236. ſeqq.

(o) Annalibus Sileſiæ p. 55.

(p) A quarum ſtirpe autem noſtra ætate nulli ſunt ſuperſtites. Quod Olsnicenſes fuerint Podiebradi, exponit Henelius in Sileſiographiæ cap. 8. §. 74. p 274. ſqq.

(q) Præcipua rerum ab eo geſtarum recenſent Curæus Analib. Sileſiæ p. 59. ſeqq. Fridericus Lucæ in Schleſiens Denckwürdigkeiten pag. 73. ſeq. aliisque in locis quam plurimis, quæ index indicat ſat copioſe. Henelius in Sileſingraphia ſ. potius Scholiaſtes cap. VII. p 596. 599. vitam & elogium quaſi in compendio tradit.

(r) Stirpis atque vitæ expoſitionem B. Hedwigis vide in Curæi Annalibus Cap. XL. pag. 72. ſeqq. & in Henelii Sileſiographia c. VII. p. 599. ſeqq. nec non in Lucæ Schleſiſchen Denckwürdigkeiten pag. 1165. 1689. Vitam S. Hedwigis a Surio deſcriptam nondum in publicum emiſſam notat. Præfat. Sileſingraphiæ Henelianæ.

(s) Libro 7. de Rebus Polonorum p. 128. 6. ibi enim diſerte dicit: Henricus Barbatus ex Hedwige uxore, filia Bertholdi ducis Carinthiæ & marchionis Moraviæ, fœmina lectiſſima, Henricum & Conradum filios habuit.

quæ poſt mortem obitam (t) in numerum ſanctorum relata eſt, uxorem habuit, ex qua præter Boleslaum primogenitum haud μακρόβιον & filias tres, Henricum II. pium & Cunradum, cui criſpo cognomen fuit, filios genuit.

ex qua liberi,

Regiones inter filios devidit Henricus I.

§. VIII. Inter eos ita dominatum partitus eſt, ut Cunrado quidem minori Luſatia & Lubuſſenſis tractus, majori vero Henrico reliqua omnia cum Vratislavia cederent. In qua partitione, quod non acquieſceret Cunradus, bellum fratri fecit, a quo victus, cum ſe ex fuga Glogoviam ad patrem recepiſſet, non ita multo poſt in Tarnavienſe ſaltu venationi vacans & feram agitans, lapſo equo cervices fregit; ſic fere Cromerus. (u) Explicatius Curæus: (w) Suſceperat, inquit, Henricus Barbatus ex conjuge Hedwige tres filios Boleslaum, Cunradum, & Henricum. Illis cum eſſent adoleſcentes, pater, qui hortante conjuge Hedvige ad exercitia pietatis ſeſe conſerebat, diſtribuerat provincias, ut ipſo vivente aſſveſierent ad officia gubernationis.

Cunradus a fratre bello victus, cervicem in venatione frangit. Secundum Cromerum. Clarius Curæus.

§. IX. Boleslaum collocaverat in extremam oram Sileſiæ inferioris, in ditionem Libuſſenſem, quæ longe excurrebat in eam partem, quæ nunc eſt Marchia & Luſatia inferior. Sed Boleslaus princeps prodigus & negligens magnam partem oræ illius Marchioni Brandeburgenſium in perpetuum vendidit, & ipſe paulo poſt cælebs deceſſit, ut Dlugoſſus retulit. (x)

Boleslaus Libuſſenſem ditionem ſ. ut nunc, Marchiam & Luſat. inferiorem obtinet. Prodigus magnam oræ partem vendit, cœlebs moritur.

§. X. Cunrado, qui patri charior erat, attribuerat aliquam partem Sileſiæ inferioris, Croſnam, Saganum & Luſatiam ſuperiorem: illique nupſerat filia ducis Saxoniæ. Reliquam autem Sileſiam aſſignabat Henrico, quem diligebat mater. Cunradus erat ingenio turbulento & oderat nobilitatem Germanicam, quæ erat apud fratrem & matrem, denunciavit fratri bellum, quod in hæreditate ab ipſo eſſet defraudatus. Ita luctuoſum bellum civile exarſit inter fratres anno 1213. Cunrado animum augebant auxilia Polonorum, cum quibus ſeſe ſobebat conjungere.

Cunrado Croſna, Saganum & Luſatia ſuper. obvenit. Hujus uxor. Reliqua Sileſia Henrico manet

Cunradus fratri bellum infert 1213. Polonorum fretus auxiliis.

§. XI. Parentes cum magna ſollicitudine & lacrumis conati ſunt eum placare: ſed cum viderent eum incitari ſuis furiis, pater ſeceſſit Glogoviam, mater vero Nimpſecum. Fratres collectis copiis præliati ſunt inter Lignicium & Goldbergam ad pagum, qui hodie etiam nominatur Ecclesia Ruſſa. Ibi poſt dimicationem atrocem, victoria manſit penes Henricum, cum Germanorum eſſet virtus in ea pugna eximia. Cunradus amiſſo exercitu, fugit Glogoviam, ut pater ipſum contra fratrem tueretur.

Parentes fruſtra eum placare conantur.

Cunradus, a fratre fuſus, Glogoviam fugit.

§. XII. Ibi, cum poſt paucos dies in ſylvas Bythanienſes ad Venationem eſſet profectus, memorabili Dei judicio, punientis inobedientiam liberorum, prope pagum Tarnaw ex equo prolapſus eſt, & cervicibus fractis occubuit. Cadaver relatum eſt Trebnicium, & ibi a ſorore Agnete, quæ fratrem tenerrime amabat, ſepultum. Mater Hedvigis dicitur prævidiſſe ipſius interitum. Hæc Curæus. (y)

Equo delapſus cervicem frangit.

§. XIII. Porro Henricus pater triginta totos ante obitum annos ab uxore disjunctus (z) continenter vixit, atque ex eo tempore tanquam Converſus, ut inquit Sileſiæ Chronicon abbreviatum, barbam & capillos promiſit, unde barbatus dictus eſt. (a) Obiit autem Croſnæ 14 Cal. Aprilis, an. 1238. ſecundum Cromerum (b) & Reddelium, vel præcedenti ſecundum Chron Sileſiæ abbreviatum & id ſecutos annales Vratislavienſes, ſepultus in æde divi Bartolomæi Trebnicenſis monaſterii, (c) quod an. 1203. ut inſcriptiones indicant, Vxoris rogatu Ciſtercienſis ſectæ puel-

Henricus unde barbatus dictus.

Obiit 1238.

Cujus tumuli inſcriptiones.

(t) Vid. Curæum in Annalib. Sileſiæ pag 77. & cæteros autores ſub lit. (r) citatos, nec non Groſſerum Part. I. p. 41.

(u) Lib. VII. de Reb. Polon. p. 129. a. conf. Jo. Dlugloſſum Hiſt. Polon. L. VI. p. 615. ſeqq.

(w) In Annalibus Sileſiæ p. 60. & 61.

(x) Loco ſub lit. (u) citato.

(y) Loco ſub lit. (w) citato.

(z) Curæus Annalib. Sileſiæ p. 75. ſcribit, cum Hedwigis ſexies fuiſſet puerpera, tandem maritum magnis precibus eo adduxit, ut conſuetudine conjugali renunciaret, ab eaque ferme 30. annos ſeſe abſtineret, Cromerus Lib. 8. de Reb. Pol. p. 139. b. id narravit.

(a) Eandem barbæ promiſſæ cauſam adducunt Cromerus loco modo citato, & Curæus in Annalib. Sileſiæ p. 65.

(b) Lib. 8. de Reb. Pol. p. 139. b. conſ. Lucæ Schleſiſche Denckwürdigkeiten p. 259. 1269. 1271.

(c) De monaſterio hoc vid. Cromerus lib. 7. de Reb. Pol. p. 129. a. & p. 139. b Curæus in Annalibus Sileſ. p. 65. Henelii Sileſiographia cap. 7. §. 154. p. 593. ſeqq. & Auguſtini Sartorii Ciſtercium Bis-Tertium ſ. Hiſtoria Ordinis Ciſtercienſis Tit. 28. p. 1126. Vetero-Pragæ 1700. ſ. Trebnicium a Sorab. Trebam, egeo, indigeo.

puellis maximis ſumptibus exædificaverat. De Saxo tumuli lævi ſive glabro hi verſus a nobis ſunt deſcripti:

Dux Henricus Honor Zleſiæ, quem plangere conor,
Hic jacet hunc fundans fundum virtutis abundans:
Tutor egenorum, ſcola morum, virga reorum,
Cui ſit ut absque mora locus in requie bonus, ora!

Ejus Autoritas & potentia.

§. XIV. Hujus Henrici tanta fuit autoritas & potentia, ut impubere adhuc Boleslao pudico, ſummum totius Poloniæ principatum obtineret. De Luſatia autem quod ex Cromero (d) attulimus, id de quadam ejus parte accipiendum videtur. Quomodo vero Dominium illius acquiſiverit Henricus, nihil certi habeo dicere; quid ſuſpicer, ſuperioribus libris (e) indicatum eſt.

De acquiſitione Dominii Luſatiæ ſupra.

CAPUT XL.

De Regimine & morte Wenceslai Ottogari I. monoculi.

§. I.

Premisl. I. Succeſſor Wenceslaus Ottogarus Luſcus cognomine, qui a filio Premislao Ottocaro II. fruſtra bello petitus,

POſt Premislaum Ottogarum I. gubernationem regni ſuſcepit filius ejus Wenceslaus Ottogarus Luſcus, an. 1251. (f) Hunc filius (ſecundum Dubravium (g)) Premislaus Ottogarus II. Olomucenſium & Oppavienſium Marchio, a proceribus Bohemicis perſuaſus, ope Henrici Miſnenſis Marchionis, nuper una cum Vilebrando antiſtite Magdepurgico, ab Ottone & Johanne Brandepurgiis, Venceslai imprimis auxilio victi, regno pellere ſpoliareque anniſus eſt. Sed is mox a patre ſuperatus, captusque ac dimiſſus in Moraviam illo jubente rurſum conceſſit.

filium ſuperat, eumq; Moraviam ſecedere jubet.

§. II. Obiit Venceslaus an. 1253. 9. Cal. Octobr. Pragæ in æde Divi Franciſci, quam extruxerat, ſepultus. Ab hoc Venceslao Cunradus I. præſul Miſnenſis in ordine XXIII. anno 1239. confirmationem privilegii, de finibus ditionis Budiſſinenſis impetravit. Cujus negotii ſupra in Premislao (h) meminimus. Annales Miſnenſes. (i)

Obiit Wenceslaus 1253.

A quo Cunradus I. præſul Miſnenſ. privilegii confirmationem de finibus Budiſſ. impetravit.

§. III. Ab eodem rege & Brunone (lege Cunrado) præſule an. 1241. limites terræ Zagoſtæ (k) & Budiſſinenſis conſtituuntur, propter quos multæ contentiones fuerant, & graves controverſiæ. Subſcripſerunt præter alios Albertus Dux Saxoniæ & Ditericus Comes Bremenſis. Non. Maji ſupplementum eorundem.

Secundum Annales Miſnenſ.

CAPUT XLI.

De Henrico II. Sileſiæ Duce cum Tartaris confligente & occumbente.

§. I.

HEnrico Barbato duci Sileſiæ ſucceſſit filius Henricus II. pius, cui Anna Premislai Ottogari I. filia, Venceslai ſoror, nupta fuit. Is autem 1241. 5. Id. Aprilis, uno a Lignicio milliario, cum maximo Tartarorum exercitu, qui ex Aſia effuſi Peta duce, Poloniam & Sileſiam vaſtarant, conflixit, ibique fotiſſime dimicans occubuit. Locus pugnæ hodieque Wallſtadt appellatur. (l)

Henricus II. Pius, Barbati filius, Sileſiæ Dux.

Cujus uxor Anna Ottogari I. filia.

In prælio cum Tartaris occubuit. 1241.

§. II. Caput

(d) Supra §. 8. hujus ipſius capitis ex Cromeri lib. 7. de Rebus Polon. p. 129. a ſive lin. 1.

(e) In Deiguiate cap. 10. §. 4. 5. 8. p. 81. ſeq. lib. I. comment. cap. 44. p. 150. & lib. II. Comment. cap. 21.

(f) Conf. omnes Scriptores Boh. quorum teſtimoniis hactenus ſumus uſi, v. g. Dubrav. Hiſt. B. lib. 16. p. 126. ſeqq. Balbinus Miſc. lib. VII, Sect. I. c. 30. p. 115. ſeqq. & in Epitome R. B. Lib. III. c. 14. p. 259. ſeqq. Boregk. Böhm. Chron. f. 197. Georg. Fabricius Orig. Sax. lib. 6. f. 578. Grofferus Part. I. p. 38. 39. Frencelius in Hiſt. de populis Luſ. c. 25. §. 21.

(g) Hiſtoriæ Boh. lib. 16. pag. 128. lin. 40. ſeqq.

(h) Cap. 38 §. 1. conf. & notas ibi adjectas.

(i) Seu urbis Miſnæ lib. 1. pag 36. Edit. Jenenſ. an. 1598. & ſub anno 1241. pag. 38. ubi ipſa hæc verba recitantur.

(k) De Significatione etymologica ſic ſcribit Frencelius in Hiſt. de populis Luſ. c. 25. §. 16. das Wort Zagoſt bedeutet an ſich ſelbſt ſo viel, als hintern Wald: denn Sa, oder Za, heiſt hinter, jenſeits, und Goſt (die Niederlauſitzer ſagen auch hoſt) hieß bey denen alten Wenden, ein Wald, Sylva, wie ſolches die Dörffer unter Senfftenberg Czornigoſt und Suiſigoſt, das iſt Schwartzwald, und Dürrewald, wie ſie der Teutſche nennet, ausweiſen.

(l) Hiſtoriam hujus acerrimæ congreſſionis exponunt Curæus in Annalibus Sileſiæ p. 66. ſeqq.

Truncus privatus capite ſepelitur.

§. II. Caput ejus haſtæ infixum Tattari ad arcem Legnicienſem accedentes prætulerunt, cumque eos, qoi in præſidio cum Vxore & liberis Henrici erant, deditionem fruſtra popoſciſſent, in lacum Coſvicenſem abjecerunt. Truncus poſt diſceſſionem hoſtium inter cadavera ſex digitorum in lævo pede argumento ex uxoris indicio inventus, cum Pomponis ſeu Bupponis de Oſterna ſexti cruciferorum Pruſſienſium magiſtri (m) & aliorum nobilium corporibus Vratiſlaviam deductus, & in S. Jacobi, quod monaſterium Franciſcanis ipſe proximo anno inchoaverat, uxor vero poſtea conſummavit, honorifice conditus eſt.

Fundator monaſterii S. Jacobi Vratislaviæ.

ejus effigies tumulo impoſita.

§. III. Cæterum id Cœnobium Præmonſtratenſes nunc ſodales incolunt ædesque ipſa ex augurato proprie in militia & obſidione urbium divo Jacobo, Vincentio dicata eſt. Tumulo in introitu chori impoſita eſt principis effigies e ſaxo rubro, pileo ducali tecta, cervice paleæ incumbens, pedibus Tattarum calcans,

Tabulæ inſcriptio 1521. appenſæ.

§. IV. Tumulus ipſe Epigraphe caret: ſed anno 1521. tabula appenſa fuit cum hac inſcriptione: Anno Domini 1240. fundatum eſt monaſterium S. Jacobi per inclitum ducem Sleſiæ dominum Henricum ſecundum, filium S. Hedvigis. Tandem ejus poſt obitum per conjugem ipſius dominam Annam conſummatum. Qui etiam ſequenti anno pro defenſione Chriſti fidelium bellans cum Tattaris ab iisdem eſt occiſus, & hic cum filiis duobus & una filia ſepultus. In eodem bello interfectus eſt Dominus Puppo, magiſter generalis ordinis fratrum hoſpitalis beatæ Virginis Mariæ de domo Teutonica, cum pluribus fratribus ejusdem ordinis hic ſepultus. Annum cladis utcunque hoc verſu indicavimus.

Verſus annum cladis referens.

HenrICVM CVr tV ſVperas Peta ſVrVe ſVgasqVe.

Uxor ejus Anna 1265. ſepulta.

§. V. Uxor Henrici Anna in contiguo Veſtalium D. Claræ cœnobio & ipſo a marito fundato ſepulta eſt, cum hac tumuli inſcriptione: Anno Domini. M CC LXV. in nocte S. Johannis B. obiit Anna duciſſa Vratislaviæ, filia Regis Bohemiæ B. fundatrix monaſterii S. Claræ hic ſepulta.

tumuli ejus Inſcriptio.

CAPUT XLII.

De Boleslao extremam Luſatiæ & Sileſiæ inferioris oram oppignorante.

§. I.

Quatuor Henrici Pii filii.

Henricus plus quatuor reliquit filios Boleslaum Legnicienſem, cognomento calvum item Rogatcam & ſævum, Henricum III. Vratislavienſem, Cunradum, qui ſacris initiatus & Pabebergenſi Epiſcopæ deſtinatus, cum jam hypodiaconus eſſet, reſutato ſacerdotio Glogovienſem ducatum fratri Boleslao extorſit; & Vladislaum antiſtitem Salispurgenſem.

Ex queis Cunradus fratri ducat. Glogovienſem eripit.

Boleslaus Lubuſcenſem tractum, Zythaviam & Gorlicium oppignorat.

§. II. Ex his Boleslaum, cum ſumptibus in diuturna & Sileſiæ admodum funeſta bella, adverſus Heoricum fratrem impenſis exhauſtus, pecunia indigeret, Lubusſenſe territorium Johanni & Ottoni Marchionibus Brandepurgenſibus, in quorum poteſtate id deinceps manſerit, Zythaviam vero & Gorlicium oppida ſuis quibusdam hominibus ditioribus oppignoraſſe, narrat Cromerus, (n) idque ante annum Chriſti 1252. Curæus (o) circiter annum 1248 hæc accidiſſe innuere videtur. Sed factum id eſſe oportet aliquot annis poſt, cum hoc tempore nondum condita fuerit Sittavia, ut mox patebit. (p)

quo vere anno, autores diſſentiunt.

vide hic Cureum.

§. III. Addit Curæus (q) Boleslaum poſtea rurſus ſuis furiis exagitatum, ut nervos belli corraderet, extremam oram Luſatiæ & Sileſiæ inferioris, agrum Libuſienſem & vicina oppida Brandepurgenſibus Marchionibus oppignoraſſe, & Vratislavienſe territorium tertio vaſtaſſe. Porro Boleslaus Reddelio teſte, e vivis exceſſit eodem anno, qoo Premislaum Ottogarum

Boleslaus obiit.

ſeqq. Cromerus libro 8. de rebus Polonorum pag. 143. & 144 Dlugloſſus Hiſt. Pol. lib. VII. p. 676. ſeqq. Lucæ in Schleſiens Denckwürdigkeiten p. 9. 74. 676. 1222. 1270. 2002. conf. Peuceri Chron. lib. V. pag. 519. Aventinum L. VII. p. 649. & Groſſerum Part. I. p. 41. nota ſub lit. (o)

(m) Pompo ſive Poppo de Oſterna ſextus fuit Magiſter Crucigerorum Pruſſienſium, ſub quo Regius mons (Königsberg) 1255. conditur. Münſterus in Pruſſia Annum 1240. habet, vid. de Pompone Cromerum loco citato.

(n) Lib. 8. de Reb. Polon. pag. 151. a.

(o) In Annalib. Sileſiæ pag. 79.

(p) Ex capite hujus libri Comment. III. quadrageſimo ſexto. §. 5. conf. Groſſerum Part. I. pag. 41. & Carpzov. in Analectis F. Zittav. Part. I. cap. 3. §. 2. 3. 4. & 5. pag. 12. ſeqq.

(q) In iisdem Annalib. Sileſiæ p. 80.

garum II. occubuiſſe mox dicemus, (r) ſepultus Legnitiæ in templo S. Crucis, quod fundaverat.

De hoc Verba Chronicæ Sileſiacæ.

§. IV. De hoc Boleslao ſic habet Chronicon Sileſiæ abbreviatum, a Præpoſito S. Spiritus Vratislavienſis, ad ſenatorem quendam Januſii Principis Oppolienſis Latino ſermone conſcriptum: „Hic Boleslaus calvus fuit homo mirabilis & multa riſu digna geſſit. Quadam enim vice „in novo foro Vratislaviæ, ubi tunc ad „forum multæ convenerant mulieres lacticinia vendentes, tranſiens per forum, „omne lac emi fecit, & in hoſpicium ſuum amphoris deportari atque in dolium „ad hoc præpàratum effundi. Mulieres „omnes effuſo lacte volebant habere precium. Dux vero inſpecto lacte, quaſi „indignatus, eo quod hoc ipſum non ſatis „ſibi videbatur album, noluit eis ſolutionem facere, ſed juſſit, ut quælibet mulier ſuum lac iterum ex dolio reciperet. „Mulieres itaque anxiæ de ſolutione turmatim accelerantes, cum amphoris ad dolium acceſſerunt, una alteram premens atque præveniens, lac ſuum reſumere cupiens. In quo congreſſu tanta facta eſt preſſura, ut quælibet amphoram ſuam concuteret, fractisque vaſis contendere cœperunt, ad ultimum ſe mutuo percutiebant & depilabant. Qu(o)n viſo dux in magnum ſolutus eſt riſum, ſedatoque tandem tumultu, præcepit cuilibet mulieri „precium dari, quo accepto omnes lætæ abierunt. Ibidem plura de Boleslao. „Additur tandem poſt multa quæ egerit „temporibus ſuis mirabilia, mortuum anno 1274. ſepultum cum uxore Adelheide Anhaldina io monaſterio fratrum prædicatorum Lignicii.

Boleslai res jocoſa & faceta.

Tempus mortis Boleslai.

CAPUT XLIII.

De

Premislao Ottogato II. dignitatem Cæſaream affectante, & Luſatiam Superiorem Electori Brandenburgenſi donante.

§. I.

Premislaus Ottocarus II Rex Boh. V.

VEnceslao Luſco ſucceſſit Premislaus Ottogarus II. rex quintus, qui Venceslai filius fraterve fuerit, parum liquet, pluribus tamen autoribus filium crediderim. Regnare cœpit anno 1254. tametſi diadema regium non tum ſtatim ſuſcepit. Hic ad Romanum etiam imperium ambitioſo pariter ac minaci conatu aſpiravit ante electionem Rudolphi Habespurgenſis. Confiſus igitur ſe opera Ottonis Marchionis Brandenpurgii, ut ſcribit Peucerus, (s) quod cupiebat, conſecuturum, ſuffragium hujus Luſatia ſuperiore velut mercede ſibi comparavit, nonnullis inter reliquos etiam ordines pecuoia expugnatis.

ad Romanum imperium aſpirat.

Hinc Ottonis Marchion. Brandepurgici ſuffragium Luſatiæ ſuper. dono ſibi coëmit quo de contrarium Olomucenſis.

§. II. Apud Olomucenſem (t) tamen nihil tale de Ottogaro legitur, ſed contrarium potius, nimirum repudiaſſe eum Imperatoris Romani dignitatem, a principibus Germaniæ ſibi oblatam legatione honorificentiſſima, cujus princeps fuerit Cunradus Colonienſis antiſtes. Æneas (u) quoque ſcribit vocatum per principes Electores ad imperium Ottocarum, contempſiſſe: palam inter ſuos jactitantem pluris Bohemiæ regem, quam Romanum Imperatorem eſſe.

&

Æneas.

§. III. Peuceri ſententiam de affectato ab Ottogaro imperio confirmat Sigſridus (w) Presbyter Miſnenſis, cujus ex ſecundo libro verba aſſcribo: Anno 1274. Lugduni celebratum eſt concilium magnum, „præſidente Papa Gregorio X. Hic Electionem regis Rudolphi (præcedenti anno in feſto S. Michaelis Francofordia factam) confirmavit, reprobatis nunciis „regis Hiſpaniæ (Alphonſi) & Regis Bohemiæ. Ipſe namque rex Bohemiæ Odocarus ſolennes nuncios & multam pecuniam & munera ad curiam Domini Papæ Gregorii transmiſerat, eo quod ipſe „ad imperium aſpiraret. Papa munera „non attendens, circumſedentibus ſic „dicebat: cum in Alemania plures principes & comites habeamus, quare vellemus Slavum ad Imperium ſublimare? Hæc „Siffridus. Aventinus (x) Odagrium ſeu „Ottocarum una cum Henrico Bavariæ „duce in comitiis Auguſtanis per legatos „contra electionem Rodolphi proteſtatum annotavit. Pantaleon ex Cuſpiniano (y) ſcribit, Marchionem Brandepurgenſem ab Ottogaro muneribus „corruptum & perſvaſum &c.

Hujus rei veritas probatur.

§. IV. Alienaſſe quidem Ottogarum hunc Budiſſinam & Gorlicium a regno, ex incor-

Budiſſinam & Gorlicium

(r) Cap. 44. §. 1. & 2.
(s) Chronicorum lib. V. p. 548.
(t) Hiſtoriæ Boh. lib. I. 17. p. 140. lin. 32.
(u) Hiſtoriæ Boh. cap. 27. p. 135.
(w) Epitom. lib. II. pag. 172. Edit. Jen. an. 1598.
(x) Annalium Bojorum lib. VII. §. 4. p. 675.
(y) Henricus Pantaleon in Chronographia ex Joh. Cuſpiniano ſeu Spieshammero Sweinfurten-

Marchioni Brandeburgenſi conceſſit,

incorporatione (z) patet, qua utrumque oppidum cum Poloniæ ſeu Sileſiæ ducatibus Bohemiæ conjunxit Carolus IV. In ea enim verba formalia hæc ſunt: Et quamvis Marchia Budiſſinenſis & Gorlicenſis, quæ cum cœteris civitatibus; oppidis & pertinentiis ſuis ad regnum & coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per illuſtrem Ottocarum quondam Bohemiæ regem proavum noſtrum, in perſonas quondam illuſtrium Brandenburgenſium Marchionum ex certis & rationalibus cauſis alienata fuerit, &c.

num oppignorando.

§. V. Alienationem autem hanc per oppignorationem factam, per ea, quæ libro ultimo (a) ex Olomucenſe (b) referemus, patebit. Quo eodem modo Cnemiandrum (c) etiam verbum alienandi accepiſſe video. Nec deſunt tamen qui affirment, venditam Marchionibus a rege Luſatiam & in hac Budiſſinam, ejusque rei literæ adhuc apud barones quosdam regni Bohemiæ reſtare dicuntur.

An vendendo diſſentiunt Autores, oder in alienationis titulo variant Hiſtoriographi.

CAPUT XLIV.

De
Ejusdem interitu in campo Auſtriæ Marchfeldo.

§. I.

Sittaviam condere incipit 1255. Otto Brandeburg Regiomonti conditor; cum quo in Pruſſiam expeditionem ſuſcipit.

HOc conſtat. Sittaviam ædificare cæpiſſe Ottogarum anno 1255. h. e. eo ipſo, quo una cum Ottone Brandepurgio ſororis ſuæ filio, in Pruſſiam, ubi Regium montem urbem condidit, expeditionem ſuſcepit, denique interiiſſe cum prodirione ſuorum in campo Auſtriæ Marchfeldo pugnantem contra Rodolphum Cæſarem, quondam Mareſchalcum ſuum, h. e. aulæ præfectum ſive curiæ magiſtrum, & Ladislaum cognomento Hunnum Hungariæ regem, anno 1278. die Ruffi, qui inter nefaſtos & atros habetur a Bohemis. Eodem enim die Johannes Lucemburgenſis in prælio Britannico, Venceslaus junior. Aventino teſte, (d) Olomucii & tertio poſt Ludovicus ad Mohatium periere: tametſi Uberus Johannis, (e) Peucerus (f) etiam Ottogari interitum in diem præcedentem, videlicet 7. Cal. Septembr. rejiciunt.

Pugnans ex insidiis ſuorum interit. 1278. die Ruffi Bohemis nefaſto.

Peucerus aliter de mortis die.

§. II. Nos Æneam (g) & Olomucenſem (h) ſequi maluimus, quibus aſtipulatur inſcriptio quædam parietis ex altera parte ſacelli, in quo Premislaum Ottogarum primum conditum diximus, quæ ſic habet: Anno Domini M. CC. LXXVIII. in die Beati Ruffi, obiit in bello ſereniſſimus princeps Przemysl, qui & Ottokarus, rex Bohemiæ quintus, Marchio Moraviæ, Auſtriæ, Carinthiæ, & Stiriæ dux, Carniolæ, portus Naonis, & Egræ terrarum dominus hic ſepultus. Olomucenſis (i) in cœnobio D. Franciſci ab ipſo ædificato ſepultum ſcribit.

Inſcriptio parietis Sacelli tumuli Ottogari I.

§. III. Hoc Ottogaro regnante anno 1260. conventus Sittavienſis (k) per dominos a Leippa fundatus eſt. Cnemiander: Anno 1266. Albertus II. præſul Miſnenſis in ordine XXIV. ad VII. Calend. Maj. defunctus, Budiſſinæ ſepelitur. Fabricius (l) initio lib. II. annalium Miſnenſium. Idem ſub eodem hoc anno inter Witigonem de generoſa Camenitiorum familia, Alberti ſucceſſorem & Henricum munificum Miſniæ & Luſatiæ Marchionem litem de metalli Scharfenbergii ſupra Miſnam decimis, compoſitam ſcribit a rege Bohemiæ Venceslao. Quam recte, ipſe viderit.

Conventus Sittavienſis fundatus 1260.

Lis inter Witigonem & Henricum munificum componitur.

CAPUT

furtenſi, Philoſopho, Medico, Poëta, Oratore & Hiſtotico in Imperatoribus Romanorum & quidem hæc in Rudolpho. Aſt his narrationibus omnibus adverſatur Boh. Balbinus Miſc. lib. VII. c. 31. p. 122. & in Epitome R. B. L. III. c. 15. p. 280. conf. Part. I. p. 45. ſeqq.

(z) Quam vide lib. VI. Comment. c. 16. 5.

(a) Libro VI. Comment. cap. 5. §. 10.-- 17. conf. Sagittarium in Hiſt. Luſ. §. 44.

(b) In Hiſt. Boh. lib. 21. p. 172. lin. 42.

(c) In Chronico Laubanenſi MST. ſeqq.

(d) Annalium Bojorum lib. ſeptimo cap. 14. §. 6. p. 705.

(e) In Calendario Hiſtorico his verbis. VII. Cal. Septemb. Rudolphus Imp. victo & acie occiſo Ottocaro Bohemiæ Rege, Auſtriam recuperavit, quam 22. annos tenuerat Ottocarus, anno 1278.

(f) Chronico. Lib. V. p. 550.

(g) In Hiſt. Boh. cap. 27. p. 136.

(h) Hiſt. Boh. lib. 17. p. 143.

(i) Loco citato p. 143. lin. 20.

(k) Vid. Groſſerum Part. II. p. 12. & Carpzovium in Analect. Faſt. Zittav. Part. I. c. 17. §. 1. ſeqq. p. 129. ſeqq. Part. III. c. 1. §. 9. p. 7. ſeq.

(l) Pag. 43. ſub anno 1266.

CAPUT XLV.

De

Wenceslao II. & arcibus nonnullis, quas in dotem ipſi dedit Rudolphus Habsburgicus.

§. I.

Wenceslaus II. puer ſub tutela Ottonis Marchionis Brandeb. ſuccedit.

OTtogaro ſucceſſit filius Venceslaus II. puer octennis (natus enim fuerat anno 1270. 5. Calend. Oct. Æneas (m) ſeptem annorum facit) cujus tutelam una cum regno toto Otto (Cromerus (n) longum cognominat) Marchio Brandepurgenſis Ottogari ſurorius adminiſtravit annis quinque, ſecundum Æneam. (o) Ergo anno 1283. regnare cœpit.

Cui Rodolphus Cæſar. Juttam filiam deſponſat 1286. Eique dotis nomine loca multa tribuit.

§. II. Ei Rodolphus victor regnum paternum reliquit, filiam Gutam ſeu Juttam h. e. Juditham anno 1286. deſponſavit, & ut Olomucenſis (p) refert, Egram, inſuperque arces complures in Miſnia & Luſatia, quarum Cæſar per mortem principis Miſniæ liberis orbi, dominus erat factus, in dotem dedit.

Locus & Convivæ nuptiarum illuſtres ſ. principes.

§. III. Nuptiis Pragæ celebratis adfuere præter alios filii Cæſaris Rodolphus & Albertus, Otto & Hermannus Brandepurgenſes, Fridericus Miſnenſis, Henricus, Caſimirus & Bolco Sileſiæ duces. Hunc Venceslaum pro ſancto vulgo haberi tradunt Carion & Paralipomena Urſpergenſis. (q)

CAPUT XLVI.

De

Exordiis urbis Zittaviæ ejusque nomine.

§. I.

Poſt Vratislaum Bohemi Luſatiam tenuere.

ATque hi duces & reges Bohemiæ poſt Vratislaum, ordine Luſatiam ſuperiorem tenuere. Quorum ſerie & hiſtoria, quantum ad inſtitutum noſtrum facere judicavimus, utcunque expoſita: Nunc de Sittaviæ exordiis (r) ex ejus urbis Annalibus pauca attexemus, atque ita hunc quoque librum claudemus.

De Sittaviæ Exordiis.

In loco, ubi jam Sittavia, olim aliquot diverſoria ſtetere.

§. II In ea ipſa parte ciſmontana hujus regionis, ubi Sittavia eſt hodie, olim cauponas ſeu tabernas aliquot fuiſſe ſuper inſula ſeu colle quodam inter duos amnes proxime moletrinam burgenſem ſitas, a majoribus accepimus, in quibus pernoctare ſoliti ſint aurigæ, aliique, qui ultra montana in Marchiam proficiſcerentur.

Premislaus Ottocarus II.

Oppidi terminos conſtituit,

amplíat,

§. III. Forte & Rex Premislaus Ottogarus II. iter hac fecit, cui cum arrideret natura loci & ſoli fertilitas, amplificaturus regnum ſuum, locum ibi condendæ urbi cœpit, ejusque ſpacium, quantum nimirum intra dominorum de S. Cruce palatium & portam textorum, atque inde poſt plateam, quæ Judæorum dicitur, & poſt macellum, tum per novum forum usque ad prædictum palatium continetur hodie, equo circumvectus determinavit, ſepe cinxit & in circum ſive forum ac plateas diſtribuit, propoſitaque immunitate, complures ut domicilia ibi figerent, ædesque ſibi frequentes & amplas extruerent, invitavit.

Incolas immunitatibus invitat, allicit.

Moenibus ampliatam cingit.

Privilegia & immunitates auget.

Zittava, quaſi Sitze da.

§. IV. Non multo interjecto tempore, cum plures indies eo confluerent, & quidem obiter iſthac habentium frequentiam præclare rem facerent, Rex ampliare locum & mœnibus cingere decrevit. Vomere itaque ſulco ducto, ambitum mœnium quantus etiam nunc eſt, deſignavit. Cumque tam conſiliarii ejus quam cives dicerent, capaciorem ita fore urbem & laxiorem, quam ut facile tota habitari poſſet, majores immunitates & Privilegia Rex iis, qui ſedem rerum ac fortunarum ſuarum ibi collocare vellent, promiſit, urbemque Zittava, quaſi tu dicas Sitze da, h. e. ibi ſedes fige, appellavit. Remiſit autem civibus non ſolum exactiones extraordinarias, verum etiam penſiones omnes, ita ut aliquid ipſi contribuere non haberent neceſſe, niſi ultro muneris honorarii loco conferre quippiam illis liberet.

§. V.

(m) Hiſt. Boh. cap. 28.

(n) Lib. 9 de Reb. Polon. p. 167. a conf. Dubrav. lib. Hiſt. Boh. 17. p. 143.

(o) Loco ſub. lit. (m) citato.

(p) Hiſt. Boh. lib. 18. p. 147. lin. 48.

(q) Pag. 21. hæc verba recitat: Rudolphus ad modum benigne egit cum Wenceslao, Ottocari filio. Hic Wenceslaus pro ſancto viro habitus fuit.

(r) Quæ explicant Balbin. Epitom. Rer. Boh. lib. III. c. 15. p. 272. Dreſſer. Deſcript. Urb. German. P. V. p. 624. Abraham Saurius im Städte-Buche lit. Z. ſeqq. p. 11. D. Wolffg. Jobſt. im Auszug aller Chronic. von Erbauung der Städte p. 146. Groſſerus Memor. Luſ. Part. I. p. 44. & Part. III. p. 95. ſeqq. Carpzovius in Analectis F. Zittav. Part. I. c. 3. p. 11. ſeqq. it. Part. II. c. 1. p. 171. ſeq. & noſtri Scriptores collecti v. g. Peucerus in Idyllio ſupra p. 66. v. 344. Sagittarius §. 43. & alii paſſim. conf. in ipſo Manlio Comment. lib. I. cap. 2. §. 1.

Mercatores per Bohemiam a vectigalibus immunes. Conditur Sittavia 1255

§. V. Mercatores etiam Sittavienſes ipſo regnante ab omnibus vectigalibus, quam late patet Bohemia, ſuere immunes. Atque ita urbs nova ſavore regio brevi tempore magna cepit incrementa. Fuit autem annus, quo condi cœpta eſt Sittavia a nato Chriſto 1255. Narrant alii, dum ſpacium urbis arvo deſignatur, regem obequitantem juſſiſſe lente duci aratrum, ſubinde repetita voce Gſiet vel Sittig, ex qua nomen Sittaviæ factum ſit.

Nomen Sittaviæ alio ortum. Derivatum.

Retellius de Etymo urbis erudite, In Elegidio.

§. VI. Cæterum in inveſtigando patriæ ſuæ etymo varie & erudite luſit M. Michaël Retellius (s) Sittavienſis, Scholæ Gedanenſis Conrector, cujus elegidion hic inſerendum duxi:

Sitta Bohemorum ſub rupibus inclyta ſtructaet,
Arcis ubi Oibina ſub Jove ſaxa jacent.
Sed dic unde trahis nomen? quis & indidit illud?
De linguis tractum pluribus eſſe liquet.
An quia ſtructor erat cultus bene moribus urbis,
Sic etenim mores gens Alemanna vocat.
An quia Pica loquax, quæ Grajo nomine σίττη
Dicitur, hæc de ſe nomina clara dedit.
Nam tibi facunda turba eſt numeroſa puella,
Fallere quæ juvenes voce loquace poteſt.
Fertur in hanc picam mutatas eſſe Camoenas,
Quæ vel adhuc lingua verba loquacis amant.
O! alteros utinam tales modo Sittaque σίττας,
Ut tua jam quavis pica Camena foret.
Illa dediſſe tibi conjectem nomina Muſas,
Quas tamen hanc urbem ſemper amaſſe puto.
Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ
Flaccus ait, res eſt vera, quod inde liquet.
Nam Sittam ζυθὸν dici cognatio monſtrat,
Litterula, qui te potus Apollo juvat.
Ζυθὸς enim Cereris cereviſia dicitur avi,
Quam ſatis egregio Sitta ſapore coquit.
Pica lubens bibis hinc ζυθὸν, quam Graeia σίττην
Nomine, ſed Muſam lingua latina vocat.
Ergo libet quoties ζῦθη ſumpſiſſe Camœnis
Pocula, pro vino te dare mane puto.
An nomen ſortita refert aliunde? quod inter
Hexapolis urbes ζῆτα relata jaces.
ζῆτα velut ſexta eſt in Græca littera lingua,
Inter ſex urbes Sextaque nomen habes
Frugibus, an quod et alma bonis? Nam docta vocavit
Frumenti varios Græcia σῖτα cibos.

Ejuſdem Retellii alia derivatio nominis Sittæ.

Alio tamen originem nominis Sittæ detorquet idem Retellius Elegia ad Dornſpachium, (t) in qua hi ſunt ejus verſus:

Urbs jacet ad montes contermina ſtructa Bohemos,
Ad nubes quorum quercubus exit apex.
Nomine quam miro vocat Hoſpes & incola Sittam,
Forte quod ad nemorum ſit ſita Sitta plagas.

CAPUT XLVII.

De Wenceslao, a Civibus Zitavienſibus educato, & ejus amore, quem in eosdem teſtatus eſt.

§. I.

OttoZabiſſus regni adminiſtrat. uſurpat, rapta regia vidua. Ipſique nupta.

MOrtuo Ottogaro II. adminiſtrationem regni uſurpavit eques quidam auratus, Otto Zabiſſus cum fratribus ſuis, rapta regina vidua, quæ etiam illi inconſultis atque adeo invitis Bohemis nupſit. Olomucenſis (u) Cunegundim reginam cum a Zaviſſio Roſſenſi potente Barone Znoymæ impregnata peperiſſet, cum eodem matrimonium iniiſſe narrat; ſed ambos in Bohemiam ad poſſeſſiones ſuas redire non auſos, donec Venceslaus annum ætatis quindecimum agens, finita Ottonis Marchionis tutela, imperium adeptus, matris perſuaſione vitricum in tantum dignitatis locum proveheret, ut penes unum omnis poteſtas aulica eſſet.

Ad magnam dignitatem a Venceslao evehitur.

Albertus Argentinenſis. Juxta quem Zovuſchii perfidia pœna capitis mulctatur.

§. II. Meminit & Albertus Argentinenſis domini Zeruſch Bohemi potentis, qui, quod fratris ipſius filiam Ottocharus doloſe cognoviſſet & patrem ejus in turri igne occidiſſet, in conflictu Auſtriaco Regem cum duobus millibus Bohemorum electorum deſeruit, captoque Ottocharo & a Bohemo quodam occiſo, relictam ejus uxorem duxit, tandem a Venceslao Ottochari filio decollatus. Vnde confundi ab Annalibus Zabiſſum & Ottonem Brandepurgium apparet.

Zabiſſus hic & Otto Brandepurgicus confunduntur.

§. III. Ne

(s) De hoc Retellio v. infra lib. VII. cap. 28. & Carpzovium in Anal. F. Z. Part. III. c. 7. p. 136.

(t) Vid. eundem Carpzovium Part. II. c. IV. §. 3. p. 279.

(u) Hiſt. Boh. lib. 18. p. 147. & ſeq. conf. Carpzovium in Analectis F. Z. Part. II. c. 1. §. 3. p. 173.

Venceslaus puer Sittaviæ educatur.

§. III. Ne quid igitur vel ab illa tali matre vel alio quovis, Venceslao filio regio impuberi etiam tum crearetur periculi, commendatus eſt civibus Sittavienſibus (w) apud quos in tuto eſſet & educaretur. (Æneas (x) ab Ottone Marchione Brandeburgenſe in Francnniam abductum ſcribit) Is cum adoleviſſet & regni gubernacula ſuſcepiſſet anno Chriſti 1283. Sittavienſes nutricios ſuos eximie dilexit, nec in evehendis illis & ornandis patri ſuo ulla ex parte ceſſit. Hos ſæpe deliberationibus, ſæpe cauſaruoi diſceptationibus & cognitionibus adhibuit.

Hinc Sittavienſium inſignis fautor & promotor.

Generalem Bohemiæ Civitatum Conventum indicit,

§. IV. Cumque aliquando, indicto a Venceslao generali omnium Bohemiæ civitatum conventu, Sittavienſes, quod aliter regis adeundi copiam ſibi fore diffiderent, tanto hominum ad aulam concurſu, nobili domino de Dauba elegantem donaſſent pannum, ut aditum ipſis ad regem faceret, ei quod vicinorum cauſam commendaret: re cognita, Rex accerſitos remotis arbitris ſimulata mulctæ quingentarum Sexagenarum irrogatione aliquantiſper ludificatus, benigne tandem increpavit, quod ceu diffidentes alumni obligatiſſimi benevolentiæ & gratitudini interceſſore & veluti proxenete ſibi opus eſſe putaſſent, multisque verbis ſuum in rempublicam bene meritam amorem teſtatus, nulla interpoſita mora, negocia quæ voluerant, omnia ex animi ipſorum ſententia expediri curavit.

in quo ſimulata mulcta Sittaviam afficit & tentat,

amoremque ulterius ipſis teſtatur, benigne eos dimittens.

CAPUT XLVIII.

De Ludis Equeſtribus, Zittaviæ agitatis, & dominis Leipenſibus huic urbi dominantibus.

§. I.

Equeſtria annuatim certamina Sittaviæ celebrat,

IDem quotannis in ſacris pentecoſtes feriis tornamenta (quæ vocant) h. e. equeſtria certamina, celebravit Sittaviæ (y) magna equeriorum (ſic Valla equites auratos vocat) & nobilium frequentia in loco paſcuæ publicæ, in quorum uno, cui ſex principes & quingenti equerii interfuere, baro de Birca, Hermanni Marchionis Brandepurgii nimirum & Luſatiæ ſuperioris, de quo libro (z) quinto dicetur, cognatus, a Petro Napticio Leipæ Domino (a) & Alberto Lomenicio dominis tunc Sittaviæ, interfectus eſt, & ibidem in parœciali templo, divo Johanni dicato, ſepultus. Factum id anno reſtitutæ ſalutis 1303. Poſſidebat tum Sittaviam Napticius, qui cum ob hanc cædem profugiſſet, Venceslaus urbem in ſuam poteſtatem redegit, eique vectigalium per Bohemiam immunitatem, qua patris ſui temporibus gaudebat, in triennium indulſit.

in quibus Baro de Birca a Napticio interficitur,

tum Sittaviæ domino, poſt cædem hanc profugo. Wenceslaus Sittaviam ſibi ſubjicit.

§. II. Recepit autem poſtea Sittaviam Leipenſis cum Zaslavo ſeu Zaſſæ Veiſſenburgio præfecto Cracovienſi (Cromerus (b) Taſſam, Olomucenſis (c) Protaſium Veiſſenburgium Cujaviæ præfectum vocant) opem tuliſſet, iterumque amiſit. (Occuparat enim anno 1291. ut Cromerus (d) ſupputat, Cracovienſem dominatum Wenceslaus donatum ſibi una cum Sandomirienſe, a matertera ſua Gryphina Roſciſlai Ruſſorum Ducis, vel ut Olomucenſis, (e) Bulgariæ Regis filia, Leſci nigri Poloniæ ducis uxore relicta. Sicut & novennio poſt h. e. anno 1300. totius Poloniæ rex deſignatus eſt. Unde talis ejus legitur inſcriptio in Annalibus Miſnicis Fabricii (f), licet ſub anno 1290. Wenceslaus DEI gratia Rex Bohemiæ, dux Cracoviæ & Sandomeriæ, Marchio Moraviæ, S. Romani imperii per terras Miſnenſem, Orientalem & Pleisnenſem Vicarius generalis.)

Quam Leipenſis recipit, & iterum amittit.

Wenceslaus Cracovienſem & Sandomirienſem dominatum occupat, Poloniæ rex creatus 1300. Inſcriptione teſte.

§. III. Mox tamen ei a Wenceslao ſecundum reddita eſt, in recompenſationem damnorum, quæ acceperat eo in bello, quo Coloniam Bohemiæ urbem & metalla Cuthna obſedit Rodolphus Cæſar. Sic Annales. (g)

Leipenſis Sittaviam de novo recipit, Ob navatam in bello operam.

§. IV. Sed ex Siffrido (h) apparet, non Rodolphum Habspurgium, ſed filium ejus Albertum I. Imperatorem cum filio S. Rodol-

Albertus I. imper. Bohemiam invadit. 1304.

(w) Vid. Groſſerum Part. I. p. 48. & in nota ſub lit. (i) it. Carpzovium loco modo citato & Mirum in Oratione de Rebus Luſatorum.
(x) Hiſt. Boh. cap. 28. p. 136.
(y) Vid. Annalecta F. Z. Carpzovii Part. IV. cap. 6. §. 1. p. 198.
(z) Cap. XV.
(a) Conf. Annalecta F. Z. loc. cit. ſub lit. (y) & ejuſd. Part. IV. c. 1. §. 2.
(b) Lib. XI. de Rebus Polon. p. 182. b.
(c) Hiſt. Boh. lib. 18. p. 150. lin. 8.
(d) Lib. X. de Reb. Polon. pag. 177. a.
(e) Hiſt. Boh. lib. 18. p. 148. lin. 39.
(f) Pag. 45.
(g) Tempore Manlii adhuc MST. nunc autem ſtudio & labore Carpzovii in publicum emiſſi Part. II. c. 2. §. 3 p. 173. ſeq. & Part. IV. c. 1. §. 2. p. 135. ſeq.
(h) Nempe ejus Epitom. lib. II. p. 186. ſub anno 1304. & ſeq.

Quo de Autores varia.

dolpho Auſtriæ duce anno 13 4. Bohemiam ingreſſum contra Venceslaum Regem, & ad Cuttenbergum metallum caſtra metatum, de quo bello fuſius idem S.ffridus ſub finem libri ſecundi, (i) & Olomucenſis, (k) qui hoc quoque addit, Hermanum Brandepurgenſem, Venceslao quinquies mille Cataphractos Equites adduxiſſe contra Albertum. Quanquam Olomucenſis (l) alterius quoque meminit expeditionis ab Alberto Imperatore in Bohemiam ſuſceptæ, nimirum anno 1307. cum mortuo filio Rudolpho, quem Bohemis regem dederat, alterum Fridericum iisdem obtrudere conaretur.

Colonia & Cuthnenſes montes obſeſſæ.

§. V. In qua diſerte ſcribit, (m) obſeſſam ab Imperatore Coloniam & montes Cuthnenſes, ac his quidem ab Henrico a Leippa poſtea regni Camerario tandemque ſub Johanne ſupremæ Bohemiæ præfecto, & Johanne Wartembergo validisſimum præſidium fuiſſe impoſitum. De ea ſic loquuntur annales, ut conjectare liceret, ex Henrici Lyppenſis mentione, inculcatum eſſe Venceslai nomen, biennio ante trucidati.

Leipenſis hoſtiliter impugnatus, hoſtes penitus fuodit.

§. VI. Poſt hæc Pegavienſis & Svertenſis gratificaturi Venceslao regi, qui quoquo modo recuperare Sittaviam avebat, Leipenſem hoſtiliter impugnare cœperunt, collocatis Gabelam viginti duobus galeatis, qui in agrum Herbesdorfenſem prope Sittaviam irruptione facta, flammis & incendio omnia miſcebant. Interea dominus Henricus, cognomento ferreus, noctu in urbem Sittavienſem venit, cum multis nobilibus & galeatis, quos poſtridie inalbeſcente primum cœlo, una cum civibus contra hoſtes & incendiarios eduxit, eosque intra montana illa, ubi Oivinum eſt hodie, adortus, galeatos omnes, duobus exceptis cepit & in urbem reduxit.

Dubium Chronologicum.

§. VII. Refert autem hæc annalium notator in annum Chriſti 1312. qui proximus fuit poſt coronationem Johannis Lucempurgenſis. Quod ſi igitur numerus corruptus non eſt, Venceslai nomen hic quoque ſuppoſiticium ſit oportet. Venceslaus enim ſecundus Ottogari II. Filius ſextus in ordine Bohemorum rex, de quo hactenus egimus, diem ſuum obiit, anno 1305. in cœnobio aulæ regiæ, quod fundaverat, conditus, quem inſequenti anno mox filius cognominis Venceslaus III. junior, qui indigenum regum ſtemma clauſit, ſecutus eſt. (n)

Venceslaus III. indigenum Regum Bohemor. ultimus.

CAPUT XLIX.

De Johanne Bohemiæ Rege Zittaviam recuperante.

§. I.

Sittavia quomodo a Johanne, Bohemiæ rege recuperata Libro VI.

PORRO qua occaſione tandem recuperaverit Sittaviam Johannes Bohemiæ rex, initio libri VI. (o) audiemus. Atque hæc ex Sittavienſium annalibus bona fide retulimus. (p)

§. II. Nec mirum videbitur cuipiam, Sittaviam non cum reliqua Luſatia ſuperiore Brandepurgenſibus eſſe alienatam. Neque enim tum quidem adhuc urbs ea pars erat Luſatiæ, ſed ad Coronam Bohemiæ immediate pertinebat, ut libro primo (q) indicavimus & repetemus ultimo. (r) Tametſi alia quædam Epitome annalium tradit, Sittaviam cum arce Ronau a Marchione Brandepurgenſe per Carolum IV. liberatam & coronæ Bohemicæ incorporatam. Nec memorat tamen, quando & quomodo ei ſit facta obnoxia.

Ea non Luſatiæ, ſed Bohemiæ urbs.

§. III. Nunc porro ſequenti libro Marchiones Miſniæ eos, qui poſt Henricum Groicenſem, (s) inferiorem Luſatiam adminiſtrarunt, perſequemur.

De Marchionibus Luſatiæ inferioris Liber ſequens IV.

SEQUI-

(i) Loco jam adducto.

(k) Hiſt. Boh. lib. XIIX. p. 151. lin. 40. ſeqq.

(l) Hiſt. Bob. lib. XIX. p. 156. lin. 58. ſeqq.

(m) Pag. 157. lin. 1. & ſeqq.

(n) Conf Dubravii lib. 18. p. 153. de Wenceslao juniore vero Olomucii interfecto lib. 19. p. 155. lin. 20 ſeqq. De utroque Wencelio vid. Balbinus Epitom. R. Boh lib. III. c. 16. p. 293. ſeqq. Groſſerus Part. I. pag. 57. ſeq. & Carpzovius in Analectis F. Z. Part. II. c. 1. §. 3. 4. p. 173. & ſeq.

(o) Cap. I. §. 2. cap. 5. §. 1. ſeqq.

(p) Fidem hanc Manlianam probatam nunc reddiderunt Analecta Faſtorum Sittavienſium locis in præcedentibus cap 46. 47. 48. citatis. Tuto itaque ſequi licere authoritatem hujus Scriptoris primum nunc publico Orbis literarii conſpectui, ac deſideriis imprimis Civium Luſatorum fauſtis avibus exhibiti, eo ipſo evincitur atque comprobatur.

(q) Cap. IV. §. 1. & ſeqq. pag. 111. ſeq.

(r) Nempe ſexto cap. 26.

(s) De quo in hoc lib. III. Comment, capitibus XI. & XII. plura explanavit Autor.

SEQUITUR GENEALOGIA PRISCORUM
BOHEMIÆ DUCUM AC REGUM, EX COSMA, ÆNEA ET DUBRAVIO, ETC.

Conf. *Tab. IV. Genealogica in Groſſeri Memorab. Luſ. Part. III. p. 8.*

A
Zechius Croatinus, Conditor gentis Bohemiæ, frater Lechi, qui Polonos propagavit.

- P. Crocus. ejus filiæ
  - C. Bela. Æn. Brela, Coſmæ Kazi.
  - D. Tetcha Æn. Therba ſive Therbiza. Coſ. Tethaka.
  - E. Lybuſſa Coſm: Luboſſa natu minima, cujus maritus prim9 Dux Bohemiæ Premislaus Coſ. Primizl. ruſticus ex pago Stadio,
    - NN. Duo filii ἀνώνυμοι immaturo funere rapti.
    - F. 2. Nezamislius. Coſ. Nezamizl. Æn. Mimislaus nihil excogitans.
      - G. 3. Mnatha.
        - H. 4. Vogenns Coſm. Vojin. Æn. Vorcius.

A. Hunc Zechium Æneas primum Bohemiæ ducem facit, & Crocum ſecundum, ita tertius ipſi eſt Primislaus, qui Coſma & Olomucenſi Primus. Homicidio domi perpetrato, Judicium ultionemque fugiens, in Bohemiam venit, & gentem Bohemicam condidit. Hujus frater Lechus ad orientem profectus, in magna camporum planicie ſedem collocavit, Poloniamque nomen ex loco dedit. Planicies enim Slavonica lingua polo nominatur.

B. Arcem apud Stemnam condidit, quam de ſuo nomine Cracoviam (in Bohemia) nominavit.

C. Caſtellum Brelum ædificavit; Herbarum ac medicinæ perita Æn.

D. Augur & ſortilega.

E. Poſt obitum patris pluribus annis Bohemiam rexit. Ædificavit caſtellum Libus non longe ab Albi, ibidem ſepulta. Æn. Primislao Imperante Valaſca puella principatum Bohemiæ more Amazonum ſeptennio potenter obtinuit. Emiſerat Libuſſa eqvum album, qui maritum ſibi quæreret prandentem in menſa ferrea. Is cum ad Premislaum acceſſiſſet, hunc proceres ſecuti eqvum Bohemiæ ducem ſalutant, eumque cum prius inverſo vomere cibum cepiſſet, ab aratro ad regnum adducunt. Boves in ſublimi rapiuntur, ac diſparent, & quo eos urſerat, ſtimulus terræ defixus, mox fronduit, & tres coryli ramos emiſit.

K. Huic

H Vogenus. 4

K
Vratiſlaus Dominus Zatecenſium ſeu Lucenſium. — Vladiſlaus Vladiſlaus — L Filiolus ἀνώνυμος interſectus a Duringio pædagogo, vel ſecundum Æn. domino terræ ad Egram fluvium, cujus fidei commiſſus erat.

I
5. Vneslaus, princeps Bohemiæ Pragenſis. Coſmæ Vinzlau Æne. Vinslaus.

M
6 Crevomyſlius Coſm. Crezomizli Æn. Grezomislaus.

N
7. Neclan. Hic variant ab Olomucenſe & inter ſe Æneas & Cromerus.

Myſtibogius minor natu, Dominus Gurimenſium, a Dæmone ſub humana ſpecie ipſum invadente ſuffocatus Æn. Dippoldus. 4

8 Hoſtivitius Coſm. Goſtivit Æn. Noſtiricus. 6

K Huic ceſſit principatus Lucenſis, qui poſtea Zacenſis dictus eſt. Conditor Vratislaviæ (in Bohemia) interſectus in prælio contra Neclanem.

I. Huic obtigit Praga & ducatus Bohemiæ.

L. Hunc Neclam patruelis, qui Vratislaum patruum ad extremum vicerat, Duringo educandum commiſit, a quo interfectus eſt. Sed Duringus poſtea a Necla adigitur, ut de Alni arbore ſeſe ſuſpenderet, cum illi optionem triplicis mortis propoſuiſſet, ut aut ſe ſuſpenderet, aut confoderet, aut de arce Viſcegradenſi præcipitaret. Alnus quamdiu remanſit, arbor Duringa dicta eſt.

F. Stupidus fuit ingenii & prorſus iners.

N. Hunc Neclam Æneas eundem facit cum patre Grezomislao. Crom: Creſomyslum Viſſegradenſem filium Vojenis facit, omiſſo Vinslao Pragenſe Timidus & ignavus, grave bellum geſſit cum patruo Vladislao.

P. Æneæ ex teſtamento Dominus provinciæ Surimenſis cap. 15. Curmenſis, legendum Gurimenſis.

Q. Ultimus paganorum ducum. Fidem Chriſti ſuſcepit anno 995. ſecundum Æneam. Baptiſatus una cum conjuge Ludmilla, fœmina ſancta & mirabilis clara, filia Slaviborii, comitis caſtelli Bizoniæ, quod poſtea Melinca dictum fuit, ſtrangulata a Tyma & Simone, ſubmiſſis, a nura Drabanicia, in Caſtello thetyra, quæ poſtea ob conciliatam D. Venceslao cædem hiatum terræ apud arcem Pragenſem abſorpta eſt. Æn. Baptiſatus a beato Methodio D. Cyrilli collega. Uxorem Coſmas Luidmilam vocat, filiam Zlanboris comitis de Caſtello Pſou, Olom. Ludmil-

α Radiſlaus.

β 9. Borivorius I. Coſ. Borinſy Æn. Borſivojus, primus princeps Chriſtianns, baptiſatus cum uxore Ludmilla Slaviborii comitis filia a Div. Methodio primo Moraviæ antiſtite anno 894. Æn. 995. Arnolpho imper:

Boleslaus. puerulus †. R.

10. Spitigneus I. Zpicignens Coſ. S.

11. Vratislans I. Uxor. Drahomira Lucenſis ethnica mulier & ad ſcelus prona, terræ hiatu apud arcem Pragenſem hauſta. Coſm. Dragomiz. De gente Lutiezenſi ex provincia Stodor. Æn. Drabomicia

Premiſlava. T.

12. S. Veneeslans. (X. major gloria) martyr, matre jubente ioterfectus fraude fraterna Boleslaviæ, vocatus ad convivium 4. Cal. Oct. 929. V.

13. Boleslaus I. Sævus fratricida 967. morbo conſumptus interiit. ε

millam filiam Slaviborii Meſnicenſis, ſtrangulata per Tomum & Sumum nobiles.

S. Fundavit ædem D. Georgii ubi adhuc viſitur lapideum Mauſoleum.

T. Pie educatus ab avia Ludmilla, de hujus ſanctitate Æn. cap. 15.

V. Educatus a matre idololatrica.

X. Mlada poſtea Romæ monialis facta & a Johanne P. M. Maria appellata, prima abbatiſſa Eccleſiæ S. Georgii Pragenſis, regulæ S Benedicti.

Y. Monachus Ratisponenſis in Bavaria, ſub abbate S. Emmerammo. Electus Epiſcopus Pragenſis, dum apud Moguntinum archipræſulem agit, ſacris de more imbuendus, diabolico ſpiritu correptus, tam diu vexatur, donec animam exhalaret.

α. Æneas. Boleslaum tertium a Meſchone Polonorum principe, Cracoviæ per fraudem in convivio captum & luminibus privatum, facit fratrem Vdalrici, & Januris.

β. Circumventus a Vrisbincenſibus, Æn.

γ. Educatus in aula Henrici Imp. Vxor Bozena, quam in villa veſtimenta lavantem rapuit.

δ. Uxorem rapuit Jutham Ottonis ruffi Imp. filiam, quæ apud Ratisbonam in monaſterio nutriebatur. Propter hunc raptum Imp. bellum ſuſcipit, ſed deprecan-

ce filia

Z.

14. Boleslaus II. pius fundator Epiſcopæ Pragenſis & XX. templorum †. 999. principatus 32. 7. id Febr. Uxor Hemmæ princeps Saxoniæ †. 1006. Dombrava Crom. Dambrovuca Coſ. Dubranca. uxor Meſconis primi principis Poloniæ Chriſtiani, mater Boleslai Chrobry Primi regis. †. 977.

Venceslaus infans †

α

15. Boleslaus III. mitis. a Boleslao Poloniæ rege (Meſcone Ducecos: & Æn.) invitatus Cracoviam & per fraudem exoculatus, admota oculis lamina ignita † 1037. Æn. 1030. Ex ſecunda uxore nobili.

β.

16. Hiaromirius Coſm. Jaromir. a fratre minore Vdalrico excæcatus, interfectus in latina per ſpiculatorem (Hertſchirer) a Cochano Verſuvicenſi ſubmiſſum 1308. prid. Non. IXbr. Æn. γ. Janures vel Januris.

V.

17. Vlricus I. † 1037. S. Id Novembr. uxor Beatrix Coſ. & Æn. Bozena ruſtici filia † 1052. δ

X.

Milada poſtea Maria fundatrix & prima abbatiſſa monaſterii D. Georgii in arce Pragenſi.

Y

Strauchii quas Coſm. Ztrahquaz. convivium terribile. Dum per Antiſtitem Moguntinum Epiſcopæ Pragenſi inauguratur, ante aram inter duos Epiſcopos primis jacens, a Dæmone evectus, vel ut Coſm. abreptus. Æn. Stratiquates vel Stratiquas.

---

te filia mox poſuit Moraviam paterno indultu rexit. Coſm. Juttam monialem raptam filiam facit Comitis Othonis albi.

ε. In hujus diei natalis celebratione S. Venceslaus interficitur. Coſmas Strachquas filium natum ſcribit tempore convivii, in quo Venceslaus interfectus eſt: & inde nomen ei factum.

ζ. Metu Spetignei fratris ex Moravia exul confugit ad Andream Pannoniæ regem, qui ei (prima ipſius uxore partui vicina, concuſſo ex itinere utero extincta) filiam unicam (Olomuc. ſororem) Adelheidem deſpondit. Tertia uxor Zuatava filia Caſimiri monachi regis (Coſm. mali ducis) Poloniæ, ſoror Boleslai II. audacis, ex Vladislai Hermani, Polonis dicta Sventochna, coronata in reginam cum marito anno 1086. in Comitiis Moguntinis, rex declaratur ab Henrico IV. Imp. (Coſm. eſt III.) ejusque ditioni Polonia adjicitur.

η. Dux

δ.

18. Bretiſlaus I. bellicoſus Coſ. Braziſlaus. Æn. Biſetiſlaus Crom. Prædiſlaus †. 1055. 4. Id Jan. Æn. 1052. 4. Cal. Maij. ſep. ad D. Viti, Uxor Juditha rapta, quæ poſt obitum mariti a Spitigneo filio, qood Teutonica eſſet, Bohemia ejecta, ſecundo nupſit Petro Regi Hungariæ † 1058. 4. Non. Aug.

d

ι.

OttoMoraviæ princeps Znoymon, poſtea Olomucens: † 1086. 5. Id. Jun. uxor. Euphem.

a.

19. Spytigneus II. primogenitus, natus 1030. † 1061. 5. Cal. Febr. anno Ducatus ſexto.

ζ.

20. 1. Vratiſlaus II. Olomucenſis. Coſm. Wratizlau ſecundo loco genitus. Declaratus primus rex Bohemiæ ab Henrico IV. imp. apud Moguneiam 1086. † 1092. 19. Cal. Febr. ſep. ad D. Petri Viſſegraden. quam fundarat.

2. Ux. Adleita vel Adelheida Hungara † 1062. 6. Cal. Febr.

3. Ux. Suentochna Polona. Bohemiæ Suataua. regina.

e

η.

21. Conradus I. Moraviæ princeps Brunnen. & poſtea etiam Znoymeus. † 1092. 8. Id. Sept. Rexit. Ducatom. M. 7. d. 17. XV. Walpurgis Germ. Coſm. Wirpergk.

f

θ.

Jaromirius Æn. Jaromirus præſul Pragenſis VII. Electus 1068. mutato nomine dictus Gerard. Coſm. & Æn. Gebh. poſtea etiam Olomucens. Strigonii 1090. 6. Cal. Julii.

η. Dux Moraviæ occidentalis, perfectus venatoribus. Coſm.

θ. Dominus Hradecii. Diaconus.

ι. Dux Moraviæ Orientalis. Magiſter piſtorum & coquorum. Coſm.

κ. Alicubi dicitur ὁμώνυμος Vladiſlao. ʒʒ.

μ. Fundavit Trebicium Cœnobium cum fratre.

ν. Interfuit expeditioni Aſiaticæ utrique Cunradi & Barbaroſſæ Imperat. peſte correptus in obſidione Neapolitana Italiæ. Sepultus Pragæ Æn. 28. Obiit apud Apulios Cæſarem Henricum VI. ſecutus.

κ. 24. Sua-

ξ

24. Suatoplucus Olum. Coſ. Zuatoplyk pulſo Borivojo intronisatus 110. prid. Id Maj. † 1109. 11. Cal. Octobr. in obſidione Glogoviæ ſep Cladronæ, quam fundavit. } g

Henricus præſul Olomucens. †.

Otto niger, Coſm. Ottigch princeps Moraviæ Olomucens; & poſt obitum Leopoldi Znoym. ὁμόγαμβρος Vladislao primo acie cæſus ad Chlumecium. } h

I Uxore.

Juditha Ux. Uladizlai Ducis Polon, quæ † 1085. 8. Cal. Jun. mater Boleslai Crivuuſti.

π.

Ludmilla fœmina ſancta. Ux Vigberti Comitis.

e { 22. Bretislaus II Junior, primogenitus intronizatus 1092. 18. Cal. Oct. 1100. XI. Cal. Jan. ſep. ad D. Viti. Uxor Lucretia principis Rhenani filia, ſoror Alberti Comitis de Bavaria, quam matronam duxit 1094 } i

Wratizlaus † immatura morte 13. Cal. Octobr. 1062.

De III. Uxore.

Bolezlaus Olomucii 1091. 3. Id. Auguſti.

σ.

23. Borivojus II. natu tertius † in Pannonia exul apud Steph. Regem 1124. 4. Non. Febr. ſep. Pragæ ad D. Viti. Uxor Helbyrch. Lupoldi Orientalis Auſtriæ Marchionis ſoror Æo. Borzivislaus. } k

25. Vladislaus I Boleslavienſis quarto loco natus † 1125. 2. Id April. ὁμόγαμβρος Ottoni nigro ſep. Cladronæ, quam a Svatopluco inchoatam abſolvit. } l

26. Sobieslaus I Senior. Coſ. Zobeslaus † Febr. 1040. Sep. prope Patrem in templo Viſſegradens. Uxor Adelheida, Colomanoi Hung. filia, Steph. Soror. } m

f { Leopoldus Zooymens: Coſ. Luitholdus.

υ

Vdalricus II. Brunoen: condidit cum fratre Cœnob. Trebinum. }

Vratislaus Brunneoſis Marchio. VX. Vaſtlea Ratheni principis filia.

Otto. Olomuc p. 66. b. Lib. XI. Bretislaus Conradi nepos, excæcatus propter conjurationem in Sobeslaum Ducem 26.

ν.

30. Conradus II. Marchio Zooymenſis. Uxor ſoror Belæ cæci regis Hungar. † peſte una cum patruele Ottone Henrici IV. Cæſ. Neapolin obſidente, ſep. Pragæ.

Hh

g { Henricus natus an. 1108. ſuſceptus ab Henrico IV. Imp.

λ.
h { Venceslaus Olomucens:

o.
i { Valdislaos Coſm: Bracislaus filiolus.

k { Jaromirius.

π.
l { 27. Vladislaus II. rex Secundus, creatus Ratisbonæ a Friderico I. barb. Imp. ob egregiam operam in expogoatione Mediolanenſi navatam 1159. Uxor prima Gertrudis ſoror Cunradi III. Suevi Imper. Sepolta io Cœnobio Doxano ab ipſa ædificato: ſecunda Judith Landgrafii filia † Vladisl. 1174. totius gubernationis 35. regni 15. ſep. Pragæ in Stragavienſi Cœnobio, quod fundarat.
Zuatava nupta Friderico Bav. principi.
Spicigneus vel Sbigneus Crom.
Henricus.
Theobaldos † in Italia bello Mediolanenſi Barbaroſſæ relatus in Bohemiam ſepultus Clatoviæ in Domini Caſtrorum Cœnobio a ſe ſundato.

m { Vladislaus ſoſceptus a Lothario imp. † ante Patrem.
29. Sobieslaos II. junior. † in exilio a Friderico victus. Uxor Miecislai ſenis Poloniæ Ducis Filia. Crom.
Vdalricus.
31. Venceslaos regnat meoſes 3. { Spitigneus, cum ad principatum aſpiraret, ab Vladislao III. & Premislao principibus excœcatus.
Maria nupta Principi Auſtriæ Leopold. F.

o. Etiam Æn. Vladislaus.

π. Maritum hujus Coſmas facit Wigbertum Comitem in Zribia, cui Henricus IV. Imp. dedit marchionatum Dedii defuncti, qui pertinebat ad Cunradum. Mater Macislau. † autem Wigbertus 1124.

ρ. Coſmas uxorem hujus facit filiam Almuſæ ducis, Stephani Regis Pomeranici cognatam. Olomucenſis Adelheidam vocat, & Colomanni filiam facit, Stephani Sororem. Idem tamen pag 65. b. Regem Pannoniæ patruelem Adelheidæ vocat, forte Belam, quem Stephanus excæcaverat. p. 66. Æneas quinque annos præfuiſſe Sobeslaum & exulem obiiſſe ſcribit. Conditor Gorlicii, Budiſſinæ renovator.

6. Hic

28. Fridericus uxor Eliſabeth. } Filia nupta Petro, Manuelis Imp. Conſtantinopolitani nepoti.

Suatoplucus 11. † in Bavaria apud fratrem Albertum. Vx. Geyſæ reg. Hungariæ filia Stephani ſoror.
Albertus Antiſtes Salcempurgenſis.

υ.

32. & 35. III. Premislaus Ottogarus I. Rex tertius, Coronatus a Philippo Suevo Imp. Henriei VI. fratre, Friderici II. patruo Moguntiæ anno 1200. † 1230. 18. Cal. Jan. Uxor. 1. Adela vel Hilda ſoror Theodoriei Weiſenfelſis Miſniæ & Luſatiæ, marchionis Ottonis divitis Filia, quam repudiavit. Altera Conſtantia Belæ regis Pannoniæ filia, mater Venceslai.

Agnes flaminica ſ. Veſtalis S. Claræ † 1265. in nocte S. Joh. Baptiſtæ. ſep. Vradisl. ad S. Claram.
Anna Uxor Henrici II. Pii Uratisl. Tartarici.

ψ.

IV. Venceslaus I. Ottogarus monoculus ſeu Luſcus, Rex quartus. Uxor Cunegundis Phil. Suevi Imp. filia † 1253. 9. Cal. Octobr. ſep. ad D. Franc. *

χ.

Filia uxor Vdalrici principis Carinthiæ, mater Vdalrici II. ejus, qui Carinthiam, Hiſtriam & portum Neonis Ottogari II. amitino ſuo vendidit.

φ.

33. Henricus Dux Bohemiæ qui idem & præſul, Pragenſis, ſtirpis Ducum Boëmiæ, ſed quo patre natus ſit, nusquam indicat Olomucenſis, niſi alicubi Friderici Ducis patruelem appellat. † Egræ anno circiter 1198. anno principatus 15. Æn. Sepultus in Cœnobio Doxano apud matrem. Æneas cap. 25. eum fratrem facit Venceslai ſucceſſoris. Sed perplexitas ejus in iis capitibus hoc quoque mihi ſuſpectum reddit.

34. Vladislaus III. regnat menſes quinque, poſtea Moraviæ Dominus. } Vladislaus Moraviæ Marchio.

σ. Hic perturbare ordinem incipit Æneas. Olomuc. negat hunc ex tertia conjuge Suatava genitum. Æneæ eſt Brozivislaus. 23.

τ. Vultaviam Pragæ pondo lapideo 24. pilas fornicesque in latitudine complexo conjunxit. Hunc Æneas cum patre Vladislao primo confundit. A Barbaroſſa inſigne regium accepit, leonem rubeum biſurcatæ caudæ, in clypeo albi coloris ſecundum Æneam. Cauſam repudii vide in annalibus Miſnenſibus Fabricii ſub

Filia nupta Ottoni Brandeburgio tutori S. Veoceslai mater Ottonis, qui cum avunculo Ottogaro II. bello Prutenico interfuit, Brotuſo Beatrix fuit.

Nothi ex puella Auſtriaci generis { Nicolaus, quem pater regionis Oppavienſis a Moravia avulſæ ducem fecit. Filiæ nuptæ Wartembergo & Cravaro proceribus

ω.

Wenceslaus Ottogarus I. ← V. Premislaus Ottogarus II. Rex quintus. Acie cæſus a Rodolpho Habsp. Imp. non procul a Znama 1278. die Ruffi, Sep. ad D. Viti. Marchio Moraviæ, Auſtriæ, Carnithiæ & Stiriæ Dux Carniolæ, portus Naonis & Egræ terrarum Dominus, ux. Margaretha anus vidua, nata ex fratre Friderici ultimi Auſtriaci, propter quam Auſtriam ſibi vendicavit, Hanc propter ſterilitatem repudiavit, & vivente ea alteram ſuper duxit.

♄.

Cunegundem regis Bulgariæ Filiam ex qua legitimi liberi.

Agnes nupta Rudolpho filio Rodolphi Habspurg. fratri Alberti I. Auſtrii Impp. Pragæ mortuo & ſepulto, Mater Johannis, qui Albertum Imp. patruom trucidavit.

♃.

VI. S. Venceslaas II. Senior, rex Bohem. ſextus, & Poloniæ, † ex tabe 23. Iunii 1305. æt. 35. Ux. I. Judith Rodolphi Imp. F. Alberti ſoror, Venceslai mater. IIda Eliſabeth ſeu Rixa Premisl. regis Polon. filia, poſtea nupta Rudolpho miti, Auſtriaco, Alberti imp. F. primogenito. VIII. Bohemiæ Regi primo regni anno ſine liberis mortuo 1307. Jul. 17. } a

anno 1211. & apud Olmuc. Hic Æneas Imperatorem Friderici VI. fratrem facit, cum patruus fuerit ejus, & Henrici VI. frater.

φ.

Æneas Biſetislai II. Succeſſorem facit Boleslaum in ordine XXIII.

χ.

Æneas addit Carniolam & Marchiam Slavonicam pro Hiſtriam legere Stiriam, niſi hanc armis eum adeptum ſcriberet Æneas. Stiriæ tamen meminit idem Olomuc. p. 108.

ψ.

Hunc unioculum Æneas ἄπαιδα facit, hat ihm auf der Jagt an eines Baumes Aſt das Auge ausgeſtoſſen.

ω.

Hic Ottogarus Konigsbergum in Pruſſia, & anno 1255. Sittaviam condidit. Vocatus propter opes & potentiam ad imperium contempſit, palam inter ſuos jactitans, pluris Boëmiæ Regem, quam Rom. Imperatorem eſſe. Cum juraret in verba Rudolphi Imp. cecidit tentorium, ob quam ignominiam rediit ad bellum & occiditur anno. 1278. Idem ſtratagema imitatus eſt Caſimirus in Stephano Valacho. Curæus fol. 204. & Cromerus l. 29. de rebus Polonorum fol. 651. ſuperſtite patre Marchiæ Moraviæ, Olomucenſis & Oppavienſis. Hunc Ottogarum quintum regem Æneas & Peucerus, alicubi Venceslai Vnoculi ἀτέκνου fratrem faciunt. Idem Æn. conjugem ejus Margaritham facit ſororem Friderici Ducis Auſtriæ ἀτέκνον, & Henrici Imp. qui Friderici II. Imp. filius fuerit, viduam, vide Peuc. pag. 51. b.

Hanc

Johannes Nothus Præpoſitus Viſſegradenſis & regni Cancellarius, tandem præſul Olomucenſis.
Anna natu major, uxor Henrici ducis Carinthiæ noni Bohemiæ interregis.
Judith extincta mox a partu poſt matrem. Æneas Jutham gentili Romano in clara Vrſinorum familia deſponſam ait.
ɵ Margaretha Ux. Boleslai Vratisl Liginc. & Bregen.
Filia nupta Ruperto Adolphi Cæſ. Naſſæ Comitis filio.
Eliſabethis 18. annorum Spiræ nupta Johanni Lucenpurgenſi, Henrici VII. Cæſ. filio 4. annis minori, regi Bohemiæ X. per annos 35.
Hujus continuatam genealogiam quære infra in fine 6. libri Lucemberg.
VII. Venceslaus III. Junior Hungariæ quoque rex coronatus. Olomucii tribus vulneribus confoſſus, æt. 18. anno 1306. 27. Auguſti A. 4. Ux. viola ducis Teſinienſis.

Hanc Cromerus fecit filiam Ducis Ruſſorum Roſcislai, ſororem Griffinæ uxoris Leſci nigr Poloni. Æneas Kunigundam vocat & regis Moſcoviæ filiam.

♃. Natus anno 1250 5. Cal. Oct. Uxorem Gutam duxit 1246. educatus a Sittaviens. Ab Ottone Marchione Brandepurgenſe tutore in Franconiam abductus. Adminiſtravit is regnum tutorio nomine per annos quinque, reverſus puer ſub imperio matris fuit. Illa Zaniſio Baroni nupſit. Succeſſit patri ſeptem annorum † ætatis 33 Delatum imperium recuſavit. Æn. de abolito idolo per S. Venceslaum. Dubravius fol. 5.

♂ Hic ipſe Venceslaus junior etiam Primislaus dicitur apud Olomucenſum p. 112 b. Da er zu Olmütz auf dem Thume in des Dechants Hauſe, auf dem Pallaſt ſpatzieren gieng, hat ihn einer von den ſeinen verrätheriſch, erſchlagen, welcher, da er heraus hat wollen gehen, aus dem Pallaſt, iſt er wiederum von zweyen Hoffleuthen zu ſtücken gehauen worden.

Apud eundem in fine lib. 18. Venceslaus ſenior moribundus, filio huic Venceslao juniori commendat novercam. Ergo Venceslaus junior natus ex Jutta non Eliſa. Confoſſus a Cunrado equite Turingo obambulans apud Olomutium Moraviæ civitatem, tribus vulneribus, duodevigenti natus annos. Æn. Tredecim annorum Hungaris petentibus rex a patre datus, & Albæ corona ſacra coronatus: mox regnum ceſſit Carolo. Caroli Siciliæ regis filio, quem Boniſacius. P. M. eo miſit.

⊙. Olomucens. p. 67. Lib. X[r]. hunc Henricum præſulem Olomucenſem vocat fratrem Sobeslai, lego Svatopluci. Mox enim idem præſul appellatur patruus Venceslai Olomucenſis; Eundem præſulem affinem vocat Cunradus 30. Znoymenſ. forte propter regionum vicinitatem, pag. 71.

♀. Æneas huic Henrico etiam Biſetislai nomen tribuit in ordine 29n[illegible]. a di[illegible]que principem & pontificem [illegible] ſimul fuiſſe annis 15 Fratrem ejus & ſucceſſorem facit Venceslaum, qui cum t[illegible]ib. menſib. præfuiſſet, a Primislao dejectus ſit.

LIBRI TERTII LUSATIÆ FINIS.

 LIBER

LIBER QVARTUS.

PErſequitur eos Miſniæ Marchiones, qui poſt Henricum Groicenſem ad Fridericum admorſum usque inferiorem maxime Luſatiam adminiſtraverunt, & manifeſtum facit, qua ratione utraque Luſatia denuo conjuncta ad Bohemos redierit. Perfert itaque Sermonem

CAPUT I.

De

Timone Comite Wetinenſi Marchiam Miſniæ adepto.

§. I.

Timo, quomodo Misniam adeptus ſupra ad finem Lib. II.

QUomodo Miſniæ Marchiam adeptus ſit Timo Comes Vetinenſis, in fine libri ſecundi (a) de ſententia Peuceri expoſuimus. Tametſi longe ſecus narrat Brotuſus lib. 2. Chron Marſeburg. cap. 21. Echertum enim Marchionem Miſnenſem (Hiſtoria Viperti (b) addit Landesbergenſem & Arcis Echardipergæ conditorem) de Vetinenſium Comitum proſapia præter Mechtildem filiam (Hiſtoria Gertrudim vocat:) duos ait reliquiſſe filios Ecbertum & Hermannum, quorum hic cum extinctus eſſet, ille vero hæredibus careret, Henricum V. Imp. principio conditionem ſeu expectantiam, ut vocant, Marchiæ Miſnenſis gentili eorum Timoni Vetinienſi dediſſe.

Timo à Lothario II. Imp Miſnia infeundatus. 1136. Secundum Brotuſum.

§. II. Poſtea mortuo an. 1136. Ecberto ultimo, Lotharium II. Saxonem Imp. eidem Timoni Miſniæ Marchiam infeudaſſe. Verum Ecbertum ſeniorem Miſnenſem cum Ecberto Saxoniæ Marchione, qui juſſu Henrici IV. in molendino trucidatus eſt, & hic & in Viperti hiſtoria confundere videtur.

De quo Fabricii ſententia.

§. III. Georgius Fabricius in præfatione Electorum & Marchionum ſuorum, (c) Timoni Comiti Landsbergio & Vuetino poſt cædem Ecberti II. Marchionis Saxoniæ, qui auſus imperium affectare fuit, Miſnenſem provinciam datam eſſe ſcribit.

CAPUT II.

De

Cunrado Timonis filio Luſatiæ Marchione creato.

§. I.

Cunradum primum poſſeſſorem Miſniæ tradit Peucerus, Brotuſus, Fabricius.

UTcunque autem res ſe habet, hoc inter Peucerum (d). & Brotuſum (e) conſtat, in veram Marchiæ Miſnenſis poſſeſſionem primum ex ſua linea veniſſe Cunradum Comitem Vetinienſem Timonis filium. (f) Fabricius (g) Lotharium provinciam Miſnenſem Cunrado affini ſuo conceſſiſſe ſcribit anno 1126. Habebat enim Lotharius uxorem Rixam Henrici Comitis Northeimii, ex cujus ſorore natus erat Cunradus, filiam.

Marchio Luſatiæ quoque creatur.

§. II. Eundem Cunradum, mortuo anno 1134. Henrico Groicenſe Viperti filio, Luſatiæ quoque (h) Marchionem a Lothario creatum, præcedenti libro ex Chronico Miſniæ retulimus. Idem in D. Hedvigis vita annotatum eſt. (i)

Comitatum Groicenſem & plura tenet

§. III Peucerus (k) Cunradum ad Marchiam Miſniæ Lotharii promiſſo & deinceps Conradi Suevi ſucceſſoris conſenſu ſcribit adjunxiſſe plura, qui tenuerant Comites Vipertus Groicenſis ad Pliſſam & Eli-

(a) Cap. 30. §. 2. Hic in principio tenendum, a Schortzfleiſchio in Diſſertatione de Luſatia ſic celebrari Studium Manlii in enucleanda Hiſtoria Comitum Wettinenſium: Reperi, inquit, in ultima Obſervatione, in Commentariis Rerum Luſaticarum multa, quorum ignaro difficile ſit, aſſequi res Bohemicas &c. & uſu meo didici, præcipuam Originum Wettinenſium partem illic contineri.

(b) De Ecberto ſupra vita Viperti agitur cap. V. §. 7. ſeq. p. 14.

(c) Pag. 5. Edit. Jen. an. 1598. libr. VII. Rerum Miſnicarum.

(d) Chronic. lib. 4. p. 428.

(e) Chronic. Merſeb. L. 2. c. 21.

(f) His adſtipulatur Cnemiander in Chronico Laub. MST. dicens: Anno 1127. liehe Lotharius Conrado Vetinenſi die Lauſitz. Manlius in margine.

(g) In Annalibus Urbis Miſnæ lib. I. p. 29.

(h) Cap. 12. §. 4.

(i) Quæ vero nondum typis exſcripta eſt.

(k) Chronic. lib. 4. p. 441. in calce.

Eliſtrum amnes, & Hermannus Bincobergenſis Quanquam Hermanni occiſi ditionem Henricum Leonem adeptum ſcribit Helmoldus, (l) poſtquam de ea diu cum Alberto Vrſo contendiſſet. Nos cum Luſatia Groicenſem ſimul Comitatum a Lothario eum accepiſſe diximus, (m) Miſnenſis chronici fidem ſecuti.

Genealogia Comitum.

- Timo Comes Vitinenſis & Landesbergenſis, Marchio Miſniæ ab Henrico IV. Imp. creatus.
  - Mechtildis uxor Gereonis Com. Bavariæ, mallem Wigmani antiſtitis Magdeburgii.
  - Conradus I pius & magnus Comes Vetinienſis Bremen. Eilep. Groicen. Leisnicenſis & Rochlicens Miſniæ & XI. Luſatiæ Marchio † 1156.
    - Ditericus Marchio Luſatiæ XII. Comes Eilepurg. fundator D. brilugii.
    - Dedo craſſus Comes Rochlicenſis, Marchio Luſat XIII.
      - Conradus II. Marchio Luſatiæ XIV.
    - Henricus Comes Vetinienſis.
    - Otto dives Marchio Miſnen.
      - Albertus ſuperbus Marchio Miſniæ,
      - Adila vel Hilda Premiſlao Ottogaro I. tertio Bohemorum regi nupta & ab eo repudiata.
      - Ditericus Comes Weiſſenfelſenſis, Marchio Miſniæ & XV. Luſatiæ.
        - Henricus munificus & illuſtris, qui Miſniæ & XVI. Luſatiæ Marchio, Comes Palat Sax. Thuring. Landgraf.
    - Fridericus Comes Brenen.
    - Hermannus præſul Paberg.
    - Adelheidis Suevonis Daniæ ac Sveciæ regis & poſtea Alberti Vrſi II, uxor.

Conradus XI. Luſat. Marchio potens & opulentus. De quo Fabricius.

§. IV. Fuit igitur XI. Luſatiæ Marchio hic Conradus, Princeps potens & opulentus; ut qui a Niſſo fluvio ad Thuringiam usque longe lateque imperitavit, Vetinienſis, Bremenſis, Eilepurgenſis, ſeu Julipurgenſis, Groicenſis, Leiſnicenſis & Rochlicenſis Comitatuum Dominus. De quo ſic Fabricius. (n)

Extulit ergo ſoli fines ſpaciumque feraces
A Niſſa lentam dives ad usque Salam.

CAPUT III.

De
Cunrado Luſatiæ Marchione ſacram expeditionem in Syriam contra Turcas ſuſcipiente.

§ I.

Conradus Imp. lites ob villas aliquot circa Budiſſin. dirimit.

ANno 1144. inter Reinuardum præſulem Miſnenſium XIV. & Conradum Marchionem ob villas aliquot in Diæceſi Niſſana circa urbem Budiſſinam ſitas contentio oritur: Quam Conradus II. (o) Imp. æquis conditionibus dirimit, jure partibus ambabus præſcripto.

Conradus Marchio cum multis regibus ac Principibus expeditionem in Syriam ſuſcipit. 1146.

§ II. Autor Fabr. Lib. I. annalium urbis Miſnæ p. 30. Chronicon Miſniæ & id ſecutus Fabricius innuunt, (p) interfuiſſe Cunradum infelici illi Aſiaticæ expeditioni ſacræ, quam Conradus III. Imp. Franciæ & Sueviæ dux, qui Lothario ſucceſſerat, a S. Bernhardo Abbate Clarævallis Francofordiæ in Conventu principum & ordinum Imperii concitatus, (q) cum Ludovico Galliarum, Alphonſo Hiſpaniæ, & Henrico Angliæ regibus, Welſo duce, quem hoſtem prius habuerat, Friderico Oenobarbo Suevo, poſtea Imperatore, Vladislao item Bohemorum principe, poſt ea ſecundo rege, ejusque fratribus & compluribus aliis principibus Viris ac Epiſcopis, in Syriam contra Sarracenos Turcosque ſuſcepit an. 1146. vel ſequenti, ut indicatur veteri diſticho:

teſtante diſtich. vet.

Anno milleno centeno teſſera deno,
Septeno pariter cuperas iſtud iter.

§. III.

(l) Chronic. Slav. lib. 1. c. 55. p. 120.
(m) Lib. Comment. c. 12. §. 4. & hoc ipſo cap. §. 2.
(n) In Marchionibus Miſnenſibus p. 30. conf. ejusd. Orig. Sax. lib. V. p. 537. Leuberi Deſcript Orienb c. 4. p 56. & 57. Sagittarius in Hiſt. Luſ. §. 32. & Groſſerus Part. I. p. 32. it. Reuſneri Stemma Witichindeum p. 28.
(o) Fabricio, quem ipſe Manlius §. ſequenti citat, hic Conradus audit ſecundus.
(p) Fabricius innuit Lib. V. Orig. Saxon. p. 539. his verbis: Monumenta Lauterbergiana & annales Conradi Presbyteri teſtantur, hunc Marchionem in Palæſtinam bis iviſſe.
(q) Vide de hoc Abbata in Chronic. Slav. lib. I. c. 60. conf. Fabricium Orig. Sax. lib. V. p. 540.

Anno 1133 quoque in terram ſanct m profectus.

§. III. Brotuſus (r) ex Nauclero annotavit ſuſceptam expeditionem anno ſexto, victum a Sarracenis Imperatoris exercitum ſeptimo. (s) Sed & ſub Lothario anno 1133. qui proximus fuit ante eum, quo Luſatia a Lothario donatus eſt, cum aliis multis Chriſtianis ad terram ſanctam profectum Cunradum, Marchionem in eodem Chronico Miſniæ legimus.

In convertendis Pomeranis & Venedis Lotharii adjutor.

Tres cruce ſignatorum exercitus collecti.

§. IV. Fabricius (t) Pomeranis tantum & reliquis Venedis paganis ad fidem Chriſtianam adigendis operam Lothario navaſſe Cunradum meminit. Helmoldus (u) Conrado Suevo imperante tres cruce ſignatorum exercitus collectos ſcribit, primum in Aſiam contra Sarracenos, ſecundum navalem in Hiſpaniam contra Vliſſiponenſes, qui nunc Lyſibonenſes, tertium adverſus Slavos, Obotritos nimirum & Luticios eorumque principem Niclotum.

Tertiæ expeditionis Capitaneorum nomina.

Quos inter Conradus Vitinienſis, de quo hic.

§. V. Hujus tertiæ expeditionis capitaneos nominat Adalberonem Hamburgenſem Bremenſemque antiſtitem in ordine XVII. & cæteros Saxoniæ Epiſcopos omnes, Henricum Leonem II. Henrici I. Leonis, qui & Superbus, filium, Saxoniæ Ducem adoleſcentem, Conradum Ducem Zaringiæ, cujus filiam Clementiam poſtea Henricus duxit uxorem, Albertum Marchionem Soltvedelenſem, cognomento Vrſum & Conradum Vitinienſem, de quo hic agimus.

Quæ expeditio 3tia infeliciter ceſſit, Dubino & Dimino fruſtra obſeſſis.

§. VI. Sicut autem primus, qui & maximus exercitus in Aſia infeliciter rem geſſit, cum Gallicæ copiæ in Syria a barbaris ad internecionem conciderentur, Imperatoriæ dolo & perfidia legati Manuelis Comneni Imp. Conſtantinopolitani in deſertum abductæ, fame & ſiti perirent, ita ultimum etiam nihilo feliciorem Dubino ſive Dobino & Dimino vel Demino, Slavorum munitionibus fruſtra obſeſſis tandem re infecta receſſiſſe narrat. (w)

CAPUT IV.

De Ejus Morte.

§. I.

Cunradus moritur 1156.

Cæterum obiit Cunradus Marchio Nonis Febr. an. Chr. 1156. ætatis ſuæ LIX, ut annotat Eberus, (x) cum paulo ante præſente Wigniano antiſtite Magdeburgio, ſororis ſuæ Mathildis & Geronis Bavariæ Comitis filio, nec non Alberto Marchione Brandepurgio, genero ſuo, præterea Hnjero Mansfeldio, Walthero Arnſtadio & Burchardo Falckenſteinio, Comitibus pluribus, item nobilibus arma equeſtria ultro exuta in baſilia Miſnenſe ſuſpendiſſet, & mox uſitata illorum temporum ſuperſtitione monaſticam vitam eſſet amplexus, duobus ante mortem menſibus, diebus quinque h.e prid. Cal. Xbr. ut habet Fabricius, (y) in Cœnobio Canonicurum regularium D. Petri & Pauli, quod a fratre Dedone (z) inchoatum ipſe conſummaverat, & anno præcedente dedicaverat, ad Salinas Saxonicas in monte Sereno, quem hodie a templo Cœnobii, montem D. Petri (a) vocant. Chronicon Miſniæ ſeptuagenarium facit.

Monaſticam vitam paulo ante obitum amplexur. S. monachus ante obitum factus.

CAP.

(r) Lib. II. Chronie. Martisb. c. 23. verba hæc ſunt: Mit dem Kayſer Conrado III im Jahre 1146. menſ. Majo iſt Biſchoff Reinhardus durch Bäyern, Oeſterreich, Hungarn in Thraciam gegen Conſtantinopel, darnach über den Helleſpontum in Siriam gezogen, abrr des Käyſers Volck iſt von den Saracenis Anno Domini 1147. geſchlagen worden, darvon ſchreibet Johannes Nauclerus Præpoſitus Tubingenſis vol. 2. Generat. 39. fol. 755. latere 2.

(s) Conf. in Chron. Slav. Helmoldum c. 61.

(t) Orig. Sax. lib. V. p. 541.

(u) Chronic. Slav. cap. 60. nam ibi ſic. ſcribit: Viſum autem fuit Autoribus expeditionis, partem exercitus unam deſtinari in partes Orientis, alteram in Hiſpaniam, tertiam vero ad Slavos.

(w) Cap. 63. & 66.

(x) In Calendario Hiſt. p. 70. his verbis: Cunradus Timonis filius, I. Marchio Miſniæ ex familia, ex qua Ducum Saxoniæ origo eſt.

(y) Origin. Sax. lib. V. pag. 542.

(z) Secundum Brotuſi Genealogiam ſupra lib. II. Commene. cap. 25. §. 5. appoſitam, eum alias nullum fratrem habuerit.

(a) Peters-Berg ſive Lauterberg, unde Chronicon Lauterbergenſe ſive montis Sereni nomen ſortitum eſt. conf. infra Tom. IV. horum Scriptorum p. 3. Notam ſub lit. (a)

CAPUT V.

De

Primiſlao ultimo Venedorum

Regulo Lucam inferioris Luſatiæ urbem inhabitante.

§. I.

Sub hoc tempus Luca paret Primiſlao, ultimo Venedorum &c. regulo.

CIrciter hujus Marchionis in Luſatia dominatum, brevi ante ſecundam expeditionem Italicam Lotharii Imp. unde rediturus is inter vias obiit, tunc ergo ut ex Brotuſo (b) apparet, Lucam inferioris Luſatiæ urbem paruiſſe Primiſlao. (Helmoldus (c) Pribizlaum vocat) Ultimo Polaborum & Wagirenſium, Venedorum regulo, filio, ſecundum Brotuſum, (d) Buthuæ, ejus qui patrem habuit Godeſcalcum, avum Udonem, proavum Miſtivojum, ut Helmoldus (e) genealogiam texit.

Qui a Lothario Wagria ejectus, in fuga & exilio Chriſtianam cum uxore fidem amplexus, in baptiſmo Henricus nominatur.

§. II. Scribit enim Brotuſus, (f) Primiſlaum Wagria a Lothario ejectum, amiſſaque hac a facie victoris fugientem, ſecundum ripam adverſi Albis, per Polabos, & ditionem ſuam Brandepurgenſem in Luſicos & Stoderanos ad Lucam, (g) tunc Lunchynam dictam aſcendiſſe, ac mox operante Sp. Sancto pœnitentia erroris ductum, fidem Chriſtianam cum uxore Petriſſa amplexum eſſe, & poſt baptiſmum Henricum nominatum, Imperatoris Romani majeſtatem comiter conſervaſſe.

Premiſlaviam condidit. Ejus diadema regium Berolini conſpicitur.

§. III. Fuitque hic Primiſlaus is, a quo condita & denominata eſt Premiſlavia (h) urbs Marchiæ Ugrenſis, & cujus diadema regium in templo Berlinenſi etiamnum aſſervatur.

CAPUT VI.

De

Sorabis & Luſatiis extirpatis.

§. I.

Henricus Leo, Junior Bavariæ & Saxon. Dux, Brunſvicenſium & Luneburgenſ. Ducum parens, Albertus Urſus, Comes Aſcaniæ, Anhaltinorum, Marchionum Brandepurgenſ. & Saxon. Ducum conditor.

EOdem Conrado I. Marchiam Luſatiæ gubernante, ætate Cunradi III. Imp. ut Peucerus, vel (i) Friderici I. Barbaroſſæ ſucceſſoris, ut Helmoldus (k) & Crantius (l) volunt. Henricus Leo junior, de quo modo dictum eſt, (m) ſuperbi filius, Bavariæ & Saxoniæ Dux, parens totius ſtirpis Ducum Brunſvicenſium & Lünepurgenſium: & Albertus Urſus, Comes Aſcaniæ in Ballenſteto & Soltwedelo, Marchio Brandepurgenſis, conditor trium ampliſſimarum familiarum in Germania, principum Anhaldinorum, Marchionum Brandepurgenſium veterum, & priorum Saxoniæ ducum, qui ante Miſniæ Marchiones Electoratum & in hoc Wittebergam tenuerunt, de quibus ſtemma ducum Lauepurgenſium reliquum eſt. (n)

Ambo qui duo Slavos, Eccleſiæ hoſtes & Chriſtianorum latrones plerumque deleverunt.

§. II. Hi igitur duo principes Slavorum familias, quod religionis Chriſtianæ profeſſione poſt Ottonem I. magnum, qui Henetis & Sorabis Eccleſias conſtituerat, repudiata, latrociniis crudelibus vicinos Chriſtianos infeſtare non deſinerent, longis continuisque bellis attritos, maxima ex parte deleverunt & exſtirparunt.

Henrico cum Henetis, & Alberto cum Sorabis belligerante.

§. III. Henrico cum Henetis (quos tunc rexit Nicolotus & hoc a frumentatoribus Henrici interfecto, Pribislaus & Vertislaus filii Obotritorum principis) ad mare Balthicum: Alberto cum Sorabis ad Albim in Marchia Brandepurgenſe & Saxonia ſuperiore

(b) Genealogia Anhaltina lib. 2. fol. 37. & ſqq. conf. G. Fabricium in Electoribus & quidem Lothario p. 10. & ſq.

(c) Chronic. Slav. lib. 1. c. 93. p. 106. & in ſequentibus adhuc ſæpius.

(d) Loco ſub lit. (b) citato f. 37.

(e) In Chronico Slavorum paſſim.

(f) Verba Brotuſi ſic fluunt: Als Primislaus Wagriam, das iſt daß Land um Oldenburg verlohren, und von dem Käyſer Lothario dem Sachſen aus Wagria vertrieben, iſt er die Elben hinauf nach dem Brandenburgiſchem Lande gezogen, welches noch ſein war, denn er gab vor dem Käyſer die Flucht, blieb nicht allda, ſondern zog durch das Polaber-Land, das iſt itzund das Biſtthum Ratzenberg und Brigenitz, darinne die Briſener-Wenden gewohnet, durch Brandenburg in Lauſnitz, des Orts die Wenden Luſiky genannt, bey der Stadt Lunkyna itzund genannt Luchao, da die Stoderani Wenden wohneten, wie dann noch heute zu Tage die Herren von Stodericheim das daſelbſt den Nahmen führen, welches Ländleins der Stoderaner-Wenden Hauptſtadt heiſt Colsheim.

(g) Conf. ſupra lib. 1. Comment. cap. 34. §. 1. & 46. §. 1. ad quorum illuſtrationem & confirmationem nota præcedente ipſa verba Brotuſi adducere conveniens nobis viſum fuit, cum alias iiſdem carere potuiſſemus.

(h) Prentzlau.

(i) Chronic. lib. 4. p. 467. ex quo loco fere omnia deſumſit Manlius, quæ hic recitat.

(k) Chronic. Slav. lib. 2. c. 14. p. 245.

(l) In Saxoniæ lib. 6. c. 18. p. 149. lin. 28. ſqq.

(m) Cap. III. hujus libri 4. Comment. §. 5.

(n) Noſtra ætate vero etiam extinctum.

riore res fuit. Helmoldus cap. 89. (o) Brizanorum & Stoderanorum, genealogia Anhaldina (p) Luſatiorum ſuperiorum ab Alberto ſubjugatorum nominatim meminere.

Ex hauſtasque regiones novis coloniis replentibus.

§. IV. Uterque in agros ob aſſidua bella cultoribus exinanitos & deſolatos, cæterum fertiles & copioſos paſcuis, pecoribus & piſcibus, oovas duxit colonias: Henricus translatis in Henetorum regionem, ubi Ducatus eſt Megalopurgenſis & Pomeraniæ pars, Flamingis ſeu Flandris, h. e. Morinis, item Friſiis, Saxonibus, Weſtphalis & aliis Germanis: Albertus ad Albim Salamque in Soraborum & Luſatiorum loca prope Myſos & Hercynios, ad Albim & Havelam collocatis Hollandis, Trajectenſibus, Zelandis, Friſiis, Brabantinis ſeu Tungris, qui Advatici ſunt Garzoni & Flandris, quos, cum terras eorum inundaſſet Oceanus ex inferiore Germania magno numero navibus advebi curaverat.

Franci & Rhenens. ad Oderam traducti primi terræ Luſat. infer. vites ſeverunt.

§. V. Francos etiam & Rheni accolas ad Oderam traduxit Albertus, qui primum circum Francofurtum Marchiæ & Croſnam Sileſiæ, Gubenam item & Fürſtenbergum Luſatiæ inferioris oppida, vites ſeverunt, quibus ante hac iſta loca carebant. Imperavit enim Albertus, ut alicubi Peucerus (q) inquit, tractui toti a jugis Harciniæ juxta Albim Viadrumque ad mare Suevicum usque, quod Pomeraniam alluit, qui tractus Anhaldinam ditionem, Saxoniam ſuperiorem & Marchiam Brandepurgenſem cum parte Luſatiæ complectitur.

Novis incolis Eccleſias legesque conſtituit.

§. VI. In hac Igitur ora, induſtria & Virtute Alberti reliquiæ gentis Henetæ deletæ, & hæ provinciæ novis colonis impletæ, ad cultum traductæ manſuetiorem, & Eccleſis, urbibus, ædificiis, ſtudiis, legibus, judiciis ac diſciplinis ornatæ ſunt.

CAPUT VII.

De Sermone germanico in Luſatiam cum novis incolis introducto & propagato.

§. I.

Sermo Germanicus rurſum in Luſatiam introductus, Suevis vernaculus.

Tunc igitur in has noſtras regiones, cum novis incolis rurſum introductus eſt & propagatus ſermo Germanicus. Primi enim & antiquiſſimi earum incolæ Suevi, etiam Germanice ſunt locuti.

Luſatiorum, Suevis ſucceſſis vernacula lingua;

§. II. Luſatiorum vero, qui Suevis ſucceſſere, lingua vernacula (id quod ex Sigismundi Gelenii Epiſtola (r) in Mithridatem (s) ſuum Geſnerus, (t) ex Geſnero Surius

(o) Pag. 198. Edit. Francof. an. 156.

(p) Lib. II. cap. 4. fol. 38.

(q) Chronic. lib. 4. p. 315. Et quid vetat verba ejus apponere? Lutitii ſupra Suevum ad Albim usque Luſatiam inferiorem: Sorabi reliquum ſupra Albim usque ad montes Sudetes verſus meridiem, ab ortu vero ad Caput Suevi fluminis, ab occaſu ad conflueotem Albis ae Salæ incoluerunt, ubi hodie eſt Luſatia ſuperior, Miſnia tota, & prineipium Saxoniæ ſuperioris ad Hercyniam. Ita in hac extrema ora terrarum, quas occuparunt Sarmatæ & Heneti, ut in Aſia olim & poſtea in aditu Europæ, ſedes finibus eonjunxerunt, oominum diſcrimine ſervato. Et utrique, diu multumque Francica & Saxonica arma exercuerunt, cum noo contenti amplitudine oceupatæ terræ, ultra albim Saxooum agros ad Luneburgum, Francorum ad Salam depopulaodo, terrasque carpendo poteotiam extendere conareotur. Sæpe ægre illi ac difficulter vim bellicoſiſſimarum gentium ſuſtinuerunt & repreſſerunt. Sæpe hæ jugo, quod bellorum diuturnitate & victoriarum de ipſis partarum crebritate fractæ ſuſceperant, rurſus abjecto ad arma redierunt, donec tandem maxima multitudine contuſa conſumtaque cædibus, in locum ejus novas colonias duxerunt Henricus Leo & Albertus Urſus.

(r) Sigismundus Gelenus, Bohemus, obiit 1554. Ejus induſtria præcipua in vertendis Græcis Scriptoribus enituit. Vitam ejus deſcripſit Cæl. Sec. Curius. Hie Gelenus ad Geſnerum epiſtolam dedit, in qua alphabetico ordine enumerat populos, quos inter & Luſatii eitantur, qui Illyrica lingua utuntur. Illam enumerationem nobiſcum communicat in Mithridate h. a. libello ſuo exprimente differentias Linguarum, tum quæ hodie, per totum terrarum orbem in uſu ſunt pag. 60. ſqq.

(s) Inſcripſit librum ſuum Mithridatem, deſumta hac appellatione a Mithridata, Ponti rege, ſolo mortalium viginti duabus linguis locuto. Plinius, Mithridatem ne ullum quidem hominem de ſubjectis gentibus annis 56. quibus regnavit, appellaſſe per interpretem, Hiſtoria natur. teſtatur.

(t) Conradus Geſnerus, Medicus, Philologus & Polyhiſtor eximius, qui obiit 1565. Erat homo ſtupendæ eruditionis. Collegit hiſtoriam animalium, Bibliothecam Univerſalem, ooſtrum Mithridatem aliaque quam plurima. Laudes ejus celebrat Thuanus Lib. 38.

Illyrica, ſ. Slavonica, per Europam, Ruſſiam & Turciam diffuſa Janiſſeri in Turcia primum uſi.

Surius (u) deſcripſit) Illyrica (w) fuit h. e. Slavonica ſeu Heneta (Dalmatica etiam ab Ænea Sylvio (x) dicta) qua hodieque nulla per univerſam Europam latius patet, quippe qua Moſcovitæ etiam utuntur, & quæ in aula Turcica, obſcurato pene patrii Sermonis uſu nunc regnat, (y) inde usque ab anno 1463. quo Janiſſeri, i. e. novi milites, qui in exercitu Turcico ſunt Phalanx prætoria, collectis in eum ordinem ex captiva juventute Boſnenſi, ut Cromerus (z) habet, triginta millibus, primum illa vulgo uti cœpere.

Germanorum inferior. dialectus a Gorlicenſibus diu retentus. Teſte membrana. Inſcriptione Baptiſterii.

§. III. Retinuit autem diu Germanorum inferiorum διάλεκτον etiam patria mea Gorlicium, ut eſt videre in membrana quadam veteri, continente diploma Senatus anni 1351. regnante Carolo IV. confectum, ſuper octodecim tabernis inſtitoriis conceameratis. Nec diſſimilis eſt Baptiſterii æneı in inſigni templo Petrino ejuſdem urbis inſcriptio, quæ talis eſt:

Wer ew ten Hemyl welle farn,
Der ſal ſich mit der Tuffe bewarn.

Senſus

(u) Forſan Laurentius Surius, qui anno 1578. obiit. Vid. itidem de eo Thuanus L. 65.

(w) Huc quadrant, quæ in laudato Mithridate fol. 58. ſqq. Edit. Tigur. anno 1610. de lingua Illyrica commentatur. Illyrica, inquit, lingua Illyricisque literis utuntur Moſchovitæ, ſicuti & Sclavi; Dalmatæ, Bohemi, Puloni & Lithuani. Ea lingua longe omnium latiſſima eſſe perhibetur: nam Conſtantinopoli Ottomannorum in aula familiaris eſt; & nuper in Ægypto apud Memphiticum Sultanum & equites Mamaluchos haud ingratis auribus audiebatur. In hanc linguam ingens multitudo ſacrorum librorum, induſtria maxime ſancti Hieronymi & Cyrilli translata eſt. Præter quoque patrios annales, Alexandri etiam Magni Romanorumque Cæſarum, itemque M. Antonii & Cleopatræ memoriam iisdem literis commendatam tenent. Philoſophiam vero & ſideralem ſcientiam, cœterasque diſciplinas, & rationalem medicinam nunquam attigere, Paulus Jovius.

Vandali, Suevi & Burgundi fuerunt de regno Poloniæ, a lucis, quæ inhabitarunt, appellati, & lingua uſi ſunt Polonica. Fuerunt autem Germani, & non Sarmatæ neque Scyth, Matthias a Michou. Et mox: Lingua Slavorum ampliſſima eſt, & per plurimas diffuſa terras, ut ſunt Servii, Myſii, Raſcii ſeu Bulgari, Boſnenſes, Turco hac tempeſtate ſubjugati (& alii) veluti Dalmatæ, Croatæ, Pannonii, Slavi, Carni, Bohemi, Moravi, Sleſitæ, Poloni majores & minores, Mazovitæ, Pomerani, Caſſubitæ, Sorbi, Ruteni, Moſcowitæ. Hi omnes Sclavi & Vindelici (Vandalici) ſunt, perampla regna inhabitantes.

Slavonica lingua, quæ hodie corrupto non nihil vocabulo Sclavonica appellatur, latiſſime patet: ut qua Dalmatæ, Boſnenſes, Chroati, Iſtrii, longoque ſecundum mare Adriaticum tractu, forum Julii usque, Carni (quos Veneti Charſos appellant) item Carniolani, Carinthii ad Dravum fluvium usque, Stirii vero infra Gretzium ſecundum Mueram Danubium tenus, indeque Miſii, Servii, Bulgarii, aliique Conſtantinopolim usque habitantes: Bohemi præterea, Luſacii, Sileſii, Moravi, Vagique fluvii in regno Hungariæ accolæ: Poloni item & Rutheni latiſſime imperantes, & Circaſſi quinque montani ad Pontum, denique per Germaniam ultra Albim in Septentrionem Vandalorum reliquiæ ſparſim habitantes utuntur. Hi etſi omnes ſe Sclavos eſſe fatentur; Germani tamen a ſolis Vandalis denominatione ſumta, omnes Sclavonica lingua utentes, Wenden, Wendia & Windiſch, promiſcue appellant. Sigismundus liber Baro. Habitabant Vuagrii, Vuinuli, Obotriti, Polabi, per littora maris Germanici, omnes uno nomine & una lingua Vandali. Witichindus.

(x) In Hiſt. Boh. cap. 1. p. 120. lin 53. conf. integrum fere cap. 2. p. 121. cap. 13. p. 128. lin. 52. item pag. 161. lin. 35. Plura de hac lingua qui deſiderat, revolvat Athanaſium Kircherum de Turre Babel lib. 3. Sect 3. c 6. f. 115. Albertum Crantzium in Præf. Vandal. lib. 1. c. 4. fol. 5. Dubravium Hiſt. Boh. lib. 1. p. 43 Balbinum Miſc. Hiſt. Regni Bohem. Decad. 1. lib. 2. Acta Eruditorum Lipſ. An. 1682. p. 266. Johannes Matthiæ a Sudetis Tract. de Orig. Bohem. & Slavorum lit. H. c. 51. Joh. Vorſtius ad Sulpicii Severi Hiſt. Sacr. lib. 1. c. 4. p. 15. Petrus Beckler Hiſt. Hovor. Part. 2. lib. 1. c. 6. fol. 23. Edit. Hof 1694. Frencelii Hiſtoriam de Populis Luſatiæ c. 4. De lingua autem Germanica vid. Juſti Georgii Schottelii ausführl. Arbeit von der Teutſchen Haupt-Sprache, Braunſchweig Anni 1663. In Opere illo linguæ hujus Origo, genuinitas, antiquitas, ubertas nec non Scriptores rerum germanicarum ut & de lingua ipſa tam ex recentioribus, quam ex antiquitate, integris tractatibus aut orationibus eruuntur, enarrantur, explicantur.

(y) Hæc narrat Manlius ex Peuceri Chronic. lib. 4. p. 368.

(z) Lib. 25. de Rebus Polon. p. 374. 6.

Senſus eſt:

Cujos explicatio ſ. ſenſ9.

Qui cupit aſtrigerum conſcendere ſalvus Olympum,
Fontis huic ſacri lotio munit iter (a)

Vel:

Mergere ſacrata, quisquis petis æthera, lympha,
Hæc tibi non dubiam ſternet ad aſtra viam.

CAPUT VIII.

De Petro Dano in Polonia & Sileſia LXXVII. templa & monaſteria aliquot condente.

§. I.

Jaxas, Zerviæ Dux, Gener Petri Dani,

INcidit & in Cunradi hujus noſtri tempora Jaxas, quem Miechovienſis (b) Zerviæ, Cromerus (c) Serborum ſive Vinidorum ducem appellat, gener Petri Dani (d) Comitis Serinnenſis (Petreſcham Sileſii vocarunt) ejus, qui pro ablatis e Dania regni theſauris ſatisfacturus, in Polonia & quæ huic tum cohærebat, Sileſia, de lapide ſecto & dolato LXXVII. templa condidit & monaſteria aliquot, inque his Strelenſe Veſtalium, & in ſuburbanis Vratislavienſibus Vincentinum, a ſenatu populoque Vratislavienſ. excurſionum Turcicarum metu anno 1529. deſtructum, in quo & ſepultus fuit, cum obiiſſet anno 1153. 10. Cal. April. poſt receptum divinitus ſtupendo miraculo linguæ, oculorumque uſum, quo Vladislaus II. Poloniæ Dux, pater Primorum Sileſiæ Ducum, Chriſtianæ uxoris impulſu, Vratislaviæ in nuptiis filiæ, cum hoc ipſo Jaxa ex inſidiis captum, nullo ipſius commerito privaverat.

Qui LXXVII. aliquot monaſteria condidit, Strelenſe Veſtalium Vincentinum, poſtea 1529. deſtructum.

Linguæ oculorumque uſum miraculoſe recipit.

§. II. Hunc Jaxam amicus quidam noſter Serbis in Luſatia (e) imperitaſſe exiſtimabat. Quam opinionem neque confirmare in præſentia neque refellere in animo eſt. Petri hiſtoriam integram, cujus ſimiles paucas legi crediderim, ex vetuſtis Sileſiorum annalibus & monumentis laborioſe erutam, peculiari olim ſcripto explicavimus & manu propria exaratam Eliæ Suanenbergio, Abbati Cœnobii Deiparæ Virginis apud Vratislaviam in arena, quam vocant, ab eodem Petro in gratiam Mariæ principis Ruſſæ uxoris ſuæ fundati, dicavimus.

Petri Hiſtoria, peculiari ſcripto explicata a Manlio.

CAPUT IX.

De Marchionibus ex ſtirpe Timonis, qui inferiorem Luſatiam tantum poſſederunt.

§. I.

NUnc attexam reliquos Luſatiæ marchiones ex ſtirpe Timonis, (f) qui in Chronico Miſniæ (g) commemorantur.

Reliquorum Luſatiæ Marchionum commemoratio.

§. II. Monendus autem eſt Lector, omnes, qui poſt Dedonis ſexti poſteritatem, Marchionum Luſatiæ titulum geſſerunt, ad ultimum usque Fridericum illum, cui fuit

Qui ad Fridericum admorſum usque Luſatiam inferiorem tantum tenuere.

(a) Munire ſibi viam, Longolius ad Sadolet. lib. 4. Epiſtolarum. Manlius in margine.

(b) Seu Matth. Michovius Medicus & Canonicus ille Cracovienſis in Chronico Rerum Polon.

(c) Lib. VI. de Rebus Polon. p. 96 a. 105. b.

(d) Hiſtoriam ejus exponit idem Cromerus lib. VI. R. Polon. p. 95. 96. conf. Curæi Annales Sileſ. p. 49. ſeq.

(e) Rectius Serbis in Servia, cujus incolæ & Sorabi dicuntur apud Veteres & Sorabice hodieque loqvuntur.

(f) De quo item pluribus poteſt videri Manlius ſupra lib. II. Comment. c. 30. & hoc ipſo lib. IV. c. 1. & 2.

(g) Nondum impreſſo, in cujus locum vero ſubſtituimus Petri Albini Chronicon Miſniæ, qui p. 405. ſimili modo exhibet catalogum Marchionum Luſatiæ atque in eo commemorat Conradum, Timonis filium, de quo Noſter egit hoc lib. 4. Comment. c. 2. 3. & 4. Ditericum, de quo Noſter cap. XI. Ottonem, quem vero Manlius jure meritoque omittens pergit ad Dedonam XIII. Luſatiæ Marchionem c. 14. & 15. Conradum II. Ditericum II. Ottonis filium, de quo Noſter c. 16. Henricum Illuſtrem, de quo Noſter c. 17. 18. 19. Ditericum Pinguem; Fridericum, quorum Manlius non meminit; Ditzmannum & Fridericum Admorſum, de quibus Noſter c. 21 -- 33. De his inferioris Luſatiæ Marchionibus præ aliis ad partes vocandus eſt Caſpar Schneiderus in Scrutinio Luſatiæ, quod vero in Bibliotheca Zittavienſi manuſcriptum adhuc ſervatur, & forte in Volumine Scriptorum Rer. Luſat. germanico ab iniqua ſervitute eripietur, poſtquam hactenus ad ſuſcipiendam in ſe τῶν ἀνεκδότων Schneideri, velut poſthumæ ac orbæ prolis curam exorari nemo potuit. In hujus codicis MST. Part. II. Autor eosdem Marchiones & eleganter & ordinate deſcribit, cui multum debere Groſſerum in recenſitis horum Principum rebus geſtis, facile videre eſt Memorabil. ſuorum Luſat. Part. I. a p. 30 -- 58. Conf. Tom. II. horum Script. Sagittarii Hiſt. Luſ. a §. 32 -- 42. & Kunſchke Diſſert. Hiſtoric. IV. Sect. VIII. §. 8. 9. 10. 11.

Bohemis & poſtea Brandepurgicis ſuperiori Luſ. dominantibus. Cunradi I. ad Niſſum usque quatenus ſe extenderit ditio docetur.

fuit admorſa gena, inſeriorem tantum Luſatiam poſſediſſe, (h) in ſuperiorem, quam Bohemi, (i) & poſt hos Brandepurgici (k) tenuere, parum aut nihil juris habuiſſe.

§. III. Nam quod Cunradi I. cujus hiſtoriam modo (l) abſolvimus, ad Niſſum usque ſe extendiſſe ditionem, in Chronico Miſniæ legimus, id quatenus in inſeriore Luſatia fluit amnis, accipiendum puto.

CAPUT X.

De Filiis & Filiabus Cunradi.

§. I.

Cunradi Marchionis 12. liberi. Uxor Lothardа ex ira obiit.

CUnradus igitur Timonis filius, Miſniæ & Luſatiæ Marchio ſex filios & totidem filias ſuſcepit ex Lotharda vel Ludegarda ſeu Lucarda, (m) Alberti nobilis Domini de Suevia filia, quæ abſente in Aſia marito, poſt inciſam in monte ſereno venam, ob negatum ab Oeconomo Cœnobii neſcio quid, ira commota obiit.

De cujus nomine & patre varia opinio.

§. II. Fabricius (n) Leuthardam vocat, Peucerus (o) Ludgardin vel Luidgardin: & hic quidem Barbaroſſæ Imper. filiam facit, conjectura, ut videtur, plane infirma, & quam expreſſum in genealogia Saxonica manuſcripta & D. Hedvigis quoque hiſtoria, patris Alberti nomen facile refellat.

Filiorum Conradi nomina, hereditatisque inter ipſos diviſio.

§. III. Ex filiis Ottoni cognomento diviti Marchia Miſnenſis, Diterico, quem pinguem alicubi perperam vocat genealogia Anhaldina, Luſatia, & arx Julia, ut Dn. Philippus appellabat, ſeu Julipurgum, Dedoni, qui Craſſus propter obeſitatem dictus eſt, Rochlicium, Henrico Bythynia, ut Peucerus (p) vocat, h. e. Vetinium (Bithynorum enim partem, inquit Reineccius in Hiſt. Juliæ Part. III. p. 151. cum cœteris Henetis in Germaniam delatam conſediſſe ad Albim & Salam teſtantur appellationes ab iis reliquæ **Wettin** & **Wittinburgk**. h. e. Wi-teberga) & Friderico Brena Oſtlandiæ Comitatus, prope Landesbergum vetus ceſſit.

Hermannus filius ſextus Pabebergenſ. præſul. Filiarum nomina & mariti.

§. IV. Sextus Hermanus (Fabricio (q) ſeptimus eſt) anno 1172. præſul Pabebergenſis electus eſt. Filiarum una Gertrudis Hermani Comitis Palatini Rheni, altera Adelheidis Suenonis, quem Suein appellat Helmoldus, (r) Danomarchiæ & Sueciæ regis, & hoc in acie interſecto, Alberti urſi ſecunda uxor fuit.

CAPUT XI.

De Dieterico Cunradi ſucceſſore cœnobium Dobrilugum condente.

§. I.

Ditericus XII. Luſatiæ Marchio Dobrilugum condit. Poſtea Bohemiæ ſubjectum, Saxonibus tn. Ducibus protectionis nomine penſiones ſolvit.

DItericus ſeu Theodorus Eilebergenſis, duodecimus Luſatiæ Marchio, circiter annum Chriſti 1190. Peucero teſte (s) condidit Dobrilugum cœnobium ad Eliſtrum nigrum. Id etſi poſtea cum reliqua inferiore Luſatia factum eſt ditionis regni Bohemiæ, nihilominus tamen ducibus Saxoniæ, a Timone Diterici hujus avo oriundis, nomine protectionis, quam ei præſtitere tanquam *κτίσται* ſeu fundatores & patroni, certas penſiones ſolviſſe, docent literæ Spirenſis transactionis, quæ eſt facta (Philipp. Melanchthon Tom. 2. Epiſt. p. 100.) anno 1544.

Lis inter Ferdinandum imperat. & Joh. Fridericum, Saxon Elect. de Dobrilugo, ab eo 1542. occupato. Hinc Apologia Saxonis & Philippi Haſſi, typis expreſſa extat.

§. II. Diſceptatum enim tunc de eo fuerat inter Ferdinandum Cæſarem & Johannem Fridericum Saxoniæ VII. virum, qui illud anno 1542. occuparat, cum ob alias cauſas, tum ob interverſos ante per Ferdinandum pagos aliquot Cœnobii Grunhanenſis, quod in Bohemia ſitum, ad Saxonis ditionem pertinebat, ut latius patet in apologia quadam Germanica ejuſdem Saxoniæ Electoris & Philippi Haſſiæ Comitis provincialis, quæ typis excuſſa extat.

§. III. Ac

(b) Ab anno 1134--1317. Hanc ſupputationem ipſe Manlius habet ſupra in hoc lib. 4. c. 2. §. 1. & infra c. 30. §. 1.

(i) Ab anno 1086--1273. teſtibus Peucero Chron. lib. 4. p. 429. & 548. & Manlio lib. II. c. 31. §. 1.

(k) Ab anno 1273--1373. ſecundum Manlium lib. hoc IV. c. 34. & Lib. V. c. 24 §. 1. Variat autem Leuberus Deſcript. **Ortenb.** c. 4. 5. 6.

(l) Cap. 2 3 & 4.

(m) Vid. Reuſneri Stemma Witichindeum p. 28. ſeq. ubi ſimul innuitur, Conradum hunc Luſatiam conſecutum eſſe anno 1127 cum cap. præced. ſub lit. (h) 1134. id factum cum Manlio ediſſeruimus. conf. orig. Sax lib. V. p. 538

(n) Vid. Orig. Saxon. lib. V. p. 511. in Tab. Geneal. & p. 537. ſeqq.

(o) Chronic. lib. 4. pag. 475. in Friderico Barbaroſſa.

(p) Chronic. lib. IV. pag. 370.

(q) Orig. Sax. lib. V. p. 537.

(r) Chron. Slav. lib. I. c. 68. p. 141.

(s) Chronic. lib. V. pag. 559. conf. Reuſneri Stemma Wittikindeum pag. 29. Groſſerum Part. 1. pag. 34. Part. II. pag. 11. nota ſub lit. (z) Part. III. pag. 63. Sagittarius in Hiſtoria Luſatica §. 33.

Conjectura de cauſa belli Germanici funeſtiſſimi.

§. III. Ac paulo poſt (ſicut plerumque aliæ prætexuntur bellis προφάσεις, alia vera ſunt αἰτίαι) non defuere qui dicerent, propter hoc ipſum Cœnobium funeſtum illud bellum Germanicum exarſiſſe, ut eſt videre in ſcripto vernaculo Reverendi Viri Dn. D. Johannis Bugenhagii Pomerani, paſtoris Eccleſiæ Vicebergenſis, menſe octobri anni 1546. edito, quo is proceres & civitates Bohemiæ, Sileſiæ & Luſatiæ, qui adverſus confœderatos Smalcaldicos armà ſumere & in vicinam Torgæ Miſniam irruptionem facere juſſi erant, Chriſtiano zelo dehortatur, ne vicinorum optime de ipſorum Eccleſiis, ſcholis, ac rebus publicis meritorum, & eorum quidem innocentium ſanguine animas manusque ſuas reſpergant, neve pertrahi ſeſe patiantur in ſocietatem ejus belli, quo principaliter piarum Eccleſiarum & ſanæ doctrinæ interitus quæratur. Hoc enim fere eſt pagellàrum argumentum.

CAPUT XII.

De
Dieterico ira in Pontificem M. commoto.

§. I.

Hiſtoria memorabilis de Diterico adverſus Pontificem M.

IDem Ditericus cum Venetiis anno 1177. Non. ut Peucerus (t) annotavit, ut Eberus (u) (& Philippus Melanchthon Tom. 2. Intimat. 23. Julii anno 1178.) decimo Cal. VI. tilis anni 1178. (Hinc de Anno Palmerius (w) Euſebii continuator, illi de anno Crantzius (x), de die Miſnenſe Chronicon aſtipulantur) Friderico primo Barbaroſſæ Imperatori, ad genua Pontificis Alexandri III. qui & Rolandus, advoluto, inter cœteros ejus in Italia militiæ duces aſſiſteret, Pontifex vero hac Imperatoris modeſtia, quod cum juſtum bellum geſſiſſet, ad pedes tamen ipſius abjectus, abſolutionem ſupplex peteret, non modo contentus non eſſet, verum etiam inſigni inſuper contumelia addita pedem collo ejus imponeret & acclamari juberet; (y) ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & deinceps: tum igitur Ditericus ad conſpectum execrandæ tyrannidis & inſolentiæ diabolicæ, ingenti generoſaque percitus ira, minaci geſtu & flammantibus præ iracudia oculis accurrit, Imperatorem proſtratum erecturus, ita ut tyrannus pavore conſternatus, in complexum & oſcula Imperatoris ſe effunderet, nec prius avelli ſe pateretur, quam de ſalute ſua eſſet certus. Sic fere Peucerus. (z)

Friderici Barbaroſſæ Generoſus animus.

Diterici ira & παῤῥησία.

§. II. In Chronico Miſniæ hæc mitius aliquanto exponuntur; Nimirum Imperatorem γονυπετῆσαι a Pontifice veniam admiſſorum flagitaſſe in Vigilia D. Jacobi, cumque hic illum diutius inſidere genibus pateretur, Ditericum, cui bilem in nares rei indignitas conciviſſet, libere de hac ὕβρει cum Pontifice expoſtulaſſe; qua παῤῥησίᾳ motus is Imperatorem erexerit.

De quo paulo mitius Chronicon Miſniæ.

CAPUT XIII.

De
Ejus Hæredibus.

§. I.

LAndesbergum etiam arcem extruxit Ditericus. Ex duabus uxoribus liberos utriusque ſexus ſuſtulit. Teberga enim ſeu Tabergana Polona peperit ei Gertrudim monialem in Greusſtedt, & Cunradum, quem corrupta voce Tornamentum vocant, quaſi Trojamentum, a ludis Trojanis, (a) ut Lazius docet.

Landesbergum arcem extruit Ditericus.

Cujus uxores & liberi.

§. II. Ex altera Cunigunde Lotharii Comitis Plocenſis vidua Theodericum genuit Marſepurgenſium præſulem XXI, mortuum anno 1184. & in monte D. Petri ſepultum, quem magnis laudibus evehit Chronicon Marſepurgenſe lib. 2. Cap. 26. Cum igitur idonei hæredes non ſupereſſent, Luſatia, Julipurgum, Landesbergum & reliqua Diterici ditio ad Ottonem divitem & Dedonem craſſum fratres ejus devoluta eſt.

Deficientibus heredibus idoneis, Luſatia, Julipurgum, Landesbergum &c. Ad Ottonem divitem & Dedonem craſſum devolvuntur.

CAP.

(t) Chronic. lib. 4 p. 472. conf. Reuſneri Stemma Witikindeum p. 29.
(u) In Calendario Hiſtorico p. 245.
(w) Vid. de eo Königii Bibliotheca vetus & nova p. 602.
(x) In Saxon. lib. VI. cap. 37. p. 106. ita differens: Annus erat ſeptuageſimus ſeptimus, & ut Euſebii continuator tradit, octavus (ut alii, nonus) poſt mille centum, quem Imperator jam Ottone filio, quem claſſi præfecit Veneta Claſſe intercepto, Venetiis (ubi erat ſummus Pontifex Alexander) perducto, de pace ac reconciliatione efficaciter cogitavit.
(y) Pſalm. XCI. v. 13.
(z) Chronic. lib. 4. p. 471. & 472.
(a) Seu Martialibus, ut vocat eos idem Lazius in libris de Gentium Migrationibus p. 538. 555. a 655. b. In Stemmate Witichindeo de hoc Conrado hæc narrantur; Conradus Marchio Luſatiæ, vulnere in Ludis Martialibus Vienæ accepto, obiit 17. Nov. 1175. ſepultus in Lauterbergo.

CAPUT XIV.

De

Dedone XIII. Luſatiæ Marchione.

§. I.

Ottonem falſo dicunt Marchionem Luſatiæ, cujus frater Dedo a Friderico I. Imper. Luſatiam nummis redemit

ETſi autem Fabricius, (b) Brotufus (c) & manuſcriptæ Genealogiæ Ottoni quoque titulum Marchionis Luſatiæ tribuunt: liquet tamen ex Miſniæ Chronico, Dedonem Rochlicenſem fratrem, Marchiam Luſatiæ ab Imperat. Friderico I. Barbaroſſa occupatam & poſſeſſam aliquamdiu redemiſſe quater mille marcis argenti. (d)

Objectio. Otto Ciſtercienſis monaſterii Vetero-cellenſis fundator 1175.

§. II. Nec obſtat, quod in illo ipſo Chronico reperitur, Ottonem Abbati ditiſſimi in Miſnia Ciſtercienſium monaſterii Vetero cellenſis a ſe ad Muldam fl. in ſilvoſis vallibus anno 1175. fundati, Luſatiam ſuperiorem donaſſe, quam tamen poſtea Buſzuvino oppido permutarit. Nam eam Luſatiæ partem Bohemos Miſnenſibus ademiſſe, ſæpe jam oſtendimus. (e)

Nec non Fribergæ conditor quæ perperam ad Luſatiam refertur.

§. III. Et perperam in exemplo depravatiſſimo impreſſum paragraphum illum una cum proxime ſequenti non habeo cur dubitem. Quid enim ineptius, quam quod venæ metallicæ, quæ ad Fribergum Miſniæ Ottonis hujus ſeculo ſeſe aperuerunt, eumque ditarunt, cum urbe ipſa ab eodem condita, in Luſatia ſuperiore collocantur? (f)

Genealogia Dedonis XIII. Luſatiæ March.

Dedo XIII. Marchio Luſatiæ.

Agnes nupta Bertholdo IV. Duci Dalmatiæ.

Hedwigis Sancta, uxor Henrici Barbati Ducis Legnicenſis — Gertrudis Uxor Andreæ regis Hungariæ, quam genuit.

S. Eliſabeth. Bela Rex Ungariæ

Cunegundis

CAPUT XV.

De

Ejus morte & Succeſſore.

§. I.

Dedone defuncto 1190

DEdo igitur XIII. Luſatiæ Marchio obiit XVII. Cal. VIIbr. anno 1190. ſecundum Fabricium (g) Ei ex conjuge Mechtilde filia Goſuvini Comitis Marſepurgenſis, vel ut habet legenda S. Hedwigis Hornesbergenſis, nata eſt filia Agnes, uxor Bertholdi IV. Ducis Dalmatiæ, Meraniæ & Hiſtriæ Marchionis, S. Hedvigis mater, & filii quinque inter quos reliquis partim ſine ſobole exſtinctis, partim ſacris initiatis, patri ſucceſſit Cunradus II. Marchio Luſatiæ quartus decimus, Comes Rochlicenſis, Groicenſis, Julipurgenſis, & Landesbergenſis, qui anno 1210. in fata conceſſit, nullis relictis hæredibus.

Cunradus II. filius XIV. Luſat. March. &c. ſucceſſit, ſine prole moriens. 1210.

Dedo avus maternus S. Hedvvigis, Proavus S. Eliſabethæ, Abavus D. Ludovici Francorum Regis & S. Cunegundis,

§. II. Fuit autem, ut hoc obiter addamus, Dedo prædictus avus maternus S. Hedvigis, proavus Eliſabethæ, de cujus ſanctimonia prolixe Bonfinus lib. 7. Decad. 2. (h) & abavus Divi Ludovici Francorum regis itemque S. Cunegundis, quæ nupta fuit Boleslao pudico Polono.

CAP.

(b) In Marchionibus Miſnenſibus p. 31.
(c) In Genealogia Anhaltina L. II. c. 6. p. 40.
(d) Vid. Sagittarius in Hiſtoria Luſatica §. 34. conf. Groſſerum Part. I. p. 34.
(e) Lib. II. Comment. c. 31. & lib. III. c. 1. & 14. §. 7.
(f) Reuſnerus in Stemmate Wittikindeo his verbis expreſſit: Otto, Marchio Miſniæ, Luſatiæ, fodinis metallicis valde fœcundis, prope agrum Luſnitium 1171. repertis & apertis ditatus cognomen Divitis accepit. Propter venas metallicas inventas condidit Fribergum.
(g) Lib. V. Orig. Saxon. p. 546.
(h) Lib. VII. p. 201. c. Edit. Colon. an. 1690. eamque his verbis expreſſit: Secundum Andreæ reditum, anno, ut ajunt, nono Eliſabetha filia Virgo ſanctiſſima, Ludovico Landgravio, eximia nobilitate, ac vitæ ſanctimonia plane præſtanti conjugatur. Hanc ajunt tam præcoci religione fuiſſe, ut quintum vix annum nata, præ nimio ſedulæ orationis affectu aris amoveri non poſſet. Inter ludendum cum puellis, procidere ſæpe diſſimulaſſe, ut Deum, quem præ oculis ſemper habebat, in horas illas ſupplex adoraret. Luſiſſe annulis & lapillis, ut facto lucro, pauperculis opitularetur. Harpagatam e parentibus vafre pecuniam, pie miſerabilibus erogaſſet. Conjectis in aram Apoſtolorum nominibus, quam citatæ comites eorum ſuffragia ſortirentur, hanc Johannis Evangeliſtæ nomen fuiſſe ſortitam: cujus patrocinio ita exhilarata, ut

CAPUT XVI.

De Dieterico II. Luſatiæ Marchione.

§. I.

Ditericus II. ab Henrico IV. imperatore Luſatiam emit.

POſt Cunradum II. Marchiam Luſatiæ ab Henrico VI. Imperatore Barbaroſſæ filio & ſucceſſore (ut habet Chronicon, tametſi tempus diſcrepat:) decies mille argenti libris emit Ditericus ſeu Theodoricus II. Ottonis divitis Miſnenſis filius, Comes Weiſſenſelſenſis, & poſt obitum Alberti ſuperbi fratris Miſnenſis Marchio, qui Lipſiæ fundavit ædem D. Thomæ, in qua pronepos ipſius Tiſſemannus poſtea trucidatus eſt. (i)

Lipſiæ templum D. Thomæ fundavit.

Cujus Frater, Albertus ob communem familiæ titulum, Miſniæ & Luſatiæ quoq; Marchio vocatur.

§. II. Albertum Diterici fratrem Fabricius (k) Miſniæ & Luſatiæ Marchionem nuncupat propter communem familiæ titulum, ut infra (l) dicemus. Dubravius quoque libro quarto decimo (m) Alberti Luſatiæ Marchionis, Henrico VI. Cæſari rebellis, duobus locis meminit, quos inde in tertium noſtrum librum (n) transſcripſimus. Eum ab hoc Alberto non eſſe diverſum, Fabricii narrationes præſertim lib. I. annalium Miſniæ urbis ſub anno 1195. (o) ſatis oſtendunt: apud quem de Diterico quoque plura reperiet lector. (p)

CAPUT XVII.

De Henrico Luſatiæ Marchione.

§. I.

Diterico veneno ſublato

DIterico, cum anno 1222. ſecundum Fabricium (q) (1225. ſecundum Chronicon) medicus a Lipſienſibus pecunia emptus (quinquaginta enim argenti libras illi præ manu dederant, & alterum præterea tantum addituros receperant) potionem veneratam propinaſſet, ſucceſſit filius Henricus Miſniæ & Luſatiæ Marchio, Palatinus Saxoniæ, natus ex Juditha ſeu Jutta, vel ut Chronicon, Gutta, Hermani Comitis provincialis Turingiæ filia, oculis ægra: propter quam matrem poſtea Fridericus II. Imper. Turingiam ei dedit, defuncto anno 1228. Hydrunti in Apulia, avunculo Ludovico VI. Turingiæ & Haſſiæ Landgrafio, D. Eliſabethæ marito, horumque filio Hermano anno 1241. ætatis duodevigeſimo poſt celebratas nuptias per anum maleficam, quam Berchtam de Seberg nominat Siffridus Presbyter Miſnenſis lib 2. (r) veneno ſublato, Henrico item cognomento Raſpone Ludovici fratre, qui poſt abrogatum Friderico II. Imperium Rex Romanorum electus fuerat, ad Ulmam teli ictu confoſſo anno 1245. vel 47. ut habet Siffridus. (s)

Succedit Henricus, filius, Miſniæ & Luſatiæ Marchio, Palatinus Saxoniæ, Turingiam obtinet matris ergo.

§. II. Hic Henricus cognomentum illuſtris ob res geſtas κατ' ἐξοχὴν, & munifici ob liberalitatem meruit. Sic enim de eo ſcribit Siffridus lib 2. ſub anno 1231. (t) quo

Illuſtris, munificus dictus.

ut nihil ejus nomine quisquam in caſſum eam exorarit. Perhorruiſſe veſtimentorum luxum, delicias muliebres. Divinarum rerum contemplationi aſſidue incubuiſſe, audiviſſeque prærreverentiſſime in ſacris Evangelia & ſalutarem ſuſpexiſſe hoſtiam, inceſſiſſe nudis pedibus ſupplicationum die. Odilis, miſeriſque rogatoribus, ſubridentibus ſæpe ancillis, laviſſe caput ac nullum auſteritatis & abſtinentiæ, item pietatis & miſericordiæ prætermiſiſſe genus. Quum Vir ejus Landgravius Cremonani, ad Imperatorem Fridericum, viſitationis officio proficiſceretur, ſævienti annonæ caritate, coactam eſurientium turbam, exinanitis horreis, alnit: regiam miſerabilium multitudine complavit &c.

(i) De qua cæde vid. infra in hoc libro IV. Comment. c. 26.
(k) In Marchionibus Miſnenſibus p. 31.
(l) Capite 28. §. 2.
(m) Pag. 114. linea 43.
(n) Cap. ejuſdem 36. §. 1.
(o) Pag. 34. verba ita ſonant: Miſna capitur ab Henrico VI. Imp. qui Alberto Marchione, Othonis Divitis filio ſugato eam triennium regit per vicarios. Diſcordia principum de imperio certantium efficit, ut Ditericus Marchio ejuſdem Othonis filius paternam atque avitam provinciam, ſine armis atque tumultu recuperaret.
(p) Et etiam apud Sagittarium in Hiſtoria Luſatica §. 36. Groſſerum p. 37. Schneiderum in vita hujus Diterici & infra Tom. 4. horum Scriptorum in Chronico Montis Sereni.
(q) L. V. Origin. Saxonic. p. 568.
(r) Lib. II. Epitomes p. 166.
(s) - - - - p. 168.
(t) - - - - p. 167.

Friderici II. Imperat. filiam, Margaretham, Alberto Uxorem dari petit.

"quo D. Eliſabeth obiit. Hoc tempore "Marchio Miſnenſis Henricus cum magna "pompa & faſtu venit ad curiam Friderici II. Imp. petens filiam ipſius Cæſaris "Margaretham dari uxorem alteri filiorum ſuorum Alberto, quem præcedente "tempore Landgrafium conſtituerat Turingorum.

Divitiis & munificentiæ gloria omnes Germaniæ principes antecellit.

§ III. "Iſte Marchio Henricus divitiis "& gloria omnes principes Germanicos "anteibat, eratque largus valde & munificus, multa militum famulorumque caterva munitus, ſemper hilaris, ſemper "vivens in magnis deliciis & honore. "Hic non ſolum Baronibus & militibus & "Capitaneis & famulis ſuis, imo etiam aliis principibus & nobilibus victum & preciosum veſtitum abundanter & largiter "tribuebat. In tanta gloria & prodigalitate in curia Cæſaris apparuit, ut non "ſolum principes & nobiles, ſed & ipſe "imperator & Auguſtus in ſtuporem verteretur. Hæc Siffridus.

Quod ipſe Imperator ad ſtuporem miratur.

Venarum ſ. metalli fundinarum ſumma largitas.

§. IV. In Chronico Miſniæ annotatum eſt & repetit Georgius Agricola, (u) venas Fribergenſes huic principi tantam argenti copiam eſſe largitas, quanta tum ſufficeret empturo Bohemiæ regnum. Narrat idem Chronicon peculiare magnificentiæ & ſpendoris ejus exemplum. Cum enim ludicrum haſtilium certamen vicinæ juxta & ſuæ nobilitati, omnis ordinis ſplendido apparatu exhiberet Northuſii Turingorum, hortos adornavit ſpacioſos & amæniſſimos, in quibus tam Gynecæo quam cæteris fixi ſunt papiliones. (w)

Magnificentiæ ejus exemplum in certamine equeſtri Northuſii.

Certaminis βραβεῖα folia aurea & argentea.

§. V. Arborem etiam ſatis proceram ibidem ſtatuit, arte ex argento factam, foliis ſolide aureis aut argenteis. Si quis igitur concurrentium haſtile fregiſſet, antagoniſta tamen non excuſſo, argenteum folium βραβεῖον ferebat, qui vero eqvo dejecerat alterum, ipſe immotus, aureo donabatur. In iisdem hortis choreæ etiam ductæ ſunt decenter. Duravitque hæc ludorum celebritas octiduum integrum & convivio Aſſveri ſeu Ahasveri comparatur. (x) Sumptus ne Imperatorem quidem majores ſufferre potuiſſe judicatum eſt. De hac arbore elegantiſſime Fabricius t(y)

De quernu arbore argentea canit Fabricius.

> Ut platanus quondam celebris fuit aurea Xerxis,
> Regales cujus texerat umbra dapes.
> Non minus audita eſt *Henrici* argentea quercus,
> Quam Northuſa equiti ponit in urbe ſuo.

Malleus quoque cognominatur.

Novam Cellam monaſterium condit.

§. VI. Malleum etiam cognominarunt, neſcio quam ob cauſam. Condidit Novam Cellam Luſatiæ Inferioris monaſterium, profeſſionis Ciſtercienſium, Miſnenſis diæceſeos, amœniſſimo loco, inter vineas ſitum, uno grandi a Gobbino milliario vulgari, infra Niſſum & Oderam confluentes. Id quomodo & quando a Thaboritis everſum ſit, lib. 6. (z) dicetur.

CAPUT XIIX.

De
Morte Henrici.

§. I.

Moritur Dreſdæ 1288. in Cœnobio Vetero-Cellenſi humatus.

OBiit Heoricus Dreſdæ XV. Febr. anno 1288. in Cœnobio Vetero-cellenſi tumulatus, ſi Fabricio credimus. Lib. 2. annalium urbis Miſnæ. (a) Unde Siffridus (b) quoque non diſſentit, qui ſepultum ait in cella ordinis Ciſtercienſis monaſterio cum patribus ſuis. Sunt autem majores Henrici in veteri cella ſiti. In Abbaria Novocellenſi inſcriptio quædam picturæ ejus ſed recentioris, ibidem humatum affirmat.

Vel ut inſcriptio picturæ ejus affirmat in Abbatia Novo-Cellenſe.

Cœnobii hujus locus ter vel quater mutarus.

§. II. Cur vero tumulus ejus hodie non exſtet, hanc adferebant rationem Cœnobitæ, quod ter, ſi non quater, mutatus ſit Cœnobii locus. Ac primum quidem fuiſſe ultra Gobbinum, teſtantibus literis fundationis in Starzedelo, quod & primum fuerit Cœnobii nomen. Unde tem-

(u) Natus 1494. ob. 1555. Metallicam diſciplinam, teſte Bodino in Methodo, ita tractavit, ut Ariſtoteles & Plinius in eo genere nihil intellexiſſe videantur, conf. Thuanus lib. 16.

(w) Exemplum μεγαλοπρεπείας.

(x) Eſther I.

(y) In Marchionibus Miſnenſib. pag. 34. conf. Herodotus lib. 7. cui inditum eſt nomen Muſæ πολυμνίας. Claudius Ælianus, Hiſtoricus ſub Adriano Auguſto inclareſcens Lib. 2. Variæ Hiſtoriæ cap. 14. ubi hæc ſcripta reliquit: Sub aureis platanis & aurea vite, ſedentes ſæpe Perſarum reges, jura ſuis populis dediſſe, Phylarchus ſcribit, & quidem Vitem illam commendaſſe etiam uvas, quæ Smaragdos & Indicos Carbunculos aliasque pretioſiſſimas gemmas racemos imitaotes, haberent.

(z) Cap. 59.

(a) Pag. 45. conf. Sagittarium in Hiſt. Luſatica §. 37. 38. & Grofſerum Part. I. p. 40. ſeqq.

(b) L. II. Epitomes pag. 168.

templum pagi illius etiamum Chorum habeat & ſtella fratrum, quam vocant.

Henrici hujus Lis cum Cunrado I. Miſnenſ. præſule. 1239. quæ ſopita.

§. III. Hic Marchio anno 1239. de limitibus Vourcinæ, deque decimis in Luſatia & urbe Miſna contendit cum Cunrado I. præſule Miſnenſe in ordine XXIII. ſed concordia inter ipſos ſancita ſemel, violata poſtea non eſt. Autor Fabricius. (c)

CAPUT XIX.

De

Henrici Uxore & Liberis.

§. I.

Henrici Uxor prima Conſtancia, ex qua geniti

Ditericus pinguis & Albertus.

UXores Henricus habuit duas, ex prima Conſtantina ſeu Conſtantia Philippi, vel ut Fabricius (d) vult, Leopoldi Auſtriæ ducis filia, Friderici bellicoſi ultimi ex ſtirpe antiqva ducum Auſtriæ ſorore, duos reliquit filios, Ditericum ſeu Theodoricum pinguem (quem Dietherum Münſterus, (e) Garzon (f) male Henricum vocat) & Albertum.

Uxor ſecunda, Eliſabetha Maltitia, ex qua procreatus Fridericus parvus. Quos inter pater ditiones ſuas divisit. Ditericus Miſnenſis, Luſatiæ & Landsbergenſis Marchio.

§. II. Secunda Eliſabetha Malticia peperit ei Fridericum cognomento parvum ut habet chronicon (Quidam ſecundam ejus uxorem faciunt Agnetem Bohemam, tertiam Eliſabetham) inter hos pater ipſe ſuperſtes adhuc, ditionem ſuam ita diviſit, ut Albertus Turingiæ Landgrafius & Saxoniæ Palatinus, Ditericus Miſnenſium, Luſatiorum & Landesbergenſium Marchio, ac Comitatus Groicenſis atque adeo totius Libonotriæ princeps, Fridericus Dreſdæ, Haini, & multorum aliorum oppidorum fieret Dominus.

Horum 3. filiorum aliam relationem præbet Fabricius.

§. III. Fabricius etiam in Miſniæ Marchionibus (g) tres illi filios aſſignat, Albertum degenerem, Ditericum ſapientem & Henricum exulem, quorum ille hos armis expulerit. Idem tamen in annalibus ſcribit anno 1316. Fridericum Marchionem Henrici I. Landgrafii filium obiiſſe Dreſdæ 7. Cal. May. & in Vetero-Cellam ad patria monumenta eſſe deportatum.

Friderici Marchionis Cognomen Klemme.

Derivatio & explicatio cognominis hujus.

§. IV. Addit eum a vehementia appellatum cognomine Klemme, quaſi dicas rigoroſum. Clemma autem noſtrate lingua preſſuram ſeu θλῖψιν ſignificare alibi docet, nimirum ſub anno 1405. (h) ubi ex Pirnenſi Chronico probat, Robertum Comitem Palatinum Rheni Romanorum regem eodem cognomine Hertzog Klemme dictum, quod fortiter hoſtes reip. preſſerit, non klein ſeu parvum, ut Cuſpinianus, (i) Trithemius (k) & multi alii (l) ſcribunt. Cui opinioni aſtipulatur Olomucenſis, (m) qui eidem Roberto Clemoni cognomen fuiſſe ſcribit.

Quod cognomen & Roberto, Comiti Palatino, Romanorum regi, tributum.

CAPUT XX.

De

Alberto, Henrici filio degenero conjugem ſuam ſpernente.

§. I.

Albertus degener dotis loco ab Uxore accipit Aldepurg. & terram Pliſnenſem.

Spreta Conjuge, Cunegundim Iſenbergiam deperdite amat.

ALbertus optimi patris degener filius, ſpreta conjuge honeſtiſſima matrona Friderici II. Imp. filia Margaretha, cum qua arcem Aldepurgenſem & terram Pliſnenſem dotis nomine acceperat, exarſit amore Cunegundis Iſenbergiæ (Garzon (n) male Catharinam vocat, quæ Margarethæ erat pediſſequa) tanto, ut homo malus non ſolum contumelioſe tractaret conjugem, ſed etiam vitæ ejus inſidias ſtrueret.

Sedes illius arx Wartpurgum a Ludovico II. ædificatum,

Viribus imperii fruſtra obſeſſum, poſtea Lutheri Pathmus.

Hujus arcis altitudo.

§. II. Habitabat Albertus in arce Iſenacenſe Wartpurgo, a Ludovico II. ſaltatore Comite Turingiæ & Haſſiæ anno 1068. (tametſi variare videtur Siffridus (o)) in ſumma annonæ difficultate condita, ſede D. Eliſabethæ & veterum Turingiæ Landgrafiorum, quæ (ut Fabricius (p) annotavit) viribus imperii obſeſſa capi non potuit, & anno 1521. Pathmus fuit Lutheri, qui in illa aſſervatus eſt, teſte Matheſio. In eam, cum magna ſit altitudine, mulo quotidie aqua vehebatur.

§. III.

(c) Annal. Urbis Miſnæ Lib. I. p. 38.
(d) Origin. Saxonic. Lib. VI. pag. 576.
(e) De hoc Henrico verba quædam facit Coſmographiæ Lib. III. p. 436.
(f) Lib. I. de Rebus Friderici Admorſi juxta noſtram Editionem ſupra cap. I. §. 1. p. 35. a. & cap. 2. § 3. p. 36. b.
(g) Pag. 35.
(h) In Annalibus Miſnæ lib II. p. 56.
(i) In inſigni opere de Cæſaribus & Impp. Romanis pag. 391. Edit. Francofurt. an. 1601. f.
(k) In Chronic. Hirſaugienſi Tomo II. p. 310. ſeqq. Edit. an. 1690. f.
(l) v. g. Peucerus Chronic. Lib. V. p. 621. ubi Rupertum nominat virum ingenio acrem, corpore parvum, ſed ingentem animo.
(m) Hiſt. Boh. lib. 23. p. 189. lin. 58. Edit. Freherianæ 1602.
(n) lib. I. cap. 3. §. 2. pag. 38. a. in noſtra editione.
(o) Epitom. Lib. I. pag. 162.
(p) Originum Saxonic. Lib. VI. p. 626.

Albertus exdem uxoris molitur.

§. III. Huic igitur adjunctum ſervum, ad interficiendam uxorem conducit. Nondum enim Germanis venena erant nota. Is cum facturum ſe quæ imperarentur, recepiſſet, ſecreto Dominæ quid ſecum pactus ſit maritus, indicat, ſimul promiſſum ſuum excuſat. Si enim detrectaſſem, inquit, trucidaſſet me, & alium percuſſorem quæſiviſſet. Cuſtos Margarethæ ſeu conſiliarius, quem Curiæ magiſtrum vocant, heræ ſvadet, ut furoribus & ſceleri mariti cedat, vitæque fuga conſulat.

De quo certiorata uxor

fuga ſibi conſulit,

§. IV. Veſperi igitur in primis tenebris ex feneſtra arcis non admodum alta, quæ adhuc oſtenditur, in ſubjectum ſcopulum per funem inſporta demiſſa eſt, cum quinque comitibus, ut ſcribit Peucerus, (q) nimirum Conſiliario ſene, mulione, nobilibus virginibus, matronisve & ancillis, ut ex Melanchthonis narratione colligitur, Siffridus (r) duas tantum pediſſequas & duos camerarios nominat.

Filiis parvulis valedicens, Friderici natu majoris genam ex immenſo amore admordet,

§. V. Priusquam cubiculo egrederetur, ſupremum valedictura filiis parvulis, arripuit majorem natu Fridericum, avo materno cognominem, & mirabili animi motu genam ejus momordit, ut infans valde vagiret. Ibi cum a Magiſtro curiæ, qui verebatur vagitu iſto fugam proditum iri, increparetur, & properare juberetur, ah, inquit mater, tune putas poſſe me diſcedere ſine magno dolore? Relinquam filio notam diſceſſus.

Filiolo notam diſceſſus relictura,

§. VI. Prima nocte iter faciunt longius, quam pro viribus. Mane ad oppidum Hirsveldum venere. Inde abbas curavit eos curru abduci Francofurtum ad Mœnum, ubi calamitoſa fœmina in monaſterio virginum biennium magna cum honeſtatis laude commorata diem ſuum obiit.

Poſtbiennium moritur Francofurti ad Mœnum in monaſterio,

§. VII. Hæc ex Philippi Melanchthonis prælectionibus pleraque. Siffridus (s) ait, Abbatem Fuldenſem eam fugientem usque ad Francofordiam deduci feciſſe, ubi a civibus honorifice ſuſcepta & tractata eodem anno 1270. defuncta ſit & honore regio tumulata per antiſtitem Moguntinum. Vulneris cicatricem, inquit Peucerus (t) Princeps, quoad vixit, retinuit, & cognomentum inde ADMORSI conſecutus eſt. Ita eum deinceps & nos jam appellabimus.

Honore regio tumulata,

Fridericus unde admorſus dictus vid. §. 5. hic,

CAPUT XXI.

De
Friderico & Tiſſemanno a Patruo adoptatis & Teſtamento hæredibus nominatis.

§. I.

HUnc & fratrem Tiſſemannum, (u) cum apud patrem adulterum male educarentur, iisque Manzer ex ea pellice natus (Garzon (vv) male Ludovicum vocat) Apicius anteferretur. Ditericus patruus, Miſniæ Luſatiæque Marchio, juſtus & ſapiens princeps ad aulam ſuam vocavit adoptatosque teſtamento hæredes nominavit contra fratrem, poſtquam filius ſuus Fridericus ex Helena Johannis Marchionis Brandepurgenſis filia natus, e medio abierat, ſine prole maſcula, filia tantum ex conjuge Bavariæ duce relicta.

Fridericum hunc admorſum cum fratre Tiſſemanno, Ditericus patruus adoptat,

Sineque prole maſcula Filio ſuo moriente ſibi heredes inſtituit.

§. II. Porro obiit Ditericus Alberti frater, Marchio de Landisbergk (ut Siffridus (x) ſcribit) anno 1285. Quem eo libentius ſequor, quod Miſnenſe quoque Chronicon diſerte eum ante patrem Henricum obiiſſe ait, tametſi annus mortis Diterici octogeſimus nonus ibi ponitur. Fabricius (y) generoſum Ditericum Marchionem Landsbergium mortuum ſcribit anno 1283. Additque eo ipſo anno mortuos comites quosdam, quos eosdem fere Siffridus (z) anno 1285. mortuos annotavit.

Ditericus, Marchio de Landisberg, Alberti frater moritur 1285. ſecundum Siffridum.

Juxta Miſnenſe Chronicon 1289.

§. III. Idem Fabricius (a) Fridericum patri Diterico ſupervixiſſe innuit. Scribit enim anno 1291. Fridericum Diterici Marchionis cognomento ſapientis filium, qui tum Suſelitii habitabat, delectatus venationibus, cum forte laſſus Hirſeſteinam, arcem ad Albim ſitam veniſſet, toxico in ceraſis dato, de vita ſublatum & Suſelitii conditum juxta patrem. Sub eodem anno plura referuntur de hujus principis adoleſcentis bello, cum Witigone I. præſule Miſnenſium XXV.

Fridericum patri Diterico ſuperſtitem ſtatuit Fabricius.

Toxico in ceraſis ſublato extinctum.

Ab eo cum Witigone I. bellum geſtum,

CAP.

(q) Chronic. Lib. V. pag 556.
(r) Epitomes Lib. II. pag. 171.
(s) Epitom. Lib. II. pag. 171.
(t) Origin. Saxonic. Lib. V. p. 556.
(u) Quæ de his nunc enarrantur, pluribus exponuntur ac comprobantur a Sagittario in Hiſtoria Luſat. §. 39. ſeqq. a Groſſerio Memorab. Part. I. p. 49. ſeqq. item a Schneidero in Scrutinio Luſatiæ.
(vv) Supra Lib. II. cap. 1. §. 3. p. 43. b.
(x) Epitomes Lib. II. pag. 174.
(y) Originum Saxonic. Lib. VI. pag. 587.
(z) loco citato.
(a) In Annalib. urbis Miſnæ L. II. p. 45.

CAPUT XXII.

De Friderico capto, liberato & Patris ſocios vincente.

§. I.

Albertus Diterici frater, hereditate præteritus,

MOrtuo Diterico, Albertus graviter ſerens, ſe præteritum, cum eſſet fratris proximus hæres, hortatu nothi, ad quem, ut Turingiam, ita Diterici quoque principatum deſerre conſtituerat, ut apud Garzonem (b) Henricus Endanus inquit, bellum movit anno 1281. Secundum Peucerum (c) imperante Rudolpho Habſpurgenſe & filium Fridericum captum carceri incluſit, in arce Iſenacenſe, ac vinctum retinuit toto anno, unde poſtea divinitus liberatus eſt, cum odio tyranni cuſtodes aliqui affecti miſericordia adoleſcentis inſontis, conſilia ſugæ adjuviſſent. Sic Peucerus. (d)

bellum movat, 1281.

Fridericum, filium, carceri includit

ex quo poſt annum elabitur liberatus.

§. II. Erphordienſium vero annales a Vaſallis ſuis liberatum tradunt, & quidem illo ipſo ſtratagemate, quo jam ſenem Voldemaro Brandepurgio ereptum Peucerus (e) ſcribit, ut poſtea (f) dicemus. Mentionem etiam ſacit Miſniæ Chronicon prælii, in quo Fridericus Miſnicis & Tiſſemannus Luſaticis inſtructi copiis non contemnendis victos, Brandepurgium & Anhaldinum Alberti patris ſocios ceperint.

Fridericus Brandepurgium & Anhaldinum, Alberti patrie ſocios in prælio capit.

§. III Tandem (inquit in annalibus Fabricius) (g) cum Johannes Brandepurgius ter victus prælio, conditiones pacis quæreret, controverſia inter ipſum & inter Fridericum ac Tiſſemannum ſratres Marchiones Miſnenſes compoſita eſt Miſnæ. anno 1292. & Eberhardus Anhaldinus e vinculis dimiſſus.

Miſniæ tandem inter Fridericum Tiſſemannum & Johannem Brandepurgi pax compoſita 1292.

Eberhardus, Anhaldinus, e vinculis dimiſſus.

CAPUT XXIII.

De Lucca inferioris Luſatiæ urbe fruſtra obſeſſa.

§. I.

ETſi autem Rodolphus Imperator an. 1290. de quo conſentiunt Siffridus, (h) Fabricius (i) & diplomata Imperatoris, tametſi præcedentem ponit Saxonum Chronicon, (k) Erphordiæ in Conventu pacem mandavit utrisque, tamen hoc mortuo pater ἄστοργος, ad arma rediit, Adolpho Naſſavienſe Romanorum Rege, Rodolphi ſucceſſore in belli ſocietatem pertracto Turingiæ venditione, ne unquam recipere eam filii poſſent. Sic Peucerus (l) cum Carione & Paralipomenis Urſpergenſis, (m) tametſi Albertus Argentoratenſis, (n) Chronicon Miſnenſe, Fabricius (o) item & Johannes Roſa (p) in oratione ſunebri Johannis Friderici III. Ducis Saxoniæ, Miſniam affirmant venditam cum aliis quibusdam territoriis.

Rudolpho Imperat. pacis inter prædictos autore,

mortuo, Albertus bellum renovat,

ejusque belli, ſocium Adolphum Naſſov. Turingiæ venditione ſibi parat.

Alii Miſniam ab eo venditam, aliaque quædam territoria putant.

§. II. Ingreſſus eſt autem Turingiam cum exercitu Adolphus Imp. anno, 1294. ſecundum Siffridum, (q) cui ſe conjunxit & Brandepurgenſis Marchio, quem Peucerus (r) Albertum, haud dubie non ſatis conſideratis Garzonis verbis deceptus, Garzon, (ſ) Fabricius (t) & Genealogia Anhal-

Qui Turingiam armata manu iterat, 1294.

Auctus Brandepurgenſis Marchionis copiis,

(b) lib. II. cap. 1. §. 5. p. 44. a.
(c) Chronic. Lib. V. p. 556.
(d) loco citato.
(e) Lib. V. Chronic. p. 557.
(f) Hoc in libr. 4. cap. 30. §. 4.
(g) In Annalibus urbis Miſnæ Lib. II. p. 46.
(h) Epitomes Lib. II. p. 175.
(i) In Annalib. urbis Miſnæ L. II. p. 45.
(k) Pag. 306.
(l) Chronic. Lib. V. p. 557.
(m) Pag. 22. Illa Paraleipomena Hiſtoriæ Abbatis Urſpergenſis ſunt annexa continentque res memorabiles a Friderico II. usque ad Carolum V.
(n) Seu de Argentina. vixit 1378. condidit Chronicon a Rudolpho I. usque ad exceſſum Caroli IV. in quo multa aliis indicta reperiuntur & inſimul ea, quæ Manlius hic ex eo adducit. Laudatum Chronicon. Chriſt. Urſtiſius una cum aliis Rerum Germ. Scriptoribus divulgavit.
(o) In Annalibus urbis Miſnæ paſſim v. g. p. 46. ſub anno 1299. & p. ſequenti ſub anno 1306.
(p) Profeſſor Theol. Extraordinarius Jenenſis.
(q) Epitom. Lib. II. p. 175.
(r) Chronic. Lib. V. p. 557.
(ſ) Lib. I. cap. 2. §. 8 p. 37. b. ſecundum noſtram Edit.
(t) Originum Saxonic. Lib. VI. pag. 611, & in Gen. Anhaldina Lib. II. cap. 9. fol. 44.

Qui Luccam obſidet, inde depulſus.

Anhaldina rectius Jnhannein vocant, ſpe obtinendæ & ſuperiori conjungendæ Luſatiæ inferioris, in qua urbem Lucam diu obſedit. Inde depulit eum Tiſſemannus, cæſis hoſtium tribus millibus. Autor Peucerus. (u)

Luſatiam inferiorem depopulatur. De Friderici contra Adolphum Victoria Sabinus, in Cæſar:

§. III. Vaſtavit tamen Luſatiam Inferiorem Johannes a Luca ad Hainum Miſniæ usque agros depopalatus, ut ſcribit Brotuſus. (w) Ad Crucibergum Turingiæ Adolphum a Friderico victum Sabious in Cæſaribus teſtatur his verſibus:

Quin & Miſniacæ Fridericus Marchio terræ,
Qui profugæ morſus dente parentis erat,
Hunc fera miſcentem ſuperavit prælia victor,
Mœnibus anguſtis urbs ubi parva jacet.
Tyrigetis fortes quæ limite ſeparat Heſſos,
Ad crucis & nomen monte vocata tenet.

De Lucæ Luſaticæ ante Alberti venditionem ditionis filiorum, Adolpho factam, obſeſſione, Garzon ſequentia tradit.

§. IV. Garzon, qui integram belli hujus Hiſtoriam duobus libris eſt complexus, (x) Johannem Brandepurgiuin ante venuin datam Adolpho ab Alberto filiorum ditionem, Luccain Luſaticam obſediſſe refert. Cujus totam narrationem io compendium contractam exponere operæ precium videtur, cum Peucerum (y) quoque obſidionis Luccanæ mentionem iode deſumpſiſſe conſtet.

Albertus, filios armata manu aggreditur. Quibus Lipſiæ inter ſe deliberantibus, Brandeburgenſes Miſniam invadunt; ad quam defendendam Theodoricus frater mittitur.

§. V. Ait enim Albertum patrem, poſtquam fruſtra reſtitui ſibi a filiis Miſniam poſtularar, inito cum Johanne Brandepurgio fœdere, adverſus filios cum manu haud contemnenda contendiſſe: cui cedendum ne an reſiſtendum eſſet, dum Lipſiæ cum aliis principibus evocatis fratres deliberant, nunciatum Brandepurgenſes in agrum Miſnicum impetum feciſſe, magnam vim hominum pecorumque abigere. Miſſum itaque a Friderico ad defendendum vim illaram, Theodoricum fratrem cum exercitu cui Jacobus Schönbergius præerat.

Theodoricus cauſſas belli ſciſcitatur.

§. VI. Hujus adventu confirmatos oppidanos, (nec nominat oppidum tamen) qui hactenus mænibus ſe tenuiſſent, facta ſubito eruptiooe, hoſtem adortos, plus ſexcentis cecidiſſe, reliquis in ſugam verſis prædam ademiſſe. Qui cum noo longe a Lucca Luſatiæ caſtra poſuiſſet, ſubſidia & ſupplementa ab Alberto expectantes, miſſos a Theodorico ad Johannem Brandepurgenſem legatos, qui cauſas belli ſciſcitarentur, inter alia hoc tuliſſe reſponſum: Miſnenſes non nullas Vindelorum urbes Johanni ſubjectas ſuæ ditionis feciſſe, eam injuriam ulrum ire Johannem. Intuliſſe legatos: Vindelos Polonorum ac Sleſitarum imperio liberatos, in Miſnenſium tanquam Vindicum veniſſe poteſtatem, hos belli jure partos nunquam redditurus.

Cui Johannes Brandepurgenſis reſpondet.

Brandepurgicis victis atque fugatis.

§. VII. Ita re infecta, recepiſſe ſe ad Theodoricum, qui interea cum validiſſimo exercitu in agrum Deberlochium pervcoerat. Eum inſequeote nocte cum copils profectum, quinque millia paſſuum ab hoſte caſtris locum cepiſſe. Tertio poſt die caſtra Brandepurgica ab eodem expugnata & direpta, hoſtium ſupra tria millia occiſa, ſupra ſeptem millia capta, cæteros ſuga ſaluti ſuæ conſuluiſſe. Ioannem accepta ſuorum clade maximum ex equitatu ac peditatu coëgiſſe exercitum, atque in Luſatios perveniſſe, cumque agrum circa Luccam populatus eſſet & prædas hominum pecorumque egiſſet, caltris ante portam locatis, diu urbem obſediſſe.

Johannes nihilominus Luccam obſidet,

Sed fruſtra, hinc diſcedens

Haynam ſtratagemate occupare conantur,

& ibidem disjecti.

§. VIII. Qua cum potiri minime poſſet, quod ipſam Federicus firmiſſimis præſidiis muniiſſet, ſitus præterea inexpugnabilem faceret, exercitum abduxiſſe, atque ad Haynam Theodorici imperio ſubjectum oppidum oppugnandum perveniſſe. In hoc cum milites Johannis nocte intempeſta per funem demiſſi eſſent, cunctos a præfecto cuſtodibus Caſpare Maltitio occidione occiſos, reliquum exercitum, qui ad portam dum ſui eam effringerent, præſtolabatur, ab oppidanis disjectum. Simile quiddam de Voldemaro Brandepurgio poſtea audiemus. (z)

Johannis perſvaſo, Eberhardus Cheruſcor & Aſcaniæ Dominus, Alberto auxilia præſtans,

§. IX. Addit Garzon (a) eſſe, qui inter alios Johannem captum ſcribant, ſed cognitum & priſtinæ libertati reſtitutum. Friderici capti, (qua & ipſa de re infra referemus) (b) nusquam meminit. Porro Johannem cum hac quoque ſpe decidiſſet, Eberhardo, qui Cheruſcis, & nunc Aſcaniis præerat, perſvaſiſſet, ut is quoque Albertum auxilio ſuo juvaret.

§. X. Hunc exercitum ex quatuor millibus hominum congregato, cum ad Vitigiſ-

burgium

(u) Chronic. Lib. V. p. 557.
(w) In Genealogia Anhaldina loco ſub lit. (t) citato.
(x) Et ideo his Rerum in Luſatia geſtarum Scriptoribus junctus & præmiſſus, ad quem remittimus eum, qui plura de hoc bello noſſe cupit.
(y) Chronic. Lib. V. p. 557. conſ. Groſſerum Part. I. Memorabilium Luſatic. pag. 52. ſeqq.
(z) Capite 30.
(a) Lib. I. cap. 4. §. 3. p. 40. a. Secundum o. Edition.
(b) Capit. 30. jam ſub lit. (a) adducto.

burgium perveniſſet, animo Ilburgi in poteſtatem ſuam redigendi, ab agnato ſuo Bernhardo loci Domino (Peucerus Chronic. L. V. p. 557. hunc quoque Albertum vocat) ut ſibi tutum præberet tranſitum, poſtulaſſe. Federicum tempeſtive a Bernhardo monitum, miſſo ad Ilbæ caſtrum Henrico Endano cum præſidio Eberhardo occurriſſe ad Dorganum. Ibi captum Eberhardum cum Remigio Erotino & caſtris exutum, quatuor millibus ſuorum cæſis, quinque millibus captis.

Cæſis captiſve copiis ipſe capitur.

Fallit hic autor in numero millium.

§. XI. Johannem quoque ad Haganum a Theodorico ſuperatum, ac tantum non captum, duo millia ſuorum deſideraſſe, totidem captis, caſtris ipſis incenſis. Theodoricum, cum Luccam ſe retuliſſet, indeque de proſpera facta pogna fratrem certiorem feciſſet, ab illo ad Francofordiam caſtra ponere juſſum. Mox igitur validiſſimo in urbe relicto præſidio, cum reliquo exercitu ad Francofordiam profectum, dies prope xxx. fruſtra eam obſediſſe.

Theodoricus ad Francofordiam caſtris poſitis, fruſtra eam obſidet.

§. XII. Poſtea agris, ferro, ignique pervaſtandis omni cura intentum fuiſſe. Ea re tantum Johanni pavorem injectum, ut miſſo oratore duorum menſium inducias a principibus fratribus peteret atque impetraret. Quibus durantibus apud Haganum in frequenti principum & nobilium conventu, pax confecta ſit his conditionibus, ut Eberhardus ſolutis auri pondo ſexdecim e carcere dimitteretur, Johannes filiam Federico in matrimonium traderet.

Johannes metu perculſus inducias petitas impetrat, his durantibus pax conficitur.

Conditiones pacis.

§. XIII. Bellum hoc in annos duos, menſes novem extractum. Ac tum demum Albertum Turingum, cui dolorem mœroremque afferrent filiorum ſucceſſus, iterum eos inſtaurato bello perſequendos ſtatuiſſe. Ut igitur regionem Luſatiorum, Miſnenſium & Libanothanorum, cui Federicus, Theodoricusque imperabant, ditionis ſuæ faceret, Adolphum Naſſavum, cui per id tempus delatum erat Romanum imperium, conveniſſe. Huic reliquas urbes, caſtella, agrosque, quibus liberi imperabant, ab eo veniſſe, eo conſilio, ut in paupertatem hi inciderent, miſerique redderentur. Hæc fere Garzon lib. I. toto & initio ſecundi. (c)

Albertus, filiorum ægre ferens ſucceſſus, bellum reſtaurat, filiorumque ditiones Adolpho Naſſovio vendit,

hoc quidem conſilio.

§. XIV. Cæterum Vindelos, quos alibi haud longe a Miſnia ortum verſus abeſſe ſcribit, exiſtimo eum dicere Loſatios ſuperiores, qui per id tempus Brandepurgenſibus parebant, Cheruſcos Serveſtenſes, Doberlochium Dobrilugum, Haganum Hainum, Vitigisburgium Vitebergam, Dorganum, Torgam.

Explicatio quorundam populorum, ſ. provinciarum, ſ. regionum & urbium.

CAPUT XXIV.

De

Bello Imperatoris Adolphi Marchionibus Friderico & Tiſſemanno parato.

§. I.

Anno 1296. ut ſcribit Siffridus, (d) Adolphus ex Turingia in Terram Orientalem h. e. Oſtlandiam exercitum duxit, in qua munitionibus quibusdam occupatis, quibusdam funditus deſtructis, inque his arce Groicenſe, quod tamen anno 1294. factum vult Viperti Hiſtoria, Miſniam invaſit, ubi Fribergo, Miſna & aliis urbibus ac arcibus potitus, Marchiones Miſnenſes germanos Fridericum & Tiſſemannum, quem Marchionem Pleiſſenſem nominat ſupplementum annalium Miſnenſium, ditione illa omni exuit. Amiſſo Fribergo & omni ſua ditione, inquit chronicon, Fridericum αὐτὸν γείθον in exilium abiiſſe: recepiſſe eundem ſubditorum voluntate anno 1306.

Adolphus Imper. Oſtlandiæ munitiones diruit,

Miſniam, Fribergum, aliasque loca munita occupat,

Fratres Frid. & Tiſſemannum ditione exuit.

Hinc Fridericus fit exul.]

§. II. Idem Adolphus, ut teſtatur Chronicon, cum ſecundo belli anno, iterum in Miſniam rediiſſet, Fridericum admorſum ſimulatione colloquii fide publica evocavit Aldepurgum civitatem, ut Roſa inquit, illis temporibus imperialem: quo cum is veniſſet parvo comitatu, & milites Svevi ſtrictis gladiis in eum menſæ in hoſpitio aſſidentem impetum facerent, civis quidam objectu ſui corporis ictum excepit & ſe fruſtillatim diſcerpi paſſus eſt. Interea Fridericus in vicinam domum evaſit, & mutatis veſtibus nullo comite ſe ſubduxit. Hæc de Alberto Auſtriaco narrat Garzon, (e) Peuceros (f) &c.

Rediens per inſidias captus,

necem ſibi intentatam ſalvus evaſit.

§. III. Cum Adolphi ergo exercitu Svevico, qui Oſtlandiam & Pliſnenſem terram omnem tenebat, ſæpe pugnatum eſt varia fortuna toto ſexennio, ut Peucerus (g) ſupputat, donec is ad Spiram 6. Non. Jul. anno 1298. in acie dimicans, manu æmuli ſui Alberti primi Auſtriæ Archiducis, Rodolphi Habeſpurgenſis filii primogeniti confoſſus oppetiit.

Vario Marte pugnatur.

Adolphus in acie pugnans confoditur, 1298.

CAP.

(c) Juxta noſtram Editionem a pag. 35. 45.
(d) Epitom. Lib. II. p. 176.
(e) Lib. II. c. 4. §. 7. 6. p. 50.
(f) Chronic. Lib. V. p. 558.
(g) Eod. Lib. citato p. 557.

CAPUT XXV.

De

Copiis Imp. Alberti ad Luccam Miſnicam a Frid. & Tiſſemanno profligatis.

§. I.

Philippus Naſſav. Belli Dux, Adolphi neceſſarius a fratribus captus,

INterea in Myſorum regione dux belli relictus Philippus Naſſaenſis, Adolphi, ſecundum Peucerum, (h) ex fratre nepos, vel ut Garzon, (i) Siffridus (k) & Brotuſus (l) volunt, patruus (Chronicon & Fabricius (m) ſratrem faciunt) dum Dobela Oſnicium tendit, a Friderico & Tiſſemanno, qui itinera inſederant, capitur cum xx. equitibus, & Rochlicium ductus Lichtewaldo, Dobela, Bornio (quam Fontejam etiam vocat Garzon (n) & Geitha oppidis cedere cogitur.

loca capta plurima reddere cogitur.

Quæ ſe ceſſurum promittit,

§. II. Reliquas etiam arces & urbes ſe ſratribus redditurum promittit. Quod dum præſtaret, in libera cuſtodia habitus eſt in arce. Sed elapſus inde clam, fraude cuſtodum, ſecundum Garzonem (o) non ſtetit pactis. Hæc Chronicon. Peucerus (p) eum Boonæ captum ait, ac dimiſſum ea conditione, ut cederet oppidis, quæ occuparat, non feciſſe promiſſa, ſed Alberto primo Auſtriaco, qui eodem, quo cecidit Adolphus, menſe, imperium adiit, ſe ea traditurum promiſiſſe.

elapſus vero e cuſtodia, non ſtat promiſſis, ſed Alberto I. Auſtriaco loca hæc tradit.

Auſtriacus decipit Fridericum.

§. III. Auſtriacus ergo, etſi ſpem fecerat Friderico recipiendi, ſine ictu gladii, ut Garzon (q) inquit, oppida amiſſa, fefellit tamen fidem datam, & ea omnia agnato ſuo Auſtriæ Duci, ut inquit Chronicon, in feudum dedit, miſitque in Miſniam anno 1307. ſecundum idem Chronicon, Comitem Orteoburgenſem Bavarum cum ingenti exercitu collecto ex Svevis, quos hodie ſic vocant, Bavaris, Rhenenſibus, Rheticis, Auſtriacis & Bohemis, qui cum vicum Luccam Numburgenſis Diœceſis, ſitum prope Pegas, non procul a Citio in Oſtlandia poſitis caſtris obſideret, fratres conjunctis Lipſiæ copiis ad eundem accedunt & poſt factam rem divinam hoſtes adorti, trucidata maxima eorum multitudine, victores oppidum ingrediuntur, anno 1307. ut indicant Chronica Miſnenſe & Marſepurgenſe.

Auſtriaci ingens exercitus ad Luccam cruenta clade fuſus. 1307.

De quo inde proverbium Myſorum. C. Miſnenſ.

§. IV. Inde etiamnum a Myſis jactatur proverbium, quo cladem ſuperbo alicui minantur: accidet tibi quod Svevis ad Luccam. Meminit hujus prœlii & Fabricius itinere Chemoicenſi, (r) ubi de Fonteja locutus ſubdit:

& Fabricii verſus.

Ad dextram Lucca eſt, prope quam Fridericus, iniqui
Multa ferens commiſſa patris, fortiſſimus heros
Proſtravit Svevas Miſnenſi Marte cohortes,
Et bis Cæſareas Aquilas dare terga coëgit.

Lucca duplex.

Hanc memorabilem Svevorum ſtragem ideo inſerui libentius, ut Lucca Miſniæ, a noſtra Luſatia diſcerneretur.

CAPUT XXVI.

De

Tiſſemanni morte indigniſſima ejusque Epitaphio.

§. I.

Tiſſemannus, heros fortiſſ. Lipſiæ in templo

MOx Tiſſemanno maximis rebus pro patria & ſalute incolumitateque ſuorum fortiſſime geſtis, Lipſiæ, quo legiones in hyberna deduxerat, eum in templo D. Thomæ, nocturnis ſacris feriarum natalitiarum Jeſu Chriſti intereſſet, percuſſore in incautum immiſſo (quod cogitatio & mens principis relligioſiſſimi rebus divinis intenta eſſet:) mors indigniſſima oblata fuit. Biduo enim poſt ex vulnere expiravit, tametſi eo ipſo die extinctum in epitaphio ejus legimus.

percuſſoris manu vulneratus,

biduo poſt exſpirat.

§. II.

(h) Chronic. Lib. V. p. 557.
(i) Lib. II. cap. 1. §. 5. p. 44.
(k) Epitom. Lib. II. p. 181.
(l) In Genealogia Anhaldina Lib. II. f. 43. in explicatione Epitaphii Titzmanni.
(m) In Merchionibus Miſnenſibus Fabricius hunc Philippum Adolphi Imp. facit fratrem hoc diſticho pag. 37.

Hinc ſpoliis victor rediit Fridericus opimis,
Dum FRATREM Cæſar ſternit, Adolphe, tuum.

Aſt in Originibus Saxon. Lib. VI. p. 607. item 613. Edition. Jenenſ. an. 1598. diſerte eum vocat patruum.
(n) Libro II. de bellis Friderici Admorſi cap. 4. §. 1. p. 49. in n. Edit. conf. Fabricii Origin. Saxon. Lib. VI. p. 617.
(o) Lib. II. cap. 4. §. 5. ſupra pag. 50.
(p) Chronic. Lib. V. pag. 558.
(q) Lib. II. c. 4. §. 6. p. 50. b.
(r) Pag. 61. & 62. Edit. Baſil. in 8vo an. 1547.

Fridericus fratri exequias parat.

§. II. Quod cum Fridericus per indicium accepiſſet, Lipſiam, quanta potuit celeritate contendit, ibique corpus fratris in æde D. Pauli Apoſtoli, olim fratrum prædicatorum diſcalceatorum, nunc Academiæ, ante ſummum altare humari curavit, ad cujus dextram pilæ parieti junctæ ſub effigie principis lapidea, affixi leguntur in tabula chartacea verſus Epitaphii doctiſſimi illa ætate in Italia viri Dantis Aligherii VIII. Viri Florentini & Poëtæ L. Hetruſci patria pulſi, cujus etiam extant tres de monarchia libri, temporibus Ludovici Bavari Imp. proſa (ut Cœliano verbo utar) oratione ſcripti.

Lipſiæ humatur in templo D. Pauli Apoſtoli.

Epitaphium ipſius a Dante Aligherio confectum.

Hujus Epigramma totum.

§. III. Epigramma totum eum apud alios non ſatis emendate legatur, integrum hic & correctiſſimum, h. e. minime correctum, ſed Originali ſimillimum ponere non pigebit.

Tizmannus ego ſum, me olim genuere parentes,
Albertus Marchio, *Margaretaque pia.*
Princeps
Imperium titulumque dedit Thuringia nobis,
Marchia Luſatia, Miſena & ipſa potens.
Quaque patet vetus in planis Libonotria campis,
Et qua montano flumine Pliſna lavat.
Camer. idem. *Frater erat Fridericus,* idem *Mavortius heros* item
Pro patria mecum prælia dura tulit.
Nam ſuperare datum eſt nobis victricibus armis,
Boëmia populos, Saxoniaque duces.
Marchio de Brenburg Waldemar nomine dictus,
Agmine devictus, vincula noſtra tulit.
Aſcanius Princeps cecidit quoque cuſpide noſtra;
Sed vitam ſupplex hic miſer emeruit.
Romulidum Reges Albertus, Adolphus & alter,
Non poterant noſtras frangere merce manus.
Viribus, o pietas, noſtris ſed terga dederunt;
Cæſareis opibus tunc ego dives eram.
Innumeri & noſtro caſi ſunt enſe Suëvi,
Audentes patrios ſollicitare Deos.
Omnia ſic vici: durum ſed vincere fatum
Non potui, Lacheſis quod dedit atra mihi.
Objicit illa mea crudelis pectora ferro,
Dum ſteteram incautus in medio Eccleſia.
Sic legit Camer. in tab. eſt Cautus. *Sic victor victus cecidi virtute: triumphos*
Et laudes meritas non rapit ulla dies.

Obiit VIII. Cal. Jan. An. Chriſti MCCLXXX. Obiit 1280.
Dantes Florentinus F. Anno Chriſti M CCC VII.
(s)

De anno cædis & Inſcriptione hac diſcrepant autores.

§. IV. De anno patratæ cædis & ab inſcriptione hac & inter ſe diſcrepant Brotuſus (t) & manuſcripta domus Saxonicæ genealogia, illa ſeptimum, hæc octavum ſupra milleſimum trecenteſimum habet. Cum inſcriptione ne ſentiam, temporum ratione ac collatione & rerum hactenus expoſitarum ſerie moveor. Primo enim conſtat ex Peucero, (u) anno ducenteſimo octuageſimo nondum motum fuiſſe ab Alberto contra filios bellum. imo Adolphus Imp. qui ob venditam ſeu Miſniam ſeu Thuringiam Alberto ſuppetias venit, anno 1292 primum eſt electus. Deinde prælium ad Luccam Miſniæ, cui interfuit adhuc Tiſſemannus, conſtanter annotant commiſſum anno 1307.

Fuit annus 1307. non 1308.

§. V. Scribit præterea Peucerus (w) non ita multo poſt, quam trucidatus eſt Tiſſemannus, hoſtem quoque ejus Albertum Auſtriacum interiiſſe. Certum eſt autem confoſſum Albertum anno 1308. Facimus igitur cum Brotuſo (x) annum cædis eum, qui ab inſcriptione, eamque ſecuto Camerario indicatur eſſe facti Epitaphii, videlicet 1307. Quem etiam ponit Siffridus, (y) qui illa ipſa tempeſtate vixit, & cujus Chronicon in hoc eodem anno terminatur, nono nimirum Alberti I. Imp. ſecundo Clementis V. P. M, ut ipſe in præfatione teſtatur.

Albertus confoſſus 1308.

Nec obſtat anno mortis Tiſſemanni Genealogiæ annus.

§. VI. Nec impedit quod in Genealogia annus 1308 ponitur. Apparet enim, autorem ejus, quisquis fuit, non ab ipſis Cal. Januarii ſeu feſto Circumciſionis, ſed, ut quidam faciunt, a feſto Nataliciorum h. e. die Octav. Cal. Jan. novi anni exordium duxiſſe. Cum igitur biduo poſt natalem Chriſti, Peucero teſte, animum efflaverit Tiſſemannus, in annum octavum id referre maluit.

E monumento Tiſſem. aperto decorum cranium & oſſa ejus inventa eximuntur,

§. VII. Monumentum Tiſſemani, quod In templi veteris nunc deſtructi choro, ante aram maximam, fuerit olim ex trinſecus in pomærio, a monachis novum chorum ædificaturis apertum ſcribit Brotuſus, exemptisque oſſibus, cranium etiamnum flava & prolixa coma fuiſſe decorum. Addit autem oſſa rurſum in novo choro ante

(s) Eosdem verſus vid. in Fabricii Originib. Saxon. lib. V. p. 608. & Brotuſi Genealogia Anhaldina cum explicatione difficiliorum vocabulorum & Nominum Propriorum Lib. II. fol. 43. ex quibus modo notetur Lacheſis Dea neceſſitatis.
(t) In loco Geneal. Anhaldinæ modo allegato pag. ſeu fol. 43.
(u) Chronic. Lib. V. pag. 556.
(vv) Chronic. Lib. V. pag. 559.
(x) In Genealog. Anhaldina Lib. II. fol. 43.
(y) Epitom. Lib. II. p. 181.

Cæſaries cum cruribus & tibiis ab Academia aſſervantur,

te altare ſummum humo eſſe mandata. Hodie tamen Cæſariem illam cum cruribus & tibiis prælongis in fiſco academiæ aſſervari audio, cranio & oſſibus reliquis diſtributis in vicina aliquot oppida, quorum cives, quod notum ſibi & charum Tiſſemanni nomen, grata jucundaque memoria adhuc recolerent ac proſequerentur, ea expetierant.

reliqua vicinis aliquot urbibus diſtribuuntur.

Fabricii verſus.

§. VIII. Sed de hoc quoque monumento Fabricii verſus ex itinere Chemnicenſi (z) aſcribo, qui tales ſunt:

Hic quoque dum noti luſtramus ſingula templi
Repperimus male caſe tuum Dicemanne ſepulchrum,
Tyrrhena titulum cui Dantes exul ab urbe
Condidit, atque notis factum ſignavit Hetruſcis.

Ubi Hetruſci quoque Epitaphii mentio fit.

Ex quibus illud quoque colligitur, præter Latinum, quod poſuimus, aliud etiam Hetruſcum ibi Tiſſemannum habere Epitaphium, id quod index quoque itinerum Fabricii innuit.

CAPUT XXVII.

De Perſido ductore Naſſavio obtruncato & Imperatore Alberto caſo.

§ I.

Tiſſemanni uxor Gutta. ſterilis ſecundum Chronicon Miſnenſe.

CHronicon Miſnenſe unicam ei tribuit uxorem Guttam Bertoldi Comitis Hennebergenſis filiam, ex qua tamen liberos non ſuſtulerit; genealogia Anhaldina (a) Helenam Johannis I. Electoris Brandepurgici, quem hoſtem fratribus fuiſſe ſupra (b) memoravimus, filiam, ſecundam Tiſſemanni uxorem fuiſſe aſſerit. Eam Chronicon Ditterico III. Tiſſemani patruo nuptam fuiſſe tradit.

Helena, ſecundum Genealogiam Anhaldin.

Philippum Naſſovienſem percuſſorem Tiſſemanni pecun: conduxiſſe creditus.

§. II. Ad quos hodie vulgo ſubornati militis ſicarii pertineat ſuſpicio, non eſt obſcurum: a Philippo tamen Naſſaënſe eſſe pecunia conductum & ſummiſſum, opinio fuit. Quomodo & Fridericum exiſtimasſe, non ita multo poſt intellectum eſt, qui cum in poſtremo prælio, quo delctæ ſunt hoſtium reliquiæ, (Garzon (c) cumque ſecutus Broruſus (d) hoc quoque ad Luccam Miſnicam commiſſum ajunt) conſpexiſſet in acie Philippum, dixit ſe pœnas ſumpturum de perfido ductore Naſſovio, cujus fraude frater ſuus interſectus eſſet, moxque Deo juſtos conatus adjuvante, ſua manu eum obtruncavit.

quem Fridericus frat. ipſe necavit.

Albertus I. Imper. a Johanne Duce Sueviæ, Rudolphi fratris filio trucidatur 1308.

§. III. Nec longum tempus interceſſit, cum Albertus I. Cocles Imp. non ad Rhenum, ut plerique falſo ſcribunt, ſed ut Lavatherus demonſtrat, procul a Rheno ſuper colle quodam (quales Germani Rhenic appellant vicino vocabulo, ex cujus ambiguitate profluxit error.) in Ergavia, ubi nunc eſt monaſterium campi regii ab uxore Alberti conditum, ad Urſam fluvium qui Rheno tandem miſcetur, a fratris Rudolphi filio Johanne pene puero, cui tanquam prodigo Sueviæ adminiſtrationem ademerat (alii hæreditatem paternam petenti ſertum viride a Cæſare pro ea miſſum ſcribunt) ejusque nobilibus & familiaribus occiſus eſt anno 1308. 24. April. vel ſecundum Albertum Argentoratenſem & alios Cal. Maji. Et paulo ante pulſo prorſus ex Miſnia ejus exercitu, Deus ſe defenſorem eſſe juſtæ cauſæ, oſtenderat.

Cujus paulo ante exer itus prorſus ex Miſnia pulſus.

Victo tandem fratre notho & Erphordienſibus Fridericus cuncta (perdita) recuperat.

§. IV. Poſtea cum in Turingiam duxiſſet Fridericus victis fratre notho & Erfordienſibus univerſam recuperavit, plerisque urbibus ac familiis nobilibus libenter juſti ac felicis principis imperium accipientibus.

CAPUT XXIIX.

De Alberto degenere diem ſupremum obeunte.

§. I.

Albertus degener Senex in extrema egeſtate ſummoque contemptu moritur Erfordiæ 1315.

ALbertus pater jam ſenex intra urbem Erfordiam ſeſe abſcondidit, ubi pœnas dedit libidinum & crudelitatis, in egeſtate extrema & contemptu ſummo tandem mortuus anno 1315. de quo conſentiunt Chronicon & Peucerus, (e) ibi-

(z) Pag. 61. Edit. Baſil. in 8vo an. 1547.
(a) Lib. II. fol. 43.
(b) Hujus libri IV. c. 23. §. 2. ſeqq.
(c) Lib. II. c. V. §. 2. p. 52.
(d) Loco ſub lit. (a) citato. Verba hæc ſunt: Titzmann Marggraf zu Meiſſen und Lauſitz, iſt zu Leipzig 1307. in der St. Thomas Kirchen unter der Chriſt-Meſſe erſtochen worden, denn Philippus Graf zu Naſſau hat ihm durch Geld einen Meuchel-Mörder zugeordnet. Conf. Peucerum Chron. Lib. V. p. 558.

(e)ibidemque ſepultus in æde beatæ Virginis, quam cum aliis pluribus liberaliter dotaverat.

Alberto huic tres uxores fuere.

§. II. Huic Alberto genealogia manuſcripta præter Imperatoris filiam & Cunegundim ab Eiſenburgk, tertiam etiam uxorem aſſignat Adelheidim, Comitiſſam Caſſellenſem. Appellatur autem Albertus Luſatiæ quoque Marchio, cum in Chronico Miſniæ, tum in Genealogia Anhaldina, (ſ) ſicut & Miſniæ & Landesbergi, uſitato, ut opinor, more, quo pluribus unius & ejusdem familiæ principibus, communis tribuitur titulus omnium regionum, quas ſingulas poſſident ſinguli.

Marchio Luſatiæ quoque appellatus, more familiarum uſitato.

CAPUT XXIX.

De Friderico Bohemis Luſatiam inferiorem cedente.

§. I.

Solam Luſatiam infer. Fridericus perdidit a Bohemis ei ereptam.

TOto bello, inquit Peucerus, (g) nullam ditionis partem amiſit Fridericus, præter Luſatiam inferiorem, quam Bohemi exciti ab Alberto Auſtriaco occuparant, dum tumultus Thuringicos Erſurdienſium & Comitis Vinatienſis compeſcit Fridericus.

Imperii tamen urbes quasdam retinet, nempe Aldeburgum, Cygneam Chemnicium

§. II. De hoc eos in tam dubio & perturbato rerum ſuarum ſtatu non irritandos eſſe cenſuit, præſertim cum poſt victoriam urbes, quæ antea imperii fuerant Aldepurgum, Cygnæam, & Chemnicium retineret. Sed hic cum Peucero non concordant chronicon Miſniæ & Genealogia Anhaldina. (h)

Diſſenſus hic Chronici Miſniæ & Genealogiæ Anhaldinæ a Peucero

CAPUT XXX.

De Friderico capto & Ditioni Luſatiæ inferioris ſuo & heredum nomine renunciante.

§. I.

Friderico Erphordiam obſidente.

SUblato jam Tiſſemanno Luſatiæ Marchione, ut habet Chronicon, cum Erphordiam obſideret Fridericus, repetiturus Echardipergam (quam Hectorisbergium vocat Garzon (i)) Friburgum, Landesbergum, Sangethuſam, Delicium, aliasque arces & poſſeſſiones, quas pater Albertus civitati partim vendiderat, & quidem in diem, partim oppignotaverat, Voldemarus hujus nominis primus Elector Brandepurgenſis, cognomento illuſtris, Peucero e ſtirpe Alberti Urſi ultimus, cum nihil minus metueret Fridericus, multas urbes & arces Luſatiæ inferioris perfide occupavit, id anno 1317. ſi genealogiæ Anhaldinæ (k) credimus. Cnemiander habet annum 1294. Peuceri & Fabricii ſupputationem mox audiemus. (l)

Voldemarus I. Elector Brandepurgenſ. Luſat. inferiorem perfide, occupat, quo anno, diſſentiunt inter ſe autores.

Hainum obſidione cingit.

§. II. Cum autem Hainum quoque ad Rederam ſitum, non procul a ripa Albis obſidione cinxiſſet, quosdam ex ſuis ſubmiſit, qui noctis ſilentio urbem conſcenſis clam mœnibus caperent. Oppidani detectis inſidiis, hoſtes furtim in urbem deſcendere permittunt, ingreſſos triginta comprehendunt. Id cum reſciviſſet Fridericus, lætus rei eventu Hainum properat. Cumque relicto a tergo comitatu reliquo, ipſe aviditate viſendi, paucis ſtipatus equitibus præceſſiſſet, in hoſtes incidit, a quibus interceptus ad Brandenpurgenſem adducitur, qui eum aliquandiu captivum detinuit, nec prius dimiſit, quam ditione Luſatiæ inferioris, occupatisque in ea a Voldemaro locis, ſuo & hæredum nomine, renunciaſſet, triginta item millia marcarum argenti pependiſſet & Haini captos ſine lytro reddidiſſet.

Qua cum pervenit Fridericus incautus capitur, prius non dimiſſus, quam ſuo & hæredum nomine ditioni Luſatiæ inferioris renunciaſſet, argentique ſummam exſolviſſet.

§. III. Filiam etiam ſuam Eliſabetham Anhaldino promittere eſt coactus, qua tamen is, quod ab hoc matrimonio puella abhorreret, non eſt potitus. Centies mille argenti marcis damnum Friderici æſtimatum eſt. Atque ita, inquit Brotufus, (m) Luſatia inferior a Marchionibus Miſniæ ad Brandepurgenſes pervenit. Ad hanc hiſtoriam alludit Fabricius libro triſtium ſeu tumulorum, ſub Lemmate Conſulis, his verſibus:

Filiam Eliſabetham Anhaldino fruſtra promittere cogitur: æſtimatio damni Friderico illati.

Luſatia inferior hoc modo ad Brandepurgenſes tranſiit, de quo Fabricii verſus.

Qui tacitus placida recubans hic conditur urna,
Hac veteri Glycius conſul in urbe fuit.

Ad

(e) Chronic. L.V. p. 560. ubi ſic ſcribit: Albertus pater violator conjugii, crudelis in uxorem & filios, qui ſibi & patriæ exitium furenter attraxit, judicii divini pœnas ſuſtinuit acerbas, in egeſtate extrema & contemtu ſummo.

(ſ) Lib. II. fol. 43.

(g) Chronic. Lib. V. p. 559. conſ. ſupra Garzonem Lib. II. c. 5. §. 10. p. 54.

(h) In locis ſæpius hactenus citatis, imprimis vero C. XIII. fol. 50. ſeqq.

(i) Lib. II. c. 4. §. 12. pag. 52.

(k) Lib. II. c. 13. fol. 51.

(l) Paragraphis hujus capitis 4 & 5.

(m) In Genealogia Anhaldina Lib. II. c. 13.

Ad cujus princeps Fridericus mœnia captus,
Qui tulit a morſa nomina mira gena.
&c.

In templo tamen Hainenſi Epitaphium Georgii Glytz Coſ. anno 1549. defuncti, quod cum Friderici Koyzenhofii præfecti eodem anno mortui epitaphio in una, & eadem tabula legitur, poſterius hoc diſtichnn non habet.

Peucerus Fridericum ſine λύτρῳ a nobilitate liberatum,

§. IV. „Peucerus (n) Luſatiæ a Voldemaro „ occupatæ non meminit. Vix, inquit, „ debellatum erat cum exercitibus Imperatorum, quando in novas Fridericus ca„ lamitates incidit. Jam florentem enim „ & nihil hoſtile metuentum cepit Mar„ chio Woldemarus: Nec ſatis conſtat „ qua de cauſa, quibusve factum id ſit oc„ caſionibus. Sed λύτρα popoſcit Mar„ chio oppida aliquot, de quibus cum lite„ ras adferret ad nobilitatem Miſnicam, „ negant nobiles ſe literis credituros eſſe, „ ac jubent certo die ipſum principem ad„ duci in locum certum, ubi coram ejus „ voluntatem cognoſcant. Interea ita ſe „ parant, ut cum adduceretur Dominus, „ eum hoſtibus eriperent. Hoc conſilio Miſnica nobilitas & principem feliciter liberavit, & viciſſim Voldemarum comprehenſum abduxit in arcem Aldenpurgenſem anno 1313 Hactenus Peucerus. Meminit hujus rei & Fabricius in Friderico (o) his verſibus:

Woldemarum viciſſim captum 1313. docet idem Fabricius.

Luſatia populis dum vult ſuccurrere præceps,
Ad ripam capitur Redera rubra tuam.
Eſt referenda viris Pleiſenſis maxima terra
Gratia: turba ſuo fida reperta duci eſt.
Quorum opera liber, captos intercipit hoſtes,
Conſulit & thalamis Eliſabetha ſuis.

Idem Fabricius in annalibus (p) de Friderici captivitate narrat ante annum 1312.

Sententia aum deſuper collatio ſuper hoc.

§. V. De liberatione vero hac prorſus ſilent chronicon & Brotuſus, Ac fortasſis acciderunt hæc ante, cum ex patris carcere liberatus eſt Fridericus, ut ex Erphordienſium annalibus ſupra (q) retulimus. Woldemarum etiam Wolſgangus Juſtus (r) Luſatiæ inferioris Marchionem vocat, ut non temere ſcriptum a Brotuſo (s) videri poſſit, hoc pacto tunc Luſatia inſeriore potitum Brandepurgenſem, a quo ſorte illa mox deficiente ſtirpe maſcula una cum ſuperiore ad Bohemos devoluta eſt,

Stirpe Brandepurgenſi maſcula deficiente Luſatia & inferior & ſuperior ad Bohemos devolvitur.

CAPUT XXXI.

De Friderici admorſi morte.

§. I.

Fridericus admorſus, multum Senex, moritur 1326.

PORRO Fridericus ad Magnam pervênit ætatem, mortuus anno 1326. ſepultus Iſenaci extra urbem in parvo ſacello D. Catharinæ ſacro unde in arcem Gotanam translatum eſt monumentum, cui hi rudes verſus inſcripti fuere:

Verſus monumento inſcripti,

Ecce Fridericus cultor virtutis, amicus
Pacis, conditur hic ſtirps imperialis, & illic
Fulgeat iſte pius Marchio Landgrafius.

Rationes, cur dictus ſtirps imperialis, magnanimus, fortis, magnus.

Stirps imperialis dicitur, quod Friderici II. Imperat. ex filia nepos eſſet. Cognomento magnanimus appellatus fuit, ſecundum Roſam, (t) fortis ſecundum Fabricium, (u) magnus ſecundum Garzonem (vv) ob res geſtas, virtutis bellicæ & victoriarum fama tantam ſibi autoritatem & exiſtimationem peperit, ut D. Martinus Lutherus dicere ſolitus ſit, ſi quando in Turingia Fridericus induiſſet calcatia, ſonum eorum ſeu tinnitum in Francia fuiſſe exauditum.

D. Martini Lutheri de ipſo ſententia.

Uxor ejus prima Agnes, ex qua Fridericus Claudus, filius,

§. II. Prima uxor Agnes Dux Carinthiæ, ſoror reginæ Alemaniæ, filium ei peperit Fridericum non diu ſuperſtitem. Dictus is fuit cognomento Claudus, & anno 1315. in oppugnatione arcis Zvencanæ prope Lipſiam ſagitta trajectus eſt, atque in Cœnobio Veterocellenſi cui Ruſpam oppidum dedit, conditus Idibus Januarii. Hæc Fabricius, (x) qui ejusdem rei in Friderico patre meminit hoc diſticho: (y)

1315. Sagitta ictus perit.

Juxta Fabricii diſtichon;

Amittis Zvenca Friderice ad mœnia natum,
Quem tulit ex alto miſſa ſagitta loco.

§. III.

(n) Chronic. Lib. V. p. 559. fol. 51.
(o) In Marchionibus Miſn. in Friderico p. 37.
(p) Urbis Miſnæ Lib. II. p. 48.
(q) Capite 22. §. 2.
(r) In Geneal, 7. inſignibus Familiarum Domus inclytæ Brandenburgicæ.
(s) In Genealogia Anhaldioa Lib. II. c. 13. fol. 51.
(t) Johannem Roſam Prof. Theologiæ Jenenſ. in oratione funebri.
(u) In Originib. Saxon. Lib. VI. p. 609. & alibi.
(w) Lib. I. cap. 2. p. 36.
(x) Origin. Saxonic. Lib. VI. p. 609.
(y) In Marchionibus Miſnenſib. pag. 37.

Secunda Uxor Eliſabetha, Fridericum gravem peperit, cui pater, ſenio confectus omnium ditionum ſuarum gubernationem tradit.

§. III. Ex ſecunda conjuge Eliſabetha comitiſſa Arnesbachenſe alter ejusdem nominis natus eſt, gravis poſtea cognominatus, Mechtildis Ludovici Imp. filiæ maritus, cui pater non laboribus ſolum multis curisque confectus, verum etiam ſenecta jam effœtus omnem ſuam ditionem gubernandam tradidit, Turingiam nimirum, Miſniam, hujusque partes Oſtlandiam & terram Pliſnenſem. Ab hoc Friderico gravi deſcenderunt, qui ſoli hodie reliqui ſunt Auguſtus Elector, hujusque patruelis Joh. Fridericus & Joh. Gvilielmus fratres duces Saxoniæ, Landgrafii Turingiæ, & Marchiones Miſniæ.

Hujus Deſcendentes Saxoniæ principes.

CAPUT XXXII.

De *Friderico admorſo XIX. Luſatiæ Marchione.*

§. I.

Tiſſemannus & Fridericus fratres ultimi Luſatiæ Marchiones.

Tiſſemannus igitur & Fridericus fratres, poſtremi fuerunt Luſatiæ Marchiones ex Cunradi (z) poſteritate, utcunque de Bohemis & Brandepurgenſibus res ſe habeat.

§. II. Garzon (a) ſcribit haud multo ante mortem Henrici patrui (ſic enim Ditericum tertium vocat) Federicum imperium adeptum eſſe, atque ab omnibus, qui Luſatiorum, Miſnenſium & Libonothanorum ſummum obtinebant gradum principem vocatum, fratrem vero Tiſſemannum, quem Theodoricum ipſe vocat, ſicutDiethetumParalipomena Urſpergenſis, (b) in imperio ſocium atque adjutorem dictum. Cum quo facit & Peuceri de Friderico admorſo oratio, qua Fridericum primum cum fratre Dietmanno Myſorum regionem & Luſatiam inferiorem, deinde ſolum Thuringiam & Myſorum regionem tenuiſſe ait.

Friderici in imperio æqualis & ſocius Tiſſemannus, frater.

§. III. Sed chronicon Miſnenſe & inde contextæ S. Hedvigis Genealogiæ conſtanter Tiſſemanno Marchionis Luſatiæ titulum tribuunt, quo demum trucidato fratri Friderico, ut mea fert opinio, nec tefragatur chronicon, ad Miſniam Luſatia & mox Turingia quoque acceſſit. Fuit Fridericus in ordine undevigeſimus, Tiſſemannus duodeviceſimus, patruus vero horum Ditericus 17. Luſatiæ Marchio.

Tiſſemannus Luſatiæ Marchio conſtanter dictus.

Fridericus XIX. Luſatiæ Marchio.

CAPUT XXXIII.

De *Henrico, Friderici & Tiſſemanni Fratre.*

§. I.

Tiſſemanno Marchione anno 1299. Conventus Soravienſis perDominos a Dobyn in honore S. Johannis Baptiſtæ fundatus eſt, ut Cremiander annotavit. Additur ab omnibus & tertius frater Henricus, maritus Hedwigis, filiæ Henrici III. ducis Vratislavienſis in Sileſia, quæ poſt mariti mortem Ottoni Anhaldino Comiti nupſit. Hunc ſtemma D. Hedvigis, quod in membrana latine exaratum habeo, Aldepurgenſem Landgravium nuncupat, eique tribuit filium Fridericum ἄτεκνον, quem legenda Henricum vocat.

Conventus Soravienſis fundatus 1299.

Henricus frater Tiſſemanni & Friderici, Aldepurgenſis Landgravius. Cujus filius Fridericus ἄτεκνος.

§. II. Fabricius (c) etiam HenricumMarchionem Alberti Landgravii filium Aldepurgi habitaſſe ſcribit, obüſſe anno 1299. ſepultum in Veterocella, ubi & Fridericus ejus filius ſit reconditus. Chronicon Miſnenſe & genealogia Anhaldina ſine hæredibus mortuum & Cellæ in Miſnia ſepultum tradunt. Et chronicon quidem eum primo omnium a patre Alberto ope Marchionis Brandepurgenſis & Anhaldinorum, ditione ſua in Miſnia (quam, cum nollet amplius ſpectator eſſe flagitiorum patris, incolarum conſenſu occuparat) exutum eſſe ait, atque ideo Marchionem Marchia carentem cognominatum: Tametſi Fabricius (d) Admorſum, ſed aliquanto poſterius hoc cognomen adeptum innuit, cum inquit:

Henricus, Marchio obiit 1299.

A patre Alberto Ditione ſua Miſnenſi exuitur, inde Marchio ſine Marchia cognominatus, quod Fabricius de Friderico admorſo ſtatuit.

Occidit interea fato miſerandus Adolphus:
Nomen ab amiſſo fers, Friderice, ſolo.

§. III. Genealogia vero Anhaldina (e) Miſniæ & Luſatiæ Marchionem facit, vocatque fratrem conſangvineum Friderici & Tiſ-

Henricum Marchionem Miſniæ & Luſatiæ,

(z) De quo ſupra in hoc Lib. IV. cap. 2. & ſeqq.
(a) Lib. I. de Bellis Friderici cap. 2. §. 1. p. 36.
(b) Pag. 32. in Adolphn 28. Imp. Germ.
(c) Originum Saxonic. Lib. VI. p. 605.
(d) In Marchionibus Miſn. p. 36.
(e) Lib. II. cap. 9. In Hiſtoria Ottonis benigni fol. 45. Ibi enim hæc extant verba: Otto der gütige Marggraff zu Brandenburg, im Jahr Chriſti 1240. überzog Marggraff Heinrichen zu Meiſſen und Laußnitz, den Stiff Bruder Friderici und Tizmanni, und verjagt ihn aus Laußnitz, nahm ihm ſein Land, denn er war bey Mittenwalde mit ſeinem Volck von den Merckern erleget, und iſt darnach Heinrich ohne Land genannt

Fratremque conſangvineum Tiſſem. & Friderici facit Genealogia Anhaldina: a qua diſſentit Siffridus; juxta quem ab Ottone pio Brandenpurg. Luſatia ſpoliatur,

& Tiſſemanni, cum tamen Siffridus (f) diſerte ſcribat, Margaretham Imperatoris filiam Alberto genuiſſe tres filios, Henricum, Fridericum, Ditericum. Addit autem Genealogia Henricum anno 1240. ab Othone pio Marchione Brandenpurgenſe Johannis I. Electoris undecimi fratre ad Mittenvvaldum victum, & Luſatia ſpoliatum, atque inde cognomen ſortitum. Quinquennio item poſt, h. e. anno 1244. Henricum auxiliis Hildebrandi antiſtitis Magdepurgii inſtructum, in Marchiam invaſiſſe, & iterum ab Ottone inter Brandenpurgium & Plavam profligatum, multis ſuorum captis, nec paucioribus ponte Plavenſe fugientium pondere ſubſidente, in Havelo ſubmerſis.

& in Havelo flum. ſubmergitur.

Videatur hic Chronicon juri Saxonico municipali præfixum.

§. IV. Sed videndum hic ut tempus congruat. Chronicon juri municipali Saxonico præfixum (g) narrat, anno 1240. Imperante Friderico II. Wildebrandum Magdeburgenſium antiſtitem, inter Johannem Brandenburgenſem & Ottonem Miſnenſem Marchiones, funeſtum conflaſſe bellum, quo Marchia longe lateque ſit vaſtata. Genealogia Anhaldina (h) hoc anno a Johanne I. Electore Brandepurgio Vilibrandum ſive Hildebrandum Cardinalem & XII. Magdepurgenſium antiſtitem, qui cum Menharto Halberſtadenſi in veterem Marchiam Soltvedelenſem excurſionem fecerat, ad Beſſam fluvium inter Stendelum & Soltvedelum victum ſcribit, & ſaucium ægre fuga elapſum, Meinhartum vero captum.

Item Dubravius Lib. 16.

§. V. Scribit & Dubravius libro 16. (i) ad Venceslaum Monoculum, quartum Bohemorum regem, Pragam veniſſe Othonem & Johannem Brandepurgenſes Marchiones, oratum ab eo auxilia contra Vilibrandum Magdepurgenſem & Ludolphum Halberſtadenſem pontifices, cum quibus pertinacia prælia atque mutuis cladibus exitioſa continuabant.

§. VI. Regem tum cognationis & meritorum, tum veteris familiaritatis memorem, quod in eodem ſecum contubernio a Premyslao patre educati illi fuiſſent, peditum tria millia & trecentos equites ſubſidio illis miſiſſe. Accreſcentibus viribus animos quoque Marchionum ſic ſe erexiſſe, ut adverſarios ſuos Pontifices ultro ad pugnam laceſſerent, qua ad Byſam fluvium inita, Marchiones ſuperiores evaſerint, alterumque præſulem in pugna interceperint, altero una cum Henrico Miſnenſe Marchione per fugam elapſo (Hæc de Ottone cum telo narrat Brotuſus (k)) Poſtea Henricus, ut Venceslaum ulciſceretur, filium ejus Ottogarum II. conſilio & auxilio juvit, cum is patrem regno exuere conaretur, ut libro ſuperiore (l) attigimus.

Henricus Miſnenſis Marchio in fugam conjectus, ultionis ergo Ottogarum II. adverſus patrem, Venceslaum auxilio & conſilio juvat.

§. VII. Saxonum Chronicon (m) antiſtitem Magdepurgium, qui ſocium haberet Marchionem Miſnenſem anno 1238. in Ponte Plauenſe ab Ottone Brandepurgio victum refert. Quæ omnia iis, qui ex profeſſo Marchionum Miſnenſium & Brandepurgenſium familias deſcribent, concilianda & dijudicanda relinqvimus. Genealogia manuſcripta magis etiam variat. Quatuor enim Alberto attribuit filios, quorum tertius Apecz dicitur Spurius, nimirum Landgravius in Dennenbergk, quod modo Dannebergum, modo Tanbergum vocat Fabricius: (n) Quartus Henricus Marchio Miſniæ & Oſterlandiæ, gener Erici Ducis Sileſiæ, pater Friderici cognomento ohne Land, Marchionis Miſniæ & Domini Aldepurgi. Verum in præſenti iſta hactenus.

Antiſtes Magdepurgius cum Marchionibus victus ab Ottone Brandepurgio 1238.

Omnia hæc accuratioribus ſcriptoribus relinquenda.

Genealogia Alberto quatuor attribuit filios, inter quos Apeca notus, Landgraſius in Dennenbergk.

CAP.

nannt worden. Im Jahr Chriſti 1244. iſt Marggraff Heinrich zu Meiſſen, mit dem Zunahmen ohne Land, durch Hülffe Wilibrandi oder Hiltebrandi, Ertz-Biſchoffen zu Magdeburg, mit einem Kriegs-Volck in die Marck zu Brandenburg gezogen, den hat Otto der gütige zwiſchen Brandenburg und Plauen geſchlagen, ihr viel gefangen, die andern ſo hart und geſchwinde in die Flucht gedrungen, daß die Brücke zu Plauen unter ihnen gebrochen, und ſeynd viel in der Havel ertruncken. Dieſes Heinrichen Gemahl iſt geweſen Hedewig eine Hertzogin aus Schleſien, und Marggraff Heinrich ohne Land ſtarb ohne Erben, liegt in Meiſſen zur Zella begraben.

(f) Epitomes Lib. II. pag. 167.
(g) Folio IV. eadem quæ huc Manlius tranſcripſit, leguntur.
(h) Lib. II. cap. 9. fol. 41.
(i) Pag. 127. lin. 2. ſeqq. Edit. Freherianæ anno 1602.
(k) In Genealog. Anhaldina Lib. II. cap. 10. fol. 48. ſeq.
(l) Nimirum tertio de Rebus Bohemorum, cap. 40. §. 1.
(m) Pag. 284.
(n) Origin. Saxon. Lib. V. p. 591. 594. ſeqq.

CAPUT XXXIV.

De

Bohemia utriusqve Luſatiæ accesſione auctâ.

§. I.

Henricus VII. Comes Lucemburgenſ. Alberto ſuccedens, Miſnicis bellis finem facit certis legibus,

quibus Bohemi Luſatiæ inferioris Domini fiunt.

CÆterum qui in locum Alberti conjunctis Electorum ſuffragiis ſurrogatus eſt Henricus VII. Comes Lucemburgenſis, Miſnica bella, autore Peucero, (o) ſuſtulit, his legibus, ut Fridericus Admorſus Turingiæ & Miſniæ poſſeſſione integra contentus, relinqueret Luſatiam inferiorem Bohemis, qui in belli ſocietatem ab Auſtriaco, ut dictum eſt, (p) acciti, jam ante eam abripuerant.

Henrico Carinthio ejecto Johannem, filium, procerum conſenſu Bohem. regem conſtituit.

§. II. Collocarat autem Henricus Imp. nuper in regnum Bohemiæ, ejecto conſenſu procerum Henrico Carinthio, filium ſuum Johannem ex Margaretha Henrici Brabantiæ ducis fiilia natum, deſponſata ei Eliſabetha filia Venceslai ſenioris Regis Bohemi, nepte Rudolphi Imperatoris. Is Johannes ſuperiorem etiam Luſatiam orbatam antiqui ſtemmatis Brandepurgici principibus ceu poſtliminio ad regnum reduxit, ut poſtea (q) dicetur.

Luſatiamque Superiorem ſibi vindicat.

Bohemiæ ita acceſſit utraque Luſatia.

§. III. Ita utriusque Luſatiæ acceſſione eodem tempore Bohemia accrevit. Cum qua Dominii mutatione hunc quoque librum terminabimus, proximo de Brandepurgenſibus, quibus poſt Primislaum Ottogarum II. Bohemum paruit Luſatia ſuperior proſecuturi. (r)

Libri IV. finis.

(o) Chronic. Lib. V. p. 567. & 559.
(p) In hoc Comment. Lib. X. c. 39. §. 1. conf. loca ex Peucero modo citata.
(q) Libro ſeqnenti Commentar. 5to c. 24. & 26.
(r) Ejusmodi tabulas Genealogicas vid. in Reuſneri Stemmate Wittikindeo pag. 4. & 12. item in Groſſeri Memorabilibus Luſat. Part. III. p. 8. ſub. n. 1. & 2.

CHRISTOPHORI MANLII
LUSATIÆ LIBER QVINTUS,

Summa Libri. QUo percenſet Marchionum Brandenburgenſium ſeriem ab Alberto Urſo ad Ottonem Bavarum uſque, quibus poſt Primislaum Ottogarum ſecundum Bohemum paruit Luſatia ſuperior, quæ Woldemaro ultimo exſpirante veteribus Dominis, Bohemiæ nempe Regibus ſeſe tradidit. Itaque verba facit

CAPUT I.

De

Alberto Urſo inveſtito de feudo Electoratus Brandenburgii.

§. I.

Connexio Libri III. cum Vto.

PRimislaum Ottogarum II. Bohemum, Romanorum imperium affectantem Ottonis Brandenpurgii ſuffragium donatione Luſatiæ ſuperioris emiſſe, Peucerum (a) ſecutus lib. 3. dixi. (b)

Luſatiæ ſuperioris Marchiones & Domini, in ſequentibus recenſentur.

§. II. Ab eo igitur tempore (c) Luſatia ſuperior paruit Marchionibus Brandepurgenſibus poſteris (d) Alberti Urſi, (e) veteri ſtirpe Aſcania, usque ad ultimum Voldemarum. (f) Etſi autem quo tempore primum Commentarios hoſce inſtitui, ſuperſedere ſtatueram texendo Marchionum Brande-

(a) Chronic Lib. V. p. 571. Edit. Witteb. anno 1572.
(b) Cap. 43. §. 1. Sed diſſentit Groſſerus Part. I. p. 37. & 38.
(c) Ab anno 1273. - 1319.
(d) v. g. Ottoni I. de quo vid. cap. ſequens II.
Ottoni II. & Alberto II. de quibus cap. 3.
Johanni I. de quo cap. 4.
Ottoni Pio, de quo cap. 5.
Johanni II. - - - 6. & 8.
Ottoni cum telo - - 9. & 10.
Cunrado I. de quo - 11.
Johanni III. nec non Woldemaro I. de quibus c. 12.
Woldemaro II. de quo vid. cap. 13.
Henrico & Johanni - - - - 14.
Hermanno - - - - 15.
Johanni V. de - - - 16. In gratiam Tyronum plura forte de Brandenburgenſium antiquiſſimorum rebus glorioſe pariter & feliciter geſtis noſſe volentium (viris enim ſingula hæc abunde nota ſunt) liceat hic modo nominare Autores, qui jam ad manus ſunt, v. g. Brotuſum in Genealogia Anhaldina Lib. II. Andreæ Angeli Annales Marchiæ Brandenburgicæ Lib. II. p. 89. - 131. Edit. anno 1598. Wolfgangum Juſtum in Genealogiis ſeptem inſignium & antiquarum Familiarum Domus Brandenburg. Edit. anno 1571. in 4. nec non ejus Deſcriptionem urbis Francofurtenſis. Caſp. Sagittarii Hiſtoriam Marchionum ac Electorum Brandenpurgenſium §. 12. - 32. item ejus Hiſtoriam Luſat. §. 42. - 45. Groſſerum Memorab. Luſat. Part. I. p. 37. - 65. Part. II. p. 12. Part. III. p. 5. 6. 7. Imprimis ultimo loco notetur nota ſub lit. (q) Caſpar Schneiderus Part. I. Scrutinii Hiſtoriæ Luſaticæ in vitis Brandenpurgenſium.
(e) De Alberto Urſo ejusque geſtis legendi Helmoldus Lib I. cap. 35. 52. 54. 56. 88. Lib. II. cap. 7. Albertus Abbas Stadenſis ad an. 1125. & ſqq. Auctor Chron. Montis-Sereni ad an. 1128. & ſeqq. Tomo 4to horum Scriptorum. Lerbecius p. 11. Krantzius Saxon. L. 6. c. 8. 15. 20. Wandaliæ L. III. c. 38. 40. lib. 4. c. 3. 14. Brotuſus Geneal. Anhaldinæ Lib. II. cap. 1. fol. 28. ſqq. Albinus in Chron. Miſniæ p. 409.
(f) Diſſimiles de hoc Woldemaro extant Scriptorum ſententiæ v. g. Erneſtus Brotuſus & Elias Reuſnerus in opere Geneal. Baſilic. Part. 4. f. 423. Tit. Stirps Aſcan. non hunc, ſed fratris Henrici filium Woldemarum II. Anno 1322. expirantem, ultimum e veteri ſtirpe Aſcania eſſe autumant Woldemarum. Sed adverſus hæc antiquitatis teſtimonia conſurgunt Johann Abbas in Chronic. Aulæ Regiæ in vita Joh. 32. Buxhorn

Brandepurgenſium Luſatiæ doninorum Catalogo, cum quod univerſus ille deſcribendus foret de ſecundo libro genealogiæ Anhaldinæ, (g) tum quod non implicatam haberet principum illorum hiſtoria multam ſuperioris Luſatiæ mentionem: in præſentia tameo, ne quo cum hiatu principum illorum offendatur lector, Marchionum illorum ſeriem quanta maxima potero brevitate percenſebo, tametſi annorum & perſonarum ratio apud Brotuſum (h) admodum perturbata eſt & perplexa.

Albertus I. pulcher item

§. III. Albertus I. cognomento pulcher, Ottonis cognomento divitis & magni, Marchionis Nortmarchiæ, id eſt, Soltvedelenſis, Comitis Aſcaniæ, Ballenſteti, & Volpæ, Domini Berenpurgenſis filius, quem a Lothario II. Saxone Imper. Innocentio II. Pontifici Rom. contra Petrum Leonem Antipapam, cum valido exercitu auxilio miſſum, Romani, quod ex eadem Beringorum proſapia ortum agnatione Urſinos ſuos attingere audirent, Urſum cognominarunt.

Urſus cognominatus, cauſa hujus cognominis,

§. IV. Is ergo Albertus compatre ſuo, & patre adoptivo Primislao nuno Brandepurgenſium marchione, eodemque ultimo Venedorum Rege, qui ſacro Chriſtiani baptiſmatis ſonte ablutus, Henrici nomen aſſumſit Cunrado item Plozenſi, qui Landesbergi ad Spream fluvium reſedit. Electore ſexto, ſine prole vita defunctis a Lothario, Cunrado III. & Friderico I. Barbaroſſa Imperatoribus de ſeudo Electoratus & Marchionatus Brandepurgii inveſtitus eſt.

a tribus Imperatoribus inveſtitur de feudo Electorali & Marchion. Brandepurg.

§. V. Huic Alberto ex priore conjuge Sophia Rineghenſe Comitiſſa, quatuor ſuere filii, quorum maximus Sigefridus Brandepurgenſium primum præſul, dein Bremenſium antiſtes, (i) minimus Henricus præpoſitus Magdepurgenſis factus eſt. Secundus natu Otto patri in Marchiam Brandepurgenſem ſucceſſit. Tertio Bernhardo (k) ſeniori, cui Pater ob memoriam D. Bernhardi, qui cum dulcis ſibi fuiſſet amicitia, id nominis indi voluit, Fridericus I. Barbaroſſa Herbipoli anno 1180. (de quo conſentiunt Fabricius, (l) Aventinus & narratio Melanchtonis, turribus Vitebergenſibus impoſita, tametſi 1169. habet Brotuſus) (m) Electoratum & Ducatum Saxoniæ, Veſtphaliæ & Angariæ, Henrico Leoni exauctorato ademptum dedit, propagavitque is per filium Albertum lineam veterum Saxoniæ ducum & Electorum ad ultimum usque Albertum, quo anno 1422. ut præter Brotuſum (n) tribus locis, & Fabricium (o) teſtatur, monumenti in æde Franciſcanorum Witebergenſium inſcriptio, ſine maſculis hæredibus defuncto (incendio enim in arce, Locha, ubi loci venationi vacabat, exorto, perterrefactus lethaliter ægrotare cœperat;) dignitas Electoris a Sigismundo Imp. in familiam Marchionum Miſniæ & Landgraviorum Thuringiæ tranſlata eſt.

Ejus Conjux & quatuor filii.

Duravit Electoratur Saxoniæ in familia Anhaldina annos 253.

Dignitate Electorali poſtea in Miſniæ Marchiones translata.

§. VI. Ab eodem Bernhardo Duces Leopurgenſes inferioris Saxoniæ, Veſtphaliæ & Angariæ usque ad Franciſcum adhuc ſuperſtitem deſcenderunt. Alter Bernhardi hujus filius Henricus, ejusdem Barbaroſſæ beneficio, primus princeps Anhaldinus creatus eſt.

Bernhardus autor Ducum Leopurgenſium.

Ejus alter filius, Henricus, primus Anhaldinus princeps factus,

CAPUT II.

De

Ottonis I. morte & Succeſſore.

§. I.

OTtonis I. Urſi filius octavus in ordine Elector Brandepurgius, anno 1180. Leninum monaſterium, duobus a Brandepurgo milliaribus Benedictinis Ciſtercienſis ſectæ monachis fundavit; cui

Otto I. Elector Brand. VIII.

Leninum monaſterium fundat. 1180.

horn in Chronol. ad annum 1319. Balbinus Epit. Rer. Bohem. Lib. III. cap. 17. f. 324. Peucerus Chron. Carion. Lib. V. p. 755. Pezel. in Mellific. Hiſtor. Part. III. c. 4. p. 270. lit. B. Albin. Meiſſn. Chron. p. 506. Wiſnerus in Chron. MST. Laob. f. 162. Præſtaotisſimi hi viri publicam ſequuntur authoritatem Epiſtolarum, Diplomatum, Edictorum, & Reſcriptorom Imperatorum atque Regum Bohemiæ. Merentur igitur in hac re utique fidem, dum allegant Auream Bullam Incorporationis Johannis, (vid. eam in Lib. VI. Comment. cap. 16.) vel Epiſtolam Imp. Ludovici, quæ extat apud Goldaſtum de Regno Bohemiæ in Beylagen p. 157.

(g) A fol. 28. - 53.

(h) Lib. II. Genealogiæ Anhaldinæ modo adducto.

(i) De Sigefrido hoc vid. Helmoldus Lib. II. c. 23. Arnold. Lubec. Lib. III. cap. 12. Albertus Stadenſ. ad annum 1179. p. 196. b. 197. b. Crantzius Metropoli Lib. VII. cap. 4.

(k) De Bernhardo agit Sagittarius in Hiſtoria Bradevicenſi.

(l) Origin. Saxonie. Lib. V. p. 555. ſeqq.

(m) In Genealogia Anhaldina Lib. IV. c. I. fol. 63.

(n) - - - - c. 15. fol. 74.

(o) Originum Saxon. Lib. VII. p. 693. & p. 697.

cui territorium, quod altam Zaucham vocant, in marchia Brandepurgenſe a Primislao anadocho ſive ſuſceptore ſuo, ad ſacrum baptiſmi fontem ſibi donatum, addixit, ibidem ſepultus. (p)

Otto II. Elector IX.

§. II Huic ſucceſſit filius Otto II. Elector noous, (q) qui piam Crucis militiam Argentorati profeſſus, cum Henrico VI. Imp. in Palæſtinam contra Sultanum Saracenorum Hieroſolymas tenentem expeditionem fecit.

De quo excommunicato mirabilis hiſtoria.

§. III. Is, quo tempore ab antiſtite Magdepurgio, neſcio qua ex cauſa diris devotus ſacris arcebatur, inter cœnandum multa in autoritatem anathematis jocatus, magis etiam illam elevaturus: Excommunicati, inquit clatum ridens, vulgo extreme adeo feruntut eſſe contempti, ut ne canes quidem fruſtillum carnis a tali aliquo objectum accipere dignaturi ſint: id vetbum utrum verum ſit, nunc adeo experiri in mentem venit: Simulque de patina ſublatum carnis, qua ipſe veſceretur, fruſtum cani objicit, qui cum leviter ſolummodo id odoratus ceu nauſeabundus recederet, necad guſtandum adigi pacto ullo poſſet, princeps ſimul admiratione, ſimul etiam pavore affectus, jubet cubiculario ſuo, ut conclavi canem includat, nec præter illam ipſam, quam faſtidierat, caroem, eſcæ quicquam illi præbeat.

Continuatio hiſtoriæ.

§. IV. Poſt triduum ipſe canem reviſit, carnemque intactam & beſtiam quam remotiſſime ab illa cubantem offendit. Agnoſcens igitur non de nihilo ſacris & Chriſtianorum hominum ſocietate ſibi interdictum, ſeque adeo communione Eccleſiæ excluſum in æternæ ſalutis verſari diſcrimine, cum antiſtiti ſatisfeciſſet, abſolutionem & interdicti laxationem impetravit, atque ita Eccleſiæ reconciliatus eſt & denuo inſertus.

CAPUT III.

De

Morte Ottonis II. & fratre Alberto II. in jura ſuccedente.

§. I.

MOrtuus ſine hæredibus an. 1206. 3. Nov. Vlis & Lenitii ſepultus, ſucceſſorem accepit fratrem Albertum II. Electorem X. cui Mechtildim Marchionis Luſatiæ filiam nuptam fuiſſe ſcripit Brotufus: (r) Quis autem Matchio ille ſuerit, non exprimit. (ſ)

Albertus II. Elector X. Ejus uxor

§. II. Huic natæ filiæ tres, quarum maxima matri cognominis Ottoni, in ordine duci Brunſvicenſi, Henrici Leonis filio, ſuperbi nepoti, Nigti pronepoti quarto ejus nominis Romanotum Imperatori: media Hedwigis Ottoni Marchioni Miſnenſi, Cunradi XI. Luſatiæ Matchionis filio: minima Beatrix, Hermanno Tutingiæ & Haſſiæ Landgravio, Ludovici VI. (Ebetus quintum numerat) & S. Eliſabethis filio denupſere. Alibi tamen ex Cranzio, Alberti Vrſi filiam Hedwigin, Ottones Miſnenſis uxorem facit Genealogia Anhaldina. (t)

Filiæ & generi.

§. III. Conceſſit in fata Albertus II. anno Chriſti 1221. gubernationis duodeviceſimo (quamvis annus obitus fratris Ottonis II. reclamet:) ſepultus in Lehinenſi cœnobio, cui a patre Ottnne I. fundato & inchoato ipſe cum fratre Ottone II. ſupremam manum impoſuerant. In hujus Alberti tempora Budiſſinenſis Cœnobii incidunt exordia, ut in fine libri hujus patebit. (u)

Defunctus 1221.

§. IV. Filios reliquit duos, Johannem primum & Ottonem cognomento pium, quibus impubetibus ſub tutela Alberti Saxonis & Henrici Anhaldini, Mechtildis mater vidua, ditionem adminiſtravit laudabiliter, eamque emptis arcibus, urbibus & territoriis nonnullis amplificavit, mortua anno 1255. vel quadriennio ante & juxta maritum ſepulta.

Filios reliquit duos impuberes. Uxor Mechtildis moritur. 1255.

CAP.

(p) Vid. de eo Arnold. Lubec. Lib. VI. cap. 9. & ibidem Hentie. Bangertus in Notis p. 462. Krantzius Sax. Lib. VII. c. 18. Wandaliæ Lib. VI. p. 291. ſeqq. Brotufius Lib. II. cap. 6. W. Juſtus Angelus Lib. II. pag. 90. ſqq. P. Bertius. Chytræus p. 38. ſeqq.

(q) Multa de hoc memorat Caſp. Sagittarius in Hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandenburgenſium §. 15. p. 11.

(r) In Geneal. Anhaldina Lib. II. cap. 8. ſol. 41.

(s) Exprimit vero Sagittarius in Hiſt. March. Brandeb. §. 16. inquiens: Albertus II. uxorem habuit Mechtildam, majorem Conradi Luſatiæ Marchionis filiam. Idquod recitat ex Chronico Montis-Sereni: Albertus Brandenpurgenſis Marchio filiam Conradi &c. cœtera vide infra Tomo 4.

(t) Lib. II. cap. 1. pag. 28. Ex Crantzin Manlius citat in margine Lib. IX, cap. 19. Saxon.

(u) Cap. 27. §. 5. conf. Groſſerum Part II. p. 12.

CAPUT IV.

De

Johanne I. Rerum potiente.

§. I.

Johannes I Elector XI

JOhannes hoc nomine primus, poſt patrem Albertum II. factus eſt Elector XI. ſcribit Brotufus (w) bello Miſnico, magno illo & diuturno, hunc Johannem I. una cum Rodolpho I. Bernhardi Junioris filio Saxoniæ VII. viro, nec non Bernhardo Anhaldino comite Aſcaniæ & Domino Berenpurgenſe Rodolphi fratre, ſuppetias tuliſſe, & per exercitum & per ſe Alberto Turingiæ Landgravio contra filios Fridericum admorſum & Tiſſemannum, ſubditamque his duobus Luſatiam inferiorem, longe lateque vaſtaſſe, ut ſuperiore libro (x) meminimus.

Luſatiam inferiorem vaſtat.

§. II. Tandem commiſſis aliquot inter Marchiacos & Miſnenſes præliis, rem ita compoſitam, ut Fridericus admorſus Bernhardum & Sigeſridum Anhaldinos captos dimitteret, Johannes vero Brandepurgicus Helenam filiam Tiſſemanno ſecundam uxorem daret, ſed incidit hic quoque temporum diſcrepantia.

Filia ejus. Helena Tiſſemanno nupta.

§. III. Mox enim ſubdit Brotufus, (y) Johannem I. anno 1266. prid. Nonas Aprilis mortuum & in Chorinenſi Cœnobio a ſe fundato ſepultum eſſe. Quo tempore, ſi Peucero (z) fides, nondum fecerit bellum filiis Albertus. Ab eodem Johanne I. emporium & tres mercatus accepere Francofurtenſes.

Johannes I. 1266. moritur. Chorinenſi Cœnobii fundator.

Francofurtenſibus tres nundinas ſolennes largitur.

CAPUT V.

De

Ottonis Pii Electoris Brandenburg. Johannis I. fratris Rebus præclare geſtis.

§. I.

FRater Johannis I. Otto pius marchio Brandepurgenſis uxorem habuit Beatricem Odoacii regis Bohemi (intelligo Premislaum Ottogarum ejus nominis primum, tertium in ordine Regem) filiam natam ex Diterici Comitis Vetinienſis filia Hilda, quam Adelam vocat Fabricius (a) ſub anno 1211. & Ottonis divitis filiam Diterici Weiſſenfelſenſis Miſniæ & Luſatiæ Marchionis ſororem facit, ut & Olomucenſis. (b) Inter hunc Ottonem & Henricum Miſnenſem quomodo belligeratum ſit, libro proximo (c) retulimus. Suſcepit autem contra Saracenos bellum, mediis æſtatis ſervoribus anno 1266

Otto pius; cujus uxor Beatrix.

Bellum cum Saracenis geſſit, 1266.

§. II. Sed cum illi nusquam pedem figerent, nec prælii copiam ipſi facerent, per Scythiam & Sarmatiam domum rediens monumentum expeditionis ſuæ novam arcem Brandepurgi nomine in Ruſſia excitavit. Nec ita multo poſt Neoprandeburgi ad Tollenſum fluvium, ubi reſidebat, (hodie id ad Ducum Megalopurgenſium ditionem pertinet) in morbum incidit, cujus vi ſuperante, die quodam Dominico, modo ſacris Chriſtianorum myſteriis procuratus, inter manus miniſtrorum ſuorum collapſus expiravit anno 1267. ſepultus Strausburgi apud prædicatores.

Novam arcem Brandepurgi nomine condit.

Morte expirat 1267.

§. III. Meminit & Cromerus Lib 9. (d) Brandepurgi urbis in Pruſia conditæ, in memoriam Marchionis Brandepurgenſis, eodem fere tempore, quo Ottogarus II. Rex Bohemiæ expeditionem in Pruſſiam ſuſcepit, ibique Ænea Sylvio teſte, (e) Conigesbergum, h. e. Montem regium arcem & oppidum condidit. Olomucenſis (f) Ottonem Brandepurgium, quem Ottogarus II. Pruſſiæ expeditionis Comitem habuit, ex Sorore ejus natum fuiſſe ſcribit.

Conigesburgum (h. e. montem regium, arcem & oppidum) extruxit.

§. IV. Etſi autem Elector non fuit Otto pius, ſatis tamen apparet, hunc eſſe Ottonem illum, quem Luſatiam ſuperiorem a Bohemo accepiſſe Peucerus (g) memorat.

Luſatiam Superiorem a Bohemo obtinet.

Nullum

(w) Lib. II. Geneal. Anhald. cap. 9. fol. 42
(x) Cap. 23.
(y) Lib II. Geneal. Anh. cap. 9. pag. 45.
(z) Origin. Saxon. Lib. V. pag. 556. bellum Alberti contra filios anno 1281. inchoatum refert.
(a) Lib. I. Annal. Urbis Miſnæ p. 35.
(b) Hiſtor Bohem. Lib. 15. p. 119. lin. 35. conf. Groſſerum Part. I. p. 39.
(c) Cap. 17. 18 19. conf. Groſſerum Part I. pag. 58.
(d) De Rebus Polonorum pag. 154. b.
(e) Hiſt. Boh. cap. 27 p. 135. lin 35.
(f) Hiſt. Boh. Lib. XVII. pag. 137. lin. 3.
(g) Chronic. Lib. V. p. 548.

Nullum enim Ottonem alium, qui in Ottogari II. regnum incidat, reperio. Nec ſane Peucerus (h) Electorem uſpiam diſerte nominat, licet innuere videatur electorem fuiſſe, cum ſuffragium ejus hac quaſi mercede redemptum aſſerit.

Monumentum Johannis & Ottonis in ſuper. Luſatia.

§. V. Monumentum horum duorum Marchionum Johannis & Ottonis in Luſatia ſuperiore eſt Cœnobium Veſtalium Mariæſternum Camicio vicinum, fundatum ab iis anno 1264. ut Cnemiander (i) annotavit. Aliter tamen (k) Fabricius libro 2. annalium Miſnæ urbis, cujus verba aſcribo. Anno 1290. Præſul (Miſnenſis) "Witigo ſera ductus pœnitentia, quod "diæceſin ſuam bello exhauſerat in Luſatia, "Cœnobium Mariæſtellam, duobus a Bu-"diſſina milliaribus condit, cujus pro-"curationem ob formam relligionis (Ci-"ſtertianæ) committit Abbati Veterocel-"lenſi. Vitigonis paulo poſt bis faciemus mentionem. Budiſſinenſium annales an. 1284. Cœnobium Mariæſtellenſi excitatum tradunt. Ejus Veſtalis maxima, parœciæ Caniicianæ conferendæ poteſtatem habet.

Mariæſtellam Cœnobium fundarunt, 1264.

De quo aliter Fabricius cum aliis.

Eorum temporibus Gorlicenſe Cœnobium fundatum.

§. VI. Incidit & in tempora Johannis I. Electoris & Ottonis pii fratrum, Cœnobii Gorlicenſis fundatio, quam & Cnemiander non Marchioni uni, ut inſcriptio choti, ſed Marchionibus aſcribit. De eo in calce libri hujus dicemus. (l)

Ottonis ex Beatrice filii quatuor.

§. VII. Porro Ottoni pio Beatrix uxor quatuor peperit filios, Johannem cognomento Pragenſem, quod Pragæ in aula avi ſui materni educatus eſſet, qui poſt Paſcha ejusdem, quo pater obiit anni, Marſepurgi in ludo equeſtri, quo nobiles Cataphracti haſtis inter ſe concurrunt, haſta vulneratus, nocte in ſequente periit, Lenihi ſepultus: Ottonem item longum vel magnum, de cujus poſteritate inferius (m) paulo dicendum erit: Albertum III. & Ottonem parvum, omnes Marchiones Brandepurgenſes: Filias præterea duas, quarum major Cunigundis anno 1264. Pragæ apud avum Odocarum Belo, Baalæ regis Pannoniæ, D. Eliſabethæ Landgraviæ fratris filio, & hoc mortuo, duci cuidam Brunovicenſi & Lunepurgenſi, minor Mechtildis Borvinio, Stetini & Pomeraniæ Duci nuptum collocata eſt.

Filiæ duæ.

Generi.

CAPUT VI.

De *Johanne II. duodecimo Brandenpurgenſium Electore.*

§. I.

Johannis I. Elect. filii quatuor, quorum tres Electores, minimus natu Magdepurgenſ. Antiſtes.

Redeo nunc ad Johannem I. Electorem. Hic ex priore conjuge Jutta Voldemari regis Daniæ filia, Erici & Abelis ſorore, quatuor habuit filios omnes ordine Electores, præter minimum natu Ericum Magdeburgenſium antiſtitem.

Johannes II. Elector, XII. obiit 1281.

§. II. Patri ſucceſſit Johannes II. Elector XII. & quindecim poſt obitum ejus annos regnavit, mortuus anno 1281. & apud patrem Chorini ſepultus.

cum Uxore Hedvvige ſine prole.

§. III. Cum uxore Hedvige ſeu Gardurga, Nicolai Principis Venedorum, Pomeranorum & Verlæ filia, ex qua nullos ſuſtulit hæredes. Primislaviæ Cœnobium fratrum prædicatorum fundavit.

Primislaviæ Cœnobium fundat fratrum Prædicatorum.

§. IV. Atque hic forte fuit Johannes Brandepurgicus, quem cum Alberto Turingo contra filios ſe junxiſſe Garzon (n) & Brotuſus (o) tradunt. Nam quod de Johannis filia Tiſſemanno deſponſa, ut vult Brotuſus (p), objici poteſt, ad id ſuperiore libro ex Miſniæ Chronico reſpondimus. (q)

CAP.

(h) Chronic. Lib. V. p. 557. Albertum aliosque Marchiones Brandeburgicos, ut Theodoricum, Udones &c. quos p. 369. enumerat, nunquam Electores nominat, etſi ſatis notum eſt, hos fuiſſe Electores.

(i) In Chronico MST. urbis Laubæ, cujus mentionem fecimus ſupra Lib. I. Commentar. cap. 5. §. 1. nota ſub lit. (m) conf. Grofferum Memorabilium Luſat. Part. I. p. 39.

(k) Pag 45.

(l) Cap. 27. §. 1. 2. 3. Cnemiandri locus in eodem MST. quod ſub lit. (i) citavimus, occurrit. conf. Grofferus Part. 1. p. 38. & 39. Part. 2. pag. 12. & Fabricius Origin. Saxon. Lib. VI. p. 578.

(m) Videri poteſt cap. 12. conf. Sagittarii Hiſtor. de Marchionibus Brandenburg. §. 21. pag. 16.

(n) De Bellis Friderici Admorſi Lib. I. cap. 2. §. 8. p. 37. b.

(o) In Genealogia Anhaldina L. II. cap. 9. pag. 44. b.

(p) In eadem Genealogia L. II. cap. 9. pag. 43. a.

(q) Capit. 27. §. 1.

CAPUT VII.

De

Præſulis Miſnenſis lite compoſita & Conventu Laubanenſi fundato.

§. I.

Conventus Budiſſinæ indicitur 1272. litis componendæ gratia inter Bohemiæ Regem & præſulem Miſnenſem.

ANno 1272. conventus Indictus Budiſſinam, in quo Brandenpurgii Johannes, Otto, Conradus, fratres Marchiones, per arbitros litem diremerunt cum præſule Miſnenſe (Witigone I. gente Camenitio in ordine XXV.) propter eas villas, quas rex Boëmiæ præſuli ademerat & majoribus Marchionum dederat, eſtque ſatisfactum voluntati præſulis. Fabricius initio lib. 2. (r) annalium urbis Miſnæ.

Rudolphus Habspurgius Romanorum Rex electus 1273 eod. anno. Conventus Cœnobitarum Laubenſis fundatus.

§. II. Anno 1273. quo Rodolphus Habſpurgius Octob. 12. Romanorum Rex electus eſt ſecundum Alb. Argent. (s) Conventus Cœnobitarum Laubenſis, Cnemiandro (t) autore, per cives ejus urbis in honore S. Crucis & Mariæ virginis, conſenſu Johannis Brandepurgii & Luſatiæ Marchionis fundatus eſt.

CAPUT VIII.

De

Luſatia Ottoni Brandenpurgenſi Marchioni oppignorata.

§. I.

Novum Gaterslebum obſeſſum ab Erico Brandep. 1281.

ANno 1281. novum Gaterslebum obſedit Ericus Brandepurgius XXVtus Magdepurgenſium antiſtes, ad quem frater Marchio Brandepurgenſis cum auxiliaribus copiis acceſſit.

Marchia Luſatiæ oppignoratur.

§. II. Durante obſidione, principibus Calvam relaxandi animi gratia exſpaciatis, obſeſſi nobiles eruptione ex arce facta, multos equerios, aliosque milites ceperunt, quos cum Marchionem redimere oporteret, antiſtes Marchiam Luſatiæ eo nomine oppignorare coactus eſt.

Falconis nobilium Capitanei ſupplicium.

§. III. Nobilium capitaneus baro erat Falco dictus, qui ob hoc factum poſtea Magdepurgi juſſu Marchionis in ædè D Pauli trucidatus, indeque in plateam crinibus protractus eſt. Hæc Saxonum Chronicon. (u)

CAPUT IX.

De

Ottone cum Telo XIII. Electore.

§. I.

Otto cum Telo, Elect. XIII.

DEcimum tertium Electorem genealogia Anhaldina (w) facit Ottonem cum telo Johannis II. fratrem, primi filium, in diagrammate Lib. 2. (x) & alibi quoque hunc Ottonem poſt mortem demum fratris Conradi I. dignitatem Electoris conſecutum tradit, cum tamen in eodem diagrammate Otto VII. Cunradus Octavus ab Urſo elector numeretur.

Cauſa Cognominis.

§. II. Cognomen inde ſortitum ait, quod anno 1280. in obſidione Stasfurti (quam urbem non ita pridem bello captam antiſtiti Magdeburgenſi attribuerat Fridericus II. Imp. cum Henricum Anhaldinum Bernhardi Junioris Patrem reſpexiſſet antea:) ſagitta ictus, ferramentum hujus annum integrum capiti infixum circumtulerit. Addit rexiſſe provinciam annos XXX obüſſe ſine hæredibus Bernvaldi anno 1308. quorum alterum anteceſſoris, alterum ſucceſſorum, mortis tempus refellit. Sepultus eſt Chorini.

ejus ſine heredibus mors 1308.

Inter fœderatos Venceslai II. contra Albertum I. Auſtriacum refertur.

§. III. Siffridus (y) ſcribit anno 1304. contra Albertum I. Auſtriacum Imp. Rudolphi Habſpurgii Filium cum Venceslao II. Ottogari II. Filio, Bohemorum rege ſeſe conjunxiſſe Marchiones Brandepurgenſes Otthonem cum telo, & Hermannum longum, Alberti Imper. generum.

CAP.

(r) Pag. 43.

(s) Chronicon ejus a Rudolpho Habſpurgenſi adusque Caroli IV. obitum i. e. annum Dominicæ incarnationis 1378. vid. in Chriſtiani Urſtiſii Part. 2. Germaniæ Hiſtoricorum pag 97. ſeqq. hunc loc. vero p. 100.

(t) In MSTo jam ſupra c. 5. §. 6. nota ſub lit. (i) citato.

(u) Pag. 305.

(w) Lib. II. cap. 10. pag. 48.

(x) Genealogiæ Anhaldinæ.

(y) Epitom. Lib. II. pag. 179. conf. Krantzii Vandaliam Lib. VII. cap 37. Cuſpinianum in Adolpho Imp. pag. 356. Spangenb. c. 265. conf. Sagittarii Hiſtor. Marchionum Brandenburgenſium §. 27. pag. 21. ſeq. Groſſerum Memorab. Luſat. Part. 1. pag. 40 & 55. ſeqq.

CAPUT X.

De

Domo pro mercatoribus & rebus venum proponendis Budiſſinæ extructa, atque Jurisdictione Laubanis conceſſa.

§. I.

Budiſſinenſibus extructio domus mercatoria pro annua penſione conceditur.

ANno 1284. Otto & Cunradus Marchiones Brandepurgii Reppini Budisſinenſibus dedere diploma, quo concedunt civitati ut venum proponendis rebus promercalibus domum extruat, eaque ut civitates aliæ, utatur, hac tamen conditione, ut Marchionibus quotannis decem argenti ſignati marcas eo nomine pendat.

Violata concordia inter Ericum & Vitigonem reſarcitur.

§. II. Eodem anno violatam concordiam inter Ericum Magdepurgenſem & Vitigonem Miſnenſem, quos ſupra (z) memoravimus, Otho & Cunradus, Marchiones Brandepurgii reſarciunt, Non. Junii, ſupplementum annal. Miſnenſ.

Laubenſibus jurisdictio ſuperior conceſſa 1294.

§. III. Anno 1294. referente Cnemiandro, Otto Marchio Luſatiæ & Brandepurgi Laubenſibus jurisdictionem ſuperiorem in ipſorum territorio conceſſit, & ut binos Judæos paribus ſecum cenſibus ac oneribus habitantes retinere ipſis liceret, indulſit.

CAPUT XI.

De

Cunrado I. XIV. Electore Brandenburg:

§. I.

Cunradus I. Elector XIV. Senex obiit 1304. E Conjuge 2da Sophia Quinque filios ſuſcepit.

QUartus decimus Elector numeratur Cunradus I. Johannis I. Filius Johannis II. & Ottonis cum telo frater, qui annis gravis obiit 1304. Chorini ſepultus, cum ex ſecunda conjuge Sophia Regina Danica quinque filios ſuſcepiſſet, Johannem III. Cunradum II. Marianum Teutonicum in Pruſſia, Ottonem templarium, Henricum cognomento exulem, & Woldemarum I. Prima Cunradi uxor ſuit Conſtantia filia, Premislai primi Ducis Majoris Poloniæ Poſnanienſis & Gneſnenſis, laudati principis, ſoror Primislai junioris Poſthumi Poſnanienſis, poſtea regis Poloniæ, octavo regni menſe ab Ottone & Johanne Marchionibus Brandepurgenſibus, ut habet Olomucenſis, (a) occiſi.

Uxor I Conſtantia. Primislai II. Soror.

Cædis hujus autores.

§. II. Cromerus (b) quoque initio lib. XI. Premislum Poloniæ & Pomeraniæ Ducem, anno 1295. Gneſnæ Regem creatum, ſeptimo vel octavo regni menſe die Cinerum, inſidiis Marchionum Brandepurgenſium ſublatum ſcribit & nominat mortis ejus autores, Ottonem longum Electorem Marchionem (voluit opinor dicere Ottonem cum telo, Cunradi fratrem: longus enim Elector non fuit) cum Ottone altero & Johanne Cunradi fratris filiis ex Conſtantia Premisli regis ſorore ſuſceptis. Brotuſus (c) Cunradum ex Conſtantia nihil liberorum ſuſcepiſſe ſcribit.

CAPUT XII.

De

Johanne III. Elect. XV. nec non Woldemaro I. Electore Brandeburg. XVI.

§. I.

Johannes III. Elect. XV. moritur 1305.

CUnrado I. ſucceſſit Filius Johannes III. quindecimus Elector, qui annum tantum patri ſupervixit, mortuus Sandaviæ, 1305.

Voldemarus I. Illuſtris. Elector XVI. Ejus Uxor.

§ II. Johannem III. excepit frater Voldemarus I. cognomento illuſtris, Elector XVI. is uxorem duxit Agnetem, Hermanni Marchionis Brandepurgenſis, qui Ottonis pii, ut mox (d) demonſtrabitur, nepos fuit, filiam, non ſine indulgentia tamen Pontificis maximi, cum alioqui propter intercedentem agnationem & conſangvinitatem inceſtæ eſſent eæ nuptiæ; nec tamen quicquam ex ea genuit liberorum, præter filias duas, Helenam & Catharinam, Henrico & Magno Brunſvicenſibus fratribus, anno 1319. nuptui datas.

Filiæ duæ, & generi.

§. III. Miechovienſis lib. 4. cap. 8. ſcribit, anno 1311. Vladislao Loctico ſeu cubitali

(z) Cap. 7. §. 1. & cap. 8. § 1. & 2. conf. Sagittarii Hiſt. Marchionum & Electorum Brandenpurgenſium §. 28. p. 23. Groſſerum Part. I. p. 50. Idem pag. 55. nota ſub lit. (z) meminit domus pro mercatoribus Budisſinenſibus extructæ & Jurisdictionis Laubanenſibus permiſſæ partim pag. 40. ſub lit. (m) & pag. 55.

(a) Hiſtoriæ Boh. Lib. 19. pag. 149. lin. 34. conf. de hoc Conrado I. Sagittarii Hiſtoriam Marchionum Brandenburgenſium §. 30. & 31. pag. 25. 26.

(b) De Rebus Polon. Lib. XI. pag. 179. b.

(c) In Genealogia Anhaltina Lib. II. cap. 11. pag. 49.

(d) Cap. 15. §. 1. De Joh. conf. Sagittarii Hiſt. §. 32 & 33. p. 27.

Pomerania Pruſſenſ. Carolo venditura, aſt irrito Contractu.

tali Poloniam gubernante Voldemarum Marchionem Brandepurgenſem & Luſatienſem, tutorem ſui ex fratre nepotis Johannis Marchionis Brandepurgenſis, Carolo Pruſſiæ magiſtro, decies mille marcis latorum groſſorum vendidiſſe Pomeraniam, verum irrito contractu, quod ea res juris Brandepurgenſium non eſſet.

Voldemarus ex Anhaldinorum familia ultimus Elector. Francofurti ad Oderam privilegia ſingula confirmat.

§. IV. Volſgangus Juſtus (e) Voldemarum Brandepurgi & Luſatiæ inferioris Marchionem, Cunradi I. Fil: ultimum electorem, ex principum Anhaldinorum familia, civitati Francoſurtenſi ad Oderam privilegia omnia confirmaſſe refert anno 1314. ſub Ludovico Bavaro Imp.

§. V. Quomodo anno 1317. ſubacta Luſatia inferiore Fridericum admorſum ceperit Voldemarus lib. proximo (f) audivimus. Anno proximo (g) 1318. Laubenſibus de villis ipſorum ſuburbanis roidarum ſeu operarum immunitatem diplomate conceſſit. Obiit anno 1320. in Vigilia natalis Mariæ, Chorini (Saxonum Chronicon male Corveiam habet:) ſepultus. Albertus Argentoratenſis anno XIX. obiiſſe ſcribit. (h)

Laubenſibus immunitatem operarum diplomate indulget. 1318 vitam finit 1320.

Peregrinus cognominatus a Brotuſo. Non mortuum eum, ſed peracta peregrinatione religioſa, rediiſſe ſtatuit.

§. VI. Brotuſus (i) eum peregrinum cognominavit, nec tunc vere fuiſſe mortuum, ſed pœnitentia inceſtus ductum, præſulum ac monachorum quorundam hortatu exulatum abiiſſe ait, peragratisque habitu & more religionis ergo peregrinantium multis ac longinquis regionibus poſt undetriceſimum demum annum ceu poſtliminio rediiſſe, ut exponemus poſtea. (k)

Lauba ab eo condita juxta quoſdam. Quod ſub certo modo I. reſpectu intelligendum.

§. VII. Ab hoc Voldemaro ſunt qui Laubam conditam aſſerant. Quod ſi fidem meretur, de munita foſſis & mœnibus urbe accipiendum erit. (l) Primus enim fundator Voldemarus eſſe non poteſt, cum in Johanne II. & Ottone cum telo, jam ſit facta Laubæ mentio.

CAPUT XIII.

De Woldemaro II. Electore Brandeburg. XVII.

§. I.

Voldemarus II. Elector XVII.

CUm Voldemarus I. hæredes Maſculos non reliquiſſet, devolutus eſt Electoratus (autore Brotuſo) ad fratris ejus Henrici filium Voldemarum II. (m) qui tamen ultra annum ei non præfuit, mortuus 1322. & Primislaviæ ſepultus. (n)

Mortuus 1322.

CAPUT XIV.

De Henrico Electore XVIII. & Johanne IV. El. XIX.

§. I.

Johannes IV. Elect. XVII. mox defunctus.

VOldemarum II. ſecutus eſt frater Johannes IV. nec ipſe diu ſuperſtes. Hic ubique in genealogia (o) numeratur Elector XIX. perinde ut ſucceſſor ejus Hermanus viceſimus, hujusque filius Johannes V. viceſimus primus.

Explicatio numeri Electorum.

§. II. Quod ſi recte fit, neceſſe eſt Voldemaro I. fratrem Henricum cognomento exulem, ac Henrico mox filium Voldemarum II. ſucceſſiſſe, ita ut pater decimus ſeptimus in ordine fuerit Elector, filius XVIII. quotum hunc quidem expreſſe alicubi facit Genealogia, ſicut illum quoque fratri Voldemaro I. in Electoratum ſucceſſiſſe alibi meminit. Aliter enim numerus viginti unius Electorum non complebitur. (p)

Henricus, Exul, Elector. XVII.

CAP.

(e) In Deſcriptione Urbis Francofurtenſis Cap. 5. pag. 10. Edit. Francofurt. anno 1706.

(f) Capit. 30. fere integro conf. Groſſerum Part. I. p. 60. ſeq.

(g) Vid. Groſſerum Part. III. p. 81.

(h) His verbis: Anno 1319. menſe Julio, obiit Woldemarus Marchio Brandenburgenſis absque liberis, Marchionatus diſpoſitione ad imperium devoluta fuitque magna lamentatione manifeſte ſepultus, quem poſtea ad 28. annos vivere dixerunt. De quo Marchio natu Ludovicus Princeps poſtea Ludovico filio ſuo providit, conf. Groſſer. Part. I. pag. 63.

(i) In Geneal. Anhald. Lib. II. cap. 13. fol. 51.

(k) Cap. 17. 18. imprimis vero 21. §. 1. & 2.

(l) Conf. Groſſerum Part. I pag. 60. Part. III. pag. 80.

(m) In Geneal. Anhald. Lib. II. cap. 13. fol. 51. cap. 14. fol. eod. conf. Sagittarii Hiſtoriam Marchionum Brandenburgenſium §. 34. 35. 36. 37. & Groſſerum Part. I. p. 63.

(n) Vid. Chytræus in Saxonia p. 38. Wolfgang Juſtus Beſchreib. Churfürſtenthum Brandenburg. Angelus Lib. II. p. 129. Joh. Cernitius in Hiſtoria Electorum Brandenburg. pag. 2. Reuſnerus Iſag. Hiſt. p. 581. Sigismund a Bircken. Lib. III. cap. 4. pag. 292.

(o) Anhaldina Lib. II cap. 15. f. 52. conf. Sagittarium Brandeb. Marchionum §. 34. 36. & Groſſerum Part. I. p. 63.

(p) Refert ad cognoſcendum Marchionum Brandenpurgenſium numerum evolviſſe Scriptores

CAPUT XV.

De

Hermanno XX. Electore Brandenpurg.

§. I.

Hermannus, Elect. XX.

JOhanni IV, ſine liberis extincto ſucceſſit(q) Hermannus, Otton. Pii Marchionis Brandepurgenſis nepos. Otto enim longus ſive magnus, pii ſecundus filius marchio Brandepurgenſis, priore uxore Cazlina Ottogari. regis Bohemi ſorore ſine ſobole defuncta alteram duxerat Juttam, Hermani Comitis Hennebergenſis filiam Popponis ſororem, quæ præter quatuor filias, e quibus una Beatrix Bulconi I. Fürſtenbergenſi Sileſiæ Duci, altera Agnes Henrico probo Vratislavienſium, & Sandomirienſium principi, tertia Jutta Rudolpho I. Saxoniæ VII. viro nupſere, & tres ei peperit filios, Ottonem Marianorum Teutonicorum in Pruſſia Magiſtrum, Albertum & eum, de quo nunc agimus, Hermannum.

Otto longus Marchio Brandepurg. S. Wenceslai Bohem. & Polon. regis tutor, Bohemis gravis.

§. II. Atque hic eſt Otto longus Marchio Brandepurgenſis Ottonis III. Filius, quem Cromerus(r) S. Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis, Ottogari II. filii tutorem, & quidem Bohemis gravem fuiſſe ſcribit. Tametſi eundem Ottonem Electorem falſo appellat initio Libri XI. Nobiſcum facit (s) Olomucenſis, qui Otton. Brandepurgium tutorem Venceslai & regni gubernatorem uxorem habuiſſe ait ſororem Ottogari II.

Hermanni locupletis & potentis Uxor Anna.

§. III. Hermannus igitur Elector XX. princeps locuples & potens uxorem habuit Annam Alberti I. Auſtriaci Cæſaris filiam, matrem Johannis V. & trium filiarum, ex quibus Agnetem diſpenſatione Pontificis Woldemaro I illuſtri Electori nupſiſſe diximus. Magna contra Venedos & Bohemos bella geſſit, quorum arces complures dejecit, terras vaſtavit.

Magna contra Venedos & Bohemos bella geſſit.

Annus mortis ejus incertus & dubius. Vid. de eo infra.

§. IV. Annus obitus modo ſecundus, modo octavus ſupra milleſimum trecenteſimum traditur, cum uterque a præcedenti ſupputatione, & mox ſequentibus de eo conſignationibus diſſeotiat manifeſte. Octavum etiam Juſtus (t) ponit. Sed ſint ſane hæc σφάλματα typographica. Sepultus eſt Lenitii cum uxore. Ab hoc Hermanno & Ottone Brandepurgiis circa annum 1300. Laubam validiſſimis muris, turribus & propugnaculis, contra Sileſios & alios finitimos hoſtes fuiſſe munitam Laubenſes annotarunt.

Lauba ab eo valide munita.

Torneamentis Sittavienſibus intereſt 1303.

§. V. Anno 1303. Sittavienſi torneamento interfuit Hermannus, in quo cognatus ipſius Baro de Berca trucidatus eſt, ut ſub finem lib. 3. (u) ex Sittavienſium annalibus retulimus. Siffridus (w) ſub anno 1304. Hermani hujus meminit & longum cognominat: locum ſupra(x) in Ottone cum telo recitavimus.

Longum cognominat Siffridus.

Luſatiam ſuperiorem tenet 1306. Gorlicenſibus ſalis venalis forum largitur & confirmat.

§. VI. Cnemiander (y) eundem Hermanum anno 1306. Luſatiam ſuperiorem tenuiſſe & Gorliceoſibus quidem liberum ſalis venalis forum dediſſe ac cnnfirmaſſe, Laubenſibus vero vectigalia intra oppidum omnia ſuo & ſucceſſorum nomine reſignaſſe (ceſſiſſe aufgelaſſen) refert.

Laubenſibus vectigalia in perpetuum reſignat.

§. VII. Eoque mortuo, cum de Lauba digladiarentur inter ſe Sileſii & Brandepurgii, cives Henrico Javorienſi & Furſtebergenſi, de quo proximo libro (z) dicetur, tanquam legitimo ſuo & hæreditario domino traditis clavibus homagium præſtitiſſe.

Laubenſes Henricum Javorienſem &c. legitimum Dominum ſuum agnoſcunt.

CAPUT XVI.

De

Johanne V. Elect. XXI. ejusque Succeſſore.

§. I.

Johannes V. Elector XXI. ejus familiæ ultimus.

FIlius Hermanni Johannes V. cognomento Marchio illuſtris Elector XXI. & ex hac familia ultimus, filiæ Ducis Glogoviæ majoris maritus, annos natus ſedecim ſine prole deceſſit anno 1308. vel

Juvenis ſine prole deceſſit, 1308.

ptores Braudenburgicos a nobis hactenus citatos Ipſe Schurtzfleiſchius, Dubia quædam reliquiſſe in Hiſt. Brandenburgica Manlium aſſerit in fine Cap. XV. ſuæ Diſſertat. ad quæ decideuda evolvendum Chronicon Wolfgangi Juſti commendat.

(q) Vid. Sagittarii Hiſt. M. Brandeb. §. 24. p. 19.

(r) De Rebus Polon. L. 10. p. 177. 6. & initio L. XI. pag. 80.

(s) Hiſtor. Bohem. Lib. 17. pag. 143. lin. 38. ſeqq.

(t) In deſcriptione urbis Francof. cap. 5. pag. 10.

(u) Cap. 48. §. 1.

(w) Epitom. Lib. II. pag. 179. longi cognomen, Inquit Sagittarius in Hiſt. March. Brandepurg. pag. 19. ei tribuunt Siffridus Miſn. Lib. II. Spenerus pag. 768. Sigismund. Bircken.

(x) Capit. 9. §. 3.

(y) In Chronico Laubanenſi MST.

(z) Libro VI. Comment. cap. 11. §. 2. & 3.

vel ut alibi habet Genealogia, (a) in profeſto Palmarum anni 1312. quorum tamen neutrum conſeotaneum eſt.

Vel, quod accuratius, 1328.

cujus rationes hic & ſeqq.

§. II. Ego circiter annum Chriſti 1328. eum in vivis eſſe deſiiſſe inde conjicerem, quod in ſequenti anno 1329. (quo ipſo Gorlicium Boheuio ſe dedidit:) Ludovicus Bavarus Imper. filium ſuum in Marchla collocaſſe ſcribitur. Cum enim tota Ottonis I. ſamilia jam intercidiſlet, deficientibus hæredibus maſculis, feudum marchiæ Brandenburgenſis ad Ludovicum Imp. rediit, qui filio ſuo maximo Ludovico ex priore conjuge Beatrice Polonica nato, illud Neopurgi tribuit Aventino (b) & Peucero (c) teſtibus.

§. III. Juſtus (d) Ludovicum Imp. Filium jam tum anoo 1326. Marchiam poſſediſſe innuit. Scribit enim eo anno ſub marchione Ludovico Bavaro Imperatoris filio electore Brandepurgin, Polonos, apud quos tum regnabat Vladislaus locticus, ſpe & animo occupandi Gubenam & Francoſurtum in terram Sternebergenſem invaſiſſe, omnibus circum circa agris, vineis & pomariis vaſtatis. Qua de re, ſi libet, deſcriptionem Francofurti vide & Cromerum. (e)

Terra Sternebergenſis vaſtatur.

Ludovicum, Romanum, Marchiam cum Electoratu adeptum, autores quidam docent.

§. IV. Brotuſus (f) Cranzium (g) & Carionem (h) teſtes laudans, poſt mortem Johanois V. anno Chriſti 1329. Marchiam cum ſeptemvirali officio adeptum ait, non Ludovicum ſeniorem, ſed alterum Imperatoris filium Ludovicum cognomento Romanum, benigniſſimum & placidiſſimum principem, ex ſecunda uxore Margaretha Gvilielmi III. Friſiæ & Hollandiæ conitis filia genitum, eumque a patre ipſo valido exercitu in poſſeſſionem eſſe inductum.

Qui refutantur a Peucero.

§. V. Sed abunde refutantur hæc Peuceri (i) verbis, qui mox ſubjicit, Ludovicum Imperatoris filium natu maximum, cum a coojuge Margaretha Henrici Carinthii filia dotalem Tyrolis Comitatum accepiſſet, deinceps Marchiam ceſſiſſe fratri Ludovico Romano, ſic dicto, quod Romæ In lucem editus eſſet matre coronata, ut Trithemius (k) quoque annotavit: a quo tandem in Ottonem devoluta eſt.

Aventini ſententia probatur.

§. VI. Aventinus, (l) cujus diligentiæ merito eruditi omnes plurimum deferunt, ſcribit, mortem Ludovici Bavari Imp. quæ in annum 1347. iocidit, facta inter filios ejus provinciarum diviſione, Ludovicum ſeniorem comitatu Tyrolenſe & Bavaria ſuperiore contentum, nomen tantum electoris Brandepurgii & archicamerarii ſibi retinuiſſe, Mnnacique ut plurimum domicilium habuiſſe, cæterum ditionem omnem Marchiæ Brandepurgenſis dediſſe fratribus ſuis Ludovico Romano & Ottoni, qui ſimplici Marchioonm Brandepurgenſium titulo uſi ſunt & in Marchiam profecti, ut ſolent, id ætatis principes, crapula & compotationibus plus æquo indulgentes, magnopere ſeſe inviſos reddiderint ſubditis, quos Carolus etiam Cæſar ad rebellionem Inſtigabat.

Uſus feudalis.

§. VII. Porro ſupererant quidem adhuc ex Alberti Urſi poſteritate duces Saxoniæ & principes Anhaldini, Marchionum Brandepurgenſium, quos recenſuimus hactenus (m) agnati, & propter ſimultaneam inveſtituram ſeu conjunctam manum, ut vocant, communis Marchiæ ſeudi participes.

Cauſæ, ob quam Ludovicus Marchiam Brandeb. vindicaverit Imperio.

§. VIII. Cur autem utriſque præteritis Marchiam Imperio vindicavit Ludovicus, cauſam hanc affert Brotuſus, (n) quod Rodolphus III. (Fabricio (o) primus eſt) Saxoniæ ſeptemvir in electione Friderico pulchro Auſtriaco Bavari competitori ſuffragium ſuum dediſſet, quodque tam Rudolphus ipſe, quam Sigiſmundus II. & Albertus III. Claudus Anhaldini fratres a Ludovico Imp. quem Johannes XXII. & Clemens VI. Pontifices Romani fulmine anathematis perculerant, ſeudi confirmationem petere noluiſſent.

CAP.

(a) Anhaidina Lib. II. cap. 9. fol. 47.
(b) Annal. Bojorum Lib. VII. cap. 15. §. 27. p. 718.
(c) Chronic. Lib. V. p. 600.
(d) Wolfgang. Juſtus in Deſcriptione Urbis Francofurtenſ. cap. 5. pag. 10. Edit. Francof. anno 1706.
(e) De Rebus Polon. Lib. XI. pag. 193. b.
(f) Geneal. Anhaldin. Lib. II. c. 17. pag. 52. b.
(g) In Vandalia Lib. VIII. cap. 3.
(h) Chronicon. Lib. V. p. 601.
(i) Eod. Chronico Lib. V. p. 601.
(k) In Chronico Hirſaugienſe ſub fin. anni 1314 Tom. II. p. 138. Edit. anno 1690. Romerinm hunc Ludovicum vocat Albertus Argentinenſ. pag. 105. Romuium Krantzius Saxon. L. IX. cap. 34. Wandal. L. IX. cap. 31. & in Hiſt Danica Pootanus.
(l) Annalium Bojorum Lib. VII. cap. 20. §. 18. pag. 757.
(m) Cap. 13. & 14. conf. Sagittarii Hiſt. §. 37. pag. 31. & Groſſer. Part. I. pag. 63.
(n) Geneal. Anhald. Lib. III. cap. 1. p. 54 6.
(o) In Originib. Sax. L. VII. p. 692.

CAPUT XVII.

De Pſeudo-Woldemaro.

§. I.

Pſeudo-Voldemarus.

IN Marchia, inquit Peucerus,(p) Ludovico (ſeniore) implicito bellis Pomeranicis & Megalopolenſibus tertium ſeſe hoſtem intulit quidam, Valdemari defuncti nomen, perſonam habitumque & mores mentitus, quem finxiſſe ferunt, minime Voldemarum fato functum eſſe, ſed relligioſa peregrinatione confecta rediiſſe incolumem. Id ſuſius paulo & plenius explicabimus.

Ejusque impoſturæ & nequitiæ hiſtoria.

Molitor fuit Hundeluſtenſis prope Serveſtum Anhaldinorum, nomine Jacobus Rebach.

§. II. Qui hæreditate Marchiæ exciderant, Saxo & Anhaldini, cumque his Otto Turingiæ, vel potius ut Chronicon Saxonum (q) & Juſtus, (r) ipſeque adeo Brotuſus (s) alio in loco volunt, Haſſiæ Landgravius, duodetriceſimus Magdepurgenſium antiſtes, proceresque nonnulli & urbes Marchiæ, Imperii Ludovici Bavari Marchionis pertæſæ, mirifico commento ſubornarunt hominem quendam ruſticum, molitorem Hundeluſtenſem apud Serveſtum in principatu Anhaldino, nomine Jacobum Rebachum (Meinhartum etiam dici reperio) ſenem vafrum & caput catum, Voldemaro I. illuſtri anno 1320. defuncto, corpore, ſtatura & oris lineamentis perſimilem, eumque de omnibus rebus clam edoctum ita inſtruxerunt, ut facile pro Voldemaro ſe probaret.

Voldemaro perſimilis.

§. III. Is anno 1348. qui poſt obitum Voldemari erat XXIX. de quo utroque tempore conſentiunt Chronicon Saxonum (t) & Brotuſus, (u) habitu relligionis ergo peregrinantium in aulam venit antiſtitis Magdepurgii prandente ipſo, cujus cum aliquoties expetiiſſet colloqvium, nec a miniſtris admitteretur tamen, orat ad ultimum indicari antiſtiti, adeſſe peregrinum quendam, qui Scyphum vino plenum de tabula ejus mitti ſibi petat. Quod cum haud difficulter impetraviſſet, inter bibendum annulum ſignatorium aureum ei, quo Voldemarus uſus fuerat, per omnia conſormem, ex ore vino immiſit. Scyphumque antiſtiti referri petit.

Bibens annulum ſignatorium annulo Voldemari penitus conformem ex ore Scypho antiſtitis Magdepurgenſ. immittit.

§. IV. Qui agnito Voldemari Sphragidio, confeſtim hominem accerſit, profitentemque ſe Voldemarum eſſe, (vv) excipit comiter, reduci gratulatur, veſtes mutari jubet. Ille de veſtitu diu multumque tergiverſatus, narrat, nequaquam ſe fuiſſe mortuum, ut vulgo crederetur, ſed de conſilio præſulum & pœnitentiariorum ſuorum relicta conjuge, cum qua prohibitum contraxiſſet connubium, tum etiam quod venenum a vaſallis ſeu beneficiariis ſuis infidis ſibi præbitum iri metuiſſet, clam omnibus pro peccatorum ſuorum expiatione longinquam ſuſcepiſſe peregrinationem relligioſam, morbum autem ſimulaſſe ſe, & alterius cujusdam hominis mortui corpus in lecto ſuppoſuiſſe, quod pro ſuo tumulatum ſit, atque ita rumor de morte ſua ſparſus.

Hinc credit & confirmat antiſtes, verum hunc eſſe Voldemarum.

Ficti Voldemari vafra peregrinationis narratio antiſtiti facta.

§. V. Nunc ſublata e vivis uxore, poſt peragratas multas & remotas regiones redire. Nec ſane in animo ſibi eſſe ditionem ſuam ceu poſtliminio repetere; ad alienas tamen illam manus perveniſſe non poſſe ſe non ferre iniquiſſime, excluſis

Argumentis antiſtitem magis magisve credulum efficit.

(p) Chronic. Lib. V. p. 600.

(q) Pag. 337.

(r) In Deſcriptiooe Urbis Francof. cap. V. p. 11.

(s) In Geneal. Anhaldin. Lib. III. cap. 2. p. 56. b.

(t) Pag. 339.

(u) Genealogiæ Anhaldinæ Lib. III. cap. II. p. 55. b.

(vv) De hoc Pſeudo-Woldemaro & rebus cum illo geſtis legendi Henricus Rebdorfius & & Albertus Argentinenſis p. 121. Auctor de Landgraviis Thuringiæ cap. 102. p. 941. Eugelhuſius in Chronic pag. 270. Crantzius Wandaliæ Lib. VIII. c. 18. 22. Cuſpinianus in Carolo IV. p. 383. Aventinus Lib. VII. pag 487. Hagecius Hiſtor. Bojem. Lib. XXII. p. 207. Brotuſius Lib. III. c. 2. f. 55. ſeq. Peucerus in Chron. Carion. Lib. IV. pag. 600. Wolffus Juſtus in Genealog. Brandenpurg. & in Chronic. urbis Francof. pag. 50. ſaqq. Petrus Albinus in Chron. Miſniæ pag. 409. Spangenbergius Chron. Saxon. cap. 286. pag 486. Chytræus Saxon. Lib. I. pag. 38. Andreas Angel. Chronic. March. Lib. II. pag. 153. Dreſſerus Iſagog. Hiſt. Part. II. millen. 6. p. 484. Jo. Iſacius Poutanus Hiſt. Danicæ Lib. VIII. p. 473. 477. Henricus Meibomius in Notis ad Lerbecium p. 76. Micrælius Part. I. Hiſtor. Pomer. pag. 338. C. Theod. Schofferus in Deſcript. Marchiæ c. 19. Cervitius p. 2. Balbinus Epitom. Rerum Bohem. L. III. c. 21. pag. 384. Sagittarius in Hiſtoria Marchionum Brandenpurgenſium §. 38. p. 31. ſeq. unde præcedentia loca petita ſunt. Groſſerus Memorab. Luſat. Part. I. pag. 63. & 78. atque ſeq.

cluſis ſuperſtitibus adhuc agnatis ſuis, Saxoniæ electore & Anhaldinis, quos ut diſcedens ſibi ſuccesſuros ſperaſſet, ita vel nunc jus ſuum perſequi optaret.

Hanc cauſam acceſſus ſui eſſe docet.

§. VI. Atque. hanc adeo ab cauſam nunc antiſtitem conventum voluiſſe, ut de his cum ipſo communicaret. In ſecretioribus dein colloquiis, quibus ipſis tamen ſemper de induſtria aliqui adhibebantur ceu teſtes, multarum injicit mentionem rerum arcanarum, quo majorem dictis fidem faciat.

CAPUT XVIII.

De Pſeudo-Woldemari adjutoribus, fortuna ſecunda & adverſa, ejusque interitu.

§. I.

Saxones & Anhaldinos certiores de reditu Voldemari facit antiſtes. qui ſeſe ad ejus reſtitutionem obſtringunt,

ANtiſtes re (uti præ ſe ferebat) inopinata exhilaratus, hortatur hominem, ut ipſe ad recuperandam Marchiam animum adjiciat, ſuamque ad id ei deſert operam, ſimul Saxonem & Anhaldinos de omnibus certiores facit. Illi ad primum nuncium Magdeburgum advolant lætabundi, Voldemarum (ſic enim jam nominabimus eum, qui pro Voldemaro ſe venditavit) honorifice excipiunt, initoque fœdere ad reductionem ejus cum aliis principibus ſe mutuo obſtringunt.

§. II. Mox ubi de reditu Voldemari rumor increpuit, ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Cum alii vel creduli & ſimpliciores vel fraudis conſcii Voldemaro, alii emunctioris naris, quibus, ſubolebat fucus, Ludovico ſtuderent. Ac perſuaſa res eſt etiam genero Voldemari Henrico Brunovicenſi, Embecæ & Grubenhagi Domino, tametſi is exequiis ſoceri adfuerat, pasſimque impoſtori cum crucibus & vexillis obviam fuit proceſſum.

Gener Voldemari veri Henricus, Brunovicenſ. &c. obviam ipſi it.

§. III. Voldemarus primo ordines & civitates Marchiæ ſolicitat, ut repudiato alienigena, ſe legitimum & naturalem ipſorum dominum recipianto. Ad Ludovicum deinde ſcribit poſtulans, ut ditione ſua, in quam hactenus dominium uſurpaſſet, ſibi cedat, ni faciat, bellum minatur.

Voldemarus Marchiæ civitatibus legitimum ſe Dominum profitetur exhibet. Ad Ludovicum ſcribit, ut ditione ſua cedat. Alioquin bellum ipſi minatur.

§. IV. Nec mora cum Ottone Magdepurgio, Rodolpho Saxone & Anhaldinis, ducibus item Pomeraniæ & Megalopurgenſibus, aliisque compluribus comitibus & Baronibus Marchiam infeſto agmine ingreditur Brandepurgum Berlinum huicque contiguam coloniam cis Spream Tangermundam ad Albim, Stendelum Soltvedelum, Garlebum, & alia multa municipia ac caſtella partim vi partim proditione cœpit & præſidiis firmat, populum per jus jurandum in fidem ſuam adigit, denique totam fere Marchiam occupat.

Totam fere Marchiam capit.

§. V. Soli Francofurtenſes, Fidi Brizani & Spondenſes in fide Ludovici perſtitere, cum paucis aliquibus nobilibus. Harum trium urbium munitionibus multis annis continuit ſeſe & tutatus eſt adverſus Voldemarum Ludovicus. Sexennium enim duravit bellum contra hunc Ludovicum, ſi Juſto (x) credimus.

Civitat. quædam in fide Ludovici perſiſtentes.

Belli hujus duratio juxta Juſtum.

§. VI. Peucerus (y) Bavaros a Voldemaro totos novem annos exercitos ait. Cum quo facit Saxonum Chronicon, (z) in quo arces, oppida at pagos, Marchiæ complures gravisſimo hoc novennali bello miſere afflictos legimus.

Secundum Peucerum, & Saxonum Chronicon.

§. VII. Addit Juſtus, (a) Ludovicum iis quas ſubra (b) recenſui urbibus a Voldemaro ejectum, Voldemari Dani ſororii, Stephani cognomento fibulati, Palatini ad Rhenum Bavariæ Ducis, Uterini, ac Ludovici Romani, conſanguinei fratrum ſuorum & Friderici gravis Marchionis Miſniæ & Landgravii Turingiæ auxilio, ingentem recollegiſſe exercitum, quo Marchiam ingreſſus urbibus, quae deſecerant, recuperatis, quibusdam dirutis Francofurtum ſe cum præſidio receperit.

Ludovicus recuperata Marchia, Francofurtum ſe confert.

§. VIII. Cœtetum Fridericum gravem Miſnenſem admorſi filium natum ſcribit ex ſorore Ludovici Marchionis, perperam haud dubie cum uxorem is habuerit Ludovici Bavari filiam, ut ſuperiore libro (c) meminimus & ultimo (d) repetemus. Eſt autem Fridericus qui poſt obitum Ludovici Bavari, a quibusdam Electoribus Imperator deſignatus, honorario X. vel ut Aventinus (e) XVI. millium marcarum argenti a Carolo IV. affectus dignitatem non accepit.

Fridericus gravis oblatam ſibi Imperatoriam dignitatem Carolo IV. vendit,

§. IX. Igitur anno 1348. (ut vult Juſtus,) (f) feria tertia poſt feſtum caſtorum angelorum, cum Voldemaro quindecim imperii

(x) Wolfg. Juſto in Deſcript. Urbis Francof. c. V. p. 13. p. 13. & 14.
(y) Chronic Lib. V. p. 601.
(z) Pag 339.
(a) In Deſcriptione Urbis Francof. cap. V. p. 13.
(b) Capitis hujus 18. §. 4.
(c) Capite 31. §. 2. 3.
(d) Capite 5. §. 2. & 13.
(e) Annal. Bojorum Lib. VII. cap. 20. §. 12. p. 756.
(f) In Deſcriptione Urbis Francof. cap. 5. p. 11.

perii principes, quorum præcipui fuere Rudolphus Elector Saxoniæ, Otto antiſtes Magdepurgius, Albertus & Johannes Megalopurgenſes fratres, Barnimus VII. Stetinenſis & alius Sundenſis, Pomeraniæ Duces, Albertus IV. & Voldemarus III. fratres Anhaldini, Alberti III. Claudi filii, multi item Comites & Barones Francofurtum obſident, poſitis ante portam Gubenenſem, ubi Carthuſia eſt hodie, caſtris.

Francofurtum graviter obſidetur.

Confirmat Carolus IV. Imper. eſſe hunc Voldemarum verum,

§. X. His Carolus IV. Imper. Bohemiæ Rex ipſe ſe ducem præbuit. Nam & huic perſvaſum erat, molitorem iſtum verum eſſe Voldemarum, Quare & menſæ eum adhibuit. Crantio (g) teſte, ſuoque lateri adjunxit, tanquam imperii electorem, & extat etiamnum in archivo domus Anhaldinæ diploma Caroli, quo profitetur, ſe multorum tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium Principum, tum etiam nobilium aliorumque in aula Voldemari verſatorum & privatorum hominum ſenum, quibus alioqui de facie notus fuiſſet Voldemarus, horum ergo teſtimonio comperiſſe, ſe, hunc ipſiſſimum eſſe Voldemarum, cognatum & affinem ſuum dilectum.

diplomate dato.

Molitor Voldemaro ad omnia ſimilis.

§. XI. Ætate enim & forma, ut diximus, proxime ad illum accedebat, geſtus præterea, mores & vocem Voldemari belliſſime aſſimulabat, ſigna denique & indicia plutima proſerebat, quibus omnibus ipſorum etiam principum mentes oculosque adeo hebetabat nebulo, ut oee judicium, nec veritas apud eos valeret.

Odium Caroli IV. contra Ludovicum, ejusque cauſæ & origo.

§. XII. Oderat autem Ludovicum Marchionem Carolus, cum ptopter patrem Imperatorem, contra quem excommunicatum anno 1346. electus erat, tum quod fratri ſuo Johanni Henrico Moraviæ Marchioni conjugem cum dote, id eſt, Comitatu Tyrolenſi eripuiſſet. Margaretha enim Henrici Carinthiæ & Stiriæ Ducis, Comitis Tyrolenſis filia & hæres, ab ore prælargo Maultaſcha cognominata, mulier procax & libidinoſa, deſerto marito Johanne-Henrico tanquam propter impotentiam minime ad conjugium idoneo, diſpenſatione Clementis VI. P. M. in thalamum & comitatum Tyrolenſem (nam Carinthiam Auſtriacis adjecerat Ludovicus Bavarus Imper.) adduxit anno 1342. Ludovicum Marchionem Imperat. filium, mortua priore conjuge Engelbirgæ tegis Danici filia, viduum, ex quo tamen cum genuiſſet Menhardum, utroque præmatura morte ſublato, ad tertias tranſivit nuptias cum Rudolpho Auſtriaco Alberti II. filio, ſimulque Bavaris ademptum comitatum tranſtulit ad Auſtriacos.

Carolus IV. a Voldemari partibus ſtat.

§ XIII. Ob hanc cauſam & antea bellum ſecerat Ludovico Marchioni Johannes Bohemiæ rex, Hungarorum & Francorum copiis auctus, quanquam minus feliciter & tunc filius ejus Catolus Voldematum & Anhaldinos contra cum fovebat, adjuvabat & incitabat.

Voldemari alii adjutores.

§. XIV. Olomucenſis (h) Carolum ipſum ulciſcendæ injuriæ fraternæ cauſa, Ludovico hunc æmulum excitaſſe ait, & quidem ab Alberto & Johanne fratribus comitibus Magnopolienſibus (Venedorum dominis) cum ambos pragæ (Anno 1349.) ad ducalem dignitatem extolleret, unam hanc beneficii gratiam tacite exegiſſe, ut Voldemaro in aſſerenda Marchia adjutores ſe præberent, idque Albertum cum frequenti nobilitate ſedulo præſtitiſſe. Apud eundem L. citato de hac impoſtura plura reperiet lector. Aventinus (i) etiam urbes Marchiæ quasdam a Bavaris ad molitorem deſciviſſe ſeribit Caroli regis impulſu.

Obſid. Francofurt. ſoluta.

§. XV. Etſi autem quinto ſtatim obſidionis Francoſordianæ die infecta re diſceſſum eſt, alio vocantibus Carolum negociis Imperialibus, nihilominus tamen in ipſo urbis conſpectu feudum Marchiæ & Electoratus Pſeudo Voldemaro iſti contulit Carolus, eumque omnes urbes Dominum agnoſcere juſſis, quod et factum eſt ab univerſis, tribus illis, quas dixi, exceptis.

Ludovicus totam recuperat Marchiam.

§. XVI. Saxoni etiam & Anhaldinis jus Succeſſionis confirmavit per inveſtituram Vitebergæ, ubi in verba eorum jurarunt urbes omnes, ut diplomata Cæſarea oſtendunt. Juſtus (k) Ludovicum ſoluta obſidione, Marchiam totam recuperaſſe ait, præter Sverinum a Megalopurgenſibus avulſum, & Strausbergum, quod Pomerani biennium tenuere, & poſtea (1348.) (ſed eo obſidio cœpit ſecundum Juſtum (l) & Voldemarus rediit ſecundum Brotufum (m)) Francofurtenſes recepete.

Cum Carolo reconciliatur.

§. XVII. Poſt mortem autem patris ipſius Ludovici Bavari Imper. Voldemaro Daniæ rege & Erico Leopurgenſium duce intercedentibus Marchionem Carolo reconciliatum, traditis ei impetii inſignibus & cimeliis.

§. XVIII. Catolum viciſſim ei omnes offenſas condonaſſe, conjugium cum Marga-

(g) In Vandalia Lib. VIII. cap. 18. cap. 22.
(h) Hiſt. Boh. Lib. 22. p. 180. lin. 16. ſeqq.
(i) Annal. Bojorum Lib. VII. cap. 20. §. 10. p. 756. 6.
(k) In Deſcriptione Urbis Francof. c. 5. p. 13.
(l) Loco modo adducto cap. 5. p. 11.
(m) In Genealog. Anhaldina Lib. III. c. 2. fol. 57. a.

garetha ratum habuiſſe, ac tandem ſeudo Marchiæ, nec non Bavariæ, Palatinatus, Tyrolis & Stiriæ eum inveſtiiſſe, proſcripto Voldemaro molitore, cujus cauſa quicquid feciſſet, deceptum ſe fuiſſe faſſus ſit. Ludovico ſeniori Marchioni ſucceſſiſſe fratrem Ludovicum Romanum, ab eo Voldemarum Marchia expulſum, Deſſaviam ad Anhaldinos confugiſſe, tandemque ab omnibus ſociis principibus deſertum in exilio tanquam molitorem mortuum.

Impoſtura detecta, PſeudoVoldemarus proſcribitur, Abſque omnibus deſertus, in exilio moritur.

§. XIX. Chronicon Saxonum (n) detecta impoſtura molitorem ſeſe ſubduxiſſe ait. Reboci molitoris, qui Marchiam ſubegerit, poſtea proſcripti etiam Schofferus (o) meminit Lib. I, Marchiados in Friderico IV. Johannis I. filio Burggravio Noribergenſi, Comite in Zollern, patre Friderici I. ex hac familia Electoris Brandeburgii, eamque narrationem claudit Epiphonemate ad Stigeliani cujusdam imitationem facto. Verſus quia pauci ſunt, aſcribo: loquitur autem de Carolo IV. Rom. Rege ſeu Cæſare:

Schofferi Epigramma in hunc Voldemarum.

At non agnovit Ludovicus Marchio regem
Cæſare qui Bavaro progeneratus erat.
Sed non legitime lectum contendit, & ipſum
Teutonici indigne ſceptra tenere ſoli.
Haud impune tulit: nam diſſimulante viciſſim
Cæſare, fortunis excidit ille ſuis.
Ignavus molitor cum Marchia regna ſubegit,
Auxilio fretus Saxo Rodolphe tuo.
Ne tamen hac tellus injuſto Marte periret,
Diraque lis aliquem poſſet habere modum:
Concilians regi Ludovicum Noricus heros
Reſtituit Populis nobile pacis opus.
Preſſit ac inſanum proſcriptio juſta Rebocum,
Namque ita ficticius Marchio dictus erat.
Sis molitor, cuicunque molam fortuna paravit
Heroum, teneat regna ſuperba genus.

CAPUT XIX.

De Aliis hominibus fictitiis defunctorum nomen, perſonam, habitum & mores ſimulantibus.

§. I.

Molitoris audax commentum nemini mirum aut incredibile videbitur, qui apud hiſtoricos tam veteres quam recentiores, ſæpe ſimilia accidiſſe legerit.

Molitoris commeotum hiſtoricis haud inſolens.

§. II. De Smerdi fictitio ſeu Pſeudoſmerdi mago narrant Herodotus in Thalia, (p) & Juſtinus Lib. I. (q) eum pro vero Smerdi Cyri filio, Cambyſis fratre, per ſeptem menſes habitum fuiſſe, Pſeudariarathi, Pſeudantiocho, Pſeudalexandro viam arte diverſa ad ſimilem dolum patuiſſe quis eſt qui ignoret?

Plures quidam fictitii Magnates recenſentur. Ita Pſeudo-Smerdes.

§. III. Et aliorum præterea, qui hac ſimilitudinis formæ occaſione uſi, in principum itidem imperia, aut in aliorum opes fortunasque graſſati ſunt, meminere Juſtinus, (r) Appianus, (s) Joſephus. (t) Pſeudophilippi anno A. V. C. DCVI. devicti Julius (u) obſequens meminit cap. 78. Fuit is Andriſcus ultimæ ſortis homo, Perſei regis ex pellice ſe filium ferens & mutato tempore ex ſimilitudine Philippi, Pſeudophilippus vocatus, quem eum contracto exercitu totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupaſſet, Theſſaliam quoque armis invaſiſſet, tempore tertii belli Punici, tandem Q. Cæcilius Metellus cepit & de eo triumphavit, de quo latius Florus (w) Lib. 49. 50. & 52. epitomes XIV. Decadum Livianarum.

Pſeudo-Philippus, Perſei Regis filius.

§. IV. Valerius Maximus (x) in calce operis ſui multa recitat exempla tam Romana quam externa eorum, qui infimo loco nati, mendacio ſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt.

Varia ejuſmodi larvatorum Exempla Valerius Maximus affert.

§. V. Vigeſimo anno, ex quo Nero ſibi ipſe mortem conſciverat, prodiit qui-

Pſeudo-Nero.

dam

(n) Pag. 339.
(o) C. Theodorus Schofferus in Deſcriptione Marchiæ.
(p) Pag. 83. ſeqq. Edit. Baſil. ex officina Hergaviana anni 1557.
(q) Cap. IX. pag. 36. ſeq. ſecundum Edit. anno 1686. Vratislaviæ publicat.
(r) Loco citato falſum regem vocat magum & Lib. 38. cap. 2. aliud quoddam exemplum adducit.
(s) Forte Phil. Appianus Petri Appiani filius in Deſcriptione Bavariæ.
(t) Flavius Joſephus Judæus, Secta Phariſæus, tempore Veſpaſiani Imp. florens in 20. libris Antiquitatum Judaicarum.
(u) Licet vel maxime G. Königius in Biblioth. vetere & nova quam plurimorum meminit Juliorum, hujus tamen oblitus eſt.
(w) Lib. II. cap. 14. §. 3. p. 122. Edit. Hafnienſ. an. 1700. conf. Lib. 49. 50. & 52. Epitomes.
(x) Lib. IX. cap. 15. pag. 352. Edit. Berlinenſi anno 1672.

dam, qui ſe Neronem mentiretur, eique reges Perſici opem tulere. Tandem Romanis traditus eſt. Autor Aventinus. (y)

Pſeudo-Balduinus.

§. VI. De Pſeudobalduino ex annalibus Flandriæ (z) integram hiſtoriam commemorare liberi tametſi alii quidam hiſtorici non nihil circa facti ipſius circumſtantias diſſentiant.

1225.

§. VII. Anno poſt natum Redemptorem noſtrum 1225. cuidam Gallo, cui nomen Bertrando Remenſi, inopi & vilibus miniſteriis operam locare ſolito, quod Balduinum, qui ex Flandrorum Comite Imperator Conſtantinopolitanus evaſerat, facie plane referret, a proditoribus quibusdam, ut nomen pariter & imperium Flandricum illius Balduini ſibi vendicet, ſvadetur.

Alias Bertrandus, Remenſis, Gallus.

§. VIII. Hoc cum illi non ſvaſiſſent ſolum, ſed etiam perſuaſiſſent (ut facile ad amplectendos obviis ulnis hujus modi honores eriguntur hominum animi,) eum in Eremo quadam commorari tantiſper voluerunt, dum fama percrebuiſſet Balduinum Imperatorem e captivitate reducem, eremum quandam ad agendam peccatorum pœnitentiam, incolere.

Ab aliis perſvaſus Balduinum Imperatorem reducem ſe profitetur.

§. IX. Quæ mox per Flandriam cum diſſipata eſſet fama, undique illuc concurritur, magnaque cum pompa illinc hic Pſeudobalduinus per univerſas regionis urbes deducitur, quæ uno omnes ore illum dominum ſuum gratulabundæ agnoſcunt & ſalutant.

a tota Flandria Dominus agnoſcitur.

§. X. Hoc ſubrepticium imperium cum per menſes aliquot exercuiſſet, Johanna veri Balduini filia & paterni in Flandria imperii hæres (quæ paulo ante, niſi repentina fuga ſibi conſuluiſſet, in illius Pſeudobalduini manus ventura fuerat:) regem Galliæ Ludovicum VIII. ſibi conſanguineum, de hac, quæ ſibi fiat injuria, certiorem facit.

Quo de Ludovicus VIII. Rex Galliæ certior factus.

§. XI. Rex Pſeudobalduinum fide data ad ſe vocat. Ille ut adfuit, variis interrogationibus a rege aliisque, qui regi a conſiliis erant, urgeri cœpit. Apte ad ſingula & ut ipſius impoſturæ conſentaneum erat, reſpondet; quippe qui nonniſi ore præcompoſito illuc veniſſet. Sed enim cum multos difficiles alioqui nodos expediſſet, unum facillimum, quem quidam Bellovacenſis Epiſcopus ei propoſuerat, expedire non potuit. Interrogatus enim, quo in loco uxorem duxiſſet; ad hanc quæſtionem obmutuit; quo ſilentio certum impoſturæ ſuæ teſtimonium dedit.

Deceptorem hunc ad ſe vocat,

qua occaſione per Epiſcopum quendam fraus detegitur.

§. XII. Eum tamen Rex ob datam a ſe fidem impune a ſe abire permiſit. Ille cum ſe inde in patriam proripuiſſet, aliquando poſt ibi deprehenſus, captus & ad Johannam miſſus fuit, quæ eum ſibi non donatum ſed magno precio venditum cruci affixit. Hæc fere annales Flandrici referunt. Johannis Octavæ (non octavi) Pſeudopapæ καὶ ψευδανδρὸς hiſtoriæ pervagatior eſt fama, quam ut hic inculcari debeat.

Captus cruci affigitur.

Johannes Octava, Pſeudo-Papa.

§. XIII. Hippolytus in Virbium. μυθολογίαι Sabini Hippoliti exemplum docet, preces parentum adverſus liberos a Deo exaudiri. Virbius autem, qui ſe jactavit Hippolytum, fuit impoſtor ſubornatus, ut videtur, a ſacrificulis Dianæ Aretinæ, ad celebrandum lucum, quo major hominum concurſus iſthuc fieret. Id enim erat quæſtuoſum ſacrificulis. Ac fuerunt olim uſitatæ ejusmodi impoſturæ, ubi idolorum cultus vigebat.

Pſeudo Hippolitus.

§. XIV. Perſæpe autem inventi ſunt homines, qui per dolum alterius nomen uſurparunt. Sic imperante Vitellio, alter quaſi Virbius extitit in Illyrico ſervus, nomine Geta, qui ſe Scribonianum Camerinum finxit, ſenatorem Romanum, quem Nero occiderat.

Alter ψευδο Virbius.

§. XV. Sic etiam poſt 20. annos inventus eſt, qui ſe Neronem jactitaret, tantumque conſecutus eſt ſavorem apud Parthos, ut ſummo in honore haberetur, donec tandem detecta fraude occiſus eſt a Calphurnio Salatiæ profecto. Similiter anno 1547. non longe ab Hercinia ſylva, inventus eſt in quadam ruinoſa & deſerta arce vir corpore inculto atque horrido, qui affirmabat ſe eſſe Imp. Fridericum II. dixitque ſe reformaturum imperii ſtatum.

Pſeudo Nero occiſus.

1547.

Pſeudo Fridericus II. Imper.

§. XVI. Saxonum chronicon (a) ſub anno 1286. refert, triceſimo poſt Friderici Svevi Imp. mortem anno, quendam Tilonem Colupum, hominem pauperem, qui in aula Friderici vixerat, ſeſe pro Imperatore venditaſſe, quod diceret, ſe nequaquam mortuum, ſed religionis ergo peregrinatum fuiſſe.

1286.

Alias Tilo Colupus,

§. XVII. Atque ita non tantum Friderico & Diterico Turingiæ Landgrafiis aliisque principibus viris & privatis hominibus, verum etiam Henrico Brunouicenſi, qui Imperatoris ex filia neptem uxorem habebat, multis prolatis indiciis fucum feciſſe. Captum autem a Rudolpho Imp. & tormentis ſubjectum, cum fraudem confiteretur

Capitur & exuritur.

(y) Anal. Bojorum Lib. II. cap. 10. §. 18. p. 105.

(z) v. g. Jacobi Meyeri Baliolani Annales Rerum Flandricarum, Edit. Antwerpienſis anno 1561. Lib. VIII. p. 71. hæc omnia comprobant.

(a) Pag. 306.

retur, exuſtum. Siffridus Lib. 2. (b) ſcri-
1262. bit Anno 1262. veniſſe impoſtorem quen-
dam (Aventinus (c) & Pantaleon (d) ex
Cuſpiniano (e) magum vocant) cum exer-
citu magno, aſſerentem, ſe eſſe Frideri-
1552. com II. Imperatorem, qui anno 1252, fuerat
mortuus.

Wizlariæ. §. XVIII. Eundem ſeoem• anno 1284. Colonia Agrippina ejectum, a civibus Nuſſiæ receptum, tandem anno 1285. Wizlariæ crematum. Nec multum diverſa in M. Alberti Argentinenſis Chronico leguntur: (f) nimirum fuiſſe eum Friderico Imperatori ſimillimum, in Inferioribus Rheni partibos barones & civitates ſibi adjunxiſſe, & a Rodolpho, qui ipſum tanquam Imperatorem veneraturus acceſſerat, comprehenſum & crematum.

§. XIX. Peucerus (g) tamen eum, qui ad Wetzlariam in Cattis a Rodolpho Habspurgio captus & crematus eſt, non pro Friderico Imperatore, ſed pro Friderico Auſtriaco, qui cum Cunradino Sveviæ duce a Carolo Andegavenſe capite truncatus fuerat, ſe venditaſſe refert.

Pſeudo-Fridericus Auſtriacus.

Pſeudo-Cunradus. alias Cunradus Stichus. 1268.

§. XX. Aventinus Lib. VII. (h) narrat, reliquias exercitus Tentonici ejusdem Regis Cunradi (ſic enim nominat) a Carolo Gallo anno 1268. decollati regem feciſſe fabrum quendam Herbipolenſem (Funccius (i) Ochſenſurtenſem) Cunradum Stichum (Func. Stoch.) (k) Cunrado regi facie non abſimilem licet plurimum renitentem. Eum Germanos milites tranſitu per Italiam vi patefacto in patriam reduxiſſe, ſed quam primam in Germaniaoi perventum eſſet, haud tutam amplius regii nominis uſurpationem ratum, clam ſe ab exercitu ſubduxiſſe, & poſt octo menſes Herbipolin ad incudem rediiſſe.

§. XXI. Eaodem hiſtoriam ex viris illuſtribus Johannis Zigleri tranſcripſit Pantaleon ſub an. 1270. (l) Addit Aventinus ſua memoria Dn. Martinum Smidium Oenipontaoum Maximiliani Imper. auxilio ad regnum Angliæ aſpiraſſe. Huc referatur ex Paralipomenis Urſpergenſis (m) & hiſtoria illius, qui Carolus Burgundus exiſtimatus eſt. Similia exempla recitat Crantius lib. 7. Vandal. cap. 39. (n) Molitoris hiſtoriam paucis idem perſtringit lib 8. Vand. cap. 18. & 22.

Pſeudo-Carolus Burgundus.

§. XXII. Quin etiam apud Turcos ſuperioribus annis ſimilem impoſturam locum inveniſſe ſcimus; quodam Pſeudo-Muſtapha pro Muſtapha vero ad regnum graſſante. Et aliud recentisſimum factum cujusdam, qui in Galliis anno 1556. in alienæ uxoris poſſesſionem involavit, & fabuloſum Plauti Jovem non fabuloſe imitatus eſt, narrat Henricus Stephanus in prolixa illa ſua pro Herodoto apologia.

Apud Turcas

Pſeudo-Muſtapha.

recens Exemplum Gallic. cujusdam in alienæ uxoris poſſeſſionem iovolantis 1556.

Cap.

(b) Epitomes lib. II. p. 170.

(c) Annalium Bojorum lib. VII. c. 10. §. p. 680. Edit. Lipſ. 1710. Vocat iſtum Pſeudo-Fridericum Stuphium, ab aliis vero cognomento Holſtuch. & Tilecolup. dictum adnotat.

(d) In Chronographia.

(e) In Cæſatibus & Imp. Roman. & quidem in Rudolpho Habsburgico p. 353 Verba hæc ſunt: Erat eo tempore quidam Pſeudo-Fridericus. Erant enim qui Fridericum Imperatorem nullo pacto mortuum crederent.

(f) Ea pag. 104. in Chriſtiani Urſtiſii Scriptorum R. Germ. Part. II. Cum Imp. Rudolphus rebellantem ſibi Columbariam obſediſſet, quidam vero quondam Imp. Friderico ſimillimus, in inferioribus Rheni partibos ſe ipſum Fridericum fingens, usque Wetzlar veniſſet, ipſum apprehenſum qoæſivit, unde veniſſet, & quis eſſet, & eum cremavit.

(g) Chronici lib. V. p. 550.

(h) Annal. Boj. lib. VII. c. 8. §. 15. p. 673.

(i) Comment. in Chronol. lib. X. ſub anno 1266.

(k) Loco citato. Paralipomena Urſpergenſ. illum qnoqne Stoch. & Ochſenfurtenſem p. 12. vocaot.

(l) In Chronographia.

(m) Pag. 128.

(o) Verba hæc ſcripta reliquit: Per eam ætatem meodoſius quidam ſenex, qnem Fridericum Holſtuch dixere, alii Tile Kolup. cognominant, de Colonia exortus, veoit Nuſſiam, inde in Weſtphaliam, mentiens ſe eſſe Fridericum Imperatorem II. qui non, ut eredebatur, mortuus, ſed peregrinandi gratia fuerit profugus, multa edixit inſignia, quibus nonnullis fidem credulitatis fecerat. Sed tum Rudolphus Imperatur juſſu in quæſtioneoi abripi hominem, in qna plane confiietur, ſe iſta confingere, qui olim in Curia Friderici ſerviſſet, igoe concrematus eſt juſſu Imperatoris tantus falſarius. Non binc longe, alius quidam nebulo, eadem prætenſa imagine, venit Lubicam & primum quidem ſecreto locutus cavere putat internoſci; inde, ubi crevit audacia in populo credulo, palam ſe prædicat eſſe Fridericum quondam Imperatorem.

CAP. XX.

De

Ludovico Seniore Tyrolenſi agro contento & Ludovico Romano Electore.

§. I.

Ludovici Senioris Succeſſor Ludovicus Romanus, renovat bella Pomeranica; acie ſuperatus, de bello deſiſtit.

PEucerus (o) Ludovicum ſeniorem pertæſum bellorum, Marchiam fratri Ludovico Romano reliquiſſe ſcribit, Tyrolenſi agro contentum, Romanum renovaſſe bella Pomeranica, de principatu Stettinenſe, cito autem deſtitiſſe, ſuperatum acie a Pomeranis, auxilio Voldemari regis Daniæ ejus, cujus filius vetus & indigenum regum ſtemma clauſit. Ab eodem Dano (ſecundum indicem. Sed idem in textu Peuceri (p) commodius refertur ad Romanum, ut & Juſtus) falſo creditum Voldemarum exutum armis & ditione univerſa, in exilium pulſum.

Ludovico in fugam pulſo, Marchionatus ad Romulum fratrem transfertur.

§. II. Olomucenſis (q) regem Daniæ Ludovico affini ſuo auxiliaturum, Alberti Magnopolienſis ditionem maritimam claſſe invaſiſſe ait, ſed ab eodem in fugam compulſum. Ludovicum poſt obſidionem Francofurtenſem, quo omnes copias, quas ex Bavaria, Carinthia, Stiria & aliis mediterrancis locis, tum etiam ex maritimis civitatibus cogere potuiſſet, contraxerat, marchionatu ad fratrem Romulum translato in Bavariam eſſe reverſum.

Caroli expeditio in Italiam.

Rodolphi Palatini Rheni conſilium Ludovico datum redimendæ pacis, quietique marchionatus Brandepurgenſis ergo.

§ III. Tandem Carolo Coronæ Cæſareæ induendæ gratia expeditionem in Italiam faciente, palatinum Rheni principem, (Rodolphum) qui nuper Annam filiam Caroli nuptui dederat, gentili ſuo Ludovico conſuluiſſe, ut inſignia Cæſarum cum ſanctis quibusdam reliquiis, gladio nimirum Caroli M. lancea Chriſti, dextra portione ſanctæ Crucis, clavo uno & mappa, qua ultima menſa Domini ſtrata fuit, quæ tunc omnia Ludovicus poſt obitum patris in ſua poteſtate habebat (Aventinus (r) CXX. numerat & nominatim quidem diadema aureum Caroli magni, grandem portionem crucis Chriſti, brachium S. Annæ, dentem Johannis Baptiſtæ, gladium & haſtam D. Mauricii) hæc ergo ut pro redimenda pace, quietaque marchionatus Brandepurgenſis poſſeſſione permutaret.

Quo obſervato

Marchia inveſtitur. Caroli in Italiam Comes.

§. IV. Quod ubi ille fecit, Carolum liberaliſſimum reliquiarum æſtimatorem ſine ulla cunctatione eum veſtibus Marchionis & ornamentis ſolenniter inveſtiiſſe, comitemque in Italiam cum ipſo Palatino ſocero ſuo habuiſſe.

CAPUT XXI.

De

Pſeudo-Woldemaro & Ludovico Romano Brotuſi recenſio.

§. I.

Brotuſi de Voldemaro opinio.

BRotuſus (s) qui ſolus contra atque uſitata habet opinio, verum Voldemarum rediiſſe, aſſerit, ait eum, cum in Marchia minime tutus eſſet, ob multorum perfidiam gliſcentibus indies magis atque magis diſſidiis inteſtinis, invaletudine etiam & ſenecta (quæ ipſa morbus eſt) affligeretur, conſtitutis qui in Marchia vicem ſuam gererent, Deſſaviam aulam transtuliſſe, ibique paulo poſt mortem obiiſſe admodum ſenem, & ante aram in vetuſto quodam ſacello, juxta chorum ædis parœcialis ſeptentrionem verſus ſito ſepultum.

Genealogiæ Anhaldinæ Lib. 6. de Voldemari exilio.

§. II. Narrat etiam lib. 6. Genealogiæ Anhaltinæ (t) ſub idem tempus, quo Voldemarus peregrinationem ſuſcepit, Johannem Anhaldinum, Sigismundi & Alberti III. Claudi patrem, ob conjugis moroſitatem prorſum exulatum abiiſſe, nec unquam poſtea reſcitum, quonam terrarum perveniſſet.

Ludovicus Romanus,

maxima Marchiæ parte amiſſa, una cum patre excommunicatur.

Ditio Ottoni fratri traditur.

Voldemari Succeſſores.

§. III. Ludovicum Romanum (nam ſenioris nusquam meminit) cum pater bello contra Fridericum Auſtriacum diſtentus, opem ei, cum contra Rudolphum Saxonem & Anhaldinos Marchiam repetentes, tum contra Voldemarum ferre non poſſet, maxima Marchiæ parte amiſſa, & una cum patre a Johanne XXII. P. M. per Ottonem Magdepurgium excommunicatum, in Belgicam ad Rhenum conceſſiſſe ait (tametſi id de Ludovico ſeniore narrat Saxonum Chronicon.) (u) ditione fratri Ottoni tradita, qui itidem aliquot annis de ea cum Voldemaro concertarit. Mortuo Voldemaro Romanum Marchiam nemine prohibente recuperaſſe, feudum ejus a Carolo IV. accepiſſe & paulo poſt anno 1365. defunctum, ſucceſſiſſe fratrem Ottonem, eumque a Carolo ſecundum inveſtitum eſſe.

CAP.

(o) Chronic. lib. V. p. 601.
(p) Loc. citato. Wolfgang Juſtus vero id refert cap. 5. p. 13.
(q) Hiſt. Bob. lib. 22. p. 180. lin. 27. ſeqq.
(r) Annal. Bojor. lib. 7. cap. 20. §. 14. p. 757. Edit. Lipſ. an. 1710.
(s) Geneal. Anhald. lib. III. c. 2. p. 57.
(t) Lib. VI. c. 10. p. 87. conf. Chronicon M. Alberti Argentinenſ. p. 146.
(u) Pag. 321. conf. Aventinum lib. VII. c. 2. §. 35. p. 757.

CAPUT XXII.

De

Imperatore Carolo IV. affinitate ſibi Bavaros devinciente.

§. I.

1349. Caroli IV. Imper. uxor Margaretha Rudolphi Palatini filia.

Diligentiſſimus omnium Aventinus (w) ſcriptum reliquir, ægrotante jam Gunthero Suarcepurgio, quem Carolo oppoſuerant Electores h. e. anno 1349. ineunte vere (ur ex Alberto Argentoratenſi (x) colligitur) Carolum affinitate ſibi devinxiſſe Bavaros, ducta in uxorem Margaretha Rudolphi Palatini unica filia, viciſſimque Ludovici Bregenſis conſobrini ſui filia Margaretha deſponſa Alberto Straubingeoſi Ludovici Imp. filio Bavariæ inferioris Duci, Haononiæ, Hollandiæ & Selandiæ Comiti, quæ ei inter alios liberos peperit Jnhannem Leodienſem adminiſtratorem, Johanois Ducis Gorlicenſis generum.

Hinc affinitas Imperatoris cum Bavaris. Johannes, Dux Gorlicenſis.

Facta & acta plura Caroli IV. Imper.

§ II. Fratribus Alberti, Ludovico ſeniori Comitatum Tyrolenſem, Romano & Ottoni Marchiam Brandepurgenſem infeudaſſe & reſtituiſſe, proſcripto molitore, qui tandem in exilio captus interierit, liberaſſe etiam carcere Ruperium Palatinum, qui bello Marchico agnatis ſuis Bavaris opitulaturus captus fuerat. Ita ſarta cum Bavaris gratia Romanum imperium retinuiſſe. Poſtea demum ioſignia Imperii & reliquas ipſi Aquisgranum petenti a Ludovico ſeniore traditas. Ac obiiſſe Ludovicum Romanum anno 1359. ſine heredibus, ſeniorem vero 1361. VIIbr. 15. & filium hujus Meinhardum anno 1363. æt. 14.

cui a Ludovico ſen. inſignia Imp. &c. tradita. Annua mortis Ludovici Romani, Senioris, atque Meinhardi,

CAPUT XXIII.

De

Jure Patronatus in Lub. & Archi-Diaconatus in Luſatia, Eccleſiæ Miſnenſi oblato.

§. I.

Jus patronatus in Lubena, & Archi-Diaconatus in Luſatia offertur Eccleſiæ Miſnenſi.

Anno 1362. Fridericus (ſtrenuus) Baldaſar, Vilhelmus (Cocles) fratres Landgravii Turingiæ (Friderici gravis filii) a Ludovico Romano Brandepurgio Marchione, Palatino Rheni & Ducis Bavariæ avunculo, jus patronatus acceperunt in Lubena Archi-Diaconatus in Luſatia, idque obtulerunt Eccleſiæ Miſnenſi. Fabricii annales. (y)

De an. mortis Romani diſſentiunt Brotufus & Aventinus.

§. II. Hujus conſignationis ex diplomatis haud dubie petitæ fidem ſecutus Romanum potius anno 65 obiiſſe crediderim cum Brorufo, (z) quam ut vult Aventinus, (a) 1359.

CAPUT XXIV.

De

Ottone Brandenburgenſi Marchione Marchiam Carolo IV. vendente & fato cedente.

§. I.

Otto Bavarus, Romani Succeſſor,

Hoc inter pleroſque conſtat, Carolum IV. Ottooi Bavaro, qui in Romani fratris imperium, illo ſine liberis defuncto ſucceſſit, filiam deſpondiſſe, eaque ſine ſobole mortua, Marchiam Brandepurgenſem veterem genero, orta inter ipſos diſſenſione, ademiſſe, ac coegiſſe eum non plus ſex arcibus in confinio Bavariæ & Bohemiæ ducentisque florenorum Hungaricorum millibus acceptis, omni juri renunciare anno 1373, quem præter Brotuſum (b) etiam Saxonum chronicon habet, (c)

§. II. Hedio Chron. Germ. ait, Carolum a ducibus Bavariæ Marchionatum Brandepurgenſem emiſſe ducentis aureorum millibus, & centena millia tradito marchionatu in continenti ſolviſſe, pro reſiduo oppignoraſſe urbes aliquot, quoad ſatisſaceret. Aventinus (d) qnoque poſt mortem Menhardi Ottonem Marchiam Brandepurgenſem Carolo, quanti diximus, vendidiſſe ſcribit, retento tamen electoris archicamerarii & Marchionis Brandepurgii nomine, profectumque in Bavariam non procul a Landishuta, ubi adhuc ſtatua ejus exſtet, in Volfeſteinia arce pecuniam illam decoxiſſe cum uxore molitoris cujusdam Margaretha, a qua adhuc nomen eſt Molendino.

Otto Elector Brandep. titulo contentus, Marchiam Brandep. Carolo IV. vendit.

Querela Ludovici Barbati.

§. III. Ac queſtum poſtea Ludovicum Barbatum Ingolſtadienſem in literis ad Sigismundum Imp. agnato ſuo Ottoni in venditione ſtrophis Caroli decepto, ne funium quidem campanariorum totius pro-

(w) Lib. VII. Annal. cap. præced. modo citato cap. 20. §. 11. p. 756.
(x) Pag. 135. 141. & 146.
(y) Urbis Miſnæ lib. II. p. 52.
(z) In Geneal. Anhaldina lib. III. c. 3. fol. 57.
(a) Annal. Bojorum lib. VII. c. 21. §. 1. p. 760.
(b) Gen. Anhald. lib. III. c. 4. fol. 58.
(c) Pag. 368.
(d) Annalium Bojor. lib. VII. c. 21. §. 13. p. 761.

provinciæ pretium fuiſſe exolutum. Idem Aventinus (e) Ottonem anno 1376. Tritemius (f) vero 1319. ſine liberis obiiſſe ſcribit.

CAPUT XXV.

De

Carolo IV. ingrediente Marchiam, quam Imp. Sigismundus vendidit.

§. I.

Carolus Marchiam occupatam juramento ſ. homagio ſibi obſtringit.

ANno 1373. prid. Non. VII b. Carolus cum tribus filiis Venceslao, Sigismundo & Johanne poſtea Gorlicenſium Duce Marchiam ingreſſus eam occupavit, incolas juramento in fidem ſuam adegit, pacem regioni reſtituit, & in veteri Marchia Angermundæ ad oſtium Angræ ſeu Tanagræ fluminis, qua ſcilicet in Albim id effunditur, ſedem fixit, ubi anno tertio poſt arcem reædificavit & templum in ea condidit, in quo ad noſtra usque tempora durat inſigne ſacellum, quod Caroli vocant, ab eo juxta formam ſacelli D. Venceslai in arce Pragenſe, cujus idem Carolus autor fuit, conſtructum & gemmis ornatum.

Sacellum Caroli gemmis ornatum.

Marchiam Bohemiæ propriam addicit, ejus alienationem ſeveriſſime interdicit, hinc inde oppignoratur,

§. II. Marchiam emptam Regibus Bohemiæ propriam dicavit autoritate Cæſarea, & alienationem ejus, juris jurandi religione & infamiæ metu interdixit, ut inquit Olmucenſis. (g) Eandem poſtea teſtamento deſtinavit Sigismundo filio, qui Hungarorum rex electus, eam patrueli Jodoco Barbato Moraviæ Marchioni Johannis Henrici filio, poſtea Cæſari, hic viciſſim quadragies mille ſexagenis Bohemicis Guilielmo Landgravio Turingiæ & Marchioni Miſniæ oppingnoravit, a quo Sigismundus jam mortuo Jodoco Romanorom rex iterum eam redemit, & mox quadringentis millibus aureorum vendidit Friderico quinto, Noribergenſium Burggrafio, vicario prius in Marchia ſuo, cujus abnepotes Joachimus II. Elector & Johannes M. Brandep. hodieque eam tenent.

venditur Friderico V Noriberg. Burggrafio.

De Summa pretii venditæ Marchiæ,

§. III. Ab hoc Friderico Sigismundus II. & Albertus Claudus Anhaldini pro jure ſuo, quod in Marchia haberent, ſexaginta tantum millia aureorum accepiſſe dicuntur.

CAPUT XXVI.

De

Luſatia Bohemis ſe tradente.

§. I.

SEd nos ad inſtitutum, unde digreſſi ſumus longius, revertamur. Superior itaque Luſatia a temporibus Ottonis Pii paruit Marchionibus Brandeburgenſibus e veteri ſtirpe Aſcania, quorum ultimus Voldemarus (inquit Peucerus (h)) in bello Danico contra ὁμώνυμον regem, ut Saxonum Annales (i) referunt, ſato ſunctus ſobolem maſculam nullam, ſed longi ac difficilis belli ſemina reliquit.

Voldemarus ultimus e ſtirpe Aſcania Luſatiæ ſuperioris Dominus,

§. II. Cujus belli periculis implicata Luſatia etiam, quanquam remotior, quod a nemine defenderetur, & Marchia alternante belli ſortuna, nunc Bavaros, mox alios ceu ſortiretur ex victoria præſides repetentibus eam veteribus dominis, Bohemis ſeſe tradidit, regnante ſcilicet Johanne cœco, Comite Lucepurgenſe. Sic Peucerus. (k)

diuturni belli ſemina relinquens, variis paſſim parens, tandem Bohemis ſe tradit.

§. III. Aſtipulatur incorporatio, qua ducatus Poloniæ ſive Sileſiæ cum Budiſſinenſi & Gorlicenſi Marchiis regno Bohemiæ in perpetuum conjunxit Carolus IV. in qua hæc ſane leguntur verba. Aliquando tamen marchionibus prædictis (Brandepurgenſibus) absque ſexus maſculini hæredibus decedentibus ab hac vita nobiles milites, clientes, cives & univerſi incolæ marchiæ Budiſſinenſis & Gorlicenſis præſatæ, animadverſione debita, recognoſcentes, qualiter ad coronam & regnum Bohemiæ tanquam ad immediatum & naturalem dominum dudum pertinuerant, ad ſubjectionem & obedientiam illuſtris Johannis quondam Bohemiæ regis, genitoris noſtri, tanquam ordinarium, legitimum & naturalem Dominum ſuum & ad coronam regni Bohemiæ, de cujus gremio dudum conſtituerant, ut præfertur, deliberatione non improvida redierunt. Hactenus incorporatio. (l)

Ejus incorporatio.

§. IV. Annotavit & quidam Budiſſinenſium Conſul deſinente marchionum ſtirpe, Luſatios ſuperiores ſponte ſua regno Bohemiæ rurſum ſeſe ſubjeciſſe.

Subjectionis hujus Budiſſinenſium Conſul meminit.

Cap.

(e) Ead. lib. VII. Annalium Boj. c. 21. §. 13. p. 762. Ottonem unum annum duntaxat fratri Stephano (qui anno 1375. mortuus erat,) ſuperſtitem fuiſſe ſcribit.

(f) In Chronico Hirſaugienſi ſub anno Wignandi Abbatis 34. Tom. II. p. 274.

(g) Hiſtoriæ Boh. lib. 22. p. 184. lin. 24. ſeq.

(h) Chronic. lib. V. p. 600.

(i) Pag. 339.

(k) Lib. V. Chronic. p. 571. conf. Albini Meißn. Chrooic. p. 507. Sagittarii Hiſt. Luſat. §. 45. & 46. Groſſerus Part. I. p. 64. Chronicon Laubanenſe Wiſneri fol 162. ſeqq.

(l) Vide eam Comment. lib. VI, c. 16.

CAPUT XXVII.

De

Quibusdam Cœnobii Gorlicenſis Inſcriptionibus.

§. I.

Summa Capitis.

COronidem libro huic imponent inſcriptiones quædam Cœnobii noſtri, quod D. Franciſco ſacrum fuit, quarum hæc ſunt verba.

Conventus Gorlicenſis fundatus 1234. Nobiles Wirſinge.

§. II. Anno D. 1234. Conventus Gorlicenſis fuit fundatus per Marchionem Brandepurgenſem & Luſatienſem ante oppidum, & nobiles dicti Wirſinge dederunt fratribus allodium ſuum pro area.

Ecclefia fratrum minorum Gorlicii conſecrata, 1245.

§. III. Anno D. 1245. 12. Cal. VIIbr. conſecrata eſt Eccleſia fratrum minorum in Goerliz per dominum Conradum (hujus nominis primum cujus tertio & quarto libro (m) meminimus,) Epiſcopum Miſnenſem in honorem Mariæ ſemper Virginis (Cnemiander (n) S. Mariam majorem Romanam nominat) & S. Franciſci, qui reverendus pater præfatus anniverſarium dedicationis Eccleſiæ ejuſdem, dominica proxima poſt feſtum aſſumptionis Mariæ ſingulis annis venerari inſtituit.

in honorem Mariæ S. V. & S. Franciſci.

§. IV. His ſi fidem habemus, jam tum ante Ottogarum II. (qui anno demum 1254 regnare cœpit) Luſatiam ſub ditione Brandepurgia fuiſſe oportet. Fuit autem hic conventus primus inter undecim loca Fratrum, quæ vocant Octava cuſtodiæ pertinentis ad provinciam Saxoniæ, videlicet cuſtodiæ aurei montis. h. e. Goltbergæ, ut ibidem alia inſcriptio teſtatur.

Conventus primus.

§. V. Quin & longius ante Ottogari tempora anno 1218. per marchionem quendam Brandepurgenſem & Luſatienſem conventus diſcalceatorum Budiſſinenſium in honore S. Mariæ fundatus eſt, nobilibus quibusdam areas ædium ſuarum fratribus pro loco Cœnobii concedentibus, ut Cnemiander annotavit. Inſcriptio monaſterii ſic habet: An. D. MCCXVIII. receptus eſt locus & conventus fratrum minorum, M. CCXXV. die Dominica infra octavas, nativitatis Mariæ Virginis glorioſæ conſecrata eſt Eccleſia fratrum minorum in Budiſſin.

Conventus diſcalceatorum Budiſſinenſ. fundatus 1218. Teſte monaſterii inſcriptione.

§. VI. Sed conciliari fortaſſe poterunt hæc & alia, ubi prodierit libellus de veteribus Marchionibus Brandepurgenſibus & tota Marchia, cujus ſpem fecit Hiſtoriarum ſtudioſus Wolfgangus Juſtus, (o) Doctor medicus & profeſſor Francoſordianus.

De veteribus Marchionibus Brandepurgenſibus & tota Marchia, Libellus D. Wolfgangi Juſti.

CAPUT XXVIII.

De

Nova Schola Auguſta Gorlicii aperta.

§. I.

Gorlicenſe Gymnaſium Auguſtum apertum 1565.

COeterum in Gorlicenſi Monaſterio a Chriſto ſervatore nato anno 1565. Junii 22. Dei Opt. Max. & Invictiſſ. Imper. Divi Maximiliani II. auſpiciis, ſtudio vero, cura, ſollicitudine & ſumptibus incluti Senatus Gorlicenſis, aperta eſt nova ſchola Auguſta, primo Rectore & piæ doctrinæ ac artium liberalium profeſſore Petro Vincentio Vratislavienſe V. CL. ex academia Witebergenſe accerſito. (p)

Cujus primus Rector Petrus Vincentius.

§. II. Ejus collegæ fuere M. Laurentius Ludovicus Leoburgenſis, M. Sebaſtianus Rosletus Venſidelius, præceptor meus, qui præcedentibus aliquot annis ludum literarium ejusdem urbis rexerat, cui anno 1566. M. Balthaſar Waltherus Vratislavienſis succesſit: Georgius Florſchüz Vratislavienſis & Johannes Biberus Gorlicius, cujus extant nomenclaturæ: quorum illi anno 1567. in academiam Vitebergenſem redeundi M. Fabianus Cloſius Freiſtadienſis, huic ad Verbi divini miniſterium vocato Bartholomæus Andreades Svidnicenſis ſuffectus eſt, cum cæteris Synergis.

Collegæ cæteri.

§. III. Hoc anno vertente 1569. decedente Vincentio (in patriam enim commigravit, factus ibi ſcholæ Eliſabethanæ profeſſor & cæterarum inſpector) gubernacula Gymnaſii 21. Octobris tradita ſunt M. Joachimo Meiſtero Gorlicio, Gottingenſis antea ſcholæ rectori & Laurentio Ludovico ceu duumviris exæquata utriusque poteſtate, Andreadæ Martinus Mylius Gorlicius, a quo nomenclaturæ Biberianæ recognitæ ſunt & auctæ, succesſit. Quod ut ipſis & univerſæ patriæ feliciter cedat, faxit Deus.

Vincentius primus Rector moritur 1569. cui ſuccedit M. Joach. Meiſterus, Gorlicius & Laurentius Ludovicus, duumviri æqua poteſtate. Andreadæ ſufficitur Martinus Mylius, Gorlicius.

§. IV. Ac de Brandepurgenſium quidem dominatu hæc nobis ſcripta ſunto. Deinceps de Bohemorum imperio proſequimur.

Hæc de Brandep. dominatu. Nunc de Boh. Imperio.

Mar-

(m) Capitibus diverſis v. g. lib. c. 40. §. 2. conf. Groſſerum Part. III. p. 71.
(n) In Chronico Laubanenſi MSC.
(o) In Deſcriptione urbis Francof. c. 2. p. 4.
(p) Vid. Groſſerum Part. III. p. 71. it. Part. IV. c. 3. p. 120. ſeqq Mylii Annales Manlium Tomi hujus Scriptorum Luſat. I. Parte altera ſequentes, nec non Chriſtiani Weiſii orationem de Ortu & Progreſſu Scholarum per Luſatiam ſuperiorem, atque Chriſtiani Funccii Tractatum de ortu Gymnaſii Gorlicenſis.

LIBRI QUINTI LUSATIÆ FINIS:

Marchiones & Electores Brandenburgici
ante Albertum Urſum, ex Brotuſi Genealogia Anhaldina lib. 2, fol. 34.

1. Johannes Comes Stadenſis & Hertzfeldenſis ab Henrico 1. Aucupe Cæſare anno 928. cum præſidio Brandeburgo præfectus.

2. Henricus Calvus Comes Stad. & Hertzfeldenſis.

3. Henricus pius Calvi F. antea Canonicus Hildesheimenſis.

4. Theodoricus Henrici Pii F. Hermanni de Billengen Ducis Sax. & Lunep. nepos coætaneus Ottoni III. Imp. fit primus Elector Anno 996. Interfuit Electioni S. Henrici II. claudi Pabeperg. Imper. Poſtea a Miſtobojo Venedorum principe Brandeburgo pulſus, factus eſt Canon. Magdepurg.

5. Sigefridus primo Com. Stad. poſtea in Marchiam Brandeburg ſucceſſit fratri Theodor. Elect. II reſidet in Landsb. uxor filia Rodolphi Svevi Cæſ. Marſep. ſepulti, educavit Vipertum Groicenſem.

6. UDO I. Sigefridi F. Elector III reſidet Landsp.

Luderus ſeu Lotharius.

7. UDO. II. primi f. Elect IV. Recepit a Venedis Brandepurgum Luſatiorum Saxonum ope anno 1100. quidam non Vdonis I. ſed Miſtoboi Venedi filium faciunt.

Henricus non diu ſuperſtes.

8. Rodolphus I Vdonis II frater ſucceſſor NB. Comes in Staden, Hertzfeld & Francken Leve Elector V. ejus filii.

Rudolphus II. NB. altimus Stad. occiſus in Ditmarſia ſine lib.

Hartvigus antiſtes Bremenſis, a quo Comitatus Stadenſis ad Archiepiſcopatu revocatus eſt.

VI. Elector fuit Conradus Comes vel Dominus in Glotzke an der Maches apud Berenburgum, cujus reſidentia Landesbergum an der Spräh. Interfectus telo in itinere Italico Lotharii Imp. ſine hæredibus 1130. Sed Chronic. Marſeb & Index Geneal Anhald. habent 1133. & Supplementum Genealog. Anhaldinæ. De Primiſlao Peucerus Chronic. Carionis in Lothario p. 214 6. lib. 4. vel ſecundum noſtram Edit. qua uſi ſumus, nempe Wittebergenſ. f. an. 1572. p. 442.

9. Primiſlaus, Buthuæ F Vdonis nepos, Miſtoboii pronepos, marchio Brandepurg. idemque ultimus Venedorum Rex, a Lothario Imp. poſt baptiſmum Henricus dictus & Romano imperio ſubditus fuit. Uxor Petriſſa, ex qua cum hæredes non ſuſcepiſſet, adoptavit Albertum Urſum compatrem, ſeu cujus F. Ottonem de fonte baptiſmatis ſuſceperat. Brandepurgi in anno 1103, ut conſtanter habet Brotuſus etiam in Chron. Marſepurg. & Supplementum Gen. Anhald. de Primiſlao Peucerus Chron. Carion. in Lothario p. 214 b. lib. 4. vel ſecundum noſtram Editionem, qua uſi ſumus, nempe Wittebergenſ. f. an. 1572. p. 442.

 Genea-

Otto dives & Magnus, Erici Filius, Marchio in Soltvedel, Comes Aſcaniæ Ballenſteti & in Wolpe, Dominus Bernburgi. †. 1117. vel ſecundum alios 1123.

ALBERTUS I. pulcher & Vrſus (de ratione cognominis Gen. Anhaldina pag. 29.) Marchio Brand. X. (alibi male IX) Elector VII (alibi male VI.) poſt obitum patris Ottonis de vetere Marchia Soltvedelenſe a *Cunrado III.* Imp. ao. 1140. (qvo imperare cœpit *Cunradus*) ab eodem de Electoratu & Marchia Brandeb. inveſtitus ao. 1142. Quedlinburgi ubi antea mortuo *Cunrado* Plocenſi VI. Electore a Lothario de iisdem fuit inveſtitus, & in poſſeſſionem introductus ut Crantius Lib. VI. cap. 18. A *Frider. I.* feudum Electoratus & Marchiæ accepit 1152. (quo cœpit imperare) Marſepurgi in comitiis, quæ prima ibi celebravit. Prima uxor Sophia Comitiſſa Rineghenſis, ex qua natæ filii 4. & una filia. Altera Adelheidis *Cunradi I.* March. Miſniæ & Luſatiæ, filia, de qua Lib. IV. Luſ. † Urſus 1189. ſepultus Ballenſteti.

Sigefridus præſul Brandeburg. poſtea Antiſtes Bremenſis. Comitatum veterem Staden. Archiepiſcopæ attulit.

Otto I. NB. Elector VIII. fundavit Lenibum cœnobium 1180. Uxor Agnes Duciſſa Sax.

Bernhardus ſenior, ſic appellatus in memoriam *S. Bernhardi*, qui patri *Alberto* familiaris fuit, comes Aſcaniæ, Ballenſteti, auf dem Hartze & Dominus Bernburgi. Poſtea Elector & Dux Saxon. Angariæ & Weſtphaliæ, poſt depoſitum *Henricum* a *Frider. I.* 1169. inveſtitus, qui primus Vitebergæ reſedit. Conditor ſtirpis 13. vel 14 Electorum ac Ducum Sax. Weſtph. Engern. (*Fabricius* 8. tantum habet) Filios habuit *Albertum* Elect. & Ducem Saxon & *Henricum I.* principem Anhalt a *Friderico I* creatum. *Fabricius* tamen *Bernhardum* in conventu Wirciburgico ao. 1180. ab Imp. *Frider. I* Barbaroſſa Ducem Saxoniæ pronunciatum ſcribit Eundem annum etiam narratio *Philippi Melanth.* turribus Vitebergenſibus impoſita. Eodem *Aventinus* Leonem proſcriptum, & Bavaria Saxoniaque pulſum ſcribit.

Henricus præpoſitus Magdeb. *Hedvigis* Uxor *Ottonis* divitis Marchio. Miſnenſ qui fundavit Cellam Miſniæ.

Otto II. NB. Elector IX. †. 1206 3. non Julii ἄτεκνος ſepultus Lenibi. Uxor Comitiſſa Aſcaniæ & Ballenſteti.

Albertus II. NB. ſucceſſit fratri Elect. X. †. 1221. gubernationis 18. ſep. Lenini. Uxor Mechtilidis filia Marchionis Luſatiæ (cujus non exprimit *Broſuſus*) quæ †. 1232. vel ut alii 55.

Henricus Marchio Soltvedelenſis †. ſine hæredibus 1192. cum ante quadriennium factus eſſet Canonicus Stendeli ad D. Nicolai, quod ſummum fundaverat circa annum 1188. Fundavit & Canonicos regulares ibidem & templum D. Stephani Tangermundæ, ubi reſedit, unde dictus Marchio Tangermundanus coætaneus Barbaroſſæ Imperatoris.

Mechtildis nup[...] in ordine Brunc[...] gi Rom. ejus [...] nepoti *Henrici* [...] Elect. Saxon.

Johannes I. Elec[...] liatur *Alberto* L[...] ring. contra fil[...] Luſatiam inſer[...] Chorinum co[...] 1266. prid. [...] Uxor prima *Ja*[...] *mari* Dani filia, [...] Dania ao. 124[...] fecta fuit ad [...] dos fratres *S.* [...] Abelum. Secun[...] filia *Alberti* Sax[...] ſui prius *Frid* [...] ſponſa.

Hedvigis nup[...] March. Miſn. L[...] deſp. qui fund[...] in Miſnia, & p[...] tulit eo, ubi n[...] bergam condi[...] & Eiſenberg [...]

Otto (Crom. [...] *IV.*) pius der [...] non Elector, [...] *Johanne* anno [...] habuit commu[...] bellum Miſnie[...] rum ditionem [...] viſerunt. *Otto* [...] deburgum ceſſit [...] a *Gunthero* [...] inſtinctu *Lud*[...] ſtadenſis. *Her*[...] lem ohne Lan[...] 1267. Uxor [...] acri Reg. Boh[...]

Beatrix nupt[...] Landgr. Turi[...] ſiæ. filio *Ludo*[...] ſabetha.

…pta *Ottoni I.* …vicenſi, Re… …ominis IV. …i Ducis & …

…ect. XI. auxi… …Landgr. Tu… …ios. Vaſtat …ie. Fundavit …cœnobium †. …son. April. …*Jutta Volde*… …ſia, quæ †. in …248. quo pro… …ad reconcilian… …*Ericum* & …unda *Sophia*, …Saxon. Agnati *Frider. II.* de…

…nupta *Ottoni* …ſu. Luſat & Lan… …fundavit Cellam …& portam trans… …nunc eſt. Fri… …condidit, Lipſiam …g munit.

…eſt III. *Juſto* …der gütige NB. …tor, cum fratre annos 40. aulam …manem. Poſt …cum & filio… …æqualiter di… *Ottoni* Neo-Bran… …it &c. Captus …Magdepurgio *Ludolphi* Halber… *Henricum* exn… …und vicit †. …*Beatrix* Odo… …Boiem. filia.

…nupta *Hermanno* …Turingiæ & Haſ… …*Ludovici VI.* & Eli…

Johannes II. Elector XII. †. 1281. ſine hæred. regnavit 15. ann. poſt obitum patris. Ux. *Hedvig. I.* Harburg filia *Nicolai* Princ. in Werlaon & Venedorum.

Cunradus I. Elect. XIV. † 1304. ſep. Chorini. Ux. prima *Conſtantia Primislai I.* Ducis Polon. ex qua nullos liberos Secunda Sophia Dania ex qua filios S. Tertia nobilis a Sondan ex qua filii tres.

Otto cum telo mit dem Pfeil NB. Elector XIII. (Im Stamm-Baum dicitur factus Elector poſt *Cunrad. I.* ſicut & pag. 42. b) Anno 1258. captus ab Antiſt. Magdeb. ao. 1280. Sagitta ictus. †. ſine hæredibus. Bernvvaldi, 1308. regiminis 30. ſep. Chorini. Ux. *Eliſcha, Johannis* Comitis Holſteinenſ. filia.

Ericus Antiſtes Magdeb. Elect. 1283.

Helena compoſito bello Miſn. ſecunda uxor *Tiſſemanni.*

Albertus ex ſecunda uxore †. ἄπαις 1287. ex eadem

Mechtildis Regi Dan. &

Agnes Boleslao Barnimi Vened. Ducis filio nuptæ,

Johannes NB. dictus de Praga †. in torneamento Marſepurgi 1267. ſep. Lenihi.

Albertus III. NB Ux. *Mechtildis* ex qua filii 3. non diu ſuperſtites, Soldini ſepult. & 2. filiæ.

Otto longus I. magnus NB. reſedit Neobrandenb. ubi aulam monachis prædic. dedit ao. 1286.

Cunegundis ux. Beli Regis Hung.

Mechtildis ux. Barnimi Ducis Stetini.

Otto parvus NB. ux. *Hedvigis* filia *Rodolph.* Habſpurg. reſedit Starogardi, factus templarius, & poſtea Monachus Ciſtercienſis, & Subdiaconus Lenihi, ubi & †. 1304. ἄπαις & ſepultus.

Johannes III. Elect. XV. †. ἄπαις 1305. Uxor filia Comitis a Catzenellenb. in Haſſia.

Cunradus II. Marianus Teutonicus in Boruſſia. †. 1283.

Otto templarius †. 1308. Templini.

Henricus exul, reſedit Landsbergi, Hunc ſi numeres Elect. XVII. complebitur numerus in Geneal. Anhald.

Voldemarus I. der erleuchte Marggraff, und der Pilaram Elect. XVI. Hunc *Brotuſus* ipſe videtur vocare ult. G. A. L. II cap. … Luſatiam inſer. *Friderico* Admorſo extorſit 1317. †. 1320. ohne Lehnes-Erben, ſep. Chorini.

Hermannus Præſul Havelburgenſis.

Fridericus non diu ſuperſtes.

Agnes Duci Brunſvic. *Alberti* Goting. filio & *Gertrud.* *Friderico* Burggravio Noriberg. & hoc mortuo *Ordolpho* Duci Saxon. nuptæ.

Otto NB. Altimagiſter Pruſſiæ.

Albertus, Ux. Comitiſſa Aſcaniæ.

Hermannus Elect. XX. ſucceſſit *Johanni IV.* †. 1308. (ergo ante *Voldemarus I.* & *II.* & eodem quo *Otto* cum telo) ſep. Lenihi. Uxor *Anna* filia *Alberti I.* Auſtriæ Cæſ.

Beatrix nupta Duci Polon. *Boleslao. I.* Furſtenbergenſi

Agnes ux. Ducis *Uratisl. Henrici* probi, Crom p. 260.

Cunegundis innupta

Jutta prima ux. *Rodolph. I.* Elect. Sax. patris

Venceslai quæ †. 1328. 9. Maj. ſep. Vtdeberg. apud Diſcalceatos.

Voldemarus II. Elector XVIII. (alibi XVII. etiam XVI.) †. ſine hæredibus 1322. regiminis anno 1. ſep. *Primislavia.*

Johannes IV. Elect. XIX. ſucceſſit fratri ἄπαις ſep. *Primislavia.* Ux. Duciſſa Glogoviæ majoris. Huic ſucceſſit *Hermannus.*

Helena, Magno Brunovicenſi *Henrici* mirabilis filio nupta.

Catharina nupta *Henrico* Brunovicenſi, Embecenſi & Grubenhagenſi, Magni fratri.

Johannes V. Illuſtris NB. Elector XXI. & ultimus † 1308. vel 1312. ætat. 16. ſep. Lenihi ſine hæred. Huic anno 1329 ſucceſſit *Ludovici* Bavari Imp. filius *Ludovicus* Romanus (imo *Ludovicus* ſenior Romani frater, *Peucerus* & *Aventinus.*)

Agnes nupta *Voldemaro* primo diſpenſatione *Pontificis.*

Mechtildis nupta Duci Glogoviæ majoris. *Brigitta* Uxor *Bertholdi* Comitis Hennebergenſ.

Marchiones Brandepurgenſes primi ex Peuceri Chronico Carionis.

1. *Sigfridus* præfectus ab *Henrico* Aucupe, qui uxorem habebat *Mechtildim* ſororem *Sigefridi*. *ἄπαις*.
2. *Gereo* comes Stadenſis, primus Luſatiæ Marchio ab *Ottone* primo creatus, ob quam cauſam *Tanquardus* frater bellum *Ottoni* intulit.
3. *Brunnico*, cujus ſepulchrum extat Brandepurgi in monte Harlungorum. Hujus filii

Memfridus,	*Hermannus*,	*Hugo* qui *Ottonem III.* ſervavit Romæ in ſeditione, poſtea mortuus *Piſtorii* 1001. ſep. Florentiæ.	*Sighardus* — *Theodoricus* temp. *Henrici II.* Marchiam amiſit.

Udo comes Soltvvedelenſis recuperavit Marchiam Brandepurg auxiliis *Conradi III.* Imp. & Archiepiſcopi Magdeburg. Hoc nati

Udo II.	*Rodolphus*
Henricus	*Otto*

Ultimi ex hac familia Marchiam Brandeburgenſem tenuerunt.

Series vetuſtisſimorum Marchionum Brandepurgenſium ex Wolfg. Juſto.

1. *Gereo*
2. *Brunito*
3. *Segebardus*
4. *Meufridus*
5. *Hermannus*

(1–5:) Sepulti Brandepurgi.

(5:) Primus ejus nominis. Nam *Hermannum*, *Ottonis* Longi filium ex familia *Anhaldina* facit ſecundum.

6. *Hugo*
7. *Theodoricus* primus Elector *Miſtovio* a *Venedo* pulſus.

CHRI-

CHRISTOPHORI MANLII
LUSATIÆ
LIBER SEXTUS,

Summa libri,

QUo ſtylum convertit ad Johannem & hunc ſecutos Bohemiæ Reges, qui utramque Luſatiam conjunctam tenuerunt, exponens inſimul ea, quæ iſtis temporibus contigere & notari merentur.

CAPUT I.

De

Wenceslao III. Bohemiæ Rege.

§. I.

De Ereptione Luſatiæ inferioris & receptione ſuperioris, ſub Imperio Johannis Lucempurgici ſupra ad finem lib. 4. .. 5ti.

QUando Luſatiam inferiorem Marchionibus Miſnenſibus bello eripuerint Bohemi, quomodo iidem ſuperiorem quoque defenſione Marchionum Brandeburgenſium deſtitutam receperint, Johanne primo coeco Lucempurgico apud eos regno potiente, in 4ti (a) & 5ti (b) librorum calcibus explicatum eſt.

Continuatio Regum Bohem. ab Ottocaro II. usque ad Johannem.

§. II. Ipſe igitur rerum ordo poſtulat, ut nunc porro ad Johannem & hunc ſecutos Bohemiæ reges, qui utramque Luſatiam hactenus conjunctam tenuerunt, ſtylum noſtrum convertamus. Quod ut commodius fiat, ſerjem regum ab Ottogaro 2. a quo Luſatiam ſuperiorem Brandepurgenſes (c) acceperant, ad Johannem usque breviſſime continuabimus.

S. Wenceslaus Bohem. Rex VI.

§. III. De Ottogari itaque filio S. Wenceslao II. Seniore, ſexto Bohemorum rege, lib. 3. (d) pertractatum eſt. Ei anno ætatis trigeſimo 5to, ſecus atque ſcribit Æneas, (e) Chriſti vero 1305. Junii 23. ex tabe mortuo ſucceſſit filius Wenceslaus III. Junior, Rex ſeptimus, ſedecim annorum adoleſcens, ab Hungaris quoque ante triennium expetitus & coronatus, qui poſt celebratas cum Viola Teſnienſis Ducis filia nuptias, eodem illo, quo ſuſceperat, anno proximo videlicet poſt obitum patris, regnum cum vita amiſit Olomucii Auguſti 4. (Aventinus lib. VII. c. 14. p. 705. 27. Aug. 1306.) cum meridiano tempore extra cubiculum ſolus per conclave ambularet, tribus lethalibus vulneribus confoſſus, Baronibus quibusdam Bohemis procurantibus, ut inquit Siffridus. (f) Fabricius (g) percuſſorem Johannem Botelſteinium nominat: Æneas (h) in Cunradum quendam equitem Turingum, alii in cubicularium ſuſpicionem derivant.

ex tabe moritur 1305. Succeſſor. Wenceslaus III. fit Rex B. VII. Hungariæ quoque Rex coronatur, nuptias celebrat cum Viola, per inſidias confoſſus perit. De percuſſore Wenceslai variant Auctores.

Exitus Finis regiæ ſtirpis & Ducum Bohemorum in hoc Wenceslao.

§. IV. Atque in hoc Wenceslao ſtirps regum & Ducum Bohemorum, cujus conditor fuerat Primislaus ruſticus, Luboſſæ Crocci filiæ maritus, primus Bohemiæ Dux, defecit. (i)

CAPUT II.

De

Rudolpho Miti, Bohemiæ Rege ejusque morte.

§. I.

Henricus Carinthiæ Dux, a Bohemis rex eligitur. Cujus uxor Anna Wenceslai III. Soror.

BOhemi itaque inconſulto Imperatore, ad quem collatio regni pertinet, ad Henricum Carinthiæ Ducem, cum quo nupta erat Anna, Wenceslai III Junioris ſoror natu major, ex Jutta Rodolphi Habspurgii filia genita, regnum detulerunt.

Ab Alberto I. Auſtriaco regno pellitur, & Rudolphus Auſtriæ Dux,

§. II, Sed eum ſtatim Albertus I. Auſtriacus Cæſar armis expulit, & Rudolphum mitem, filium ſuum primogenitum, Auſtriæ

(a) Capit. 34.
(b) Capit. 26.
(c) De quo ſupra lib. III. c. 43. plura enarrantur.
(d) Capit. 45.
(e) Hiſt. Boh. cap. 28. & 29. p. 137.
(f) In Epitome lib. II. ſub anno 1306. p. 181.
(g) In Annalibus Urbis Miſnæ ſub anno 1312. p. 48.
(h) Hiſt. Boh. cap. 29. p. 137.
(i) Conf. ſupra lib. III. c. 48. & nota ſub lit. n. conf. Groſſerum Part. I. p. 57. & 58. & Carpzovium in Analectis Faſt. Zittav. Part. II. c. 1. p. 4. p. 174.

Boh. rex datur 1306. Rixa ſ. Eliſabetha uxor Rudolphi.

ſtriæ Ducem, cum Rixa ſ. Eliſabetha, Wenceslai II. Senioris Regis filia altera relicta, matrimonio conjunxit, & regem eis dedit anno 1306.

Vidua Caliſia, Primislai Regis Pol. filia qui Rex de Calis dictus.

§. III. Viduam Peucerus Calliſiam (k) vocat: Filia enim fuit Primislai Regis Poloniæ, quem Regem de Calis vocat Siffridus, (l) & propter eam Caliſienſe & Cracovienſe regna ſubjugaſſe ſibi Wenceslaum ſeniorem ſcribit.

Rudolphus absque liberis obiit, de genere mortis variant autores.

§. IV. Rudolphus cum unum duntaxat annum magna Bohemorum ſpe regnaſſet, absque liberis deceſſit Julii 3. anno 1307. De genere mortis variant ſcriptores. Olomucenſis (m) enim dyſenteria in obſidione Zvicovæ arcis, Æneas (n) ſubitaneo morbo, Münſterus (o) veneno extinctum, Peucerus (p) in cubili fraude obtruncatum ſcribit.

CAPUT III.

De *Johanne Lucenburgio, Rege Bohemiæ creato.*

§. I.

Henricus fruſtra revocatus mox iterum removetur. Johanne Lucempurgio Rege electo Cujus uxor Eliſabetha Wenceslai II. altera Soror.

PRoceres igitur fruſtra pro fratre ejus Friderico pulchro Auſtriaco, poſtea Imperatore electo, nitentibus Pragenſibus & patre Alberto Cæſare Henricum revocarunt: eujus tamen intra triennium peroſi mores ab Alberti Succeſſore Henrico VII. Imperatore Comite Lucempurgio Johannem filium (q) Eliſabethæ alterius Wenceslai II. ſororis maritum, Regem ſibi impetrarunt.

Johannes mox nonus, mox decimus, quod verius, Rex numeratur.

§. II. Eum ſunt, qui nonum numerant Bohemiæ Regem, omiſſo ſcilicet Henrico Carinthio. Alii tamen, plerique omnes, decimum faciunt.

Cum uxore coronatur. 1311.

§. III. Coronatus eſt autem cum uxore anno 1311 die purificationis divæ Virginis, manibus Petri Antiſtitis Moguntini, ſuffragantibus ei Johanne Pragenſe & Petro Lomvicio Olomucenſe, Præſulibus Suntque ab electione Rodolphi Habspurgenſis Cæſaris usque ad coronationem Johannis Lucempurgii anni 38. Nec multo longiori temporis ſpatio Luſatiam ſuperiorem poſſederunt Brandepurgenſes.

Repetitio proteſtationis Autoris.

§. IV. Sed antequam hiſtoriam Johannis inchoem, repeto id, de quo ſupra in Vratislao primo Rege (r) proteſtatus ſum, licet per Reges atque principes hiſtoriam ducam, tamen non tam vitas regum ipſorum atque principum, quam quæ in Luſatia vel ipſi geſſere, vel regnantibus illis geſta ſunt, a me expectanda. Quare eos, qui integras Regum Bohemorum res geſtas plene cognoſcere cupiunt, ad Coſmam, Æneam Sylvium, Hagecum & Olomucenſem (s) remitto.

Autores vel ſcriptores de rebus geſtis Regum Bohemorum.

CAPUT IV.

De *Ingenti in agro Luſatorum frumenti penuria, & indiciis hanc calamitatem præſignificantibus.*

§. I.

Gorlicii magna frumenti penuria, fames,

ANno 1316. tanta fuit frumenti penuria, ut Gorlicii homines tenuiores ex meſpilis, nec non corticibus, ſive, (quod vero propius eſt) ἐκ τῶν ἀκρίδων tiliarum, (Linden-Knoſpen,) panes pinſerent. Veniit autem modius ſiliginis ſeu olyræ 30. groſſis Bohemicis, quod pretium tunc apparet fuiſſe ingens.

annona caritas.

Ob triennalem famem parentes liberos, alii cadavera &c. comedunt.

§. II. Chronicon Ducum Sileſiæ refert, cœpiſſe famem anno 1315. duraſſeque in Polonia & Sileſia in tertium annum, adeo, ut parentes a propriis filiis, reliqui a cadaveribus & immundis cibis non abſtinerent.

Diterici Engelhuſii Chronodiſtichon.

§. III. Eundem annum Ditericus Engelhuſius notavit extrema dictione hujus verſus:

Ut

(k) Cbronic. lib. V. p. 564.
(l) Epitom. lib. II. p. 176.
(m) Hiſt. Boh. lib. 19. lin. 40. p. 156.
(n) Hiſt. Boh. cap. 30. p. 138.
(o) Coſmographiæ lib. III. pag. 1174. ibi enim præmatura eum morte obiiſſe ſcribit.
(p) Chronic. lib. V. p. 563. conf. Groſſerum Part. I. p. 58. & Carpzovium in Anal. F. Z. Part. II. c. 1. §. 5. p. 174.
(q) Conf. Carpzovium in Anal. F. Z. P. II. cap. I. §. 6. p. 175.
(r) Libro III. Comment. cap. 14. §. 1.
(s) Autores a nobis innumeris vicibus citatos. Quæ vero Reges Bohemiæ ſequentes in Luſatia geſſerint, generatim exponit Groſſerus Memorabil. Luſat. Part. I. p. 67.--164. Quæ vero regnantibus ipſis geſta ſint Gorlicii, ſalva aliorum indagine, magno ſtudio ac labore perveſtigavit recenſuitque Vir ſua ætate clariſſimus (in Annalibus Gorlicenſibus latinis, his ipſis Scriptoribus Tomi I. Parte altera junctis) Dn. M. Martinus Mylius, quæ Zittaviæ, non ita diu perſcrutatus atque paucis multa complexus eſt noſter Carpzovius in Analect. F. Zittav. Part. II. c. I. §. 6--16. p. 175--202. Cœterarum urbium Annales prælo ſubmittendos, adhuc expectamus.

Inſcriptio Monaſterii Budiſſinenſis.

Ut lateat nullum tempus famis, ecce CUCULLUM. Inſcriptio Mooaſterii Budiſſinenſis ſic habet, Anno D. MCCCXVI, incepit tempus magnæ Chariſtiæ per mundum.

Magna peſtilitas.

§. IV. Famem, ut fit, peſtilitas conſecuta eſt magna per totum orbem terrarum, quæ in hac vicinia multos pagos colonis vacuos reddidit.

Ingens Niſſæ inundatio.

§. V. Præceſſit eodem anno Niſſi inundatio, quæ Gorlicii S. Spiritus noſocomium perrupit, pontem urbis, & multos alios convulſos abripuit, moletrinis omnibus & ædificiis, flumini propinqvis, multum nocuit, in plateam usque Niſſenſem pertigit.

Inſolens paſſim luporum ululatus.

§ VI. Luporum etiam, velut in rabiem actorum, inſolens ululatus paſſim exauditus eſt.

Johannes XXII. pontifex. novam militum regionem Luſatia inſtituit. Johannes Funccius.

§ VII. Johannes XXII. Pontifex Anno 1317. Lugduni renunciatus, antea Portuenſis Epiſcopus, novam militum religionem inſtituit in Luſatia, quorum caput fuit oppidum Sylvenſis Diœceſeos. Johannes Funccius Lib. X. (t) Commentariorum in Chronologia, ſ. vide Panvinium (u) & Balæum. (w)

CAPUT V.

De Urbe Gorlicio ad Bohemos redeunte.

§. I.

Gorlicium cum reliqua Luſatia Bohemiæ redditum & restitutum. 1329. quo Gorlicenſes in verba Johannis jurant.

JOhannis Lucemburgii tempeſtate, cum reliqua Luſatia ſuperiore (x) Gorlicium etiam regno Bohemiæ, non quidem, ut videntur velle Annales, primo ſubjectum eſt, cum a Bohemis exordia ſumſerit (y) ſua, ſed redditum quodammodo ac reſtitutum, nimirum an. 1329. quo cives in verba Johannis jurarunt.

Gorlicium penitus exuritur. 1331.

§. II. Addunt Annales, Ducem Saxoniæ eam urbem antea reſpexiſſe quadam ex obligatione, exuſtamque penitus an. tertio poſt, videlicet 1331. qui fuit ab inſtauratione illius per Sobeslaum poſt primum incendium facta, ducenteſimus præciſe, ſecunda feria Rogationum, h. e. Maj. 6. Ubi notetur, ducentorum annorum periodum bis huic urbi fuiſſe fatalem.

periodus annor. ducentorum cum die Gorlicio bis fatalis.

§. III. Nam & ab ſecundo Incendio, usque ad tertium, quo patrum memoria plus medietate urbis conflagravit Junii 12. anno 1525. totidem pene anni ſunt elapſi, nimirum 194. Suntque ea de re hi veteres leonini.

Verſus leonini de Incendio Gorlicenſi.

Anno Milleno tercenteno vice nono,
Quondam Saxonica Gorliz eſt facta Bohemia,
Perque duos annos ridens in pace quievit
Sed terno combuſta gemens incendia flevit.

docet Gorlicium olim Saxonum fuiſſe.

Sic enim legendos puto. Hæc quomodo acciderint, ex Olomucenſe (z) & aliunde paulo altius repetemus.

Henricus VII imper. veneno extinctus 1311.

§. IV. Cum Henricus VII. Lucemburgius Imperator in expeditione Italica anno 1311. Aug. 24. (Aventinus (a) die Aſſumtion: Mariæ i. e. 15. Aug.) Beneconventi Hetruriæ oppido in Agro Senenſe veneno per Monachum Prædicatorii ordinis ad Altare in ſacro calice, ſecundum Olomucenſem,

ſacro calici ad Altare admixto.

(t) Ad annum 1317.

(u) Onufr. Panvinium Vernnenſem Anno 1568. obiit. Platinam notis minime contemnendis illuſtravit & præterea vitas ſequentium Pontificum usque ad Pium V, addidit.

(w) Joh. Balæum Suffolcienſem, obiit 1558. Edidit Acta Rom. Pontificum.

(x) De ſpontanea Luſatorum ſubmiſſione conf. Sagittarii Hiſt. Luſat. §. 45. Groſſerus Part. I. p. 64. Carpzovius in Analectis F. Z. Part. II. c. 1. p. 6. p. 175. ſeqq. De Incorporatione, cujus L. c. meminit, vid. Goldaſtus Tom. I. Conſt. Imperial. p. 345. de Regno Bohemiæ lib. 2. c. 10. 15. & in Appendice p. 66. in Beylagen p. 186. ſeqq. Peucerus Junior in Idyllio x. 387. ſeqq ſupra p. 67. Heinricus Pantaleon de Viris Illuſtribus Germ. Part. 2. p. 340. Octavius de Strada de vitis Imp. lib. 3. p 365 Cuſpinianus de Cæſ. in vita Caroli IV. p. 470 Peucerus Senior Chron. lib. V Tandemique Anonymus ſic ſcribens: Von der freywilligen Ergebung meldet die Incorporatio Johannis A. 1319 welche hernach unterm Dato, Ofen am Sonntage Reminiſcere 1493. von König Wladislao iſt confirmiret worden. Es iſt auch hier nicht zu vergeſſen Königs Alberti dem Camenziſchen Kreyſe An. 1438. zu Görlitz ertheilte Verſicherung. darinnen dieſe Worte ſtehen: Weil ſie (die Camenzer) ſich an uns und unſere Cron zu Böheimb williglichen gewendet und zu uns getreten seyn Ferner zehlet auf dieſe freywillige Submiſſion auch dieſes Landes Fundamental-Geſetze die bekannte Deciſio Ferdinandi d. Anno 1544. Nicht weniger iſt merckwürdig zu leſen, was dieſer freywilligen Incorporation halber auf dem A. 1611. zu Prage gehaltenen General Land Tage vorgelaufen. Vid Protocoll dict. Comit. An. 1611. in voto Deputat. Luſatiæ ſuper. §. 19. vid. Wieſneri Chron. Lauban. fol. 165.

(y) Meiſteri, Goſtii, Frauenbergii aliorumque.

(z) Hiſtor. Boh. lib. XI. p. 88. conf. Groſſerum Part. I. p. 68.

(a) Annal. Bojor. Lib. VII. c. 15. §. 1. p. 713.

ſem, (b) propinato. (Benevenutus Imolenſis, ejus ſeculi ſcriptor, libello myſtico indicum fuiſſe in literas retulit.) Florentinorum, vel Senenſium, velut habet Chronicon Saxonum, (c) Pontificis Maximi inſidiis extinctus eſſet (id quod antea etiam Victori III, Pontifici Maximo, anno 1049. uſu venit Palmerio teſte, & patrum memoria Hadriano VI. Curæus p. 94. & 245.) Henricus Virnburgius, Colonienſium Antiſtes, Rodolphus Palatinus, Ludovici Bavari frater & Rudolphus Saxo (Fabricius (d) Albertum nominat) Electores Fridricum Auſtriacum, cognomento pulchrum, Rudolphi Habsburgii ex Filio Alberto I. Cæſare nepotem: Moguntinus vero Petrus & Treverenſis Baldulnus, frater Henrici Imperatoris, ejusdemque filius Johannes Bohemiæ Rex, una cum Volemaro, h.e. Voldemaro Brandeburgenſe Marchione, Ludovicum IV. Bavarum principem, Friderici Pulchri amitinum Cæſarem dixerunt anno 1314. die Luciæ, quanquam Luciæ habent Paralippomena Urſpergenſis. (e)

huic a quibusdam principibus Fridericus pulcher, ab aliis Ludovicus IV. Cæſar ſuffi citur,

Hinc inter hos duos bella varia & cruenta exorta,

§. V. Inde complura ac varia, eaque cruenta inter duos Cæſares conſecuta ſunt bella, Ludovicus magnam futuræ victoriæ ſpem in Johanne etiam reponebat, ſi eum in commilitium pertraxiſſet.

§. VI. Qua de re cogitanti tempeſtiva ſe offert mors Voldemari Brandepurgii, qui ſine liberis deceſſerat, vacuamque per hæc Cæſari ſucceſſionem bonorum reliquerat. Horum bonam partem Ludovicus ſe attributurum Johanni promiſit, ſi opera ejus adjutus Cæſaream dignitatem retineret.

Ludovicus Imp. Johannem promiſſis ſibi adjutorem conciliat,

§. VII. Johannes, ad belligerandum promtus, conditionem accipit, habitoque in Bohemia delectu, ad oppidum Bavariæ Muhidorffium (Fabricius Mulbergum vocat) extremæ pugnæ deſtinatum, cum copiis accedit.

qui cum copiis Mühldorffium acceſſit.

§. VIII. Eo in loco an. 1323. feſto caſtorum Angelorum, ut Aventinus habet, qui eſt dies D. Wenceslao Duci Bohem. ſacer, victus Auſtriacus, & ut idem Aventinus, (f) eumque ſecutus Matheſius narrat ab Alberto equite Stirio, ex ea familia, cui ab ore bubali inſigne eſt & nomen, captus, in poteſtatem Bavari pervenit. Cepit & Johannes Henricum, cognomento placidum, fratrem germanum Auſtriaci.

Fridericus Auſtriacus prælio victus, capitur cum fratre Henrico placido,

§. IX. Ludovicus periculi jam ſecurus, magnifici erga Johannem promiſſi immemor, Budiſſinam duntaxat, quam Marchio dudum oppignoratam tenebat, ſine pretio ei reſtituit, cæterum totam Brandeburgenſem ditionem transtulit ad filium ſuum Ludovicum, ut ſuperiore libro oſtenſum eſt.

Ludovicus non ſtans promiſſis, Budiſſinam ſaltem oppignoratam Johanni ſine pretio reſtituit.

§. X. Rex vero ſola Budiſſina non contentus, Gorlicium præterea & alia oppida in Luſatia ſuperiore, nuper a regno abalienata, ſuo milite recuperavit, moleſte quidem Cæſare ferente, ſed moleſtiam illam tamen devorante, tanquam fraudis in Regem commiſſæ ſibi conſcio.

Johannes Gorlicio & aliis Luſatiæ ſup. oppidis vi bellica potitur.

§ XI. Diris deinde per Johannem XXII Pontificem, cui antea Jacobo Bapurgio nomen fuerat, devoto Bavaro, accerſitus a Brixianis in Italiam Johannes, cum Gvelphorum factionem, pontificio nomini addictam defenderet contra Gibellinos, qui Cæſaris partes tuebantur: adeo offendit Ludovicum, ut is non quieverit prius, quam inimicos illi compararet Principes regno Bohemiæ vicinos, Fridericum Miſnenſem, cognomento gravem, Admorſi filium, & Othonem Auſtriacum.

Ludov. Bavarus a Pontifice diris devovetur. Johannes in Italia Gvelphorum partes tuetur contra Gibellinos. Frid. gravis & Otho Auſtriacus contra Johannem hoſtes excitantur.

§ XII. Otho de Carinthia filio regis Johanni Henrico litem movit, contendens, non potuiſſe Henricum Ducem illam ſine aſſenſu Cæſaris in generum per ſponſalia transferre.

Henrico Johannis filio lis movetur de ſponſaliis, ſine aſſenſu Cæſaris contractis.

§. XIII. Friderico Rex Juditham filiam nondum nubilem deſponderat, & ut more Miſnico educaretur, Dresdam miſerat. Hanc is Patri in Bohemiam remiſit, in locum ejus filia Ludovici Cæſaris Mechdildi ducta uxore.

Frid. Miſ. Judith. nondum nubilem, patri remittit. Mechtilden uxorem ducit.

§. XIV. Quæ ubi regi in Italiam ſunt nunciata, tradito filio Carolo exercitu, ipſe in Bohemiam reverſus, quantum poteſt militum adverſus Fridericum Miſnenſem, cauſa ulciſcendæ ignominiæ cogit.

Joh. ex Italia in Boh. reverſus, ultionem adverſus Frid. Miſ. molitur.

§. XV. Gorlicio tunc potiebatur Fridericus, incertum, quo titulo. Huc igitur improviſus adeſt Johannes, primoque adventu oppidum capit, non auſa multitudine incondita & inermi diu repugnare. Capit mox & arcem firmiter munitam, corrupto ejus præfecto.

Frid. Gorlicio potitur, Joh. vero adventans urbem & arcem recipit.

§ XVI. Denique uno tumultuario prælio cum Friderico feliciter facto, quicquid per oppignorationem alienatum in Luſatia

prælio tumultuario Fridericum vincit,

ſupe-

(b) Hiſt. Boh. lib. 20. p. 164.

(c) Pag. 321.

(d) Origin. Saxon. lib. VI. p. 635.

(e) Pag. 38.

(f) Annal. Boj. lib. 7. c. 15. p. 722.

Digitized by Google

oppignorata in Luſatia ſuperiore ſingula recuperant, & Juditham, filiam Johanni Normandiæ Duci deſpondens.

ſuperiote ſuit, id totum tecuperavit, filiamq; Juditham ſibi redditam Johanni Normandiæ Duci, Galliarum regis Philippi primogenito & ſucceſſori, depactus eſt.

Budiſſinam Gorlitium, &c. Camitium Marchioni Brandeburgenſi eripit.

§. XVII. Sic fere Olomucenſis. (g) In cujus verbis illud quoque notetur, Budiſſinam aliaque Superioris Luſatiæ oppida, & in his haud dubie Gorlicium quoque ὑποθήκης nomine Marchiones Brandeburgenſes tenuiſſe. Unde intelligi poteſt, quod in Epitome Annalium Sittavienſium annotatum eſt, Budiſſinam, Gorlicium & Camitium oppida de Marchione per Johannem eſſe liberata.

Arx Gorlicenſis hodie nulla.

§. XVIII. Ceterum arx (h) Gorlicenſis hodie nulla extat. Teoet autem ſama, a porta Mariana ad βασανιστήριον usque & ſpiculatoris domicilium porrectam eam fuiſſe.

Gorlic. ſuperiorem jurisdictionem ſibi conceſſam acriter defendunt. Janus Eluvil, Gorl. dominus, in præjudicium Gorl. quendam ex vulnere mortuum ſepeliri curat.

§. XIX. Johannis Regis tempore Gorliceoſis Reſpublica, Privilegiis ſuis freta, conceſſam ſibi jurisdictionem ſuperiorem acriter defendit. Cum autem aliquando Janus Eluuil ſcabinos ſuos Gerlachsheimi, ubi tunc reſidebat, ſauciatum quendam inſpicere juſſiſſet, & poſtea ex vuloere mortuum ſepeliri curaſſet, in præjudicium libertatum Reipublicæ miſit Senatus ad pagum illum, qui pignus caperent. Quod cum uxot Jani permittete nollet, caſu ſactum eſt, ut ab apparitote quodam urbano humi proturbaretur.

Senatus Gorlicium Gerlachsh. pignorat. Jani uxor humi proſtatur ab apparitore. Hinc Janus Gorlic. bellum indicit. primæ circa Gorlic. foſſæ ductæ.

§. XX. Ob hanc cauſam Janus civitati Gorlicenſi bellum indixit atrox, adeo, ut ad arcendos impetus ejus ſubitos & improviſos primæ (äuſſerſte) circa urbem foſſæ ducerentur.

Equus Jani mirabilis & incantatus a ſcriba Jani.

§. XXI. Hic equum habebat, qui exeuntibus urbe Gorlicenſium equitibus ad comprehendendum ipſum ungulis ſolum ſcalpebat, idque eo crebrius & vehementius, quo propius illi acceſſiſſent. Spiritum enim malignum adjurationibus magicis ei immiſerat ſcriba quidam Jani. Hoc equo in urbem aliquando invectus, emto pari calceorum, Janum Eluuilum adfuiſſe, exclamavit, & admiſſo rurſum equo evaſit.

Janus cum Gorl. reconciliatus, prope Croſnam a milite necatur.

§. XXII. Tandem cum civitate in gratiam rediit Janus, ac fidem dedit, impoſterum ſe contra Privilegia illius nihil attentaturum. Nec multo poſt apud Croſnam in campo a milite quodam confoſſus, coosvetam navatæ diabolo operæ mercedem tulit.

Caſp. Noſticius, Capitaneus Gorl. 1474. M. Johannes Frauenb. Reip. Gorl. Conſul.

§. XXIII. Hanc Hiſtoriam Caſparus Noſticius Capitaneus Gorlicenſis an. 1474. qui fuit a diffidatione Jani circiter ſeſqui centeſimus, M. Johanoi Frauenbergero Reipublicæ tum Notario, & mox conſuli, narravit, de Patre ſuo auditam. Sed hæc quidem hactenus.

Diploma donationis Marchiæ Budiſſ. & Civitatis Camicianæ. M. Thomas Mitis a Limuſa-Nymburg.

§. XXIV. Cum narratione Olomucenſis de reſtituta Johanni Budiſſina conſeratur Diploma donationis Marchiæ Budiſſineoſis, & civitatis Camicianæ, cojus exemplum nobis communicavit Vir bonus & doctus M. Thomas Mitis a Limuſa Nymburgenus.

Summa diplomatis.

§. XXV. Summa hæc eſt: Ludovicum Romanorum regem in caſtro ptope villam Haſulah Idibus Vilbribus ſexto regni ſui anno, qui fuit a nato Chriſto M. CCCXX. (nam numerus annorum Chriſti in diplomate cotruptus eſt.) Johanni Bohemiæ & Poloniæ Regi illuſtri, Comitique Lucemburgenſi, Principi & affini ſuo cariſſimo ejusque hæredibus & ſucceſſoribus, Bohemiæ Regibus, Marchiam & terram Budiſſinenſem & civitatem Kamentz ac univerſum domioium morte Wlademari Marchionis Brandenburgenſis, qui ſine hærede (præcedenti anno 1319) deceſſerat, ad imperium devoluta, dediſſe, conceſſiſſe & donaſſe in feudum, & jure feudi teneoda & poſſidenda in perpetuum, cum univerſis pertinentiis & juribus, præmiom videlicet navatæ ſibi & imperio operæ utilis ac fidelis, & porro oavandæ invitamentum.

CAPUT VI.

De Lite, quam Gorlicenſes habuere de Jurisdictione ſuperiore.

§. I.

Metus, mœror & hinc vota Gorlic.

ANno 1334. die Hippolyti, qui eſt Auguſti 13. Conjurati plures ſeptuaginta ad urbem Gotlicenſem hoſtiliter adequitatunt. Quare magnus omni populo injectus eſt metus & mœror, adeo, ut vulgo vota fierent die Veneris præter panem & aquam oihil deguſtandi, ſi eo periculo urbs liberaretur,

quorum conjurati hoſtes funduntur,

§. II. Emiſſi itaque pro defenſione patriæ cives tantum XXIV. hoſtes ad Radiſſavium in medio doorum montium, ubi caſtra metati fuerant, fortiter aggrediuntur & fundunt, captivosque vivos pariter ac mortuos in urbem reducunt, & poſtridie quemque ad ſuum, quod commeruerat, ſupplicium, rapiunt, Deo & S. Hippolyto, ut tum erat Religio, gratias pro victoria agentes.

captique ſupplicits meritis afficiuntur.

Conjectura, qui hi fuerint hoſtes.

§. III. Porro, quinam hi fuerint hoſtes, ignoratum ſuit hactenus. Ego Eluvilem & ſocios fuiſſe, coojicio.

CAP.

(g) Hiſt. Boh. lib. 21. p. 172. lin. 42.
(h) Conf. Groſſerum Part. I. pag. 65.

CAPUT VII.

De

Fundatione Conventus Lœbavienſis.

§. I.

Conventus Lœbavienſis fundatus 1336.

ANno 1336. Conventus Lœbavienſis per cives oppidi in honore S. crucis fundatus eſt. Cnemiander Autor. (i)

Carnium eſus tempore quadrageſimali Sileſiis permiſſus 1338.

§. II. 1338. propter ſummam eduliorum penuriam per totam Sileſiam carnium eſus tempore Quadrageſimali permiſſus eſt.

Gorl. Boh. regno incorporatum

§. III. Anno 1340 Gorlicium (k) Coronæ regni Bohemiæ eſt incorporatum. Videatur Mappa Urbis.

CAPUT VIII.

De

Zittavia, quam Leipenſis Johanni cedit, quamve Rex concedit Duci Javorienſium.

§. I.

De Sittav. Baroni Leipenſi in feudum data vid l. 3. ſub fin. cujus Clientes Napticii & Tannewald. loca, Oivinum circumjecta viasque infeſtant.

SIttaviam Baroni Leipenſi in feudum fuiſſe datam, ſub finem Lib. 3. (l) diximus. Hujus homagiales, quos vocant, h. e. clientes ſeu beneficiarii Napticii nimirum & Tannewalderi, ut vult Chronicon Oivinenſe, (m) quo tempore Johannes regno aberat, (ad Lucemburgam enim natale ſolum aliquoties ſeceſſiſſe Olomucen-

(i) In Chronico Laobanenſi, conf. Groſſerum Memorab. Luſ. Part. II. p. 12. Nota ſub lit. (c)

(k) Anonymos ille jam ſupra c. V. nota ſub lit. (x) citatus hæc narrat: Dubravius ſchreibet Hiſt. Boh. l. 20. fol. 166. in fine: Gorlicium præterea & alia oppida in Luſatia, quæ ſuperior appellatur, nuper a regno abalienata ſuo milite recuperavit Und dieſes müſte bald An. 1320. nach Woldemari March. Brandeb. Tode geſchehen ſeyn. Es hat auch Hagecius in Chronic. Bohemiæ f. 390. dergleichen Gedancken; im Gegentheil berichtet Wiſnerus in Chron. Laub. fol. 166. daß erſt A. 1329. nach Hertzogs Heinrichs Gemahlin Tode, Görlitz an König Johannem kommen Und weil dieſem Balbinus, der ſich auf die Documenta Tabularum Regni in Epitome Rerum Bohem. lib. 3. c. 18. f. 332 beruffet, beyfält, iſt ſolche Opinion des Dubravii und Hagecii billig vorzuziehen. Und hierauf mag nun die oben allegirte Deciſion Ferdinandi reflectiren, wenn darinnen erzehlet wird, daß nach gedachter Einverleibung Johannis d. A. 1319. auch das Hertzogthum Görlitz mit Zittau und Lauban mit ihren ſonderl. Freyheiten an die löbl. Cron Böheim gewachſen. Conf. Groſſerum Part. I. p. 64. 65. & 67. Sagittarius in Hiſt. Luſat. §. 45. 47. Dreſſerus libello de præcipuis Germaniæ urbibus & Petrus Bertius lib. III. Rerum Germanicarum.

(l) Cap. 44 §. 3. cap. 48. §. 1. & 2.

(m) Extitiſſe aliquod Chronicon Oibinenſe tempore Manlii, adeoque ante duo nunc, & quod excurrit, ſecula, minime dubium nobis eſt. Aſt aliquod ejus exemplum adhuc ſupereſſe, prorſus inficias it Dominus Godofredus Mönchius (cujus jam meminimus ſupra lib. I. Comment. cap. 26. §. 1 nota ſub lit. f.) civis honeſtus Zittavienſis, qui jam omnibus Hiſtoriæ patriæ cultoribus innotuit opera ſua & ſtudio indefeſſi rerum noſtrarum indagatoris. Hunc licet mercaturæ exercendæ divina deſtinaverit providentia; tanto tamen ardore &, quod omnes, quos habet familiares, prædicant, divino quaſi afflatu concitatus immorari ſolet excolendæ Hiſtoriæ Luſaticæ. Eſt enim in horis ſubſecivis ejus labor unicus, ut omnia Chronicorum Luſaticorum aliorumque Scriptorum, qui huc pertinent, volumina latina & germanica exſcribat, ita ut Carpzovius & Groſſerus, in ſua quiſque præfatione ingenue fateantur, ſe multa etiam egregia, quæ ad illuſtrandam Luſatiæ Hiſtoriam curioſe conquiſiviſſet Godofredus Mönchius, Codicibus ſuis junxiſſe. Is igitur Vir, in quo mireris ingenii præſtantiam, egregiam ſagacitatem & mirificam induſtriam, cujusve ideo virtutes non contemnendas atque memoriam diu ſervandam non immerito commendamus poſteris, omnes quoque reliquias cœnobii Oibinenſis hinc inde ſparſas tanquam e naufragio collegit & ſummo ſtudio perlegit: aſt inter illas non repertum eſſe Chronicon illud Oibinenſe a Manlio toties laudatum. Quis itaque ipſi refragaretur, cum codicem illum MStum horrendo incendio Zittavienſi A. 1608. aut miſere dilaceratum, aut prorſus combuſtum memorat? Sic voti ſui compos fieri nunquam poterit Vir noſtri ævi doctiſſimorum nobiliſſimus Dn. Gottlob Cranzius, Gymnaſii, quod floret Vratislaviæ, Eliſabethani Rector, Hiſtor. & Phyſicæ Prof. & Bibliothecarius, qui in Programmate, quo 1706. Fata Luſatiæ, ſuæ patriæ, in Actu Dramatico exponenda indixit, in votis habet, ut hoc Chronicon Oibinenſe pariter & alia antiquitatis Luſatiæ monumenta eruerentur atque typis exſcriberen-

cenſis (n) ſcribit,) ex munitione quadam ejus rupis, in qua Oivinum (o) conditum eſt poſtea,loca circumjecta, viasque rapinis infeſtabant.

Leipenſis Johanni Regi Sittaviam & Oivini ſpeculam coactus cedit.

§. II. Quadere cum ad regem reverſum crebræ querelæ deferrentur, neque Leipenſis ſæpe officii ſui admonitus, prædones coerceret, Rex eum, propter damna a familia ipſius data, ex quaſi delicto negligentiæ ſuæ ita punivit, ut Sittavia & ſpecula Oivino poſtea dicta eum cum homagialibus ipſius cedere ſibi cogeret, datis ei aliis quibusdam ad Cromenavium Moraviæ poſſeſſionibus.

traditis ipſi quibusdam in Moravia poſſeſſionibus.

§. III. Sittaviæ dominium Johannes retinuit ad id usque tempus, quo uxoris ſuæ ſororem (Agnetem vocat Chronicon Sileſiæ ac Vratislaviæ, Oivienſe Chronicon Johannis ſororem facit & Eliſabetham vocat) quæ Gretium ſeu Hradecium Reginæ tenebat, Hinconi h. e. Henrico Javorenſium Duci, deſpondit, id quod circa an. 1319. factum vult Oivienſe Chronicon. Huic n. Sittaviam pro Hradecio, quod dotis nomine ei debebatur, quoad viveret, utendam fruendam conceſſit.

Hinconi, Javorenſium Duci, Agnes Johannis affinis deſpondetur.

§. IV. Olomucenſis L. XX. (p) Johannem Eliſabethæ, Wenceslai Senioris viduæ, pro Hradecio & aliis in Bohemia oppidis ad dotem pertinentibus obtruſiſſe ait tam pecuniam præſentem, quam bonorum præterea in Moravia, circa Brunnam nonnullorum poſſeſſionem.

Joh. Eliſabethæ, Wenceslai Senioris viduæ pro Hradecio aliisque oppidis dotalibus, invito pecuniam aliorumque poſſeſſiones bonorum confert.

§. V. Leipenſem in Annalibus Sittavienſium (q) eſſe puto Henticum a Lyppa, cujus eodem libro vigeſimo quarto crebra eſt mentio, ſicut in ſequenti duorum ejus filiorum Henrici & Johannis.

Henr. a Lypa Leipenſis filii duo Henr. & Johannes

Cap.

rentur. Non pigrabimur ejus verba integra afferre: Dolui, quod cum tot *Schardii, Urſtiſii, Reuberi, Piſtorii, Freheri, Goldaſti, Meibomii, Leibnitii*, aliique rerum Germanicarum, imo vel ſingularum quarundam nationum Scriptores collegerint, nemo huc usque inventus ſit, qui monumenta patriæ noſtræ, haud exiguo forſan volumine comprehendenda, eruere & ab oblivione vindicare ſategerit. Si ea in unum quaſi faſcem colligerentur, quæ olim Joh. Garzo, quamvis de exigua parte rerum in his oris geſtarum, conſcripſit: quæ Peucerus ſupra laudatus in Idyllio ſuo cecinit; quæ Manlius inſigni induſtria & exacto judicio in VII. Commentariorum libris expoſuit; quæ Barth. Sculietus publico ſumtu conductus collegit; quæ generoſiſſimi rerum patriarum Æſtimatores, Jac. a Salza, & Aug. Adolphus ab Hangvvitz, ille in deſcriptione Luſatiæ, hic, (nuperrime ad Beatorum ſedes translatus) in erudito rerum Luſaticarum Prodromo typis exſcripto, pararunt; quæ Petrus Erneſtus Cramerus, & Joh. Chriſtianus Neſenus Jenæ, Joh. Fridericus Vollhardus Witteobergæ, de Luſatia erudite diſputarunt; quæ M. Adam Erdmann Mirus de rebus noſtris Zittaviæ peroravit, vel M. Mart. Grüovvald ad errata aliorum corrigenda publicavit; aut quæ demum M. Petrus Jænichius, Rector & Prof. Gymnaſii Thorunienſis digniſſimus, (cujus beneficio me Commentarios Manlianos debere gratus agnoſco,) de Luſatia Literata noviſſime Orbi exhibuit; haud exiguus certe rerum Luſaticarum Theſaurus literariæ Reipublicæ communicaretur. Quod ſi particularia, haud minoris æſtimanda, M. Thomæ Fabri Annales Budiſſinenſes, D. Benj. Leuberi Ortenburgi Arcis erudita deſcriptio, quousque illa typis vulgata legitur, Mart. Mylii Annales Gorlicenſes, urbisq; ejusdem deſcriptio metrica a Joach. Meiſtero olim publicata, Joachimi Cnemiandri, ſeu Hosmanni, Syndici, & Chriſtophori Wieſneri Conſulis Annales Laubanenſes, aliaque forſan aliarum urbium Chronica adderentur, vel alias nationes provocare ſcriptorum copia auderemus. Forſan & ea diligentem Rerum noſtrarum Indagatorem felicitas maneret, ut ex antiquioribus M. Frauenbergii Gorlicenſis Secretarium, aut Zittavienſium Annales antiquos, aut Chronicon Oivvinenſe, aut M. Joh. Coci Annales Laubanos, aut pulchrum Clinodium urbis Laubæ, Scripta a Manlio toties laudata; aut ex recentioribus Eliæ Wagneri, Waldenſium ante XL. fere annos Paſtoris, Aſtronomi & Hiſtorici haud incelebris, Chronicon Luſaticum, dolentibus multis in alienas manus delatum, eruere, aut opus Haugvvizianum, Prodromo edito promiſſum, ad publicationem acquirere valeret.

(n) Hiſt. Boh. lib. 20. p. 165.
(o) De hoc vid. ſupra lib. 1. Comment. c. 18. §. 1. nota ſub lit. (b) p. 126. 127. & infra hoc libro Commentar. VI. c. 27. 28. & 57.
(p) Hiſt. Boh. lib. 20. p. 167.
(q) In quorum locum nunc ſucceſſere Analecta F. Z. Carpzovii lib. IV. c. 1. §. 3. p. 137.

Digitized by Google

CAPUT IX.

De Henrici Ducis Javorienſis Majoribus.

§. I.

Majores Henrici Javorienſis recenſentur.

MAjores Henrici Javorienſis hi fuere: Boleslaus Calvus & ſævus Legnicienſis, Henrici II. pii Tartarici filius, Sileſiæ Dux, de quo l. 3. dictum eſt, ex Heduige Henrici Anhaltini filia 3. habuit filias, totidemque filios, Bernhardum celerem, qui mirabiles & artificioſas ſaltationes inveniſſe dicitur, Henricum V. pingvem Legnicenſem, & poſt obitum Patruelis Henrici IV. Probi Sileſiæ, Cracoviæ ac Sandomiriæ principis, Vratislavienſem Ducem, & Bulconem primum Svidnicenſ. & Furſtenbergenſem, cognomento invictum, inclutum principem, cujus nos in curia ſenatoria urbis Svidnicenſis vidimus gladium prægrandem, lunato capulo, novem longum ſpithamas, quem ſtrictum de more principum ei prælatum exiſtimo, tanquam principatus inſigne; aleam item figura galeri Cardinalitii, circumferentia ſpithamarum ſex & dimidiæ: pharetram denique cum tredecim telorum receptaculis ſeu thecis, pelle urſina obductam, vinctamque lamina orichalcina cum inſcriptione ſymboli vernaculi dialecto Saxonica: Jch hoff des beſten twy al tyd, & alterius Latini, Amor vincit omnia:

Bulco I. invictus inclutusque Princeps, cujus arma prægrandia &c. cum inſcriptione Symboli Svidnicii in curia conſpiciuntur.

Hic Tutor liberorum Henrici fratris, Clicendorffiam arcem condit. Wenceslaum II. Sen. a minitato ſibi bello deterret.

§. II Hic Bulco ſuſcepta liberorum Henrici fratris tutela, Clicendorffiam arcem in territorio Boleslavienſi condidit & Wenceslaum II. ſeniorem Bohemiæ atque Poloniæ regem bellum ſibi minitantem, ut inquit Cromerus (r) & repetit Curæus in Annalib. p. 91. ad Landishutam intrepide cum exercitu obviam progreſſus, ab inſtituto deterruit.

Johannem a Bulcone ex Sileſia pulſum, nec non Carolum IV. bello ab ipſo victum, falſum eſſe probatur. Bulco, fundator cœnobii Griſſav. moritur 1301.

§. III. Chronicon Sileſiæ & Vratislaviæ Johannem Regem cum ad ſubigendam ope patris Henrici VII. Imperatoris Sileſiam animum adjeciſſet, a Bulcone repulſum, excitata in finibus regionis munitione Landishuta; Stemma Ducum Sileſiæ MSCum Carolum IV. ab eodem bello victum narrat; male utrumque, ut temporum ratio oſtendit, ſiquidem obiit Bulco decennio integro ante coronationem Johannis, regnante adhuc Wenceslao ſeniore, videlicet an. 1301. ſepultus in cœnobio Griſſavienſi, quod fundarat.

Bulconis tres filii, quos inter Hinco ſ. Henr. Javorienſis Sittaviæ & Laubæ Dominus.

§. IV. Bulconi itidem tres fuere filii, Bernhardus Svidnicenſis, Hinco ſeu Henricus Javorienſis, Sittaviæ & Laubæ Dominus, de quo mox (s) copioſa fiet mentio, & Bulco II. jocoſus (ridiculus) Sanbicenſis ſeu Monſterbergenſis.

Bernhardi ex Margaretha filii, Bulco III ultimus Svidnicenſ. & Javorienſ. Dux, it. Henr. Furſtenb mox fato functi.

§. V. Bernhardus, ex Margaretha, Vladislai Loctici ſeu Cubitalis Poloniæ regis filia, genuit Bulconem ejus nominis tertium, ultimum Svidnicenſem, & poſt mortem Hinconis patrui Javorienſem Ducem, & Henricum Furſtenbergenſem, qui ante patruum Hinconem fato functus eſt.

Bul. III. Joh. Rex bello diu vexat multumque, Svidnic. de improviſo capit, quod tn. Bulco per ſtratagema recuperat.

§. VI. Hunc Bulconem 3. qui unus inter Sileſiorum Duces cum Polonis adhuc ſentiebat, Johannes Bohemus Principatui Svidnicenſi inhians, bello diu multumque vexavit, Svidniciumque, ut cunque oculis captus eſſet, an. 1345. obſeſſurus, cum præter ſpem portas reperiſſet patentes, de improviſo irrupit, urbemque captam aliquanto tempore poſſedit. Sed eam Bulco ſubmiſſis quibusdam curribus, in quibus armatos clam abdiderat, recepit. Quod ipſum tamen de Landishuta narrant Curæus (t) & Cromerus. (u)

Diploma regium Budiſſinenſium datum ad emptionem annui Cenſus pro hoſpitali ſuo.

§ VII. Ac habent etiamnum Budiſſinenſes Diploma Johannis regis ejusque filii primogeniti Caroli Moraviæ Marchionis, an. 1345. in caſtris ante urbem Svidniciam datum, quo permittunt iis, ut hoſpitali ſuo octo ſexagenas groſſorum annui cenſus, ubicunque velint, emere poſſint.

Anna, Bul. ex fratre neptis, Carolo IV. Imper. ſub certa conditione deſponſatur.

§. VIII. Tandem Bulco, ut placatis uti poſſit Bohemis, coactus eſt filio Johannis Carolo IV. imperatori deſponſare ſuam ex fratre Henrico, jam demortuo, neptem Annam, hac conditione, ut ſi abſque prole maſcula Bulco decederet, Javorienſis Ducatus, quaſi dotis nomine, Carolo cederet.

Bulco ipſe Carolo Boh. ſeſe ſubdit, ſub certo pacto ſucceſſorio.

§ IX. Deinde ipſe quoque in clientelam Caroli venit, Bohemisque ſeſe ſubdidit, pactus, ut poſt mortem ſuam uxor Agnes, Leopoldi Auſtriæ Ducis bellicoſi & ſtrenuiſſimi, qui cognominatus eſt gloria militum, fratris Friderici pulchri Cæſaris, teſte Alberto Argentoratenſi, filia Ducatum Svidnicenſem ad tempus vitæ retineret, qua mortua is quoque ad Regnum Bohemiæ devolveretur.

Obiit Bulco 1368. abſque herede, Filio ejus a morione ictu lateris interempto. a quo diſſentit Curæus.

§. X. Obiit autem Bulco die Matthiæ a. 1368. ſepultus Griſſæ, nullo relicto hærede. Filium enim ejus in caſtro Bolchenhaino morio (Boleslaum hunc a morione occiſum Curæus (w) facit, Boleslaum II, Monſterbergenſem, Henrici fratrem, filium

Nico

(r) De Rebus Polonorum lib. XI. p. 181.
(s) Cap. hoc IX. §. 12. & ſequentibus, nec non cap. ſeq. 10. 11. & 12.
(t) In Annalib. Sileſiæ p. 104.
(u) De Rebus Polon. lib. 12. p. 207.
(w) In Annalib. Sileſiæ p. 106.

Nicolai, oepotem Boleslai ridiculi ſeu faceti p. 106) irritatus latere petitum interemerat, qui & ipſe in Griſſa ſub lapide cædem indicante ſitus eſt,

Agnes, ex vivis deceſſit 1392.

§. XI. Agnes vero anno 1392. poſtridie Cal. Febr. h. e ipſo purificationis feſto, vitam clauſit, Svidniciæ in D. Mariæ cœnobio tumulata.

Francisci Fabri Sabothi de his verſus.

Qua tota de re ſic Franciſcus Faber Sabotho: (x)

- - - - Nam poſtquam morio prolem
Forte laceſſitus Bulconum extinxerat atri
Poſtremam jactu lateris (tum temporis ætas
Infauſtum Patriæ ruitura credidit omen)
Hæredum ſterili ut ſpes nulla reſideret aula.
Suidnicii extemplo, Javoriſque feracia rura.
Quodque altus tractu pertingit utroque Sabothus
Vulturiusque ſolum, quos & Quiſſusque Boberque
Ambit agros, Carolo dotali jure Bohemo
Obvenere &c.

Henricus Reddelius, Ducum Sileſiæ Genealogus. Manlius negans probat, Hinconem Javorienſ. non falſo dici patrem. Annæ, Caroli IV. uxoris.

§. XII. Ceterum Henricus Reddelius (y) Genealogiæ Ducum Sileſiæ contextor, Hinconem ſeu Henricum Javorienſem Bulconis Imi filium patrem facit Annæ Romanorum ac Bohemorum reginæ, uxoris Caroli IV. ſed eum ſatis conſtat ſine liberis extinctum. Et ut maxime filiam reliquiſſet Hinco, non video, qui licuiſſet Carolo eam ſibi matrimonio copulare, utpote conſobrinam ſuam, ex matertera natam, ſibique ſecundo gradu conſanguinitatis junctam: Nec diſpenſationis Pontificiæ ullius meminere Annales.

porro contradicit Peucero & Cromero.

§. XIII. Peucerus (z) Tertiam Caroli uxorem Bulconis Svidnicenſis, Cromerus (a) Bernhardi filiam facit. Sed horum quoque opinioni modo expoſita Ducum ſeries reclamat.

Vide & hic Annæ Diploma de A. 1350. de ſucceſſione Svidnicenſis & Javorienſis Ducatus.

§. XIV. Et Anna ipſa in initio Diplomatis, quod an. 1350. Suidnicenſi & Javorienſi Ducatibus ab ea datum, Carolus Maritus confirmavit, profitetur Bulconem, Ducem Sileſiæ, Dominum Fürſtenbergenſem Svidnicenſem & Javorienſem, Patruum ſuum dilectum, pro agnato ipſius in ſe amore & favore peculiari ſe ſuosque ex Carolo Conjuge liberos Svidnicenſis ac Javorienſis Principatuum cum omnibus eorum pertinentiis, hæredes inſtituiſſe, ſubditosque omnes in fidem ſuam per jusjurandum adegiſſe.

Bulconi ultimo Marchionis Luſatiæ titulus tributus.

§. XV. Hæc ſemel in mentionem Ducum Sileſiæ ingreſſus ſimul commemorare hoc loco volui, non tam quod ad Johannis Caroli que pertinerent Hiſtoriam, quam quod meminiſſem ultimo huic Bulconi Svidnicenſi Marchionis Luſatiæ titulum tribui cum a Fabricio (b) tum ab inſcriptione quadam in Curia Svidnicenſe, & quod de vidua ejus paulo poſt copioſe dicendum eſſet.

Fabricio Teſte l. 2 Annal. ſub An. 1367.

§. XVI. Fabricii hæc ſunt verba l. 2. Annalium ſub an. 1367. Bulco Dux Sileſiæ, Dominus in Furſtenberg & Schvveidniz & Marchio Luſatiæ Parochiam Lubenenſem reſignat Eccleſiæ Miſnenſi.

& probante Inſcriptione.

§. XVII. Inſcriptio talis eſt: Ao. 1368. obiit inclytus Dux Sileſiæ Bulco, Dominus in Schvveidniz & Marchio Luſatiæ in die Matthiæ.

Joh. Rex, Eccleſ. Vratisl. contra quoscunq; hoſtes auxilium promittens; Henr. Jav. & Bulc. Svid. excipit.

§. XVIII. Johannes Rex in privilegio Vratislavienſi Eccleſiæ an. 1342. 4. Oct. Lutetiæ Pariſiorum dato, cum Preceslao Præſuli, & Capitulo, hoc eſt, ſacerdotum collegio contra quoscunque auxilium promittat, Henricum duntaxat Javorienſem & Bulconem Svidnicenſem principes excipit.

CAPUT X.

De Iis, quæ apud Zittavienſes in Henrici Dominatu accidere.

§. I.

Fata Sittavienſium Hincone dominante.

NUnc porro, quæ apud Sittavienſes Hinconis Dominatu accidere, ex Annalibus ipſorum breviter percenſebo. (c)

§. II. An-

(x) Pag. 16. Edition. Lipſienſ. anni 1715. in 8vo.

(y) Henricus ille Reddelius Conſul fuit Saganenſis & ordinibus ac Statibus Sileſiæ d. 29. Martii 1585. dedicavit Annales Sileſiæ a Curæo latino idiomate conſcriptos, a ſe vero in germanicum translatos. Vid Præfat. Henelii Sileſiographiæ renovatæ præmiſſam.

(z) Chronic. Lib. V. p. 611.

(a) De Rebus Polon. Lib. 12. p. 214.

(b) Annal. Urbis Miſnæ anno 1367. p. 52.

(c) Vide Carpzovii Analecta Part. IV. c. 1. §. 3. p. 137. & Groſſerum Part. I. p. 65. & 66. Atque ad duos hos Autores veſtigiis Manlii inſiſtentes ſuasque narrationes ſedulo & ex fide publicorum Inſtrumentorum perorantes B. L. nunc ſemper remittemus, (eos enim exſcribere fruſtra eſſet) ſuperaddentes porro, quod noſtri inſtituti hactenus fuit, ut verbis Manlii fidem faceremus, Autorum citatorum loca. Dolendum modo, non omnia rerum documenta, ad quorum autoritatem noſſet confugit, ad ma-

nus

Arx Tollenſteinum & Schonenbuchum Sittavienſ. expugnant 1337.

§. II. Anno 1337. Sittavienſes cum aliis civitatibus Tollenſteinum, biennio poſt Schonenbuchum arces expugnarunt.

XLV. Miſnenſes haſtati prædones a X. Sittavienſi Civibus cæduntur,

§ III. Anno 1343. quadraginta quinque Miſnenſes haſtatos, qui ſupra villam Alberti, & alibi cædibus ac rapinis pannorum, vias inſecuras reddebant ac infeſtas, interfectis iis, qui numero ad duodecim aut ſummum ſedecim in Molſteino degentes Leipam currus deducebant, (tunc enim in Bohemiam profecturi, Leipa & Dauba iter habebant,) illos ergo prædones Cives Sittavienſes decem haſtati ad montem Carrorum ultra novum oppidulum adepti fuderunt, fugaruntque, multis cæſis, captis dnobus, quos in urbem reductos capite plexerunt.

captisque duobus capita amputantur.

Sub haſtati unius nomine plures Equites intelligendi ſunt. vid. Cranzium, Cromerum.

§. IV. Porro haſtati unius nomine plures eqnites intelligendos, non eſt dubium, Cranzius enim L. XI. Vandaliæ c. VI. ſcribit, apud Bohemos lanceam unam quatuor aut quinque equites complecti. Apud Polonos vero Cromero L. 24. teſte, haſtati unius nomine tres equites intelliguntur, nempe haſtatus unus gravioris armaturæ cum duobus baliſtariis.

Baro Donenſis Securi percuſſus, cujus ultores, prope Sittaviam omnia vaſtantes, profligantur

§. V. Per idem fere tempus cum Sittaviæ Baro quidam Donenſis ſecuri percuſſus eſſet, ulturi ignominiam gentiles ejus ad ipſa usque urbis paſcua profecti, ferro & incendiis omnia vaſtabant. Eos oppidani egreſſi apud pontem Grotenſem profligarunt.

Scabini Carnifices. Scabinus, a ſcamno derív.

§. VI. Nec multo ante, quod latrunculatore deficerentur, quinque fures & prædones captos Scabini (ſic enim appellari Judices uſitatum eſt, a ſcamno nimirum, ſi Diis placet, ipſimet decollare ſunt coacti.

Immenſa & damnoſa locuſtarum in Bohemia multitudo, 1346.

§. VII. Anno 1346. circa feſtum Margarethæ, immenſa locuſtarum multitudo in Bohemia omnia frumenta fructusque omnes abſumſit, (Locuſtarum peſtis Hungariam inceſſit Anno 1340. Bachſchay)

Sedecim haſtati prædones Miſnénſ. pecorum abactores, capti a Sittavienſ. 1347.

§. VIII. Anno 1347. viginti quinque haſtatos, Johannis I. Iſenbergii Miſnenſium præſulis XXX, qui territorio Zittavienſi inimicitias denunciaverat, abactis e Cunradi & Lotharii dictis villis, pecoribus Ronenbergum verſus ad ſua ſe recipientes, præfectus urbis & cives conſecuti vicerunt, prædamque iis excuſſerunt, ſedecim captis. Atque ex eo tempore pacata fuit ora hæc, & ab iſtiusmodi irruptionibus immunis. Nec Miſnenſes unquam poſthac Capitaneis, in Sittavienſem diſtrictum excurſionem parantibus, dicto audientes fuere, quod incolumes inde nequaquam reverſuros ſeſe palam dictitarent.

Hinco Jav. Sittavienſ. benefactor, moritur.

§ IX. Eodem anno Hinco Javorienſis, poſt multa in Sittavienſes collata beneficia, mortuus eſt.

CAP. XI.

De

Laubanenſium Inſignibus, quæ acceperunt ab Henrico.

§. I.

Cœmiander erroris ſ. falſi arguitur.

HUnc Hinconem ſeu Henricum Laubæ etiam Dominum fuiſſe, atque adeo totius Marchiæ Luſatiæ ſuperioris

nus fuiſſe. Cum autem ſingula fere narrationnm ſequentium verba, ut facile patebit legenti, ex Annalibus unius cujusque civitatis Hexapolitanæ deſumta ſint; id egimus, ut evolutis & magno ſtudio perluſtratis Annalibus Budiſſinenſibus M. Thomæ Fabri, Gorlicenſibus Martini Mylii, qnos una exſcribi curavimus, & M. Frauenbergii, Laubanenſibus Joachimi Cœmiandri ſeu Hoſmanni Syndici & Chriſtophori Wieſneri Conſulis Laubani, Lœbavienſibus Segnitii conſulis, aliisque aliorum Chronicis (quæ ſingula Volumina MST. extant in Bibliotheca Zittavienſi) ſexto etiam huic libro Commentariorum Manlianorum tantum fidei fœneraremur, quantum ejusdem genii vel argumenti codices MSTi merentur. Pro certo itaque habeat B. Lector, Manlium ſingulas has res certis teſtari monumentis. Et quis fidem detrahere ei vellet, cum experientia locuples teſtis ſit, ipſi nec Groſſerum, nec Carpzovium, par Hiſtoricorum fide digniſſimorum, ſæpius refragari. Si quæ vero eſſent, quæ in hoc ſexto libro dubia reliquiſſet, enucleata forte exhibebit & certiora reddet idem noſter Carpzovius im neu eröffneten Ehren-Tempel merckwürdiger Antiquitæten des Marggrafſthums Ober-Lauſitz, in welchen allerhand unbekante, oder von andern *Autaribus* nicht gründlich unterſuchte Hiſtoriſche Nachrichten, ſo des Marggrafſthums Ober-Lauſitz A. u. N. Zuſtand, it. die Sechs-Städte, zwey Cathol. Jungfr. Klöſter Marienſtern und Marienthal betreffend, ingleichen derer älteſten im Lande florirenden Adel., Familien, Geneal. Geſchichte und Geſchlechts-Regiſter deutlich vorgetragen und aus beglaubten Uhrkunden in 2. Theilen abgehandelt worden. Nam poſtquam Hiſtoriam Zittaviæ, quam nominavit Analecta F. Z. judicio gravi ac ſermone luculento deſcripſit: ad laudem nunc totius Luſatiæ ſuperioris calamum arripuit paravitque prelo novum illud volumen, ad poſteros tranſmittendum, quod inprimis huic libro VI. Commentariorum magnam lucem allaturum vel ex titulo colligimus.


Cnemiander erroris arguitur.

ſuperioris, Cnemiander aſſerit, eumque, poſt Hermannum Brandeburgenſem ultimum Marchionem vocat; qua occaſione Marchia Luſatiæ potitus ſit, ignorari ait. Sororium etiam Caroli IV. facit, falſo haud dubie.

Inſignia Laubenſibus ab Hincone data, teſte libro pervetuſto in Curia Laubenſi recondito. Cujus Titulus.

§. II. Ab eodem Hincone Inſignia ſua accepere Laubenſes. Qua de re ſic habet liber quidam pervetuſtus in curia oppidi, ſub titulo: Pulcrum Clenodium civitatis Lauban: (d)

„Notandum, quod tempore Ducis Henrici Javverenſis & Svvidnicenſis, vulgo Hertzog Heinko, quidam Marggrafius Dux Brandeburgenſis, nomine Woldemar, (fuit is haud dubie molitor ille; diſcrepant anni. Nam rediit molitor circa annum 1348. Lauba a Voldemaro Brandeburgico fruſtra obſeſſa,) circumvaliavit civitatem hanc Lauban, habens partem exercitus cum ſuis tentoriis in pede montis prope Bertoldsdorff. Sed tandem cum nihil poſſet efficere, a civitate receſſit. Tunc adveniente vero duce Henrico, conſules civitatis Lauban obviaverunt ei, & intromiſerunt eum absque mora, & ſibi juxta decentiam claves portarum civitatis in hoſpitium præſentaverunt. Ex hoc idem Dux volvens animo & manu vertens claves hinc inde, dixit rectoribus civitatis: Quia fiducialiter &



virlliter ſenſi vos egiſſe, in ſignum & memoriam hujus veſtræ fidelitatis, debetis in Clenodio ſive bannerio (h. eſt vexillo) veſtro habere duas claves transverſas ad modum crucis, ſub pictura rubra & nigra, rubeo colore ſurſum, nigro vero deorſum, clavib. exiſtentibus albis actum Anno Domini 1344. ungeſährlich:) Atque ita inſignia urbis in pila templi paræcialis proxima organo depicta cernuntur, additis etiam verſibus duobus.„

Inſignia hæc templo parœciali depicta, additis verſibus.

1494.

Illuſtris Princeps Henricus, reſpice, quondam ob fidei meritum clavium inſignia donat. (e)

§. III. Cnemiander, Laubenſes, Hinconi per montem Bertelsdorffenſem adventanti obviam egreſſos; claves ibi obtuliſſe atque tradidiſſe ait. Porro hunc clypeum duabus clavibus inſignitum Laubenſes antiquitus geſſere pictum, intra duas turres pinnatas, in quarum medio porta urbis cum raſtro militari ſive poliptico luteo pendulo quinque palorum præferratorum, quam cataractam vocant. Super clypeo galea clauſa nigris & rubris reduniculis ornata, in qua ſex pennæ Struthionis partim rubræ, partim nigræ. Poſtea anno 1541. Ferdinandus Rex in Pragenſe conventu, ad ſolicitationem Senatus Laubenſis, acceſſione diadematis regii ſupra galeam clauſam, & inter tuas aquilarum alas paſſas rubro & nigro colore per transverſum diſtinctas, leonis coronati erecti & ſalientis cauda duplici in altum ſublata, & lingva rubra exerta, ad diſcerpendum compoſiti, ea inſignia decoravit, qualia in oenopolio urbis vidimus, cum hoc Joachimi Cnemiandri, ſenioris, diſticho:

Inſignia hæc Ferdinandus Rex auxit magisve decoravit.

teſte Cnemiandro ſen.

M. D. XLII.

Quæ dedit Henricus princeps victricia ſigna,
Hæc modo FERDNANDI dotibus aucta nitent.

In Commentariis tamen rerum Luſaticarum Cnemiandri Hexameter ſic legitur, manu autoris exaratus: Quæ dedit Henricus victricia munera princeps &c. Jus etiam cera rubra in ſigillis utendi ſimul ſenatui indulſit.

Jus rubra cera utendi Senatui indultum.

CAPUT XII.

De Cœnobio Laubano.

§. I.

Cœnobium Sanctimonial. Laubenſe fundatum & conditum 1320.

IDem Hinco circa annum 1320. cœnobium (f) Sanctimonialium Laubenſe Miſnenſis dioeceſis fundavit & condidit, virginibus non nullis ſacris, ordinis St. Mariæ Magdalenæ, de Naumburgenſi ad Quiſſum cœnobio Vratislavienſis dioeceſis illuc translatis, quibus & Jus patronatus eccle-

eique Jus patronatus ec-

(d) Scriptum hoc, cujus etiam meminit Crantzius in Programmate ſupra cap. 8. nota ſub lit. (m) citato, videndi nulla nobis affulſit occaſio, nec an Laubæ inter privati cujusdam manus & ſcrinia jaceat, inter nos conſtat.

(e) V. Groſſerum Part. I. p. 66. & Notam ſub lit. (h).

(f) Vid. Groſſerum Part. I. p. 65. & Part. II. p. 12.

eccleſiæ paræcialis Lubanæ &c. collatum.

eccleſiæ paræcialis io civitate ſua Lubana (hæc enim ſunt verba formalia,) legitima ex ſucceſſione ad ſe devolutum, cum reliquis ad paræciam pertinentibus bonis & juribus omnibus, dictæ eccleſiæ, per antegenitores ſuos & affines Brandeburgenſes Marchiones promiſcui ſexus, collatis, contulit.

de literis fundationis vid. Cnemiandrum.

§. II. Literas fuodationis eodem anno VI. Id. Jan. præſente Gebhardo de Quetford, ducis avunculo, & aliis, Gorlicii datas & per Epiſcopum Miſnenſem, oec non Carolum IV. ejusque ſucceſſores Bohemiæ Reges confirmatas, Cnemiander ponit. Titulus ſic habet: Nos igitur Henricus D. g. Dux Sleſiæ, dominus de Fürſtenbergk & in Jauer.

CAPUT XIII.

De
Publico ſalis venalis foro & Jurisdictione ſuperiore Laubanis conceſſis.

§. I.

Ab Hincone publicum Salis venalis forum Laubenſ. conceſſum, eisque ſuperior Jurisdictio confirmatur.

PUblicum etiam ſalis venalis forum Laubenſibus dedit Hinco (g) & ſuperiorem Jurisdictionem ab Ottone cum telo, Marchiooe Brandeburgenſe ac Luſatienſe, ut ſuperiore libro (h) docuimus, eis cooceſſam, confirmavit.

Advocatia Laub. cum judiciis venditur Opicio. 1320. de ſuper hæreditarie infeudatur.

§. II. Eodem anno 1320. Hinco cuidam ſuo Vaſallo Opicio ejusque hæredibus pro annua ſingularum marcarum peoſione vendidit ac hæreditarie infeudavit advocatiam Laubenſem cum judiciis, ita ut penes eum, tanquam judicem hæreditarium, eſſent mulctæ omnes in omnibus caſibus, ſuperiorem jurisdictionem concernentibus.

Senatui Laub. Advocatia Jurisdictionis ſuperioris in feudum perpetuum confertur. quieta ejus usq; ad Georgii Regis tempora poſſeſſio. a quo Sena-

§. III. Hujus poſteritati quotannis in feſto Johannis, & iterum in feſto Martini advocatorum obolii, quos vocant, numerati ſunt usque ad annum 1402, quo ſenatus advocatiam Jurisdictionis ſuperioris cum omnibus pertinentiis de quodam Stephano Cobershaino emtam, & a Wenzeslao Romanorum ac Bohemorum rege ſibi confirmatam in feudum perpetuum accepit, poſſeditque, citra cujusvis cootradictionem, ad Georgii usque Regis tempora, ad quem cum accuſaretur clanculum a malevolis, ut qui, poteſtate abutens, majores æquo mulctas exigeret, nec taro pro libitu terrigenas violeoter opptimeret, Pragam eſt citatus.

tus Pragam citatur.

Privil. ſuper Jurisdict. apud Cancellariam Pragenſ. deponuntur.

§. IV. Ibi Notarius, Reipublicæ legatus juſſus eſt a Rege, ſuorum ſuper jurisdictione privilegia, quorum attulerat originalia, apud Cancellariam deponere, quo ſufficienter inſpici & relegi poſſent.

Diſceptatio Cancellarii & Notarii Civitatis de falſitate diplomatis.

§. V. Poſtridie Cancellarius regni Bohemici notario oſtendit, quædam diplomatum verba eſſe cancellata, quædam raſa. Id ſe regem celare mioime poſſe. Quamvis autem affirmaret Notarius, pridie ſalva & integra fuiſſe inſtrumenta omnia: tamen cum ſcribæ aliter ſibi ea fuiſſe tradita pernegarent, ferendum ſic erat, quod mutari non poterat.

Georg. Rex adimit Senatui Jurisdict. ſuperiorem, quam civis Laub. regio nomine & juſſu administrat poſtea a Matthi. Rege Senatui reddita.

§. VI. Rex itaque retentis privilegiis, tanquam cancellatis, & ob id nullius autoritatis ſeu valoris, ademtaque ſenatui Jurisdictione ſuperiore, quam nullo jure uſurpaſſet, civem quendam Laubenſem deſignavit, qui judicia tam intra, quam extra urbem regio oomine exercuit & adminiſtravit, donec poſt obitum Georgii, Gorlicenſium patrocinio, a Matthia Rege recuperavit ea ſenatus.

CAPUT XIV.

De
Morte Ducis Henrici & Johannis Regis Bohemiæ.

§. I.

Cnemiander &

CÆterum innuit Cnemiander, ut & Oivinenſe chronicon, obiiſſe Hincooem an. 1346, (i) & tunc Laubam cum reliqua ſuperiore Luſatia Johanni Bohemo eſſe ſubjectam, a quo mox omnia civitatis jura & privilegia ſint confirmata.

Sittav. annales diſcrepant in tempore mortis Hinconis. quos juxta Carolo IV. ex pacto redit Zittavia. Joh. in bello cæſus occubuit. 1346.

§. II. Sittavienſium annales, (k) ut diximus, ſequentem mortis anoum ponunt, videlicet 1347. & cum chronico Oivinenſi, (l) oon ad Joannem, ſed filium ejus Carolum IV. ex pacto rediiſſe urbem Sittavienſem aſſerunt.

§. III. Nam Joannes præcedenti anno 1346. (Lib. Obligat. Gorlic. & L. 47.) bello Francico, longo illo & difficili, occubuerat, cæſus apud Creſſum, ut Baptiſta Fulgoſus

(m) no-

(g) Vid. Grofferum Part. I. p. 65.

(h) Cap. XI. §. 1.

(i) Vid. Grofferum Part. I. p. 70. & 74. imprimis ootam ſub lit. f.

(k) Vide Analecta Faſt. Zittav. typis expreſſa Part. II. cap. 1. §. 6. p. 176.

(l) Conf. ſupra h. L. VI. c. 8. §. 1. notam ſub lit. (m)

ſuppetias ferens, affini ſuo Franco,

(m) nominat, ab Edoardo III. Brittannorum rege, quando cum lectisſima equitum manu ſuppetias ivit affini ſuo Philippo longo de Valois, quem regno Franciæ ſpoliare conabatur Britannus.

ſenex licet & cœcutiens, fortisſime m. pugnans interiit. Laus glorioſa mortis & heroicæ Johannis.

§. IV. Quanquam enim & ſenio confectus erat & cœcutiebat Johannes, tamen, inclinante & labante Gallorum acie in hoſtem pugnare voluit, & fruſtra prohibentibus cæteris in prælium ſe produci juſſit, ubi inter conſertisſimos hoſtes fortiſſime dimicans interiit.

Numerus cæſorum militum, principumque Gallicorum, diſſentit hic Olomucenſis.

§. V. Ceciderunt in memorabili illo & cruentiſſimo conflictu ad triginta Gallorum millia, & juxta Joannem regem Carolus de Valois, Philippi frater, cum multis aliis præſtantibus ducibus regnique primoribus, & flore præcipuæ Nobilitatis Gallicæ. Olomucenſis (n) prior in navali prælio in portu Flandriæ eum Gallorum numerum deſideratum ait.

Dies pugnæ.

§ VI. Pugnatum eſt ad Creſſiacum die (etiam lib. Oblig. Gothic. & L) Div Ruffi h. e. 6 Cal. VIIbr. quo ipſo ante annos 68. Ottogarus quoque perierat, ut in hiſtoria ejus (o) retulimus. Eberus (p) tamen Johannem, Peucerus (q) utrumque regem 7. Cal VIIbr. h. e. in profeſto Ruffi oppetiiſſe, ſcribunt. Nam quod apud eundem Peucerum in Henrico VII. Lucemburgio, X. Cal. legitur, eum typographi errorem puto. Sepultus eſt Johannes Lucemburgæ eodem Olomucenſe teſte. (r)

Joh. Lucemburgæ ſepultus.

Laus feliciter geſtorum Johannis Regis.

§. VII. Hunc Regem annales Sittavienſium (s) cum Bohemorum hiſtoriis cum primis bellicoſum fuiſſe perhibent, & multum terrarum ſibi ſubjeciſſe, cæcumque ad Cracoviam infeſto cum exercitu acceſſiſſe, proximo nimirum ante mortem anno, ut ex Cromero (t) apparet, qui addit, tum demum ſe libenter moriturum affirmaſſe eum, cum Cracoviæ mœnia manu victrice palpaſſet. Falſum tamen ſpe ſua & re infecta obſidionem ſolvere coactum. Quanquam aliter Olomucenſis. (u)

Cracoviam fruſtra obſedit.

CAPUT XV.

De *Ejusdem Regis Johannis Liberis.*

§. I.

Johannis liberi ex Eliſabetha nempe filii tres,

PORRO Johannes ex Eliſabetha tres ſuſcepit filios: Wenceslaum πρω[το]γενῆ anno 1316. prid. Id Maji hora prima Pragæ natum: Ottogarum, vel ſecundum Olomucenſem (w) Premislaum, infante ætate mortuum, & Johannem; filiam item Juditham, quam Johanni Franciæ Regi Philippi filio denupſiſſe, ſupra cap. V L. VI dicebamus.

& filia unica.

Wenceslao primogenito, ad Galliæ Regem miſſo, Caroli nomen imponitur.

§. II. Wenceslaum ſeptennem ad Carolum pulchrum Franciæ regem, ſororium ſuum, miſit qui ei, cum a Pontifice confirmaretur, ſuum nomen impoſuit. Id quod Carolus ipſemet propria manu ſcriptum reliquit in vitæ ſuæ hiſtoria, cujus initium Cochlæus Lib. I. Commentariorum rerum Huſſiticarum recitat. De altero filio Johanne Henrico, duce Carinthiæ, Marchione Moraviæ Comiteque Tyrolis & Goritiæ libro proximo non nihil attigimus. (x)

de Henrico, altero Johannis filio, ſupra l. 5.

CAPUT XVI.

De *Carolo IV. Rege Romanorum & Bohemorum pronunciato, & Regno Bohemiæ Sileſiam atque Luſatiam inſerente ſeu incorporante.*

§. I.

Carolus Rex XI. patris Johannis in Bohemia &c. Succeſſor,

REgnum Bohemiæ adjecta magna parte Sileſiæ & Luſatia utraque valde dilatatum a Johanne accepit Filius Carolus, rex undecimus, XXXI annorum, qui cum Moraviæ eſſet Marchio, ſuperſtite quidem patre, eodem tamen, quo is periit, anno, Ludovico Bavaro Impera-

(m) Quem alii Campo-fulgoſum appellant. Dux fuit Genuenſis, 1483 principatu a ſuo patruo dejectus. Quo vero exilii ſui dolorem levaret, totum ſeſe literis tradidit, & ad filium Petrum 9. libros factorum & dictorum memorabilium Italice compoſuit, quos poſtea Camillus Chilinus Mediol. latine tranſtulit.

(n) Hiſt. Boh. lib. 21. p. 176. lin. 57. ſeqq. & p. 177. lin. 20. ſeqq.

(o) Supra lib. III. Comment, c. 44. §. 1.

(p) In Calendario Hiſtorico p. 280.

(q) Chronic. Carion. lib. V. p. 597.

(r) Hiſt. Boh. lib. 21 p. 177. lin, 30.

(s) Analecta F. Zittav. Part. II. c 1. §. 6. p. 177. a.

(t) Hiſt. Polon. lib. 12, p. 207. a.

(u) Hiſt Boh. lib. 21. p. 177.

(w) Hiſt Boh. lib. 20. pag. 162. ſeqq.

(x) L. V. Cap. 25.

Bonnæ Rex Romanorum coronatur, ejus nominis IV. appellatus. Una cum uxore Blancha, Bohemiæ diadema obtinet.

Imperatori viventi adhuc, ſed pedum cancro laboranti & ex communicato, Clemente VI. P. M. & Philippo Francorum Rege annitentibus, a principibus electoribus quibusdam ſuffectus fuerat, & Bonnæ Rex Romanorum ejus nominis quartus coronatus. Mox inſequenti anno 1347. Bohemici quoque regni diadema, uoa cum uxore Blancha, Gallica ſuſcepit.

Sileſiam reliquam Marchiam Brandeburg. Moraviam, Budiſſ. &c Bohemiæ incorporat.

§. II. Is Bohemiæ reliquam Sileſiam & Marchiam Brandeburgenſem, Ludovici Bavari filiis, ut ſuperiore volumine c 25. & 26. demonſtravimus, extortam adjecit. Sittavienſium quidem annalium epitome eum Vratislavienſem & Svidniceoſem principatus Polonicos, h. e. Sileſiacos, dominatum Glacenſem & Moraviam itemque Budiſſinam, Gorlicium & Camicium coronæ Bohemiæ inſeruiſſe, ſive, ut barbare loquar, aperte tamen, incorporaſſe tradit. De Sittavia etiam ſeorſim refert, eam cum arce Ronavia a Marchione Brandeburgenſe per eundem liberatam eſſe & regno incorporatam.

§ III. Hæc ſub ſuo anno 1355. recitat Cnemiander literas Incorporationis, qua ducatus Sileſiæ & Poloniæ nimirum Lignicenſem, Brigenſem, Munſterbergenſem, Oleſnicenſem, Glogavienſem, Saganenſem, Opolienſem, Falchenburgenſem, Strelenſem, Techinenſem, Oſvecionenſem, Maſovienſem, Plocenſem, Vratislavienſem denique cum civitatibus Vratislavia, Novoforo, Francoſteno, Steinavia, Soravia, & media parte Glogoviæ, Budiſſinenſe item & Gorlicenſe marchia, regno Bohemiæ in perpetuum conjunxit Carolus: ex quibus, etſi quæ ad inſtitutum noſtrum facere videbantur jam ante, tertio & quinto libris (y) recitavimus, haud tamen ingratum fore lectori exiſtimavimus, ſi integræ hic ſcribantur:

§. IV.

Literæ incorporationis multorum Ducatuum, provinciarum, urbium &c. de An. 1355.

INCORPORATIO DN. CAROLI IV. Romanorum Imperatoris ſuper ducatibus Poloniæ & Marchia Budiſſinenſi & Gorlicenſi, quod perpetuo ſint regno BOHEMIÆ indiviſibiliter conjuncta.

„In Nomine Domini, ſanctæ & individuæ Trinitatis. D. CAROLVS Dei gratia Rhom. Imperator ſemper Auguſtus, Bohemiæ Rex &c. ad perpetuam rei memoriam, Inſignes laudabilis famæ titulos moderni temporis meretur glorioſa poſteritas, ſi quod prodeceſſorum illuſtrium circumſpecta pridem inſtauravit proviſio, ut fructuoſi laboris ſolertia perenni commendentur memoriæ, & ex continua bonorum opera quaſi ex relucenti ſpeculo vetuſtatis ſurgat de ſelicibus mortuis felix memoria rediviva. Sane licet pridem recolendæ memoriæ Divus Fridericus Rho. Imperator Auguſtus prodeceſſor noſter de ſingulari ſuæ benignitatis munere claræ recordationis illuſtri Vladislao, quondam Bohemiæ duci, qui regnum Boh. ante ſuam coronationem regebat & ſuis hæredibus Boh. regibus cenſum de terra Poloniæ, quem anteceſſores ejus duces Bohemiæ a Polonia multis temporibus accipere conſueverunt, quem Poloni & Sleſiæ duces ſacri imperii ſolvere tenebantur, prout in literis Imperatoris præfati evidenter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum. Ipſi quoque duces Poloniæ & Sileſiæ eundem cenſum, illuſtribus progenitoribus & prædictis noſtris Bohemiæ regibus in ſignum ſubjectionis debitæ & in recognitionem ſui ſuperioris Domini rite perſolverent multis temporibus retroactis. Tamen ad abundantius cautelæ præſidium tractum temporis, dicti duces ſuorum hæredum & ſucceſſorum ſuorum nomine atque vice, principatus, terras, ac dominia ſua a claræ memoriæ illuſtri Johanne, quondam Bohemiæ Rege genitore noſtro chariſſimo dum viveret, demum a noſtra celſitudine, dicto noſtro genitore defuncto & a corona regni Bohemiæ præſtiterunt ſolennitatis obedientiæ omagii ſubjectionis & fidelitatis debitæ juramenta corporalia. Et licet inſignis ducatus Vratislavienſis & Sileſiæ cum ſuis omnibus pertinentiis ad utile & immediatum dominium illuſtrium quondam Bohemiæ regum, progenitorum noſtrorum, & ad coronam regni Bohemiæ ſpectaverit ab antiquo, ſicut hæ literæ recolendæ memoriæ D. Rudolphi, Romani Regis prodeceſſoris noſtri, in quarum prima quandam ordinationem inter Illuſtrem Ottocarum quondam Bohemiæ regem proavum noſtrum clariſſimum ex una, & Henricum ducem Vratislavienſem parte ex altera, videlicet quod dictus Ottocarus Rex eidem Henrico, Vratislavienſi & Sileſiæ duci, in caſu, ſi ducem promori contingeret, in promiſſo ducatu Vratislavienſi & Sileſiæ terris, & omnibus ſuis dominiis deberet ſuccedere per ſe factam aſſerit, & in ſede ipſarum, dicto Henrico duce jam ſublato de medio prædictum Regem Ottocarum hæredes & ſucceſſores ſuos Bohemiæ reges de ducatu Vratislavienſi & Sleſiæ terris & dominiis præſatis tanquam actu vacantibus propter multa grata ſervitia, quæ illuſtres Bohemiæ Reges ſacro Rom. Imperio

(y) Lib. III. Commentar. vid. cap. 16. §. 2. lib. V. vero cap. 26. §. 2. conf. Groſſerum Part. I. p. 80. & Carpzovium in Anal. F. Z. Part. II. c. 1. §. 6. p. 175. ſeq. Sagittarii Hiſt. Luſatica §: 46. 47. 48. 49.

rio fecerant, ſolenniter inveſtivit, lucidius atteſtantur. Tamen Illuſtris quondam Johannes Bohemiæ Rex genitor noſter præfatus cum Henrico ſeptimo & ultimo Vratislavienſi & Sleſiæ duce ſororio noſtro, dum uterque eorum vitam ageret in humanis, quandam ordinationem iniit & tractavit, videlicet, quod Dux dictus Henricus terram & diſtrictum Glazenſem cum Vaſallagiis, feudis, dominiis & omnibus pertinentiis ſuis de conſenſu dicti genitoris noſtri ad vitæ duntaxat tempora habere deberet, ut tum eo moriente ducatus ſui, puta Vratisl. & Sileſiæ ad prædictum Glocenſe dominium, ad uſum & poſſeſſionem dicti genitoris hæredum & ſucceſſorum ipſius, regum & coronæ regni ſine difficultate qualibet reuenirent, ſicut hoc proceſſu dierum ad finem devenit intentum, eo quod dictus genitor noſter dum viveret, monente duce præfato ducatum Vratislav. & terram Glacenſem præfatam tenuit & poſſedit, & nos utrumque de præſenti velut Bohemiæ Rex in poſſeſſione tenentes utrobilibet dominamur. Et quamvis Marchia Budiſſinenſis & Gorlicenſis, quæ cum cæteris civitatibus, oppidis, pertinentiis ſuis ad regnum & coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per illuſtrem Ottocarum quondam Bohemiæ Regem, proavum noſtrum, in perſonas quondam illuſtrium Brandeburgenſium Marchionum ex certis & ratiocinabilibus cauſis alienata fuerit; aliquando tamen marchionibus prædictis absque ſexus maſculini hæredibus decedentibus ab hac vita nobiles, milites, clientes, cives & univerſi incolæ marchiæ Budiſſinenſis & Gorlicenſis præfatæ animadverſione debita recognoſcentes, qualiter ad coronam & regnum Bohemiæ, tanquam ad immediatum & naturalem Dominum dudum pertinuerant ad ſubjectionem & obedientiam Illuſtris Johannis, quondam Bohemiæ Regis, Genitoris noſtri, tanquam ordinarium, legitimum & naturalem dominum ſuum, & ad coronam regni Bohemiæ, de cujus gremio dudum conſtiterant, ut præfertur, deliberatione non improvida redierunt. Nos igitur indefeſſam ſolicitudinis operam & diligentiam exquiſitam, quam ſupra dicti proavus pater ac progenitores noſtri clarisſimi quondam Bohemiæ reges ad obtinendam ſubjectionem Vaſallagium & obedientiam illuſtrium Sleſiæ & Poloniæ ducum, videlicet Lignicenſem, Brugenſem, Munſterbergenſem Olsnicenſem, Glogavienſem, Saganienſem, Opolienſem, Falckenburgenſem, Strelicenſem, Teſchinenſem, Colſicienſem, Ratiborienſem, Steinavienſem Osvecionenſem, principatus Maſſovia, & ducatus in Plotzka, principum & fidelium noſtrorum, principatus ſeu ducatus Vratislavienſis & Sleſiæ, nec non civitates, videlicet Vratislavia, Novum forum, Franckenſtein, Steinavia, Sorau & mediam partem Glogoviæ & pertinentiarum ipſius & etiam Budisſinenſis & Gorlicenſis marchiam, ut præfertur non absque magnis impenſis & infinitis laboribus habuerunt, in noſtræ Majeſtatis acie continuo revolventes, ut virtutum ipſarum frequentia & ſolicitudo laborum præteriti ſub felici noſtro regimine ſolidetur, ſicut dudum de plenitudine Romani Regis poteſtatis ſtatuendum duximus, ita & nunc ex certa ſcientia ſtatuimus, de noſtra Imperialis plenitudinis poteſtate, quod omnes ſupra dicta Clementine, & ſententiæ Imperialium & Regalium literarum, quas ad recognitionem dictarum intentionum adduximus ſemper & ubique in judicio & extra, & in ſingulis actibus publicis & privatis, quoties tenorem præſentium legi & publicari contigerit, ejusdem efficaciæ, vigoris & autoritatis exiſtant, ac ſi in ſignis propriis originalia viderentur, & præcipue cum eadem originalia per Nos (Vos) ac non nullos ſacri imperii Principes, Romanos, Barones, Proceres, auſcultata & examinata fuerunt, diligenter ac demum communicato conſilio ſuper omnibus præmiſſis, nonnullorum ſacri Imperii Principum, Baronum & Nobilium conſilio ſpeciali prædictis omnibus de verbo ad verbum, prout ſuperius exprimitur, intellectis & in examine deliberatæ ac providæ diſcuſſionis adductis, ne ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet noſtris hæredibus, & ſucceſſorum noſtrorum Regni Bohemiæ & coronæ regni ejusdem, juribus, honoribus & ſtatutis valeat impoſterum derogari. Autoritate Imperiali dictos Sleſiæ, Poloniæ & cæteros prædictos duces noſtros Principes & Vaſallos cum Principatibus, Feudis & Vaſallagiis ipſorum, præſertim cum a corona regni præfati, immediate dependeant. Dictum quod ducatum Wratisl. cum civitate Wratislav. Novoforenſi, Franckſtein, Steina, Glocenſi, Glogavienſi & ceteris oppidis ibidem, nec non Marchiam Budiſſinenſem & Gorlicenſem, cum Vaſallis, Vaſallagiis, Feudis, Feudatariis, Utilitatibus, Fructibus, Obventionibus, Jurisdictionibus, Judiciis, Honoribus, Juribus, Conſvetudinibus & omnibus dictarum ducatus & Marchiæ pertinentiis velut utile & immediatum dominium noſtrum & regni Bohemiæ præfati. Fidem regno & ejus felici coronæ in perpetuo adjungimus, incorporamus, inviſceramus, adſcribimus, appropriamus & indiviſibiliter ac inſeparabiliter communimus, ſpecialiter etiam & ex nomine interpretamur, pronunciamus, definimus, proteſtamur, & dicimus ac de certa noſtra ſcientia declaramus, ut præfati duces Sileſiæ & Poloniæ hæredes

 & ſuc-

& ſucceſſores ipſorum in perpetuum, quoties ducatus eosdem, aut alterum ex eis vacare contigerit, ipſos vel ipſum a nobis hæredibus ſucceſſoribus noſtris Bohemiæ Regibus & corona regni ejusdem Homagii, obedientiæ, fidelitatis & ſubjectionis debitæ teneantur & debeant præſtare & facere corporalia juramenta, ſupplentes omnem defectum, ſi quis in literis vel privilegiis dictorum Imperatorum & Regum Romanorum memoriæ recolendæ aut etiam in ordinatione ſeu tractatu dicti genitoris noſtri, quem cum præfato Henrico VII. & ultimo Vratislavienſi & Sleſiæ duce habuiſſe dignoſcitur, ſeu in reductu Nobilium, militum, clientum, civium & incolarum Budiſſinenſis & Gorlicenſis Marchiæ, quæ ad regnum Bohemiæ, ut præmittitur, ex cauſis legitimis redierunt, vel in præſentibus noſtris literis errorum defectus, interpretatione dubia, ſententiarum obſcuritate, vel alia quavis occaſione compertus fuerit, de certa noſtra ſcientia, ac de prædicta Imperialis plenitudine poteſtatis, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus ſtatutis ſeu edictis publicis vel privatis factis & dictis in contrarium quibuscunque. Quas & quæ, quantum ad hæc ac ſi nominatim & de verbo ad verbum præſentibus inſcripta & inſerta etiamſi de his, jure vel conſvetudine deberet fieri mentio ſpecialis, revocamus, caſſamus, irritamus, annihilamus & de prædictæ imperatoriæ Majeſtatis plenitudine decrevimus firmitatis fore nullius penitus & momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ adjunctionis, incorporationis, inviſcerationis, adſcriptionis, appropriationis, interpretationis, pronunciationis, diffinitionis, præſtationis, declarationis, decreti defectus ſuppletionis, revocationis, caſſationis, irritationis & annihilationis paginam infringere. Contrarium vero facientes, ſi qui fuerint, quod obſit, ultra indignationem noſtræ celſitudinis, quam ob hoc ſe noverint incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romanorum regni fiſco deponant, ipſarum videlicet medietatem noſtræ ſeu ſucceſſorum noſtrorum curiæ ſeu cameræ, reliquam paſſis injuriam irremisſibiliter applicandum ſub ſigno noſtræ Majeſtatis &c. Teſtes hujus ſunt Venerabilis Erneſtus, Pragenſis Archiepiſcopus, illuſtris Rudolphus ſenior, Dux Saxoniæ, Archimareſchallus, avunculus noſter, ac venerabilis Perizeczlaus Vratislavienſis, Cancellarius aulæ noſtræ, Johannes Olmucenſis, Theodoricus Mindenſis, Illuſtris Rudolphus Junior Saxoniæ, & Joannes Oppaviæ duces: Spectabiles Burghardus Magiſter curiæ noſtræ, Burggrafius Magdeburgenſis, Henricus de Schvvarzberg, Comites & Nobiles Joannes de Roſenberg, Johannes de Sternberg, Gorislaus de Schuuamberg, Gerko de Conſtat. Dionyſius de Rempniz, & Ulrich de Ausſig & alii quam plures noſtri fideles præſentes. Sub bulla aurea. Data Pragæ anno ſalutis 1355, indictione octava, ſeptimo Idus 1355.
Octobr.,,

§. VII. In Secretario M. Johannis Frauenbergii, Notarii & Conſulis Gorlicenſis annotatum reperio, Joannem cæcum Bohemiæ Regem, admodum bellicoſum Sileſiam & partes illas gladio victas regno Bohemiæ adjeciſſe, & præſentes terras (Luſatiam intelligo) eidem regno incorporaſſe, proot ex privilegio Caroli Reipubl. Gorlicenſi dato clare patet.

Vide M. Joh. Frauenbergii Conſ. Gorlicenſis Secretarium, nec non Privilegium Caroli Reipubl. Gorl. datum.

CAPUT XVII.

De Caroli IV. modis multas acquirendi provincias.

§. I.

PEucerus Lib. V. p. 608. πλεονεκτικώτατον fuiſſe Carolum ait, adeptumque occaſiones ex diſſidiis principum Sileſiæ, patris exemplo totum in eam curam incubuiſſe, ut principibus illis, vel pretio vel bello, vel perſvaſu domitis, acceſſione Sileſiæ omnis & huic cohærentis Luſatiæ Bohemiam amplificaret, & ut acquiſita confirmaret.

Carolus πλεονεκτικώτατος juxta Peucerum,

§. II. Olomucenſis contra Lib. 22. p. 184. lin. 38. Carolum in propagandis finibus hac ſcribit uſum ſedulitate juxta ac æquitate, ut in nullius bona & fortunas ſui commodi cauſa impetum per vim faceret, ſed ſi qua arx aut municipium, ſive in Luſatia, ſive in Miſnia, aut in Bavaria fuerant venalia, quæ cum regno Bohemiæ cohærerent, illa ſtatim ut a venditore juſto precio redimeret operam navaſſe.

quod negat Olomucenſis, Carolumque defendis.

§. III. Aſſerit & Thomas Mitis, Bohemus, in quadam ad Georgium Fabricium epiſtola, perperam ſcribere Peucerum de Sileſiæ ducibus pleonexia Caroli coronæ regni Boh. in Vaſallos ſubactis, idque doceri poſſe commentariis rerum Bohemicarum Matthæi Aurigalli Chomutovienſis, quorum ipſe habeat rhapſodias. (z)

Cui & ſuffragatur Thomas Mitis, Bohemus.

CAP.

(z) Vid. Carpzovium P. II. c. 1. §. 7. p. 177. Groſſerum P. I. p. 76.

CAPUT XVIII.

De

Arce Roymunga (Ronau) ad Hirſfeldum excitata, Zittavia Saxoni oppignorata & terræ quodam motu.

§. I.

1347. Ortus Roymungæ vel Ronnæ arcis prope Hirſchfeldum. Sittavienſes præcavent civitatis oppignorationem.

REgnante jam apud Bohemos Carolo anno 1347. Roymunga arx (a) ad Hirſchfeldum (Ronnam hodie vocant) excitata eſt. Eodem anno cum Rudolpho Saxoniæ Electori Sittaviam oppignorare in animo haberet Carolus, cives Pragam profecti in præſentia quidem promiſſis quingentis ſexagenis, ne a regno alienaretur urbs, impetrarunt, quin & pro ejusdem incremento, omnia gravamina h. eſt collationes extra ordinem ſeu exactiones in octennium iis remiſit Rex, ordinaria, C. marcarum penſione contentus.

Carolus Sittaviam ex pacto tradit Rudolpho. 1348.

§. II. Nihilominus tamen inſequenti XLVIII. anno Sittaviam Rudolphus prædictus accepit hypothecæ nomine pro pecunia, quam ex pacto ipſi debebat Carolus, quod in electione ſuffragio ſuo eum ad imperium adipiſcendum promoviſſet. Eodem a. 1348. terræ motus fuit permagnus die converſionis D. Pauli hora Veſperarum.

1348. Ingens terræ motus.

CAPUT XIX.

De

Codice publico a Zittavienſibus Senioribus confecto.

§. I.

1350. Guntherus Svarzburgenſ. veneno a Medico dato extingvitur. Senatus Sittavienſis Codicem publicum conficit.

RUdolpho Saxone apud Sittavienſes rerum potiente A. 1350. quo Carolus ſolus imperio potitus eſt, poſtquam Guntherus Svarzburgenſis pharmaco a medico propinato perierat: tunc igitur Scabini & Seniores Sittavienſes codicem publicum (b) authenticum, in quem quicquid referretur, ratum eſſet ac firmum, confecerunt.

CAP. XX.

De

Iis, quæ intra Decennium, ab anno nempe 1350 - - 1359. Zittaviæ potiſſimum accidere.

§. I.

1350. Colluvies flagelliferorum Germaniam pervagatur. Magna peſtilitas. Imago virginis Mariæ B. verba feciſſe fertur.

EOdem anno 1350. in chronico Saxonum (c) annotatum eſt, colluviem flagelliferorum (Geißler-Rotte) iterum Germaniam pervagatam, & peſtilitatem magnam, (quam Joannes Boccatius (d) deſcripſit) tertiam partem generis humani conſumſiſſe, mirificum item factum populi concurſum ad imaginem quandam Deiparæ virginis in Luſatia, quam ad homines, qui venerabundi circumſtarent, verba facere, fama erat.

Subditis peregrinatione religioſa ad prædictam imaginem miraculoſam interdicitur.

§. II. Cum igitur ex multis regionibus homines lymphatis ſimiles magnis agminibus illuc confluerent, principes, quod aliter inſaniæ neque modum ullum neque finem fore cernerent, ſuis quemque ſubditis peregrinatione iſta, (ut tum vocabatur) religioſa interdixiſſe, imprimis vero, Rudolphum Saxoniæ ducem, qui etiam imaginem tandem aboleverit.

De hoc flagellantium tempora, inhibitione & proceſſu ſcriptores variant.

§. III. Hoc loco quærendum, fuerit ne hæc celebris illa D. Mariæ, cognomento formoſæ, ſtatua in Hayndorffo, pago ſupra Friedelandum, haud plus duobus a Sittavia milliaribus, ad quam avorum patrumque & noſtra adeo memoria, voti rei homines religionis ergo iter ſuſcipere ſolebant. (Aventinus (e) flagellantium initium in tempora Ottogari II. Bohemi refert. Poſtea tamen eorundem in Germania meminit poſt mortem Ludovici Imperatoris an. 1348.) Albertus Argentoratenſis ſub an. 1350. a Papa & Carolo IV. Imp. proceſſum flagellatorium inhibitum ſcribit. Cureus item p. 107. Kocka A. 49 etiam Lib. Olig. Gorl. Proximo a. 1351. Corſa arx a Sittavienſibus reliquarum urbium ope nec non Svidnicenſis ducis auxiliis & ductu capta & diruta eſt. An. 1353. ipſa Reſurrectionis Chriſti die Carolus Romæ corona imperiali coronatus eſt.

Corſa arx capta diruitur. Carolus Romæ Imp. coronatur.

1354. Ædificium urbis Sittav. novum panium & calceorum expoſitioni coaptatum.

§. IV. An. 1354. Scabini Sittavienſes emtam civis cujusdam domum in acie fori ſitam in curia Senatoriæ uſum cæmentis exædificarunt, cum ad id usque temporis lignea iis fuiſſet, ſub qua panes & calcei vendebantur, in foro e regione loci, quem Mandaram vocarunt.

1355. Sittavienſes Schönfeldorum ſedem incendunt.

§. V. Inſequenti anno Sittavienſes quanta maxima poterant ſuorum juxta & vicinarum urbium manu facta, ſedem Schœnfeldorum, quam ad pontem regium oppidulum illi habebant, adorti incenderunt.

Arces, latronum ergo infames (latibula) juſſu Caroli Cæſaris comburuntur.

§. VI. Eodem an. 1355. cum Budiſſinam veniſſet Carolus, Budiſſinenſium, Gorlicenſium, Sittavienſium & finitimarum urbium copiæ non contemnendæ, juſſu Cæ-

ſaris

(a) Conf. Carpzov. Part. I. c. 22. §. 10. p. 156. Groſſerum P. I. p. 77.
(b) Vid. Carpzov. Part. II. c. 3. §. 2. p. 262. nec non in Præfatione,
(c) Pag. 340.
(d) Certaldenſis, natus eſt 1314. obiit 1373. Exaravit Hiſtoriæ Romanæ compendium ut & libros de claris viris. conf. Henckius p. 1. de Scr. R. R. pag. 105.
(e) Annal. Bojor. lib. VII. c. 7. §. 21. p. 668.

ſaris ignem injecere arcibus omnibus in Budiſſinenſi & Gorlicenſi territoriis, quotquot vel latrociniis erant infames, vel latrones & id genus homines maleficos receptarant.

1357. Arx pacis Carolinæ, (Carls-Fried) conditur.

An. 1357. Ulricus Zyſter eques, mandante Carolo, arcem Pacis Carolinæ (Carls-Fried:) nomine condidit, cujus præſidio per montana illa tuto iter haberi poſſet.

1358. Carolus a Sax. redimit Sittaviam.

An. proximo Sittaviam a Saxone redemit Carolus. Eam ad rem Sittavienſes mille ſexagenarum contribuere oportuit, quam pecuniam non ſine magno ſuo damno confecerunt.

1359. quæ 1359. incendio conſumitur. Hinc Edictum, Remiſſio tributorum & largitio Imperatoris.

§. VII. An. 1359. Sittavia incendio conflagravit. Id circo edixit Imperator, ne in ligneis poſthac ædificiis cereviſia coqueretur, ſed lapideis, utque parietes domorum anteriores cæmentis ad ſumma usque faſtigia educerentur. Civibus præterquam, quod in triennium ordinariam C. marcarum penſionem remiſit, ſingulis etiam annis illis trecentas inſuper marcas largitus eſt, unde calcem Senatus confici curaret in cives diſtribuendam. Conſtituebant autem Scabini, quantum quisque pro modo facultatum ſuarum ædificaret.

Sittavienſ. vectigalia, it. Sylva regia, (Königs-Holtz)

§. VIII. Eodem anno Imperator Sittavienſibus vectigalia, quæ redemta habebant, ademit, quindecim item marcas annuorum redituum, quos pecunia ex vectigalibus conflata emerant, nec non ſylvam, quæ regia dicitur (Königs-Holtz) licet ſuo hanc ære civitas comparaſſet.

Variæ exactiones & tributa Sittavienſ. imponuntur.

§. IX. Eodem CXX. ſexagenas eadem reſpublica pendere coacta eſt, moxque CCVI. pro collatione bonorum feudalium, quæ cives poſſidebant, & iterum LXVI. alias pro IV. marcis auri puri puti, quod finitum vulgo vocant, ad D. Wenceslai tumbam ſolide auream, quam poſtea filius Caroli Sigismundus Imp. cum reliquis eccleſiæ cimeliis, capitaneis & militibus præſidiariis Pragenſis & Viſſegradenſis arcium in ſtipendium dedit, ut Cochlæus Lib. V. ex vetuſto quodam codice refert. (f)

Tumba D. Wenceslai aurea &c. præſidiariis Pragenſ. arcium militibus datur in ſtipendium.

CAPUT XXI.

De

Domo Imperatoria ante urbem Zittaviam ædificanda & foſſa circa eam ducenda.

§. I.

Spremberg. Carolus emit. Eberhardus Comes Virtenbergenſ. bellum movet Carolo,

ANno 1360. Sittavia Carolo Sprembergum ementi trecentarum ſexagenarum ſubſidium contulit, Eidem in Eberhardum Comitem Virtebergenſem ſumma vi moventi octo miſit galeatos eosque non tantum bene armatos, verum etiam adeo & robore & ætate florentes, ut ad Meſſelingum & Schorendorffum in Svevia tantum præſtitiſſe exiſtimarentur, quantum duodeni vel deni quaterni alii a circumjectis urbibus ſingulis miſſi. In eam expeditionem quingentarum marcarum impendium factum.

quod componitur.

§. II. Rediere autem menſibus exactis, re per Auguſtanum, Argentinenſem & Spirenſem præſules, ut Carion ſcribit, compoſita. Eodem anno Sittavienſes cum omnibus opificibus in Dirſcitam, baronem, egreſſi Rippum, oppidum ceperunt, Wiſſenſehum arcem diruerunt, ſumtus ducentarum ſexagenarum fecerunt. Eodem anno, iidem numerum Senatorum aucturi octodecim Scabinos legerunt.

Rippum, oppidum capitur, Weiſſenſehum arx diruitur. Numerus Senatorum augetur.

1361. Diſſidium inter Civem & pannicularios ortum, de quo usque ad §. 20.

§. III. Anno 1361. nato inter civem quendam & pannicularios diſſidio, undetriceſimus Magdeburgenſium antiſtes Ditericus, qui hoc ipſo anno Ottoni Haſſiæ Landgrafio prid. Cal. Maji mortuo ſucceſſerat, cum antea Mindenſium præſul & Caroli IV. familiaris mandatarius Imper. Sittaviam veniens, Scabinos judicium loco & more conſveto exercere juſſit.

Ditericus Caroli mandatarius ad Sittavienſ. ideo miſſus.

§. IV. Cauſſa hæc erat, Ademtos civi cuipiam quindecim pannos ex floccis confectos, pannicularii in foro cremaverant. Cum iis alius quidam civis de damno illi dato expoſtulavit. Senatus re cognita, majores turbos veritus pacem mandavit, fidejuſſoribus acceptis.

Cauſa diſſidii, & reliqua.

§. V. Nihilo minus tamen ſtante pace ſtipulata idem civis a pannifice quodam indignis modis tractatus eſt. Pannifex violatæ pacis coram Scabinorum judicio accuſatus, & ſub vadimonio dimiſſus non ita diu poſt deceſſit. Mortuum ſponſores in vas compegerunt, quod ut corporis capax haud eſſet, (erat enim breviuſculum) oſſa ejus confregerunt.

§. VI. De his itaque omnibus edoctus antipes contra vades primo egit per procuratorem, quod ſecus atque oportuerit cadaver aſſervaſſent, membris ejus fractis, qui, cum poſt varias diſceptationes clementiæ Imperatoris totos ſe ſine ulla pactione vel conditione permiſiſſent, univerſo deinde pannificum collegio litem movit, quaſi id Imperatorias ſibi vendicaſſet partes judicando de falſo.

§. VII. Syndicus collegii ſive procurator reſpondit, non impetrata, ut moris eſt, loquendi venia. Huic cum ob haud rite obſervatam proceſſus judicialis formam & ſolennitatem mulcta irroganda eſſet, ſententiam rogavit Scabinos Antiſtes, quando in

(f) Conf. Carpzovium Part. I. c. 10. §. 7. p. 10. c. 22. §. 9. p. 155. Part. II. c. 1. §. 7. p. 178. Groſſerum Part. I. p. 81.

in Cæſareo is judicio deliquiſſet, nuncquid majorem etiam ſolita mulctam incurriſſet vel commeruiſſet.

§. VIII. Syndicus contra uſitatam & ordinariam procuratoris mulctam offerens abſolvi ſe petebat. Atque in eam jam partem inclinantibus Scabinis, ut pro Syndico pronunciarent, Antiſtes in præjudicium id fore Imperatoris proteſtatus, aliam de novo contra pannifices inſtituit actionem.

§. IX. Superiori enim anno Auguſto menſe, cum libram publicam Scabini decreviſſent inſtituere jurati, interceſſerat collegium pannificum, quod id ad ſummum ſuum dicerent pertinere detrimentum, fuerantque viritim ad Imperatorem profecturi queſtum eadere, niſi commendatore ſatagente a propoſito Senatus deſtitiſſet.

§. X. Tunc igitur nullo jure tergiverſatos eſſe pannifices procurator Antiſtitis contendebat, remque ita tragice exaggerabat, ut hi quoque trepidi rerum ſuarum cauſæque diffidentes Imperatori ſe permitterent.

§. XI. Judicio in veſperam extracto, cum jam prima fax inferretur, Antiſtes literas Imperatoris de crumena (i. e. peta) profert, legitque, poſtulantes ut lanionum, quam vocant curia, macellum, quantum etiamnum eſt, & domus, in quam diverteret Imperator, ſi quando adveniret, extruerentur: Senatus item novi legendi poteſtas ſibi reſignaretur.

§. XII. Ad extremum cum ad lucernam judicium exerceri parum convenire diceret, Scabinos ita dimiſit, ut qui re cum reliquo Senatu communicata & deliberata poſtridie de Syndici mulcta æquam Imperatori domino ſuo ſententiam eſſent laturi. Inſequenti die prima luce ſub precum matutinarum tempus ſenatus populusq; omnis aulam Cruciſerorum (derer Creutzherren) complet: quid facto opus ſit, in medium conſultatur. Cumque Magdeburgenſis judicium inſtaurare vellet, Scabini in hanc ſententiam verba ad eum fecere:

§ XIII. Quod poſtulet, ut ex jure civili ſeu Cæſareo pronuncient ſententiam, id plane ſibi præter expectationem accidiſſe, quod id ad eum usque diem in nullo apud ipſos fuiſſe uſu, nec omnino aliquis illius peritus in civitate reperiatur. Antea enim cauſas ſuo ſe decidiſſe arbitratu ex æquo & bono. Quod ſi captum illæ ſuum ſuperaſſent, conſuluiſſe Conſiſtoria ea, unde in rebus dubiis (controverſiis) peti ſolerent ſententiæ. Quare etiam nunc quidem ſecundum jus civile ſe reſpondere poſſe, ſed rem integram ad Imperatoris cognitionem & arbitrium rejecturos potius, quam ſtatuant aliquid, cujus vel ad Deum omnipotentem, vel ad Imperatorem ipſum vel cives denique non conſtaret ſibi ratio. Orare denique, id ægre uti ne ferat Antiſtes.

§. XIV. His auditis Magdeburgenſis mox ita diſceſſit, ut Senatui tanquam contumaci & qui ſibi dicto audiens non fuiſſet, haud obſcure minitaretur. Octo itaque Scabini conſcenſis equis eum ſecuti ſumma contentione vix hoc pacto homini reconciliati ſunt, ut ducentas ſexagenas darent, de quibus domus imperatoriæ ad portum ædificatio inchoaretur. Sed & Noribergam & alio ad Imperatorem miſſi ſunt, qui neceſſitatem ædificationis illius deprecarentur. Verum fruſtra.

Sittav. fruſtra ædificationem Domus Imp. deprecantur.

§. XV. Poſt ſexennium h. e. anno 1365. iterum ducentas contribuerunt ſexagenas, quas etſi ædificio novæ illius domus ante urbem, ducendæque circum eam foſſæ impenſurum ſe dictitabat Imperator, poſtea tamen in naves, quæ tum Pragæ fabricabantur, inſumſit. Annotatum enim eſt in Saxonum chronico p. 357. A. 1365. Carolum Imper. multas fabricari curaſſe naves, famamque fuiſſe perfecturum eum, ut ex Bohemia ſecundo flumine Albi in mare Balthicum navigari poſſet: Magdeburgum etiam obſeſſurum, unde metu perculſi Magdeburgenſes pro ſui defenſione aggere muris & turribus urbem munierunt.

Nova Contributio 1365.

Carolus Albim ex Bohemia in mare Balthicum navigabilem facere molitur.

Magdeburgum munitur.

§. XVI. Tandem an. 1367. cum Sittaviam veniſſet Imperator & in domum novam propter moletrinam, cui a porta nomen eſt, ſitam divertiſſet, præcepit ſub obtentu gratiæ ſuæ & præſtito ſibi fidelitatis juramento, ex ſingulis ædibus tam intra mœnia, quam in ſuburbanis hortisq; ſingulos mitti foſſores, qui domum ſuam foſſa cingerent. Ab iis intra biduum circum eam foſſa, quanta hodie cernitur, ducta eſt. Atque hactenus de domo Imperatoris. (g)

Carolus Sittaviam venit.

Foſſa circa domum Imp. celeriter ducta.

CAPUT XXII.

De

Zittavienſibus ſupra uſitatas penſiones ſubſidia contribuentibus, & magna inſuper annonæ difficultate laborantibus.

§. I.

Nunc ad annum 1361. redeo, quo Adalberti pagum duobus quibusdam civibus vendidit Reſpublica Sittavienſis, cum, ut eſſet, unde ad frumentum Im-

1361. Adelberti pagus venditur civibus Sittavienſ.

(g) De qua Groſſerus agit Part. I. p. 81. & Carpzov. P. I. cap. 22. §. 12. p. 157. & Part. II. c. 1. §. 7. p. 179.

Mons exſcindendorum cæmentorum gratia a Senatu Sittav. emitur. Academiæ Pragenſis ortus.

Imperatori XVII. ſexagenæ penderentur, tum ut montem, unde cæmenta exſcindun-tur in uſum ædificiorum publicorum XXVII. marcis Senatus emere poſſet. Eodem anno (vel 1354. diſſipata 1410.) Pragenſem Academiam velut coloniam ex Pariſienſe deduxit Carolus.

1362. Nova & extraordinaria pecuniæ exactio. Magna caritas annonæ penes Sittaviam.

§. II. Anno 1362. Carolus a Sittavienſibus ſupra uſitatam & ordinariam C. marcarum penſionem, CCXII. inſuper ſexagenas exegit. Quo tempore magna annonæ difficultate in territorio Sittavienſi laboratum eſt. Toto enim anno modius frumenti dimidia ſexagena emptus eſt, quod pretium tunc grande cenſebatur.
1363. Poſt meſſem tamen proximi anni 1363. modius veniit XVIII obolis uſualibus, quales tum duodeni in ſingulos groſſos computabantur. Erant autem ab uno latere leone, ab altero D. Wenceslai capite inſigniti. Atque eodem tempore nimia illi copia ita viluere, ut XXXVI. uno Pragenſe groſſo mutarentur. Novi igitur cudebantur oboli, ab una parte caput diademate redimitum cum ambiente Regis Bohemiæ titulo præ ſeſerentes. Averſæ faciei quæ fuerit æra & imago non traditur. Eorum duodeni in groſſos ſingulos accipiebantur a non Invitis.

Obolorum groſſorumque Pragenſium valor & mutatio.

Wenceslaus, nimium adhuc infans, Boh. rex coronatur. Donum Sittavienſium novo Regi oblatum.

§. III. Eodem anno Carolus Wenceslao filio ſeſqui anno non majori Pragæ in choro veteri regni Bohemici coronam impoſuit. Ad eam ſolemnitatem Senatus populusque Sittavienſis Scabinos ſuos & cives quosdam ablegavit, cum centum ſexagenarum munere honorario.

Arcem Ruland. emit Carolus. In March. Brand. expeditionem facit. Cujus copiis Sittav. ſuis ſumptibus centum armatos jungunt.

§. IV. Rulandum quoque arcem tunc Carolo vendidit Eilbergius. Quam ipſam quoque ad emtionem non nihil contulere Sittavienſes, Iidem, Menſe Auguſto ejusdem anni, puta ſexageſimi tertii ſupra milleſimum treceнteſimum, Imperatori in Marchiam Brandeburgenſem expeditionem facienti centum armatos adjunxere, quorum ſtipendia ad CCC. ſexagenas excreverant.

CAPUT XXIII.

De

Pragenſibus in territorio Zittavienſium pro hoſtibus ſe gerentibus.

§. I.

Pragenſ. in Sittav. terras inſultus, damna & hoſtilitas.

EOdem, cum & Pragenſes (h) trecenti proficiſcerentur in Sittavienſium territorio plane pro hoſtibus ſe geſſere. In Hervvigii enim villa paræciam ſuccenderunt, templum oppugnarunt. Inde progreſſi ad Ruperti pagum occupato cœmeterio, equos, vaccas & porcos abegerunt, paræco, ut & prætore pagi, quem Scultetum vocant, interſectis. Nec minora alibi dedere damna.

§. II. Revertentibus itaque ab expeditione Sittaviæ, qua iter habebant, cum alia, tum equi rurſus ademti ſunt. Qua illi ignominia irritati apud Alberti villam ſubſtitere in omnem vindictæ exigendæ occaſionem intenti. Sed mox adventantibus Sittavienſibus pauſo plus quadringentis iisque armatis, non auſi pugnæ aleam periclitari, raptim in montana & inde domum ſe recepere.

quibus Sittav. prædam adimunt, eosq; domum repellunt.

§. III. Poſtea cum cives quidam Sittavienſes pannos Pragam advexiſſent, detenti ſunt illic una cum mercibus ſuis. Nec integro menſe Sittavienſis ullus Pragam venire auſus eſt. Quin & Scabini pro liberatione ſuorum ad ſenatum Pragenſem miſſi infecto negotio rediere.

Pannifices Sittav. cum mercibus Pragæ detinentur.

§. IV. Tandem Imperator re cognita captivos dimitti, iisque pannos ereptos ſeu areſtatos reſtitui juſſit, Pragenſes vero quingentis aureis mulctavit, tum, quod poteſtatem ſibi arrogaſſent judicandi de rebus expeditionis tempore commiſsis, tum quod iter publicum ceu inhibuiſſent, impediviſſentque.

Qui mandato Caroli Imp. reſtitutis mercibus dimittuntur, Pragenſ. vero mulctantur.

CAPUT XXIV.

De

Luſatia ſuperiore per jusjurandum in fidem Rudolphi Ducis Auſtriæ adacta.

§. I.

ANno 1364. Senatus Sittavienſis accepit præfecturam territorii Sittavienſis, (i) cum arcibus pace Caro- 1364.
lina ac Oyvino, quod cœnobium nunc eſt, itemque vectigalibus tam intra quam extra urbem, pro quibus omnibus quotannis in ſacris Pentecoſtes feriis trecentos ſexagenas regno Bohemiæ numerare pactus eſt.

Senat. Sitt. præfecturam territorii Sittav. arcem pacis Carolinæ, Oyvvinum & vectigalium jus annua penſione pro certa pecunia conſequentur.

§. II. Eodem anno ante Feſtum Pentecoſtes Carolus Budiſſinenſes, Gorlicenſes, Sittavienſes, Laubanos & Lobavienſes Budiſſinæ per jus jurandum in fidem adegit Rudolphi Ducis Auſtriæ, idque hac conditione, ſi Carolus, ejusque Frater Johannes Moraviæ Marchio & utriusque filii, itemq; Ludovici Legnicenſium ducis filii, hi ergo omnes ſi absque hæredibus deceſſiſſent, ut prædictæ urbes Rudolpho Auſtriaco liberisve ejus aut ſorori cederent: ſin Auſtriacorum ſtirps prior defeciſſet, hæreditatem eorum cerneret Carolus, aut ſupra memorati ipſius

Rudolpho Auſtriaco, Homagium præſtatur, ſub pacto Succeſſorio.

(h) Vid. Carpzov Part. IV. c. 4. §. 7. p. 163. Groſſerum P. I. p. 82.
(i) Vid. Carpzov. P. II. c. 1. §. 7. p. 178. Groſſerum P. I. p. 82.

us Hæredes. Ejusque homagii literæ appenſis quinque civitatum ſigillis munitæ Auſtriaco traditæ ſunt, quas is ſecum abſtulit.

Rudolphus IV.

§. III. Cæterum fuit hic Rudolphus ejus nominis quartus, filius ex quatuor natu maximus Alberti II. ſapientis, Nepotis Rudolphi Habsburgenſis ex filio Alberto I. Cæſare. Atque is, Peucero teſte, (k) primus omnium Exarchum Auſtriæ ſe nominavit, & anno 1365. Gymnaſium Viennenſe, cum Alberto III. & Leopoldo II. fratribus, ut habet catalogus rectorum, condidit. Stemma Ducum Auſtriæ in membrana depictum, & idem catalogus, Eccleſiam S. Stephani Viennæ ab hoc Rudolpho eodem anno 1365. fundatam tradunt: ſcholæ vero Viennenſis fundatorem ſtemma ſolum facit fratrem ejus Albertum III. quem catalogus anno 1384 academiam ab aula ad locum quietiorem monaſterio prædicatorum proximum tranſtuliſſe & privilegia ejus auxiſſe refert. Eum Peucerus (l) amantem & cupidum fuiſſe ſcribit doctrinæ aſtronomicæ, ideoque ſtudia & reditus academiæ auxiſſe: Uxorem habuiſſe Eliſabetham Caroli IV. filiam. Munſterus non tamen Albertum IV. Tertii filium, ſed patrem Alberti II. Cæſaris matheſin calluiſſe annotavit. Rudolphi autem, de quo hic agimus, uxor, ſecundum ſtemma, fuit Multaſch Tirolis Comitiſſa. Peucerus (m) quoque comitatum Tirolenſem ad eum a Conjuge dotis loco allatum. Alibi Caroli IV filiam, Catharinam ei collocatam fuiſſe ait. De Multaſcha Trithemii verba ex genealogia Bavarica aſſcribo. (n)

1365. primus Exarcha Auſtriæ Gymnaſium Viennenſe condit. S. Stephani Templum Viennæ fundat.

1384. Albertus III Acad. Viennenſem in alium locum, auctis privilegiis transfert Aſtronomus Albertus. de uxore Rudolphi Hiſtorici variant.

Trithemii Genealogia Bavarica.

1347. Ludov. imper. veneno a Maulteſch propinato extinctus.

§. IV. „Anno Dom. M.CCCXLVII. in die St. Gerionis martyris, Imperator Ludovicus in venatione conſtitutus, habebat in comitatu ſuo Duciſſam Auſtriæ quandam, quam omnes propter tetram fœdamque corporis diſpoſitionem Maulteſch appellaverunt. Hæc ubi etiam ab Imperatore contemni ſe videbat, infremuit & ſimulata hilari vultu, potum Imperatori, prior bibens ipſa poſtea obtulit, qui ex bona fide ſumto poculo, poſt moram parvam de equo interſectus cecidit, & in ſinu cujusdam ruſtici inclinatus exſpiravit, in nemore prope Furſtenfeld, ſepultus eſt Monaci, in eccleſia beatæ Mariæ ſemper Virginis. Hæc ille.

ſepultus Monaci.

§ V. Peucerus (o) a vidua Alberti Auſtriaci, quacum familiarius conſvevit Ludovicus, venenum ei propinatum refert. Obiit Rudolphus ſine liberis (ſi ſtemmati & catalogo credimus) an. 1365. proximo poſt præſtitum illi a Pentapoli Luſatiæ ſuperioris homagium, ſepultus Viennæ in templo Divi Stephani, quod eodem anno fundaverat.

A vidua Alberti Auſtriaci veneno extinctum Ludovicum refert Peucerus.

1365. Rudolphus obiit ſine liberis.

CAPUT XXIV.

De Ludovico Legnicenſi, ad quem Luſatia ſuperior quoque devolvi poterat.

§ I.

DE Ludovico Legnicenſe (p) ſic res habet. Boleslai ſævi Legnicenſis filius, Bulconis I. Svidnicenſis, de quo ſupra c. 9. & ſeqq. diximus, frater Henricus V. pingvis, Legnicenſium & Vratislavienſium Dux tres reliquit filios, Boleslaum Bregenſem, Vlatislaum Legnicenſem, & Henricum VI. ac ultimum Vratislavienſem, qui cum adverſus fratrem Boleslaum tueri ſe non poſſet, ducatum tradidit Johanni Bohemorum Regi, a quo ad tempus vitæ comitatum Glacienſem recepit.

Ludovicus Legnicenſis ejusque filii.

Henricus VI. Vratisl. Ducatum Joh. Boh. R. tradit, tradito vicisſim Comitatu Glac.

§. II. Incorporatio Caroli IV. ſeptimum numerat. Boleslaus, de quo apud Cromerum Lib. XI. & Miechovienſem Lib. IV. Cap. XIII. & duobus ſequentibus, it. Cap. XXII. plurima eſt mentio, cum obiiſſet an. 1352. ipſo Feſto Georgii, in ſacello quodam cœnobii Leubenſis ad Oderam Ædi ſacræ continuo, ſepultus eſt. Ora tumuli editi, cui imago Ducis ex ſolido ſaxo a bubulco quodam ſculpta impoſita eſt, hanc habet inſcriptionem, (oleo quidem ex lampade nocturna deſtillante magna ex parte denigratam ac pene obliteratam, atque ideo a compluribus non eruditis ſolum, verum etiam principibus viris cum indignatione fruſtra inſpectam, a nobis non tam viſu, quam tactu deprehenſam:)

Boleslaus obiit. Cujus tumuli

§. III. Non Kale. dans majus Dux Vra. Leg. Brig. Boleslaus Zelator veri, largus promptus miſereri, Fit cum Defunctis M. C. tribus L. duo junctis. Hi. Heynrichs. hant. quhirt.

Inſcriptio;

§. IV. Hunc Boleslaum chronicon Sleſiæ abbreviatum ex Margaretha Venceslai Bohemi filia, matertera videlicet Caroli IV. ſuſcepiſſe ait, Ludovicum filium, nimirum hoc

Ex Margaretha uxore, filium ſuſcepit Ludovic.

(k) Chronic. lib. V. p. 564.
(l) Loco citato.
(m) Ibidem.
(n) Conf Chronic. Hirſaug. ſub Wigbardo Abbate 32. p. 201.
(o) Chronic. lib V. p. 600.
(p) Vid. Carpzov. Parte IV. c. 1. §. 5. p. 138.

cum I. Legnicenſem &c. Dominum Canonicatus Brigenſ fundatorem. Cujus filius unicus ſuperſtes Henricus cicatroſus.

hoc nomine Imum dominum Legnicenſem, Bregenſem, ac Haynenſem Collegii Canonicorum in Briga fundatorem. De quo Ludovico accipiendos puto annales Sittavienſes. Reliquit enim is filium unicum Henricum cicatricoſum ſeu ſtigmaticum Bregenſium & poſtea Legnicenſium Ducem. Nam alter Ludovici filius Venceslaus præmaturam obiit mortem. Sed hæc de his.

CAPUT XXVI.

De

Zittavia in ſociarum Luſatiæ ſuperioris urbium fœdus transeunte ac regium nemus redimente.

§. I.

1364. Contributio quinque Civitatum. Luſatia mille ſexagenis ab Imper. redemta.

EOdem anno 1364. die qua St. Jacobi memoriam recolit eccleſia, prædictæ quinque civitates ciſmontanæ mille ſexagenas, quibus Luſatiam redemit Imperator, contulerunt, ac Sittavienſes quidem pro rata trecentas.

Sittav. a Bohemia primitus avulſa.

§. II. Atque hoc anno, ut in veſtibulo operis (q) monuimus, primo inter ſocias Luſatiæ ſuperioris urbes Sittaviæ (r) nominatim mentionem faciunt urbis annales. Unde colligitur circiter id tempus a reliquis transmontanis Bohemiæ urbibus eam primitus fuiſſe avulſam.

1365. Nemus regium Kønigs Holtz emitur a Sittavienſ.

§. III. Anno 1365. Sittavienſes jubente atque adeo cogente Carolo Sylvam, quod nemus regium (Kønigs-Holtz) appellatur, emerunt, acceptis ſuper ejus dominio tam Imperatoris, quam filii ejus Venceslai regis literis. Precium cum itineris impenſis & Cancellariæ mercede aliisque honorariis & uſuris 600. ſexagenas æquavit. Quin etiam a Bulcone, Svidnicenſium duce marca auri emuncti ſunt, eo nomine zur Wiederkauff, quod propter Sylvam iſtam apud Imp. pro civitate quanquam non rogantibus, imo invitis Sittavienſibus interceſſiſſet.

CPPUT XXVII.

De

Cœnobio Oybinenſi condito.

§. I.

1366. Caroli iter in Galliam ad Urbanum

ANno 1366. Carolus ad Urbanum V. Pont. M. Avenioni in Galliis agentem profectus (transtulerat enim ſedem pontificiam in Gallias Clemens V. natione Gallus Burdegallenſis olim Antiſtes circa annum Chriſti 1305) cum ibi in fratrum Cœleſtinorum Ord. S. Benedicti monaſterio rei divinæ crebro adeſſet captus eorum conſvetudine, & ritu ſacrorum delectatus, in reditu duos ſodalitii iſtius monachos precario ſibi adjunxit, qui ceu colonias in Bohemiam ducerent ſectæ ſuæ, quæ nullum ad id usque tempus extra Italiam & Franciam habebat cœnobium.

V. Pontificem.

Ordo Cœleſtinorum S. Benedicti in Bohemia propagatur.

§. II. Hi diu aulicum Imperatoris comitatum affectati, cum Pragæ ob hominum frequentiam habitare nollent, ſed ſolum aliquem & nemoroſum locum condendo cœnobio expeterent, nec tamen in tota vicinia, qui penitus ſibi arrideret, reperirent ullum, tandem veniam redeundi Avenionem petierunt, impetraruntque, & viatico inſtructi ſunt ac honorariis munerati donis.

§. III. Solicitum fruſtratio hæc conſilii habebat Imperatorem, ut quod maxime. Totam igitur noctem ea de cauſa inſomnem ducenti commodum in mentem venit Oyvini (s) arcis ſuæ ad Sittaviam inter montana & ſylvas ſuper celſa rupe ſitæ in ultimis finibus Bohemiæ, quam jam antea divino cultu mancipare decreverat, ut poſtea (t) audiemus, & hominibus religioſis ſolitariam vitam ducentibus imprimis aptam fore judicabat.

§. IV. Lætus itaque ſub primum diluculum monachos itineri jam accinctos acciri jubet, & de conditione dicti loci edoctos, ad eum quoque, antequam viæ ſe darent, luſtrandum cum literis ad Senatum Sittavienſium dimittit.

Arx Oyvinum offertur & traditur Cœleſtinorum ordini.

§. V. Sittaviam igitur venere ſub feſtum Pentecoſtes, & mox in arcem vicinam ducti, cum hæc demum iis non diſpliceret, cœnobium ibi condere cœpere miniſtrante illis mandato Imperatoris, ſuamque ad omnia operam accommodante, atque adeo operariis quoque, quorum ingens erat numerus, mercedem exſolvente civitate. Plus ducentis ædificium hoc Reipubl. conſtitit ſexagenis, præter omnes fabrorum ſuorum lignariorum, murariorumque, vectionum item, foſſionum, egeſtionum, ſaxorum excidendorum & ſimile, quascunque reliqui cives ad unum omnes præſtare poterant, operas.

§. VI. Negat tamen Latinum Oyvinenſis monaſteri chronicon, ullas a Sittavienſibus in ſtructuram cœnobii factas expenſas,

(q) Lib. I. Comment. c. 4. integro.

(r) Conf. Carpzovium Part. I. c. 1. §. 5. p. 2. Groſſerum Part. I. p. 82.

(s) Vide ſupra lib. I. Comment. c. 18. §. 1. p. 127. & hoc lib. VI. c. 8. §. 1. conf. Carpzovii Anal. P. I. c. 22. §. 2. ſeqq. p. 146.

(t) Cap. ſequenti 28. §. 7.

ſas, hebdomatim enim ex ærario regio & metallis Cuttenbergicis denas eos accepiſſe ſexagenas, unde operariis ſatisfacerent, atque ita de mercenariis ſolummodo & vecturis manuariis proſpiciendi curam Imperatoris juſſu eis incubuiſſe.

Cœnobium Oyvinenſe conditum.

§. VII. Hac occaſione cœnobium Oyvinenſe Pragenſis diœceſis pro XII. Cœleſtinæ familiæ monachis, ſacerdotibus tum coodi cœptum eſt, CXIV. poſt conditam Sittaviam annis, hoc eſt anno a Chriſti ſal-
1369. vatoris gratioſo adventu 1369. ut plerique
literas fundationis ſecuti annotarunt, qui ſuit a prima montis inventione, de qua mox (u) dicemus, circiter quinquageſimus: incorporatusque eſt locus per Imperatorem ordini Cœleſtinorum, ejusque principali monaſterio, videlicet monaſterio S. Spiritus de Sulmona, cujus tunc Abbas erat Johannes de Aquila, accedente Urbani, Pontificis autoritate atque confirmatione, & immediate præterea Romanæ curiæ ſubjectus, Priorque conventus cum reliquis fratribus, vigore fundationis ſingulares & privilegiati regum Bohemicorum ſacellani conſtituti ac ordinati. Caſtrum tamen ipſum ſeu arcem ſuis, & coronæ regni Bohemiæ poſſeſſioni, proprietati, titulo, honori & uſibus in perpetuum (in literis fundationis) reſervavit Imperator.

Caroli interdictum de non alienando Oyvino.

§. VIII. Cautum etiam eſt iisdem literis, quod ſucceſſuri Caroli Bohemiæ regis, nunquam locum vendere, obligare, permutare, donare, aut alio quovis titulo quibuscunque perſonis alienare, ſed in tali ſtatu perpetuo conſervare debeant.

Literæ fundationis datæ.

Datæ ſunt literæ fundationis in Italia, in civitate Im-
1369. periali Lucana (Lucca) 1369. XVI. Cal.
Aprilis.

Hervvigsdorffium.

§. IX. Addixit autem Imperator novo cœnobio dotis nomine villam Hervvigisdorffium, ſeu Herbesdorffium prope Sittaviam, (ut habent literæ fundationis: tametſi chronicon Oyvinenſe & articuli quidam ioſra recitaodi partem ejus tantum donatam referant, id quod etiam Wenceslai Regis literæ vernaculæ innuere videntur, quæ Priorem & conventum Oy-
1412. winenſem An. 1412. decem cenſitos (zehn
Zins-Bauern) in eadem villa a Johanne
Feuringk, cive Sittavienſe trecentis & triginta ſexagenis Pragenſibus emiſſe teſtantur) & allodium Druſendorffium, ſeu Drauſendorffium, cum omnibus utriusque juribus, proventibus, pertinentiis &c.

& Druſendorffium Cœnobio addictum.

§. X. Poſtea idem Imperator addidit cenſum annuum nonaginta duarum ſexagenarum groſſorum Pragenſium de cenſibus regibus hæreditariis, quos cives Sittavienſes ad cameram regalem ſolvere & pendere tenebantur, percipiendum, donec in aliis certis locis cenſum æquivalentem & perpetuum eis daret, pro ejus ceoſus parte, triginta videlicet & una marcis minus novem Hallenſibus, conventus ab Henrico, ſutore, cive Sittavienſe, & uxore, Anna accepit villam Albersdorffum ſeu Olbersdorffum prope Sittaviam, quam Alberti villam ſuperius (w) ſumus interpretati. (chronicon & articuli hic quoque medietatis tantum meminere.)

Imp. Olbersdorffum a Sutore Sittavienſ. permutationis jure accipit.

1376.

Confirmat diplomate hanc permutationem.

§. XI. Eam permutationem Carolus Imperator ratam habuit & confirmavit alio diplomate dato Noribergæ an. 1376. Reſtabant igitur tantum LXI. ſexagenæ cum novem Hallenſibus annui & perpetui cenſus, in & ſuper civitate Sittavienſe.

Wenceslaus Rex tributa Sittav. auget.

§ XII. Iis denique filius ejus & ſucceſſor Wenceslaus Rex, cui pater Carolus moriturus hanc ſuam fuodationem ſpecialiter & ſolicite in protectiooem perpetuam commendaverat, XXIX. alias adjecit quotannis in feſto S. Galli ab eadem civitate pendendas, teſtimonio diplomatis dati
Sittaviæ an. 1408. 1408.

Baſilicæ Monaſterii Oyvinenſis, item Sacelli deſcriptio & Conſecratio.

§. XIII. Monaſterii baſilica, (cujus Baſilicæ dextrum ſeu meridionale latus totum ad XV. cubitorum altitudinem ex ſolida rupe eſt exciſum, una cum tribus altaribus, & totidem aliis in ſacello, quod baſilicæ ſiniſtro lateri eſt continuum,) conſecrata
eſt & dedicata VIII. Id. IXbr. Anno 1384. 1384.
in honorem Spiritus Sancti paracleti, (unde monaſterium S. Spiritus, & montis paracleti vocarunt) & Deiparæ virgiois, nec non B. Martyris Venceslai, & St. Petri Confeſſoris, Inſtitutoris prædictæ religionis, poſtea Cœleſtinis, per Johannem Antiſtitem Prageoſem tertium, ſedis Apoſtolicæ Legatum ſecundum. Sacellum vero ipſum conſecravit ſuffraganeus ejus Wenceslaus.

CAPUT XXVIII.

De Rupis Oybinenſis inventione, ejus nomine & ordine Cœleſtinorum.

§. I.

Origo arcis Oyvinenſis.

PORro de arcis Oyvinenſis origine hæc annotata reperio. Quo tempore Bohemia veteri & indigeno regum principumque ſuorum ſtemmate orbata, externos primum Reges habere cœpit, nimirum

(u) Cap. ſeq. 28. §. 1. 2. & 14.
(w) Cap. 23. §. 1. & 2.

Quahlius Baro inter Leipam & Sittaviam ditionem ſuam habens,

mirum regnante Johanne I, Lucemburgio, non procul a Leipa ſedem habuit ſuam Baro quidam ſeu Vaſallus cognomine Quahlus, cujus ditio, etiam quæ ultra Leipam ſunt verſus Sittaviam montana & ſylvas complectebatur.

Tugurium Oyvini extruitur,

§. II. Ejus venatores urſum, qui in eam ipſam rotundam rupem, arx & cœnobium Oyvinenſe eſt hodie, evaſerat, inſecuti, feraque ibidem interfecta domum reverſi locum ædificando caſtro oppido quam opportunum ſe inveniſſe Domino nunciarunt, qui deinde in montes illos egreſſus, cum ipſi quoque planities edita (ardua) probaretur, tugurium quoddam ſuper ea lignis argillaque compactum extruxit.

quod collapſum reſtauratur, muniturque,
a Baronibus de Burgberg

§. III. Id cum aliquanto tempore ſteriſſet, nec ulli fere eſſet uſui, præterquam, quod miniſtris Quahlii venantibus diverſorii vice erat, poſtea eo mortuo deſertum ac collapſum eſt, poſt vigeſimum demum annum a Baronibus, qui in monte Burgenſe (Burg-Berg) reſidebant, inſtauratum ac munitum.

poſtea demolitur, ob prædas de eo actas.
Oyvinum cum Sittavia Leipenſi Baroni traditum,
a quo reficitur & reparatur.

§. IV. Hi cum prædas de eo agerent, (quod facinus ad id uſque tempus in Sittavienſi territorio erat inauditum) oppidani pulſis & afflictis illis domum, ſive munitionem demoliti ſunt. Nec reparata eſt poſtea, donec Leipenſis a Johanne Rege, ut vult chronicon, cum Sittavia hunc quoque montem impetravit, & locum pacavit. Ab eo, poſt triennium deſolata munitio cæmentis eſt refecta, turris altior, ſub qua clibanus eſt hodie excitata, & muro locus undiquaque cinctus.

de Naptitiis & Tannevvelderis rapinas ex arce exercentibus ſupra memoratum.
1319.
applicatur Oyvinum territorio Sittavienſi unione inſeparabili.

§. V. Inde quomodo vim & rapinas exercuerint Johanne rege abſente Naptitii & Tannewalderi, quos præſidio munitionis præfecerat Leipenſis, in initio hujus libri (x) dictum eſt. Johannes igitur reverſus caſtrum hoc montemque ipſum cum Zittavia permutatione, de qua diximus, (y) Leipenſi ademtum, Hinconi Javorienſium Duci affini ſuo ad tempora vitæ dedit circa annum 1319. ut vult chronicon Oyvinenſe, & tunc primo Sittavienſi territorio applicatum eſt caſtrum illud, quam unionem inſeparabilem poſtea Carolus IV. & alter ejus filius Sigismundus Impp. confirmarunt.

1344.
Arx per inſidias capitur.
1346.
Cum Hinco moritur, caſtrum hoc Oyv. cum Sittavia ad Carolum IV. devolvitur.

§. VI. Hinconis dominatu anno circiter 1344. vel præcedente, ut habet chronicon, idem caſtrum a famulitio domini de monte ſeu pago Michaelis (Michelsberg) noctu, conſcenſo per inſidias muro, interceptum eſt. Hincone anno 1346. ſecundum chronicum & Cnemiandrum vel ſecundum Sittavienſium annales, ſequente, mortuo ad Carolum IV. Imper. cum Sittavia hoc quoque caſtrum devolutum eſt.

Oyvinum obſidetur,
ob expugnationis difficultatem Votum a Carol. Imper. factum.

§. VII. Cum igitur, qui munitione rupis ſe tenebant, finem maleficiorum nullum facerent, ab Imperatore ipſo magnis copiis diu circumſeſſi ſunt. Is, ubi ſe operam ludere, ſuoque exercitui ab obſeſſis ſaxorum & omnis generis miſſilium jactu de loco ſuperiore plurimum incommodari animadvertit, ad auxilii divini implorationem converſus votum fecit, ſi arce potiatur, Numinis ſe eam cultui dicaturum.

Ortus nominis.
Oywien.
Vienna duplex.

§. VIII. Capta demum arce, cum Viennæ longe minore labore expugnatæ recordaretur, ceu admirabundum in hæc verba prorupiſſe ajunt: Nunquam, o Vienna, (O! Wien!) nunquam tantum mihi, quantum nuda iſta arx, feciſti negotii; atque ab hac emiſſa & ingeminata Imperatoris Voce nomen loco manſiſſe. Ego autem Viennam neque Auſtriacam noſtram, neque alteram Gallicam a Carolo unquam obſeſſam reperio, tametſi contra Philippum Auſtriæ ducem bellum eum geſſiſſe ex Hieron. Ziegleri Viris Illuſtribus Germaniæ Darmſtadinus annotavit.

Narratio Chronici Oyvinenſis de origine Nominis.

§. IX. Veriſimilior itaque eſt chronici Oyvinenſis narratio quam aſſcribo. Fertur, quod cum Carolus Imper. in obſidio-„
ne hujus loci ad expugnandum prædones,„
ibidem latitantes cum exercitu ſudaret,„
& multam difficultatem pateretur in ex-„
pugnando: Nam illi in caſtro forte deſpe „
ratione indurati (prout Jovius Lib. II.„
Triſt. ait: Ultima neceſſitas in rabiem„
vertit, atque eos plerumque, qui penitus„
de vita deſperant, ex timidis longe fortis-„
ſimos facit,) lapidibus & aliis jaculis plu-„
rimum moleſtabant exercitum, qui ta-„
men finaliter expugnati ſunt: Unde Chri-„
ſtianiſſimus & Invictiſſimus Imperator„
penſata difficultate obtinendi hoc ca-„
ſtrum, & recogitans de munitione illius„
famoſiſſimæ civitatis Wiennæ, repetivit„
cum admiratione in vulgari: O Wyn„
o Wyn, quaſi diceret: O Wyenna!„
quam es inſignis & præclara civitas! Vix„
crederem me tantam difficultatem habe-„
re in Tua expugnatione, ſicut circa hoc„
vile & ignominioſum caſtrum. Princi-„
pes autem & militares in exercitu ver-„
bum Imperatoris, quo dixit o Wyn, o„
Wyn, quaſi pro omine, id eſt fortunato„
& memorabili dicto ex ore Imperatoris„
rapientes, ab hoc eventu loco nomen„
impoſuerunt. Unde usque hodie vulga-„
riter cognominatur Ouwin, apud Bohe-„
mos, quamvis Almanni dicant Oywin.„

Hacte-

(x) Cap. 8. §. 1.
(y) Eod. cap. §. 2. 3.

Arcis nomen cœnobium poſtea adeptum.

Hactenus chronicon. (z) Arcis nomine,, deinde cœnohium etiam vulgo appellatum eſt.

Oyvinum Sittavienſibus datum 1364.

§. X. Hoc modo recuperatum Oyvinum Carolus Sittavienſibus dedit Anno Chriſti 1364. ut paulo ante (a) dicebamus, qui continuo jubente Imperatore ſtructuram illam quadratam, quæ urbem ſpectat, & Domus Imperatoria fuit appellata, lapidibus exædificarunt, & quinquennio poſt Cœleſtinis monachis poſſesſionem loci reſignarunt. Gorlicenſium annales anno illo ſexageſimo quarto cœnobium ipſum conditum volunt. Nos, quæ cum de cœnohio hoc, tum de Sittavia hactenus expoſuimus & exponemus poſtea, de vetuſtiſſimis Sittavienſium annalibus Germanicis deſcripſimus, ex quibus & chronicon Oyvinenſe Latinum, quod aliquoties jam citavimus, excerptum epparet.

qui Cœleſtinis monachis loci poſſeſſionem cedunt & reſignant 1364.

Laus patribus Oyvinenſ. tributa a Bohuslao a Lubcovvitz, Bar. Bohem. in Epiſtolis.

§ XI. Cæterum patres Oyvinenſes a doctrina, pietate religioſa, vitæ ſanctimonia & humanitate laudat & commendat Vir Nobiliſſimus, Dn Bohuslaus a Lubcowitz, in Haſſyſteina, Baro Bohemicus, qui regnante in Bohemia & Pannonia Uladislao Jagellone floruit, in epiſtola quadam, anno circiter ſesqui milleſimo, ut ex præcedente colligitur, ad Johannem Domaslavium ſcripta (b) Idem in aliis ad Johannem de Pibra literis an. 1505. exaratis, quæ in appendice epiſtolarum ipſius exſtant, (c) ſcribit, decreviſſe ſe aliquantiſper apud patres Oyvinienſes verſari: non ut valetudini tantum ſuæ, verum etiam vitæ moribusque in illo diverticulo conſuleret: quando omnes animorum boni mores ex honorum hominum conſvetudine incrementum capere ſoleant.

ad Johannem Domaslavium, nec non ad Johannem de Pibra miſſis. 1505.

De inſtitutione & fundatione ordinis Cœleſtinorum variæ ſcriptorum ſententiæ. 1293. Cœleſtinus V. Pontif.

§. XII. Ordinem Cœleſtinorum, cujus habitus Veneti eſt coloris, inſtituit D. Petrus (d) Confeſſor in pontificatu ſuo meximo anno 1293. Cœleſtinus V. antea Petrus Moronæus ſeu de Murone, Aprucius Apulus dictus, Monachus & Eremita, qui in numerum ſanctorum relatus eſt a Clemente V. eodem ferme tempore, quo & locus Oyvini primo inventus, & Carolus Cœnohii fundator ac Patronus in euras editus eſt. Quanquam hoc ſodalitium non ipſum Cœleſtinum, ſed quosdam ejus κακοζήλως ſub D. Benedicti regula inchoasſe Sebaſtianus Francus ex Hiſtoria illius colligit.

Fraude ſucceſſoris ſui pellectus, pontificatus valedicit. & Eremitam agit.

§. XIII Fuitque hic Cœleſtinus P. M. is, quem ſucceſſor Bonifacius octavus voce, quaſi cœleſtis eſſet, per longam cannam (ſecundum Alh. Argent.) (e) ad aures ejus emiſſa, vel, ut Valla (f) contra Donationem Conſtantini, tubis parieti inſertis decepit, ut bonus Vir Pontificio ultro ſe abdicaret, & rurſus Eremita fieret.

Inventio montis per urſum.

§. XIV. De inventione montis per urſum, addit chronicon, ſimili fete eventu locum haſilicæ celeherrimæ B. Michaelis, angelorum principis in Gargano monte Apuliæ maximo & celebri (hodie mons St. Angeli dicitur) & petra excavata ſeu ſpecu,

Inventio montis St. Angeli per taurum armentalem.

per

(z) Conf. Analecta Feſt. Zittav. Part. I, c. 22. §. 3. p. 148, & Groſſeri Memorahil. Luſat. Part. I. p. 83.

(a) Hoc ipſo eapite §. 5.

(b) Conqniſivit has Illuſtris Bohuslai Haſiſtenii a Lobkowiz epiſtolas, ac Pragæ 1570. in 8vo edidit Thomas Mitis Nymhurgenus e Manlio jam ſupra aliquoties laudatus.

(c) Atque epiſtole, ex qne hæc verba huc transtulit Manlius, ſie ſonat:

Johanni ſuo de Pibra

S. P. D.

Quæ ad me ſeripſiſti, libenter legi, ſenſi enim operam tuam mihi in re Oyvvinienſi minime defuiſſe, neque me etiam conſilium & inſtitutum eorum Petrum offendit: nempe, qui rerum divinarum contempletioni dediti, e nobis profanis utpote ſancti otii turbatoribus ſemper abhorrent, quanquam in hoc forſitan ſelluntur, quod me ex aliorum moribus judicant, & plus timent, quam timendus ſum. Decreveram certe aliquantiſper epud eos verſari: neque valetudini meæ tantum, ſed etiam moribus enimæque conſulere. Solent enim omnes enimorum boni mores ex bonorum hominum conſvetudine incrementum capere; quoniam entem hac ſpe fruſtratue ſum, aliud mihi diverticulum quærendum eſt. Vele. Ex Haſſyſteiń ultima Martii anno ſalutis 1505.

(d) De initio ordinis Cœleſtinorum Carpzovius in Analectis F. Z. Part. I. e. 22. §. 4. p. 148. egentes citat Hoſpinianum de Monachis lib. VI. c. 31. p. 493. Surium in Cœleſtino Tom. III. de Vitis Senctorum, Joach. Hildehrandum de Religioſis eorumqne variis ordinibus p. 71. alioſque, quos l. c. B. L. videre haud gravetur.

(e) In Chronic. p. 111. quod exhibet Chriſtianus Urſtiſius in Germaniæ ſcriptorum Part. 2. Verba Alberti Argentinenſ. ſie ſe habent: Hie eſt Bonifacius, de quo dicitur, quod Cœleſtino prædeceſſori ſuo, viro ntiqne ſancto, de quo Curie dolnit, ſe in lucris non proficere, per longam cannam loqnebatur ad lectum: Cœleſtine cede, Cœleſtine cede.

(f) Laurentius Valla Petricius Roman. fatis cedens 1457. in opere, quod ipſi de falſa donatione Conſtantini tribuitur.

per taurum armentalem monſtratum. Qua de re, ſatis prolixa narratio annos ſupra noningentos atque amplius repetita extat apud Jovianum Pontanum Lib. II. belli Neapolitani. (g) Per occaſionem Venationis cervi, Trebnicenſis etiam in Sileſia cœnobii ædes ab Henrico I. barbato Vratislavienſium principe, D. Hedwigis marito fundata eſt, cum is cœnoſæ paludis voragine pene abſorptus votum feciſſet, condendi Divo Bartholomæo eo ipſo in loco templi, ſi incolumis inde evaderet: cujus rei monumentum ſonticulus in crypta templi etiamnum oſtenditur.

item Trebnicenſis Cœnobii per Cervum.

Cujus fundator Henricus I. Vratislav. princeps, cujus votum, ac voti reique actæ monumentum.

§. XV. Hodie Oyvinum a monachis vacuum Senatus Zittavienſis tenet. Vidi apud Virum Nobilem, Jacobum ab Haag, &c. qui ſeptennio arci Oyvinenſi nomine Imperatoris præfectus fuit, & exempla literarum fundationis nobis communicavit, libellum membranaceum manuſcriptum, cujus autor, novitius cœnobita Oyvinenſis, dum in cœnobio Eccleſiæ, in ipſo vero monte Chriſti, myſticos typos longis allegoriis proponit, omnes utriusque partes exquiſite deſcripſit.

Oyvinum hodie a Monachis vacuum, Sittaviam Dominam agnoſcit.

Jacobus ab Haag &c. Arcis Oyvinenſis præfectus.

CAPUT XXIX.

De Diſſidio inter Senatum Zittavienſem & quædam opificum collegia per Carolum IV ſublato.

§. I.

1367.

Tributa ſ. auxilia pecuniaria ab Imperatore ad iter ſe accingente quinque urbibus (cismontanis) indicuntur.

ANno 1367. cum iterum ad ſummum Pontificem, Urbanum V. proficiſci in animo eſſet Imperatori, ut Avennione eum Romam deduceret, auxilia pecuniaria ſubditis ſuis imperavit. A cismontanis urbibus Budiſſina, Gorlicio, Zittavia, Lauba & Lœbavia, (eptome annalium Sittavienſium recentior Camitium etiam addit:) mille & ſexcentas exegit ſexagenas, quarum quadringentas Sittavienſes pro rata pendere oportuit. Sed Imperator accepta a terrigenis & civitatibus circa palmaria pecunia, iter inſtitutum non eſt proſecutus.

Compoſitio diſſidii decennalis inter Senatum Sittavienſem & opificum Collegia, de quo totum ferme caput.

§. II. Hoc anno ab Imperatore ſublatum eſt diſſidium inter Senatum Sittavienſem, (h) & quædam opificum collegia, quod diutius decennio integro duraverat. Panicularii enim & cum his conjurati lanii, calcearii, fabri ferrarii & ſartores ſive veſtiarii in acta Senatus jurare recuſabant, neque quicquid is decreviſſet, ratum ac firmum habebant, ſed de ſingulis prius ad ſeniores collegiorum ſuorum referebant, quibus ſi quid parum probaretur, id Senatus exequi non audebat.

§. III. Nec ſemel hoc atque iterum uſu veniebat, ſed quotiescunque novi quid, quod utile Reipublicæ fore arbitraretur, promulgabat aut præcipiebat Senatus.

§. IV. De libra publica ſub anno 1361. 1361.
dictum eſt. Eodem modo alio quopiam tempore præfinierat Senatus tum opificibus, cum civibus cæteris, quoties quantum utriusque Cereviſiæ quotannis, & quando ſinguli coquerent. Neque id ſine probabili ratione. Cum enim modus ejus rei nullus eſſet, ad extremam cives tenuiores egeſtatem redigebantur. Incendiis etiam crebris, quod non ſuo tempore coqueretur, præbebatur occaſio.

§. V. Nihilominus tamen collegia opificum, quæ dixi, huic quoque Senatus conſulto adverſata priſtinam conſuetudinem, qua quoties libitum cuique fuiſſet, licebat coquere, retineri petebant, Etſi autem in ſententia perſiſtebat Senatus, nihil tamen ab illis impetratum eſt amplius, quam ut unico illo anno hordeaceas ſaltem cereviſias numero a Senatu ſancito cocturos ſe promitterent, proteſtati tamen prius, nulli id ſibi fraudi fore, aut præjudicio, quin circumacto anno, ſi ita videretur, antiqvum obtinere morem integrum ipſis eſſet.

§. VI. De triticea vero non potuit obtinere quicquam, ut immutarent, ſed ejus, quantum facultates quenquam permitterent aut venditurum ſe ſperarent, etiam tum coxere. Hujusmodi pertinacem edictorum ſuorum prævaricationem, & contemtum, ſimilesque injurias infinitas prudenter diſſimulavit Senatus & muſſitavit tanto tempore magna moderatione, ne, ſi obviam iis iretur, majores orirentur tumultus totius Reipublicæ exitio futuri.

§. VII. Tandem hoc anno 1367. cum 1367.
Carolus, ut Sprembergum deduceret filiam, Ottoni Bavaro, Brandenburgenſium Marchioni marito ibi tradendam, (Trithemius Margaretham vocat, ut matrem quoque Rudolphi Palatini filiam, Peucerus utramque Annam) Hirsbergam veniſſet XV. Cal. VItil, indeque Sittavia & porro Budiſſina iter habiturus crederetur, Senatus veritus, ne ex diſſidiis, quæ inter ipſum & opifices erant, Imperator ſicut alibi ſactitare conſueverat, occaſionem mulctandi utrosque arriperet, omnibus eorum collegiis adeſſe juſſis hujuscemodi orationem habuit:

Carolus filiam, Ottoni Bavaro elocatam, tradit.

Senatus Budiſſienſis mulctam Imperatoris, ob civilia diſſidia metuentis.

§. VIII. Ad-

(g) Pag. 489. & ſeq. Edit. Baſil. in 8. an. 1566.
(h) Conf. Groſſerum Part. I. p. 87. & Carpzov. Part. 4. c. 4. §. 7. p. 163.

Ad opificum collegia Oratio.

§. VIII. Adventurum propediem Imperatorem, Dominum ſuum, arbitrari ſe neminem eſſe omnium, qui non audiverit. Neque vero clam ipſis eſſe, quam graves ille univerſis Rebus publicis, ſicubi de gravaminibus quibuscunque a privatis ad eum referantur querelæ, irrogare ſoleat mulctas. Teſtes extare locupletes, Lœbaviam, Budiſſinam, Colinum, Gradecium, Cuttnam, Egram denique & urbes alias complures, ita ab eo afflictas & exhauſtas, ut pleræque ægre reſpiraturæ viderentur. Hujus mali ſi immunem eſſe velint civitatem, unicum habere remedium, ut ne quis contra quenquam, quibuscunque de negotiis ſeorſim preces Imperatori offerat, verum Senatum de rebus omnibus reſpondere, ac rationem reddere ſinat, qui ſumma fide cauſas quorumlibet acturus ſit, & per omnia ipſorum magis quam ſuo commodo & utilitati ſerviturus. Ut canem, quis cædat, facile reperire baculum. Si vel leviter ſolum modo odorari contingat Imperatorem, cives voluntatibus a Senatu diſtractos, dictum ac factum cauſam capturum, quo jure, quaque injuria, cur utrosque mulctet. Quare ſtudio quanto poſſint maximo orare, ne a Senatu ſegregent ſeſe opifices, ſed conjunctionem potius utrisque ſaluti futuram cum eo tuentes communes ſecum cauſas defendant. Niſi enim ita faciant, non Senatum ſolum ſed ipſos quoque atque univerſam adeo rempublicam periclitaturam. Re deliberata cetera opificum collegia facturа ſe, quæ petebantur, receperunt; ſuaq; negotia omnia Senatui tractanda permiſerunt. Soli pannifices magna Senatus conſternatione, ſeceſſione facta, ipſos ſe cauſam ſuam coram Imperatore acturos profitebantur.

Pannifices in obſtinatione & pertinacia perſeverant.

§. IX. Hæc ante feſtum D. Margarethæ accidere. Die Veneris proxima Senatus convocatis in monaſterii coenationem, quod refectorium vocant, omnibus opificum collegiis aliisque civibus, cum denuo ſingulorum exquireret ſententias, calcearii, fabri ferrarii & ſartores, qui omnes nuper Senatus partes ſe promiſerant ſecuturos, ad pannifices, qui ad unum omnes ſtipati operis ſuis ultra CC. aderant, tranſiere.

§. X. Atque ita ſoli lanii & piſtores cum promiſcua reliquorum opificum multitudine in fide perſtitere. Cum his Senatus lamentabili oratione pannicularios eorumque complices iterum atque iterum monuit, & obſecravit, viderent, ne quid temere, aut præcipitanter ſuſciperent, neu quid ex diſſenſione hac Reſpublica detrimenti caperet.

§. XI. Verum illi ita reſponderunt, ut, niſi jura & conſuetudines priſtinæ ſibi manerent ſalva, e veſtigio viritim ad Imperatorem ſe profectutos, ibique jus ſuum perſecuturos minarentur. Poſtulabant autem licentiam utendi Tribuum jure, ſtatuta ſibi condendi litesque ac controverſias cognoſcendi ac dirimendi; quæ omnia cum Imperator vetuiſſet ore proprio, Senatus iis largiri non poterat.

Poſtulata opificum a Senatu.

§. XII. Pollicetur itaque ablegaturum ſe ad Imperatorem ſui ordinis Viros aliquot, qui nomine collegiorum poſtulata opificum plene atque ex ipſorum ſententia Imperatori proponant, iis collegiis delectos quatuor, aut ſummum ſex adjungerent, qui actioni adeſſent: Quicquid enim tunc indulſiſſet ipſis Imperator, id non tantum non impediturum ſe, verum etiam pro viribus promoturum.

§. XIII. Sed ne hanc quidem conditionem opifices accepere, atque ita hinc quoque re infecta diſceſſum eſt. Poſtea, die, quæ erat feria ſeptima quatuor collegiorum ſæpe memoratorum opifices in loco cui Mandaviæ nomen eſt, coacti, ad DCCC (nam & operas ſuas & tyrones, ut numerus ſaltem augeretur, ſecum trahebant) ne quicquam diſſuadentibus aliis civibus, ſub prandii tempus Hirsbergam pedites maxima parte iter ſuſcepere.

§. XIV. Scabini itaque paucis de laniorum collegio, & reliquis civibus aſſumptis, ita ur numerus omnium decem viros non excederet, cum eodem veniſſent, die dominico bene mane indicant Imperatori, pannifices illectis in ſocietatem tribus aliis opificum collegiis, invito Senatu in viam ſe dediſſe, nec potuiſſe ſe id ſine ſanguine & cæde prohibere, orant, ne id ſibi aut Reipublicæ fraudi ſit.

§. XV. Monent etiam Imperatorem Conſiliarii, det operam, ut ne ſeditioſis pannificum conatibus peſſumeat civitas Sittavienſis, Scabinosque ipſi commendant. Nec multum abfuit, cum de feneſtra arcis proſpectans Imperator turbam opificum aclidibus, arcubus, clavis, gladiis, curribus denique & equis inſtructam a longe adventantem cerneret, quin iratus omnia iis arma adimi mandaret.

XVI. Deſcendenti ad ſacra Imperatori libellum ſupplicem ad portam offerunt opifices, orantes de rebus in illo contentis ut clementer rationem ipſorum habeat. Facta re divina Imperator Senatoribus & de opificum collegiis ſex viris accerſitis audientiam utriusque dedit. Poſtulata opificum de ſcripto pronunciavit Curiæ Magiſter, ad quorum ſingula capita Scabinos reſpondere oportebat.

§. XVII. Primo querebantur Pannicularii octennio toto jus & juſtitiam ſibi negatam, nec quenquam de ipſis jure experiri auſum. Unde coacti ſint, ipſi ſibi jus adminiſtrare ſuper pannis vitioſis, tam laneis quam floccis

confectis. Reſpondere Scabini, Imperatorem ipſum oretenus ſibi mandaſſe, ut de confectis pannis vitioſis convictos his involutos una cremarent, ſeque ideo pannifices juſſiſſe, apud quoscunque id genus pannos reperiſſent, ut de iis referrent ad Senatum, in falſarios juxta edictum Imperatoris animadverſurum; verum id eatenus illos facere neglexiſſe, ac pannos privata autoritate non delatis ſeu indicatis Senatui poſſeſſoribus ſibi vendicaſſe, quos quidem adhuc penes ipſos eſſe inficiari minime poſſint.

§. XVIII. Deinde accuſabant Senatum, quod nec æs ipſorum mulctatitium, ſive pecuniam de mulctis & aliunde conflatam recipere, nec ſeniores collegii ab eis electos juramento de more aſtringere voluiſſet: Reſpondit Senatus, hoc ideo ſe recuſaſſe, quod tribuum jure, quo ab Imperatore iis fuiſſet interdictum, uſi controverſias inter ipſos decidiſſent, mulctas, quantas & quibus vellent irrogaſſent, judicia & conventicula, quoties ipſis videretur, celebraſſent, & quidem ſæpe a Senatu prohibitionis Cæſareæ admoniti nihilo tamen magis deſtitiſſent.

§. XIX. Tertio Senatum inſimulabant pannifices, quaſi per ipſum non licuiſſet ſibi idoneo tempore cereviſiam coquere, quo factum eſſet, ut non ſine notabili diſpendio potum famuiitio ſuo curare potuerint: Id ita confutarunt Scabini, ut dicerent, jam olim principum indultu inoleviſſe Sittaviæ conſuetudinem, ut hyeme coqueretur, quantum toto anno opus eſſet cereviſiæ, ideo ne nunc quidem cuiquam ſe conceſſiſſe, æſtate ut coqueret, ne qua tunc orirentur incendia, quando luculentus admodum ad ejus uſum ignis requiratur.

§. XX. Ibi interfatus Imperator quæſivit de Scabinis, num quid laudabilis æſtate cereviſiæ coquatur? cumque hi affirmarent, ſpiſſam eam reddi & inſipidam, atque officere quoque vendendæ illi, quæ a Martio nomen habet, cereviſiæ, impoſterum æſtivo tempore coctione penitus ſuperſederi mandavit.

§. XXI. Quartum libelli ſupplicis caput, triticeam cereviſiam concernebat, quod ea non permitteretur haberi venalis diutius, quam usque ad feſtum Aſcenſionis Dominicæ, cum antea poſt Pentecoſtem etiam libere fuiſſet vendita: Reſponſum eſt, ideo id quoque ſancitum, ut cereviſia hordeacea Martio Menſe cocta commodius extrudi poſſet.

§. XXII. Quinto Pannicularii conquerebantur, ab iis, qui pannos ſecundum ulnas particulatim diſtraherent, cenſum exigi, cum prius non niſi de fundo cujusque is fuiſſet exactus. Quosdam item eſſe coquere cereviſiam vetitos, qui jam cenſum de ædibus jus coquendi cereviſiam habentibus exigi ſolitam pependiſſent. Quorum poſterius non inficias ivere Scabini. Circumiiſſe enim ſe hoſtiatim, & ubi tuto ſineque incendii periculo coqui poſſet, diſpexiſſe, nec apud pancos ſane diſtinata coquendæ cereviſiæ loca, quod anguſtiora juſto eſſent, deſtrui juſſiſſe, ac fieri potuiſſe, ut cenſum illi ſuum jam ante exolviſſent, quod ſi Senatus rem edoceatur, citra tergiverſationem pecuniam recepturos.

§. XXIII. Hanc ſatisfactionem cum accepiſſet Imperator ſextum & ultimum accuſationis caput recitatum eſt, nimirum, dictitaſſe Scabinos, ſi preces Imperatori obtuliſſent pannifices, fore, ut nunquam ejus offenſæ memoriam deponeret Senatus. Imperator ſancita ἀμνηστίᾳ ſcabinos pannicularíis ignoſcere, & hos viciſſim debitam ſubjectionem & obſequium præſtare juſſit.

ἀμνηστία
Sancita inter ſenatum & opifices panniculario.

§. XXIV. Ad extremum pannifices libellum appenſo Reipubl. Sigillo munitum jura tribus ipſorum & mulctarum conſvetudines continentem protulerunt; Eum perlectum poſtea abolevit Imperator, & tam civitati quam pannificum collegio, quomodo omnibus in rebus gerere ſe deberent, nova dedit diplomata, quæ adhuc exſtant. Ad hunc modum reconciliato opificibus Senatu Scabini ſeniores collegiorum ad cibum in diverſorio ſecum capiendum invitarunt.

Nova diplomata data ab Imperatore Civitati & pannificibus.

§. XXV. Quidam autem inquietiores numero ad CC. non contenti hac compoſitione concurrentes ad Imperatorem liberum inſuper panis & carnis venalium efflagitarunt mercatum, cui habendo ſingulis hebdomadibns cum diem certum deſignaſſet Imperator, ipſi vero duos poſtularent, offenſus importunitate eorum Imperator & irritatus, quod nequaquam id ex uſu civitatis fore putaret, turbam abigi mandavit, qua raptim in vicinum nemus ſe proripiente, conſulem Sittavienſem accitum ſumto a Burggravio arcis triginta hominum auxilio fugientes inſequi & comprehenſos XX. trigintave capite plectere juſſit, ita enim magis morigeris impoſterum Senatum uſurum civibus, nec tale quid porro eos attentaturos.

Recens inquietiorum quorundam ſeditio.

Imperatoris iram excitat.

qui triginta ſeditioſos capite plecti jubet.

§. XXVI. Verum iis venia impetrata & deprecante Senatu, qui pro perpetua ſua bonitate ne tunc quidem ulciſcendæ injuriæ libidini indulgebat. Dominica feſtum D. Jacobi proxime inſequente Sittaviam venit Imperator, ubi quid rerum egerit, ſub anno 1361. dictum eſt. Proſecuto deinde iter inſtitutum Imperatore, Senatus quatuor collegiorum, quæ adverſata ipſi fuerant, ſenioribus autoritate ſe abdicare juſſis, alios in locum illorum ſubrogavit, juratos prius, ſe omnia ex præſcri-

pro quibus Senatus intercedit penes Imperatorem,

qui Sittaviam venit.

1361.

Senatus Seniores opificum deponit, & removet, alios que conſtituit, ſub juramento.

pto

Juſque eligendorum Seniorum in Senatum tranſlatum.

Numerus Senatorum augetur. 1360.

pto diplomatis Imperatorii adminiſtratoros. Atque ita quatuor collegiis jus eligendorum ſeniorum ademtum, & in Senatum translatum eſt, fuitque hic diuturni diſſidii finis. Cum autem Senatus quoque de more mutandus eſſet, Scabini, quorum XVIII. fuiſſe ſub anno 1360. dictum eſt, numerum ſuum augere, & ad XXIV. viros extendere decreverunt, idque hoc modo:

§. XXVII. Abdicarunt ſe magiſtratu hactenus ſeni quorannis Scabini, quibus novitii totidem ſubſtituebantur. Iis, ut ſic dicam exautoratis, hoc anno prorogatus

Magiſtratus prorog tur in annum proximum.

eſt magiſtrarus in ſequentem annum, verum ita, ut nihilominus ſex alios novos adſciſcerent, nimirum pannifices & lanios ſingulos: & quatuor alios ex reliqua plebe,

Duodecim extraordinarii Scabini.

eſſentque duodecim velut extraordinarii Scabini, jurati & ipſi omnes pari cum reliquis duodecim, qui aſſidue pro tribunali ſedebant, auroritate, paribusque ſuffragiis, ſed qui in conſilium fere non adhiberentur, niſi cum de re aliqua maximi momenti incidiſſet deliberatio, horum unum Nicolaum Vneilium hoc ipſo anno poſt omnium SS. feſtum templum mane aditu-

Pannicularius adortus & ſauciat Senatorem,

cujus pœna decollatio.

rum, Nicolaus Schedellus pannicularius via infeſſa adortus digitum ejus ſauclavit nervis etiam inciſis. qui mox in ipſa fuga prehenſus & illigata manui ſica in Senatum adductus, cum haud negaret factum, decollatus eſt.

CAPUT XXX.

De
Lite Zittanis illata de Sylva regia.

§. I.

1368.

Bernam Bohemi vocant pecuniam, quam populares in ſumtus regios conferunt. Æn. ſylv. Cap. 58. Boh.

§. I. Berna quid?

§ II. Dona quinque Civitatum imperatori oblata.

ANno 1368. ſub quadrageſimam terrigenæ bernæ loco CCC ſexagenas Imperatori numerarunt: quæ pecunia a civitatibus quoque exacta eſt.

§. II. Mox Palmaribus Budiſſini, Gorlicenſes, Sittavienſes, Laubani & Lœbavienſes eidem in itineris Romani viaticum ſexcentas ſexagenas extra ordinem contulerunt, ex quibus Sittavienſibus pro rata quadringentas, & præter has ſeorſim ordinariæ penſionis nomine, proque locatis ſibi vectigalibus quadringentas viginti alias pependere.

§. III. Eodem anno circa Paſcha Imperatore in Galliam Ciſalpinam, quæ nunc Longobardia dicitur, ad bellum Mediola-

Bellum Imperatoris cum Mediolanenſibus.

nenſibus faciendum profecto, Jonas & Ramfeldus Reitenbergii, fratres, Reipublicæ Sittavienſi de ſylva regia, utpote paterna ſua hæreditate litem intenderunt. Senatus ſe ab ipſis, quicquid in ea juris habuiſſent, jam ante legitimo contractu emiſſe, patentibus literis ſigillis ipſorum munitis docebat, proferebantur & Imperatoris literæ teſtificantis Sittavienſibus, ſe nemus vendidiſſe (i) D. ſexagenis. Nihilominus

Sittavienſibus de ſylva regia lis movetur a Jona & Ramfeldo, fratribus.

Qui urbem infeſtantes & latrocinia committentes,

tamen ii, ut pecuniam civitati extorquerent, facta aliquanta equitum manu hoſtiliter urbem infeſtarunt, eique latrociniis & rapinis plurimum damni dederunt, quin & in viis publicis, Zuecemanteli primum, & iterum in monte Roſetalienſe duo illi Germani cum undecim aliis cives quosdam Sittavienſes adorti ſpoliatos occiderunt.

§. IV. Oppidani itaque die ☿ poſt Pentecoſten numero ad xxxvi. conſcenſis equis retrocedentium veſtigiis inſiſtentes, Boleſlaviam, & inde Premiconaviam usque & trans Tammum pagum eos inſecuti, tandemque in pago, cui a figulis nomen prope Oderam adepri uno de conjuratis interfecto, & pannis, quos Sittavienſibus illi cripuerant, receptis, fratres ambos cum ſex equis captos & Sittaviam die ♄ proxima reductos in crucem, præcedente nocte erectam egere.

capti ſuſpendio a Sittaviens pleƈtuntur.

§. V. Atque hic deſinunt Sittavienſium annales, quos, quoad ejus licuit integros inſeruimus, quod diligentius & plenius, quam pro annalium vulgarium more, quarundam ſaltem rerum geſtarum circumſtantias, quisquis is fuit, notaſſe videretur. Nunc ex Gorlicenſium annalibus non nulla ſubjungemus.

Hæc ex annalibus Sittavienſium.

Nunc nonnulla ex Gorlicenſibus.

CAPUT XXXI.

De
Arce & vico Neuhofo deleto.

§. I.

Bulco III. Neuhofum condit.

BUlco III. & ultimus Fürſtenbergenſis, nec non Svidnicenſium & Javorienſium princeps, quem marchionis Luſatiæ titulo gaviſum ſuperius (k) diximus, ad quartum a Gorlicio lapidem prope Zirnam pagum in ſaltu condiderat Neuhoſum (l) arcem & vicum, qua currus glaſto, ſale aliisque onuſti mercibus magno Gorlicenſium detrimento ducebantur, quod, etſi ægre hi ferebant, & prohibere cupiebant, vivo tamen Bulcone, qui in ſumma apud Carolum Imp. gratia ſe poſuiſſet, nihil quicquam attentare auſi ſunt.

§. II. Tam-

(i) vid. Carpzovium Part. II. c. 8 §. 3. p. 308. & Groſſerum Part. I. p. 90.

(k) Hoc Lib. VI. c. 9. ſeqq.

(l) Conf. Groſſerum Part. I, p. 84.

moritur 1368.

§. II. Tandem eo, hoc anno 1368: ſub exitum menſis Februarii mortuo, noſtrates in quatuor, aut eo pluribus dietis ſeu conventibus Lœbaviæ celebratis, quinque ſocias & fœderatas civitates, Budisſinam, Sittaviam, Lobaviam, (Cloſius Laubam bis Lobaviæ præponit:) Laubam & Camitium, ad delendum oppidulum prædictum, utpote prædonum receptu infame in auxilia poſtularunt: quæ ab illis tamen conſtanter ſunt negata, quod dicerent, non licere ſibi injuſſu Imperatoris quicquam tale moliri illud, quod morte Agnetis Viduæ, cum reliqua ditione ad Imperatorem devolvendum ſcirent.

Conſilium de deſtructione Neuhoſio.

§. III. Cum itaque hac via parum ſucceſſiſſet negotium, alia aggrediendum rati, poſt ſesqui menſem, cum jam in oblivionem veniſſe rem exiſtimarent, notarium Reip. ad Sittavienſes miſere, qui nunciaret: exploratum habere Gorlicenſes, in oppido quodam prædones communes utriusque civitatis hoſtes ſoveri, ad eos itaque comprehendendos auxilium petere, neque id ſane magnum, quod ipſi ſatis virium habere videantur. Addebat Legatus, locum tuto indicare ſe non poſſe, cujus apud ſuos etiam paucisſimi Senatorii ordinis viri conſcii ſint. Celatum eoim opus eſſe quam maxime, ut præmonitis maleficis & de fuga ſibi diſpicienribus in irritum recidat omois hic conatus. Quo facilius etiam, quod volebat ipſis perſvaderet, affirmat, (quanquam ſalſo) Budisſinenſes quoque cum Camitianis & Lœbavienſibus a ſe jam ante exoratos cum auxiliis promisſis Gorlicii præſto futuros; adſint igitur quoque, verum poſt crepuſculum veſpertinum, ubi jam tenebræ certum ſuſtuliſſent de rebus judicium, quanto maximo poſſent ſilentio, ut hoſtes adventus eorum fallat. Nec eſſe, quod aliquid ſibi inde ad Imperatorem aut quemcunque alium periculi creatum iri vereantur, Gotlicenſes enim factum præſtituros.

Urbes Luſatiæ graviter a prædonibus affliguntur.

§. IV. Fidem autem ſermoni ejus faciebat præſens temporum illorum ſtatus. Per abſentiam enim Imperatoris Romani profecti, urbes Luſatiæ a prædonibus miſerabiliter incendiis, & populationibus affligebantur. Impetratis itaque Sittavienſium auxiliis tum demum Lobaviam & Budisſinam profectus, ibi quoque Senatum eodem modo in ſenteotiam ſuam adducit.

§. V. Cum ergo omnium ſœderatarum urbium auxilia tempore condicto Gotlicii conveniſſent, in quibus Sittavienſes octo equites haſtatos adduxerant, quibus præerant Senatores duo: noſtri ignaros conſilii ſui & in prædones ſe exire ratos, nocte intempeſta in ſaltum educunt ad Neuhoſum, vicumque & caſtrum vi adorti captum incendunt & evertunt, cum duabus ferri conflandi officinis.

Neuhoſi vicus cum arce incendio evertitur.

§. VI. Paulo poſt Legatis earundem civitatum Sagana, ubi cum principe ejus urbis conventum egerant, redeuntibus, cum jam in ſaltum perventum eſſet, Gorlicenſes clam retrocedentes, comprehenſos in via Neuhofenſe aurigas, Agneti viduæ ſubditos ſpoliant, manus eorum arcte adeo a tergo conſtringunt, ut ſanguis plerisque rupta cute per digitorum ungues perflueret, denique ſunibus colligatos, cum plauſtris equisque Gorlicium pertrahunt. Quovis enim modo, ne iter illac haberent aurigæ, impedire annitebantur. Acciderunt hæc circiter ſeſtum Michaelis.

Inſolentiæ Gorlicenſium in Agnetis, viduæ, ſubditos.

§. VII. De taota hexapolitanorum vi & injuria Agnes conquerebatur Johanni de Geſenſteioa ſamilia, ſecundo Pragenſium antiſtiti, ſedis Apoſtolicæ Legato & Cardinali, antea Olomucenſium poſt Miſnenſium etiam præſuli, cui Carolus abiturus vicem in his regionibus ſuam commiſerat. Citati itaque illi ad cauſam dicendam, dum Pragam ſimul proficiſcuntur, Gotlicenſes ex itinere per homines fidos ſecreto negotium dant ſuis, ut interim egresſi in ſaltum fuodamenta caſtri diruant, quod hi quidem gnavirer ſunt executi.

Hinc de tanta vi conqueritur Agnes, Johannes de Geſenſteina, Caroli Imper. abſenti, (in Bohemia!) locum tenens, ſ. vicarius. Citantur hexapolitani Pragam.

§. VIII. Antiſtes irarum plenus de vi Agneti illata cum illis graviter expoſtulat commemorans, accepiſſe ſe ab Imperatore e Longobardia literas, quibus mandarit, ad reditum usque ſuum oppidulum iſtud caſtrumque telinqui intactum, nec de via aurigarum quicquam in terra loci innovari. De hac Imperatoris voluntate illico a ſe certiores factos Gorlicenſes, neque ignotaſſe ipſos, poſt Agnetis obitum Imperatorem iis quoque oppidulum cum reliqua ejus hæreditate creturum. Tunc autem invidere Imperatoti ſucceſſionem in terras illas Caſimirum Poloniæ & Ludovicum Hungariæ reges. Quare ſe quidem omnibus in rebus ſolicite ſtuduiſſe gratiam mulieris & bencvolentiam Imperatori conſervare ſartam tectamque. Quod ſi nunc illa, inquit, meo juſſu hoc vos auſos ſuſpicata, alienato ab Imperatore animo ad Legum illorum fidem confugerit, veſtra ſcilicet culpa de ditione iſta in dubium venerit Imper.

Antiſtitis, ſumme exacerbati, propoſitio.

§. IX. Notarius Gorlicenſis de ſcripto reſpondit, ita ut jure vicum a ſuis deſtructum aſſereret ob prædones & incendiarios, qui plurimum ipſos incommodaſſent, ibi receptaros. Antiſtes vero id factum pernegare & mendacii arguere hominem. Reliquarum civitatum Legati ignorantia interdicti Imperatorii de non violando Neuhoſo tueri ſeſe conabantur, culpam omnem

nec non Gorlicenſium, reliquarumq; Civitatum Legatorum reſponſio & defenſio.

mnem in Gorlicenſes transferentes, a quibus literas Antiſtitis eſſent celati. Nominantur autem Sittavienſium quatuor Senatores, Hennelus, (Hemmelius) Hertelius, Hermannus Wolfelius, Petrus Poſſeldus, & Johannes Gobin.

Quatuor Sittavienſium Senatores,

§. X. Hi cum Notario Gorlicenſium & reliquarum civitatum Syndicis ad unum omnes nomina dari coacti ſunt, fidemque judici obſtringere ſuam ſiſtendi ſeſe captivos in curia Senatoria veteris urbis Pragenſis, ubi a die poſtridiano natalitiorum Chriſti ultra Calendas Januarias inſequentis anni 1369. peculiari in hybernio detenti ſunt, ita tamen ut & miſſa eis celebraretur quotidie, & in curia quoquo verſus ambulare liceret. Poſt longam diſceptationem juſſit eis Antiſtes ante omnia viduæ Bulconis ſatisfacerent, atque ita demum ſe denuo ſiſterent intra 21. Januarii diem D. Agneti ſacram.

Cum Notario Gorlicenſi reliquarum Civitatum Syndicis.

Captivi Pragæ detinentur.

1369.

Quibus ſatisfactio Agneti injungitur.

§. XI. Profecti igitur Svidnicium ſex civitatum legati, ita cum Duciſſa transegere, ut promitterent, liberum per ipſos fore impoſterum cujus qua vellet via, currus quibuscunque onuſtos rebus agere. Quod ſi forte injungatur ſibi olim ab Imperatore, ut viam Neuhoſenſem aut aliam quamvis, qua in Agnetis ditionem itur, inhibeant, id ſe ipſi denunciaturos menſe integro ante, quam quicquam moliantur.

Tranſigunt deſuper cum Agnete.

1369. §. XII. Super ea re anno 1369. in octava epiphaniorum præſentibus, Johanne Logau apud Javorienſes curiæ judice, Nicolao Belſtio curiæ magiſtro & Nicolao Saxenkircho, qui toti negotio interſuerant & præfuerant, literæ confectæ ſunt Svidnicii & totius hexapoleos ſigillis munitæ, quarum in annalibus noſtratibus exſtat exemplum. Iis acceptis Agnes Legatos dimiſit, adjuncto curiæ ſuæ magiſtro, qui commendaret eos Antiſtiti, ad quem & ipſa ſcripſit, petens, ut clementer ignoſceret iis, utpote bona ſua cum gratia ſibi reconciliatis.

Inſtrumento judiciali ſuper ea re confecto.

Agnes pro Legatis intercedit apud Antiſtitem.

§. XIII. Rebus ad hunc modum compoſitis Pragam reverſi die dicto, ab Antiſtite quoque mille ſexcentis groſſorum Pragenſium ſexagenis ſe redemerunt. Et tum demum Budiſſini, Sittavienſes, Lobavienſes & Camitiani mulctam ſuam numeraturi expoſueruut antiſtiti inſignem aſtum, quo ignari rerum omnium a Gorlicenſibus in ſocietatem eſſent pertracti.

Mulctam tamen Antiſtiti ſolvere tenentur, cui inſignis Gorlicenſium aſtus indicatur.

CAPUT. XXXII.

De

Nativitate Johannis Ducis Gorlicenſis, Ditterico Præſule Miſnenſi, & tranſactione inter nobiles & civitatem Budiſſinenſem ſuper cauponis cereviſiariis.

§. I.

ANno 1370. Johannes Luſatiæ & Gorlicii princeps, Caroli Filius, naſcitur. (m) Eodem anno Diettericus de Gœchia familia, Miſnenſis Decanus & Budisſinenſis Præpoſitus fit præſul Miſnenſis, ejus nominis tercius, in ordine XXXI. qui cum pro confirmatione ſua Romam ipſe contenderet, morte præventus in via ad poſſeſſionem non venit. Fabricii ann. Miſn. Lib. II. p. 52.

Johannes, Caroli filius, naſcitur.

1370.

Dittericus de Göchia, Miſneni. Decanus & poſtea præſul moritur in itinere 1370.

§. II. Anno 1374. ipſo die S. Dionyſii Norimbergæ a Carolo IV. Imp. Budisſinenſibus data eſt declaratio tranſactionis inter nobiles & civitatem ſuper cauponis cereviſiariis celebratæ, hoc argumento, ne intra unum milliare in circuitu urbis ulli cauponi aliam cereviſiam vendere liceat, niſi Budisſinæ emtam. Conceſſio nova Ferdinandi Regis. 1374.

Declaratio tranſactionis inter nobiles & Civitates de cauponis Cereviſiariis Budisſinenſibus a Carolo IV. Imper. datur.

CAPUT. XXXIII.

De

Jure viæ regiæ Gorlicenſibus confirmato, Carolo IV. moriente, hereditatem inter filios partiente, aliisque rebus arduis.

§. I.

ANno 1378. controverſiam inter Gorlicenſes & Sittavienſes de via (n) per Fridelandum, Seidenbergum vel Schœnbergum (hæc enim oppida tranſibant mercatores & aurigæ, qui Sittavia in Sileſiam & Poloniam proficiſcebantur) decidit Carolus, & Gorlicenſibus viam regiam, cujus jus a patre ſuo Johanne acceperant, iterum confirmavit diplomate, quod aſcriptum habet diem ☿ feſtum diem Jacobi proxime ſequentem. Ejus argumentum ex annalibus Gorlicenſium petent, qui volent. 1378.

Controverſia de via regia inter Gorlicenſes & Sittavienſes componitur,

viaque regia Gorlicenſibus confirmatur.

§. II. Antea Hirsbergo Budisſinam pro-

(m) v. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 8. p. 180. Groſſ. P. I. p. 90.

(n) v. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 7. p. 180. Groſſerum Part. I. p. 92.

profecturi Fridelando & inde Sittaviam iter habebant præterito Gorlicio. Nunc relicta Sittavia Gorlicio iter habent aurigæ.

Carolus Imperator vivere deſiit: de menſe & die mortis variant ſcriptores.

§. III. Eodem anno Martii 27. (ut Peucerus (o) & Eberus (p) annotarunt, ut Aventinus (q) & Cromerus (r) extremo anni tempore videlicet 29. Novembris) Carolus Pragæ vitam cum morte commutavit. Cochlæus, ut & chronicon Saxonicum p. 371. & vetuſtus quidam Curiæ Gorlicenſis liber inſequente anno 1379. in vigilia St. Andreæ (etiam Y) obiiſſe refert, quod magis placet, ætatis LXIII.

Cochlæi ſententia &c. approbatur.

1379.

Auream bullam conditam a ſe promulgat

1356.

Rex Bohemiæ Electoris VII. dignitatem conſequitur,

§ IV. Hic Carolus anno 1356. in Comitiis Norimbergenſibus auream bullam quam vocant, Meti proximo anno conditam promulgavit & ſanxit. Quo tempore regem Bohemiæ initio Electoris ſeptimi locum & dignitatem conſecutum ſcribit Brotuſus, (s) cum prius Ottonis III. Imper. ejusque agnati Brunonis ſeu Gregorii V. P. M. ordinatione ſex ſolummodo eſſent Electores. Olomucenſis tamen Lib. XVIII. (t) ſcribit, Rudolphum Habsburgicum, cum filiam ſuam Venceslao II. Bohemiæ Regi nuptum collocaſſet, juſſiſſe in acta publice referri, quod Rex Bohemiæ Electoribus Imperii ſine ulla ambiguitate Pocillatoris nomine perpetuo annumerari debeat.

eique Pocillatoris Imperii character tribuitur.

§. V. Johannes certe Bohemiæ Rex Caroli pater, inter eos, qui Ludovicum Bavarum elegerunt ab Hedione (u) Olomucenſe (w) & Peucero (x) memoratur. Ac Olomucenſis quidem etiam Carolo filio Francofordiæ eum ſuffragatum ſcribit.

§. VI. Immo vero Fridericus II. Imper. in diplomate quodam per Carolum IV. confirmato, cujus exemplum Cochlæus initio Lib. IX. ponit, fatetur ſe ab Othocaro eo, quem patruus ſuus Philippus Regem Bohemiæ conſtituiſſet, primo omnium Imperatorem electum. Quibus omnibus ſatis refellitur Brotuſi opinio.

Brotuſi opinio refellitur.

§. VII. Obambulans aliquando Gorlicii Carolus Imperator in novo foro ante ædem cœnobii fratrum Minorum, dextrum latus Venceslao, lævum Sigismundo filiis claudentibus: ambo, inquit, regnabitis, ſed non pari civitatem hanc amore proſequemini. Nec falſus præſagio ſuo eſt Carolus. Sigismundus enim Imperator Gorlicenſem rempublicam eximie dilexit, Wenceslaus contra odio habuit. Poſt decollatos enim quatuor illos de artificio lanificum, judicium bannitum in *curia advocati* diſpoſuit Wenceslaus, convocata ad id communitate, ut ſi quis ex ea de Senatu quicquam conquereretur, civitatis totius puniendæ cauſam haberet & prætextum. Qua de re ſub an. 1414. dicemus. (y) Hæc M. Frauenberger. (z)

Præſagium Caroli Imper. de filiis ſuis.

Sigismundo ſcilicet Gorlicenſium Pal-trono & Wenceslao eorum oſore.

Voigts-Hoff. hic judicium bannitum Gorlicii diſponit.

1414.

§. VIII. Inter filios hæreditatem in hunc modum eſt partitus, ut Wenceslao primogenito Bohemiæ regnum; Sigismundo tunc (ut Olomucenſis (a) eumque ſecutus Peucerus (b) volunt) quinquenni puero Marchiam Brandenburgenſem, Johanni natu minimo Gorlicenſem ducatum attribueret, adjunctis aliquot vicinis oppidis, unde is ab Ænea Sylvio (c) & Aventino (d) Luſatiæ, a Trithemio, (e) Crantzio, (f) Peucero, (g) Chronico Saxonum p. 380. & aliis Gorlicii Dux vocatur: quo poſteriore titulo ipſe etiam in literis ſuis uſus eſt, ut poſtea (h) patebit.

Regna inter tres filios dividit Carolus.

§. IX. Et

(o) Chronic. Libro V. p. 610.
(p) In Calendario Hiſtorico pag. 121.
(q) Annalium Bojorum Lib. VII. c. 21. §. 17. p. 762. b. vel potius cap. 24. §. 23. p. 782. b.
(r) Hiſtor. Polonicæ Lib. XIII. p. 226. a.
(s) Chronici Merſeburg. Lib. II. c. 38.
(t) Pag 147. lin. 52.
(u) A Caſp. Hedione Abbatis Urſpergenſis Chronicon corrigente, & ab A. 1230. usque ad An. 1538. Paralipomena addente fol. 38.
(w) Hiſt. Bohem. lib. 20. p. 164. lin. 31.
(x) Chronic. lib. V. p. 590. Lin. 10.
(y) Cap. 40. hujus libri VI. §. 1 - 7.
(z) Secretarius & tandem Conſul Gorlicenſis in Annalibus ſuis. Vid. infra libro VII. Comment. cap. 30.

(a) Hiſt. Boh. lib. 22. p. 186. lin. 33.
(b) Chronic. lib. V. pag. 511.
(c) Hiſt. Bohem. pag. 140.
(d) Annalium Bojorum lib. VII c. 21. §. 17. pag. 762. b.
(e) In Chronic. Hirſaug. Part. II. pag. 295. Edit. in fol. an. 1690.
(f) In Vandalia lib. IX. c. 30.
(g) Chronic. lib. V, pag. 611. & 613.
(h) Capit. ſeq. 34. §. 1. 18. 19. & 23.

§ IX. Et ad hunc filium ſuum reſpexit Carolus in privilegio, quo Gorlicenſibus jus viæ regiæ ab ipſo confirmatum modo dicebamus, cum indignationem tam ſuam ipſius quam hæredum ſuorum Bohemiæ Regum ac Ducum Gorlicenſium (nam hos quoque diſerte nominat) violatoribus interminatur.

Marchiam Gorlicenſem evehit in Ducatum.

§. X. Notandumque hoc loco, Gorlicium, quod ante Caroli tempora, ut ex incorporatione apparet, marchiæ titulum habebat, ad peculiaris ducatus ab eo ſublatum eſſe eminentiam, qua etiamnum gaudet. Ac vidi ipſe in cœnobio noſtro literas ſuper monaſteriis civitatum Luſatiæ Superioris Budisſinæ nimirum, Gorlicenſi, Sittavienſi, Lubano & Lobavienſi a provincia Saxoniæ miniſtrique obedientia non avellendis per quosdam equeſtris ordinis viros, quorum majores, ipſique ſepulturas in iis ſuas delegerant, an. 1521. ad generale ſodalium Franciſcanorum concilium conſcriptas hoc initio: NOS CHRISTOPHORUS EX LUTTITZ, DUCATUS GORLICENSIS CAPITANEUS, BARTHOLOMÆUS EX HIRSBERG IN WARTENBERG, WOLFFGANGUS EX NOSTIZ, EQUES AURATUS, CASPAR EX RECHENBERG IN CLITSCHDORFF &c. REGIÆ MAJESTATIS UNGARIÆ ET BOHEMIÆ &c. SUB MARCHIONATU LUSATIÆ SUPERIORIS, EQUESTRIS ORDINIS VASALLI, ET DEINCEPS.

Teſtantibus literis quorundam Equeſtrium virorum, ſ. nobilium.

CAPUT XXXIV.

De Johannis Gorlicenſis vita, moribus, unica filia & morte.

§. I.

Johannes, Luſatiæ & Gorlicii Dux natus 1370.

DE Johanne igitur primo loco dicemus. Tradunt annales noſtrates (i) anno 1370. natum Johannem Luſatiæ & Gorlicii Ducem. Narrat M. Frauenbergius, hunc Johannem, (ut ipſius verbis utar) moribus pravum, & impotentis libidinis hominem captas virgines & matronas electas ſtupraſſe. Ob quæ flagitia a Gorlicenſibus repudiatus, cum urbe excederet, poſteriora denudaverit.

Ob flagitia a Gorlicenſibus repudiatus, Urbe excedens, poſteriora denudat.

Gorlicenſes ab ejus obſequio, privilegio Cæſaris abſolvuntur.

§. II. Gorlicenſes vero patenti Cæſaris privilegio ab ejus obedientia & perfidiæ crimine abſolutos. Urbe excluſus in vicino pago Eberhardesbachio, qui Bisckoffwerderis paret hodie, aliquandiu ſe fertur tenuiſſe in domo venatoria, quam ibi habebat. Et oſtenduntur adhuc foſſæ circa ædes nobilium, quibus ſe muniverit. In originibus familiæ Salziæ Gorlicii & Budiſſinæ ducem eum appellari reperio. Extat Pragæ monumentum alabaſtro inciſum, extra ædem cathedralem, arcis meridiem verſus, cujus inſcriptio inter alia hujus etiam principis mentionem facit. Eam particulam adſcribo:

Johannis domicilium pagus Eberhardesbachium.

Salziæ, Gorlicii & Budiſſinæ Dux appellatus.

1392.

§. III. Item anno Dom. 1392. in feſto
Pentecoſtes hora veſperarum poſitus eſt
lapis ſundamenti S. Pragenſis Eccleſiæ per,,
Sereniſſimos Principes, Dn. Dn. Wen,,
ceslaum I. Romanorum, & Bohemiæ Re-,,
gem, & Dominum Johannem Gorlicen-,,
ſem Ducem, Marchionem Brandenbur-,,
genſem, natos Sereniſſimi Principis, Dni,,
Caroli Romani Imp. benefactoris præci-,,
pue Eccleſiæ Pragenſis, ac Reverendiſſi-,,
mum patrem D. Johannem Archiepiſco-,,
pum Pragenſem III. cum nonnullis aliis,,
patribus, Dominis, Epiſcopis & Prælatis,,
ac vice & nomine Sereniſſimi Principis,,
Dni Sigismundi, Hungariæ & Dalmatiæ,,
Regis, nati Dni Imperatoris præfati, nec,,
non vice & nomine Sereniſſimarum Prin-,,
cipiſſarum & dominarum, Eliſabeth, Ro-,,
manorum Imperatricis, Annæ, Reginæ An-,,
gliæ: Margarethæ, conſortis Dni Burggra-,,
vii Norimbergenſis, filiarum Dni Impera-,,
toris præfati: in honore viſitationis Ma-,,
riæ, & SS. Venceslai, Viti, Adalberti, Si-,,
gismundi & aliorum Bohemiæ patrono-,,
rum, ſub directore fabricæ Pragenſis, Ven-,,
ceslao de Radecz, canonico Pragenſi, &,,
Petro de Gemund, magiſtro fabricæ præ-,,
fatæ.,,

Inſcriptio monumenti, ſ. lapidis Eccleſiæ S. Pragæ fundatæ.

Curæi de Johanne ſententia.

§. IV. Curæus (k) hunc Johannem inter filios Caroli medium numerat, & a patre In Luſatiam collocatum, ibi non multo poſt periiſſe ſcribit. Wolffgangus Juſtus in Genealogiis Brandenburgicis (l) Moraviæ etiam Marchionem facit Johannem, & duas ei tribuit uxores, priorem Richhardim, filiam Alberti II. Ducis Megalburgii, alteram Margaretham, Leopoldi II. archiducis Auſtriæ anno 1386. Junii 10. ab Helvetiis occiſi filiam, viduam Meinhardi Ducis Bavariæ. Libros maſculos reliquit nullos.

Item Wolffgangi Juſti de eo ejusque uxoribus.

1386.

Obiit ſine prole maſcula.

§. V. Fuit tempus, cum trium ejus filiarum a ſcriptoribus mentionem fieri crederem: primæ a Peucero, (m) Brabantino; ſecundæ a Trithemio, (n) Leodienſi: tertiæ

(i) Vid. Carpzov. Part. II. c. 1. §. 8. p. 180. Groſſerum Part. I. p. 92. & Tomi hujus ſeqq. 1. Part. II. in Martini Mylii Annalibus Urb. Gorlic. p. 10. & 11.

(k) Annalibus Sileſiæ pag. 111.

(l) Sub num. 12 in familia VI. Regum Bohem. & Marchionum Morav.

(m) Chronic. lib. V. p. 613.

(n) In Chronic. Hirſaug. Part. II. p. 529.

tiæ ab Eodem, Monacenſi nuptarum. Sed de tertia quomodo hallucinatus ſit Trithemius (o) (niſi forte librarii, non Autoris eſt error ille) ex Aventino (p) poſtea didici. Secundam vero a prima non eſſe diverſam, Wolffgangi Hungeri (q) in Cuſpiniani Cæſares me docuere annotationes. (r)

Filia unica, Eliſabeth relicta bis nupta.

§. VI. Unicam ergo filiam habuit Johannes, Eliſabetham, quam primum nuptum dedit Antonio Brabantiæ & Lucemburgi (Aventinus (s) & Hungerus (t) Limburgi) duci, filio ſecundo Philippi audacis Burgundi, fratris Caroli V. (NB. Verſio Germanica Carolum IV. in medium profert,) Franciæ Regis. Fuit autem Eliſabetha ſecunda Antonii uxor. Primam enim habuerat Johannam, filiam unicam & hæredem Valeriani Lucemburgii, matrem Johannis Brabantiæ & Lucemburgi Ducis, a quo anno 1422. vel ut habet catalogus rectorum Vinnenſium, quinquennio poſt (1427. Joſeph a Pinu) Academia Lovanienſis ex Colonienſe traducta eſt.

Johannes Brabantiæ & Lucemburgi Dux, 1422. Colonienſem academiam Lovanium transfert.

§. VII. Ac propter hoc ſecundum conjugium cum Eliſabetha Gorlicenſe Wenceslaus & Sigismundus Imp. Eliſabethæ patrui poſſeſſionem ducatus Lucemburgenſis Antonio marito hujusque liberis reliquerunt & confirmarunt.

Ducatus Lucemburgenſis Antonio traditur, hujusque liberis a duobus Impp. confirmatur.

§. VIII. Antonii (ut hoc quoque obiter addamus) fratet Johannes Burgundiæ, Flandriæ & Atrebatum Dux, avus Caroli Burgundi bellatoris, ſoceri Maximiliani I. Imperatoris, cum anno 1395. infelici expeditione Sigismundi, tum Pannoniæ Regis, poſtea Imp. a Bajazete I, Magno Turca, qui Gilderin, Tartarorum lingua. h. e. fulgur propter celeritatem dictus eſt, apud Nicopolim, Bulgariæ Metropolim, die profeſto caſtorum Angelorum ingenti clade ſuperati captus eſſet, poſt redemtionem in memoriam captivitatis, familiam militarem inſtituit, cujus qui ſocii ſunt, aurei velleris effigiem pro Symbolo geſtant. Hæc de priore Eliſabethæ marito ex Peuceri chronico pleraque. (u)

Johannes, Burgundiæ &c. Dux, frater Antonii, captus a Bajazete I. Turcar. Imper. 1395. a Turcis Gilderim dicto,

liberatus Equeſtrem aurei Velleris ordinem inſtituit.

§. IX. Defuncto Antonio ad ſecundas nuptias tranſivit Eliſabetha, de quibus ſic habent Trithemius duobus locis, (w) Aventinus magna parte Libri octavi (x) ex annalibus Hollandiæ ac Brabantiæ, & Hungerus. (y)

Ejus vidua Eliſabetha ad ſecunda vota tranſit.

§. X. Johannes Bavariæ Dux, Ludovici Bavari Imper. ex filio Alberto Straubingenſe Nepos, cum multos annos apud Eburones, h. e. Leodios adminiſtratorem egiſſet, tandem Gvilielmo fratre Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ comite, ac Friſiæ Domino anno 1417. prid. Cal. Jun. ſine maſcula prole mortuo, abdicata Eccleſiæ Leodienſis adminiſtratione, dominia fratris bello obtinuit, necquicquam reclamante Jacoba unica Gvilielmi filia, quæ primo Johanni, Delphino Franciæ Caroli V. regis filio,

Johannes, Bavariæ Dux,

mortuo Guilielmo fratre ſine filiis, 1417.

Fratris dominia belli ope obtinet,

Jacoba Guilielmi filia unica,

(o) Loco citato.

(p) Annal. Bojor. lib. VII. c. 24. §. 23. pag. 782. & procul dubio ex his verbis: Joannes Pontifex Leodienſium deſignatus, pontificatum patribus reddit & liberorum procreandorum cauſa, neptem Imperatoris Sigismundi ex fratre Joanne de Lauſniz uxorem ducit.

(q) Wolffgang Hungerus Bojoarius Aquiburgenſis Jctus & Cancellarius Friſingenſis Joannis Cuſpiniani Cæſarum Hiſtoriam quam eruditisſimis annotationibus illuſtravit, vindicando nimirum innumera illius Hiſtoriæ loca a mendis, reſtituendo illa nativæ lectioni, clarius quædam explicando & parerga ſubinde admiſcendo, quæ Hiſtoriarum Studioſo cognitu perquam jucunda.

(r) In quibus pag. 686. hæc narrantur: Cuſpinianus meminit, Carolo IV. non modo Wenzeslaum & Sigismundum, ſed etiam tertium quendam ſuiſſe filium, ſcilicet Johannem Ducem de Görliz & comitem Lutzemburgenſem, cujus unica filia Eliſabetha primum, Antonio Duci Brabantiæ & Limburgi, patri Joannis, nupta fuerit. Eo defuncto, nupſiſſe eandem Joanni Duci Bavariæ, Comiti Hollandiæ & Selandiæ, poſtquam ille adminiſtrationem Eccleſiæ Leodienſis abdicaverat, ex quo nullos liberos ſuſcepit. Demum etiam hoc Joanne defuncto, ceſſiſſe ipſum Ducatum Lutzemburgenſem Philippo Duci Burgundiæ, patri Caroli bellicoſi juxta Chronica Hollandiæ & Brabantiæ.

(s) Annalium Bojor. lib. VII. c. 24. §. 25. p. 783.

(t) Loco ſub lit. (r) citato.

(u) Lib. V. p. 613 & 626.

(w) Nempe p. 329. & 357. Part. II. Chronici Hirſaugienſis.

(x) Vel juxta Editionem Lipſienſem an. 1710, libri ſeptimi cap. 24. §. 23. 24 25. ſeqq. p. 782. ſeq.

(y) In Annotatis ſub lit. (q & r) citatis.

ejusque quatuor mariti,

filio, poſtea eo mortuo, Johanni Brabantiæ & Lymburgi ſecundum Aventinum (z) Duci, Lovanienſis Scholæ conditori amitino S. deinde hoc deſerto, Hunfriedo fratri Henrici Regis Angliæ, & ad extremum Nobili cuidam Franconi, Boëslæ inſulæ Domino, capitaneo ſuo nupſit.

Johannes, hic Bavarus Epiſcopatum reſignat, Uxorem ducit, ſed ſterilem.

§. XI. Ut autem ſucceſſorem relinqueret Johannes Bavarus Conſtantienſi concilio epiſcopatum reſignavit, & ejusdem diſpenſatione Uxorem duxit filiam Johannis, Ducis Gorlicenſis fratris Sigismundi Imp. eam nimirum, quam Brabantino antea nuptam fuiſſe diximus: ſed ſpe fruſtratus legitimum ex ea hæredem non ſuſcepit.

Veneno extinguitur 1425. Succeſſorem habet Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem. Deſiderantur quædam ut videtur

§. XII. Quare Johanne anno 1425. vel præcedenti potius ſecundum Aventinum, (a) ipſo die Epiphaniorum a curiæ magiſtro veneno extincto & Hagæ, Hollandiæ metropoli ſepulto, ipſius ex ſorore, Margaretha nepos Philippus bonus, Burgundiæ Dux, Johannis ejus, qui in Turcas duxit, filius, Caroli bellicoſi pater, invita Jacoba memorata omnem avunculi hæreditatem, & in hac etiam Ducatum Lucemburgenſem, ſi Hungero (b) fides, qui quidem non tam ducem de Gorliz, ſed & comitem Lucemburgenſem vocat Johannem Eliſabethæ patrem, crevit atque ita ditio illa & principatus Hollandiæ filia Ludovicus Imp. adeptus fuerat, a Domo Bavariæ rurſum eſt ablatus.

Mentio Numismatis Eliſabethæ Bavariæ & Lucemburgi Ducíſſæ. Johannes Bavarus, a Sigismundo infeudatur. 1417.

§. XIII. Ac meminit Hungerus numiſmatis antiqui argentei, ſub nomine Eliſabethæ hujus Bavariæ & Lucemburgi duciſſæ inſcripti. (c) In hiſtoria concilii Conſtantienſis annotatum eſt, Johannem Bavariæ Ducem Leodicenſium præſulem cum XIII. equitum comitatu Conſtantiam veniſſe, & a Sigismundo Imp. feudam accepiſſe anno 1417. Maji 13. in foro, more reliquorum principum.

Trithenii opinio de Johanne Bavaro alio quodam,

§. XIV. Trithemius (d) alium quoque Johannem, Bavariæ ſuperioris Monacique Ducem, & ipſum Ludovici Imp. ex filio Stephano Landeshutenſe nepotem, Ducis Gorlicenſis filiam uxorem habuiſſe, deque ea Erneſtum & Gvilielmum filios, filiamque Sophiam, ſecundam Veneeslai Cæſaris uxorem, genuiſſe annotavit. Quod ſi verum eſſet, pronepotem ex fratre duxiſſet Veneeslaus.

ejusque uxore & liberis.

Cui contradicit Aventinus.

§. XV. Sed refragatur Trithemio Aventinus, (e) qui Johannis Monacenſis uxorem Catharinam nomine anno 1391. mortuam & Monaci ſepultam, comite Goerzenſe natam fuiſſe prodidit. Ut nominum Goerizii & Goriicii affinitate deceptum fuiſſe Trithemium, ſit veriſimile.

Johannis Gorlicenſis privilegium de Cerevisiæ coctione & pannorum ulnatim venditione. vid. ſeqq. §. 5.

§. XVI. Porro habent, Gubennenſes Johannis Goricenſis privilegium, quo prohibetur. ne quis intra unum ab urbe milliarium cereviſiam coquere audeat; aliud item, quo pannicularíis diſtrahendi publice ſecundum ulnas pannos fecit poteſtatem.

Valentinus Haliartus, Notarius Cotbuſenſis.

§. XVII. Et vidi ipſe diploma ejusdem Germanicum in membranis ex archivis Cotbuſianis a Valentioo Haliarto ejus urbis notario digniſſimo mihi exhibitum, quo Nobilibus Buſchnni & Swanbergo & Johanni de Cotbuſio expectantiam, & jus in omnibus bonis, quæ Apicius Schoff in Schenekendorffo tenuiſſet, contulit, dat. Pragæ in vigilia Bartholomæi anno 1390. ſubſcriptumque ad mandatum ducis a Wolframo, Pragenſis & Olomucenſis eccleſiarum Canonico.

Sigillum diplomatis Johannis.

§. XVIII. Vidi & aliud in Pannefíciorum ſcriniis. Sigillum ejus in cera rubra, clipeum habet quadrifidum ex leone coronato cum cauda duplici & aquila unius capitis decurſatim ſibi oppoſitis conſtantem. Titulus in ambitu talis:

Sigilli titulus.

Johannis Dei gratia Brandenburgenſis ac Luſatiæ Marchio, & dux Gorlicenſis.

Initialia diplomatis verba.

Initium diplomatis ſic habet: Wir Johannes

(z) Lib. VII. Annal. Bojor. cap. 10. §. 17. p. 767. & cap. 23. §. 11. p. 773. & cap. 24. §. 23. pag. 782.

(a) Lib. VII. eorundem Annal. c. 24. §. 22. p. 782.

(b) Conf. Verba ſupra ſub lit. (r) recitata.

(c) Verba ejus de hoc numiſmate ita ſonant: Ad hujus autem rei (nimirum de triplici Eliſabethæ conjugio) inveſtigationem ajebat D. Wiguleus Hundius, ſe permotum inſcriptione antiqui ejus numiſmatis argentei, quod anno ſuperiore Monachii ſpectandum nobis exhibuerat in convivio, apud nobilem & magnificum D. Wilhelmum Leſchium, germanum fratrem Reverendiſſimi principis D. Leonis epiſcopi Friſingenſis. Cum enim id numiſma, ſub nomine Eliſabethæ Duciſſæ Bavariæ & Lutzemburgi inſcriptum, nemo convivarum, qui aderant multi Viri docti, explicare poſſet, poſtea ipſa magnificus D. Hundius e Chronicis illis rei veram cognitionem, uti bona fide retuli, eruit.

(d) In Chronic. Hirſang. Part. II. p. 295. ſub anno 1392.

(e) Annal. Bojor. lib. VII. c. 22. §. 19. p. 767.

nes von Gottes Gnaden, Marggroff zu Brandenburg und zu Lauſitz und Hertzog zu Görlitz.



Johannem & inferioris Luſatiæ Dominum fuiſſe,

§. XIX. Atque hinc in inferiore quoque Luſatiæ dominatum eum colligimus, tametſi ſuperioris tantum Luſatiæ urbes ad Gorlicium a parente ei ad poſſidendum fruendumque aſſignatas Olomucenſis (f) ſcribit. Habent & Hoffmanni Gorlicenſes duo Johannis diplomata, utrumque Pragæ datum, per nobilem dominum Erneſtum de Duba (curiæ ipſius magiſtrum) & a Wolframo ſupra memorato ſubſcriptum alterum anno 1384 ☿ poſt Judica hoc exordio: Wir Hanß von Gottes Gnaden Hertzog zu Görlitz und Marggrafe zur Lauſitz. Alterum anno inſequenti ☿ ante epiphania ubi T. T. amplior eſt. Wir Hanß von Gottes Gnaden Hertzog zu Görlitz und Margg. zu Lauſitz und in der Nuwen Margke.

probant diplomata de anno 1384. & 85.

Trithenii & aliorum 1337. multiplex error de Johannis ſucceſſione in Bohemiæ regnum.

§. XX. Nec prætermittendus eſt ſilentio multiplex Trithenii, (g) chronici Saxonum (h) ſub anno 1337, & aliorum, Johannem hunc patri Carolo in Bohemiæ regnum ſucceſſiſſe aſſerentium error, qui inde forte manavit, quod Bohemiam eum cum exercitu intraſſe fando legendove compeRiſſent, Venceslao fratre de regno periclitante. Trithenii verba aſſcribo:

Cujus verba: §. ſeq.

§ XXI. „Rudolphus primo genitus, Ru„dolphi Comitis Palatini ad Rhenum (fra„tris, Ludovici Imp.) non multum ſapiens „vel aſtutus, ex Ludovici Hungariæ Regis „ſorore filiam ſuſcepit Margaretham, quam „duxit Carolus Bohemiæ Rex, poſtea Imp. „cui tres peperit filios, Venceslaum Roma„norum regem poſt patrem, Johannem re„gem Bohemiæ & Sigismundum Hungariæ, tandem & ipſum Imperatorem & du-„as filias, Helenam filio regis Angliæ, (chro-„nicon Saxonum (i) nothum facit) & Mar-„garetham Marchioni antiquæ Marchiæ, „(Ottonem Bavarum intelligo) nuptas.„ Hæc ille.„

§. XXII. Etſi enim Peucerus (k) quoque ſecundam Caroli uxorem facit Rudolphi Palatini junioris filiam, quæ maritum Romam ſecuta ſit, & ibidem coronata: tamen conjugium eſſe infœcundum; & a quibusdam Annam, ab aliis Agnetem vocari ſcribit. Tum autem Wenceslaum Anna Sileſiæ penultima, Sigismundum Eliſabetha Stetinenſe, ultima uxore, natos conſtat.

de Conjuge Caroli infœcunda ejusque nomine,

Anna Sileſiæ Duc. Wenceslai & Eliſabetha Stetinenſis Sigismundi mater.

§. XXIII. Et quidem minor fuit Sigismundo Johannes Eſtque hoc magis admiratione dignus Trithenii lapſus, quod hic Bohemiæ regem nuncupat Johannem, quem paulo poſt tribus locis ipſe Gorlicenſium ducem vocat. In Secretario magiſtri Frauenbergii Cons. Gorl. annotatum eſt, Carolum Imper. ex tribus uxoribus tres genuiſſe filios, quorum minimus Johannes, vivente adhuc parente in ducem Gorlicenſem elatus ſit. Meminit hujus Johannis ducis Gorlicenſis etiam inſcriptio quædam foris in æde arcis Pragenſis inter eos, qui adfuere, cum ea certis Divis conſecraretur & dedicaretur.

denuo Trithenii error reprobatur,

M. Frauenbergius Conſ. Gorlicenſis, Carolo Imp. e tribus uxoribus tres tribuit filios.

CAPUT XXXV.

De Wenceslao ignavo, Romanorum & Bohemorum Rege, ejus captivitate & liberatione.

§. I.

Et hæc quidem de Johanne III. Caroli IV. filio hoc loco ſemel ſcripta ſunto.

Hæc de Johanne III. Caroli IV. filio.

§. II. Deinceps de Fratre ejus nato maximo Wenceslao, (l) quem inertem ſeu ignavum cognominant hiſtorici, perſequemur, quem in imperio & regno Bohemiæ ſucceſſorem Carolus accepit, Ac Bohemis quidem qnomodo nondum bimulum regem deſignarit pater, ex Sittavienſium annalibus ſupra (m) retulimus. Sed & Cæſarem h. e. Romanorum Regem eundem fecit triennio ante obitum, XV. annorum adoleſcentem, redemto magnis largitio-

Sequitur Hiſtoria Wenceslai ignavi, Succeſſoris & filii natu maximi Caroli IV. Imper. qui Bimulus nondum Rex deſignatur,

Romanorum Rex anno ætatis XV. creatur.

(f) Hiſtor. Bohem. lib. 22. lin. 46. p. 186.
(g) Ex Chronic. Hirſaug. Part. II. p. 172. ſub anno 1330.
(h) Pag. 334.
(i) Loco citato.
(k) Chronic. lib. V. p. 611. lin. 13.
(l) conf. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 9. p. 181. Groſſerus Part. I p. 101.
(m) Cap. 22. §. 3. hujus libri Comment. VI.

gitionibus principum Electorum ſuffragio.

Vituperium Wenceſlai, hominis nullius momenti.

§. III. Venceslaus igitur voluptuarius otio, ſomnoque torpens, crapulæ tantum & commeſſationibus, luſibusquo ac nequitiæ deditus, ceterum ab omni gubernationis cura alieniſſimus, quid apud ſubditos rerum gereretur, nihil penſi habuiſſe fertur.

Sub ejus temporibus ſeditiones plurimæ ortæ.

§. IV. Ex qua principis ſocordia & incuria ſperatam impunitatem ἀφορμὴν præbuiſſe putant, tot paſſim coortis ea tempeſtate ſeditionibus, quas mox exponemus.

Wenceslaus ſævus quoque cognominatus,

e Pragenſibus captus in publicum carcerem conjicitur.

§. V. Quin etiam luxui inertiæque ſævitiam addidiſſe tradunt, cujus pertæſis tandem Bohemis, primo conſpirantes in illum tam ex nobilitate quam ex civibus Pragenſibus quidam captum & in publicum carcerem, in quem ſupplicio afficiendi paſſim conjiciebantur, detruſum quatuor ibi menſes in fœtore & ſqualore miſeris modis habuerunt.

ope cimbæ piſcatoriæ & Suſannæ mulieris carcere evadit.

§. VI. Inde cum aliquando a Senatu Pragenſe multis precibus exorato balneum in veteri urbe Multaviæ vicinum ingredi permiſſus eſſet, conſcenſa cimba piſcatoria & muliercula quadam Suſanna remigante evaſit.

Recepto regno, vitam atque mores non immutans, conſcio Sigismundo fratre,

iterum captus turri Pragæ includitur.

§. VII. Neque tamen recepto regno vitam mutavit nec de priore conſvetudine quicquam remiſit. Quare proceres quidam conjurati, conſcio fratre Sigismundo, adepto jam dotale Pannoniæ regnum cum uxore Maria Ludovici Pannoniæ & Sarmatiæ regis filia majore, nec improbante facinus Jodoco Moraviæ marchione patruele, Wenceslao in prædio regio juxta Beraunam cum paucis delicianti iterum manus injiciunt, captumque in arcem Pragenſem pertrahunt in turri ſub diligentioribus quam prius cuſtodibus aſſervandum.

Crumloviam, dehinc Viennam captivus perfertur.

§. VIII. Sed cum ne huic quidem cuſtodiæ propter loci celebritatem fidei ſatis haberetur, Crumloviam (Baronum Roſenſium h. e. oppidum) ad Henricum Roſenſem, indeque tacite Viennam traductus Wenceslaus, ab Alberto Auſtriæ Duce, quem deinceps Sigismundus elocata ei filia generum habuit & ſucceſſorem, in latebras turris cujusdam Viennenſis abſtruſus eſt.

Eum Johannes, Gorlicii princeps, & Procopius Moravus fruſtra liberare conantur.

§. IX. Johannes igitur Gorlicenſium princeps Wenceslai frater, & patruelis utriusque Procopius Moraviæ marchio, cum ad vindicandum in libertatem regem, copias, ille in Luſatia, hic in Marchia Brandenburgenſe (quam ſibi & fratri Jodoco a Sigismundo in pignus datum tum Procopius tenebat) comparaſſent, atque ambo Pragam veniſſent, captivo ibi fruſtra quæſito inſiſtebant veſtigiis Crumloviam tendentes.

§. X. Sed comperto, regem extra regnum Bohemiæ abductum cum Roſenſis etiam iis cum valida armatorum manu non longe a Budwicio occurrere pararet, progreſſu omiſſo, retro ceſſerunt. domum reverſi.

Sigismundo, Wencelai capti, abductionem tribuit Peucerus.

§. XI. Sic fere Olomucenſis, (n) a quo non diſſentiunt Cromerus (o) & Peucerus, (p) niſi quod luc Sigismundum ipſum a ſubditis crudelitate Venceslai irritatis accitum & præpropere Bohemiam ingreſſum, regno occupato, fratrem abduxiſſe & Auſtriaco cuſtodiendum dediſſe narrat.

Cranzii de captivitate & liberatione Wencelai per Johannem fratrem ſententia.

§. XII. Cranzius (q) ſemel tantum a Proceribus Bohemiæ in arce Pragenſe captivum detentum meminit: ſed Johannem Ducem de Gœrliz fratris dolentem injuriam, exercitu contracto Proceres & præcipue cives Pragenſes adegiſſe, ut captum relaxarent. Idem, ſuam interponens ſententiam, melius aliquanto conſulturum rebus humanis fuiſſe Johannem ait, ſi Wenceslao in vinculis relicto, ipſe regni ſubliſſet gubernacula; ſed prævaluit, inquit, „ in eo reſpectus regii nominis, indignum- „ que viſum eſt facinus, regem ita a ſubditis, „ coarctari, quibus ipſe ad juga cogendis na- „ tus eſſet. „

1392. Convenit fere cum Crantio Chronicon Saxonicum ſub ann.

§. XIII. Similis eſt Chronici Saxonum (r) narratio; Anno 1392. Wenceslaum Romanorum Regem a Nobilibus Bohemis juſſu fratris Sigismundi captum, & in arcis Pragenſis cuſtodiam deductum. Poſtea tertium fratrem Johannem coegiſſe nobiles, ut regem dimitterent. Nec reſipuiſſe tamen Wenceslaum, ſed magis atque magis in hæreſin prolapſum.

1394. Curæi hac de re ſententia juxta quem

§. XIV. Curæus (s) anno 1394. Wenceslaum a quibusdam regni Baronibus adjuvante civitate Pragenſe captum & cuſtodiæ traditum, evaſiſſe inde ſcribit poſt ſeptimanas XVII. ope Jodoci marchionis. Deinde jam amotum ab imperio iterum captum Sigismundo procurante a Jodoco Marchione Moraviæ, & auxiliis Miſnenſibus

(n) Hiſt. Bohem. lib. 23. pag. 190. ſeqq.
(o) Hiſt. Polon. lib. 13. p. 226. a. item p. 256. b.
(p) Chronic. Lib. V. p. 615.
(q) In Vandalia lib. 9. c. 33.
(r) Pag. 380.
(s) In Annalibus Sileſiæ p. 116.

1401. Sigismundus ex captivitate Hungarica Pragam 1402. reverſus, Wenceslaum captum Viennamque abductum, Alberto Auſtriæ Duci aſſervandum tradit.

bus anno 1401. Deinde Sigismundum vix tum captivitate Hungarica liberatum veniſſe Pragam anno 1402. Junii 29. & Wenceslaum fratrem captum inde abduxiſſe, eum in cuſtodiam tradidiſſe Alberto Auſtriæ principi. Viennæ in amplis ædibus honeſte aſſervatum eſſe, ſed tamen hinc etiam evaſiſſe & regnum rurſus adeptum.

Æneæ Sylvii de his mentio.

§. XV. Æneas (t) primum a Baronibus hebdomadas XVII. in cuſtodia habitum, atque a Johanne Luſatiæ duce & Procopio Moraviæ marchione, magno Reipublicæ malo libertati redditum ſcribit, ſecundo per fratrem Sigismundum captum, & Auſtriæ principi datum in cuſtodiam, quæ quidem habita ſit apud Viennam in egregiis ædibus, iisque Pragæ exinde cognomen inditum, quod eas Rex Pragenſium incoluiſſet.

Qui cum plene conſentit Sebaſtianus Francus.

§. XVI. Cum quo per omnia facit Sebaſtianus Francus, niſi quod hic tertium captum Wenceslaum aſſerit. Atque hæc quidem omnia ante annum Chriſti milleſimum, quadringenteſimum geſta eſſe, ex Olomucenſe (u) quoque apparet.

E Viennenſi cuſtodia Wenceslaum liberat Piſcator,

denuo tunc regno potitum, neutiquam tamen converſum,

Imperatoria dignitate Electores exuunt, 1400.

Regis Romanorum titulo ad vitæ tempus ipſi relicto.

§. XVII. Ut cunque autem res ſe habeat, hoc quidem conſtat, etiam Viennenſem cuſtodiam ſenis cujusdam piſcatoris opera fruſtratum Wenceslaum, mendicique habitu arce Pragenſe atque ita regno denuo potitum. Sed cum nihilo magis voluptatum cœno emergeret, aut ad frugem bonam, ut dicitur ſe reciperet, Septemviri, quod uſus ejus in gubernatione nullus eſſet, communi conſenſu, Bonifacio IX. P. M. approbante, Imperatoria dignitate exutum in ordinem redegere non invitum anno 1400. Aug. 20. Titulum tamen Regis Romanorum Wenceslaus quoad vixit, retinuit.

CAPUT XXXVI.

De

Sigismundo Imp. Rom. miſerrima in Bohemia peſte, ſeditione Laubanenſi & Budiſſinenſe, nec non incendio Budiſſinenſe & obſidione arcis Ortenburg.

§. I.

Sigismundus Hungariæ Rex coronatur. 1388

ANno 1388. Sigismundus Hungariæ Rex coronatus eſt. (w)

Magna & diuturna in Bohemia peſtilitas. 1380.

§. II. Anno 1380. peſtilitas magna in Bohemia cœpit circa feſtum Margarethæ & duravit per totam terram usque ad feſtum S. Venceslai.

a Opifices manuarii Laubanenſes in Senatum inſurgunt. 1398. maxime in Nicolaum Colbum Proconſ.

Cauſa ſeditionis.

§. III. Wenceslai dominatu anno Chriſti Salvatoris gratioſo adventu 1398. ipſo die St. Andreæ opifices manuarii Laubanenſes univerſi in Senatum ac præcipue Nicolaum Colbum, Proconſ. inſurrexere. Cauſa Johannes Pharmacopola, qui (Pragæ) literis falſis productis remp. LXX. marcis emunxerat.

1400. Incendium horrendum Budiſſinenſe.

§. IV. Anno 1400. Urbs Budiſſinenſis tota cum Ortemburgo arce Feudoburgenſe, quod vocant, & cœnobio fratrum minorum penitus conflagravit. Cal. VI. lib. h. e. ipſo die vinculorum Petri, remanentibus tantum XL. Domibus, in plateis, quæ a divitibus & ahenis ſeu caldariis nomen habent, & in ſuburbio.

Viginti pagi Budisſinam circa exuſti & devaſtati.

§. V. Mox circa feſtum D. Martini ejusdem anni, Johannes Dominus de Cotbuſio octingentis equitibus ſtipatus Budisſinam tentavit, & circumquaque ad XX. pagos exuſſit ac devaſtavit.

Permagnæ ventorum procellæ, 1400.

ultra 40. milliaria ſævientes.

§. VI. Eodem anno 1400. ſabbato ante feſtum Catharinæ magnæ fuere ventorum procellæ, quæ Budisſinæ crucem & pinnaculum ſeu faſtigium (die Spitze) turris deturbavere, triangulum ædis fratrum minorum cum novem teſtudinibus dejecere, & in Urbe terraque circumjacente plurima deſtruxere ædificia. Ultra 40. milliaria ea ſæviit tempeſtas, tametſi vix dimidiam horam duravit.

1401. Marchio Barth. ſ. Jodocus Barbatus Drebcaviam obſidet.

§. VII. Anno 1401. Marchio Barth, (intelligo Jodocum Barbatum, de quo mox dicemus:) Drebcaviam obſidebat, Faſc. Templ. Cotb.

1405. Arx Molibergenſis in feudum datur Henrico a Walda.

§. VIII. Anno 1405. Henricus Pflugius a Rottenſtein Budiſſinæ & Gorlicii præfectus arcem Molibergenſem ad Albim Henrico a Walda in feudum dedit. Annal. Budiſſ.

Conſpiratio & ſeditio, pannicularíorum Budisſinenſ. in Senatum, 1405.

§. IX. Eodem anno 1405. die Veneris, feſtum Aſcenſionis Dominicæ proxime inſequente, hoc eſt, Maji 29. Budiſ. pannicularii tanquam κορυφαῖοι cum maxima parte reliquæ promiſcuæ multitudinis in Senatum conſpirarunt, motaque ſeditione eum in curia ſenatoria congregatum hora octava capere conati ſunt.

Inculpatio opificum.

§. X. Criminabantur enim opifices Senatum, quaſi is bona Reipubl. ſecus, atque oportuerat, adminiſtraſſet, eamque ad rem probandam utebantur ſuggeſtione quorundam ſenatu motorum, quos in ſuas partes pertraxerant. Contendebant præterea, neminem, qui pagum aliquem poſſideret, in Senatum legendum.

§. XI. Re animadverſa Thomas Schœnfeldius civium magiſter ſeu conſul & alii ſena-

nate-

(t) Hiſtoriæ Bohem. cap. 34. lin. 25. p. 140.
(u) Hiſt. Boh. lib. 23. p. 189. ſeqq.
(w) v. Carpzov. Part. II. c. 1. §. 10. p. 185. Grofferum P. I. p. 109.

Scheuſlerus Conſul. IV. a conjuratis necatur. Zaſchevitius in vincula conjicitur.

natores ægre ſuga elapſi. Scheuflerum tamen item Conſularem IV. virum, excruciatum occiderunt conjurati. Richardus Zaſchevitius captus & dimidio menſe ſuper turri leonina in vinculis detentus eſt.

Scheuflerum Conſ. occiſum negat Cnemiander.

§. XII. Cnemiander tamen Dietricum Scheuflerum tunc Conſ. cum reliquis Senatoribus evaſiſſe ait.

Seditioſi novum legunt Senatum,

§. XIII. Die dominica a feſto Aſcenſionis proxima h. e. ultima Maji ſeditioſi abrogato vetere conſule & ſenatu novum ex pannicularіis & aliis opificibus ſuo arbitratu legerunt, qui initio Auguſto Menſis poſt nundinas, quæ in profeſtum vinculorum Petri incidunt, cum Mechanicis & omni plebe Ortenburgum, arcem Budiſſinenſem circumvallavit & obſedit, admotis & exploſis civitatis tormentis. Obſidio ultra matris virginis natalem, qui eſt 6. Jul. Septembr. duravit. Quo tempore miſſus a Wenceslao rege Jodocus Moraviæ Marchio, ſedato tumultu rem compoſuit.

qui Ortenburgum, arcem Budiſ. obſidione cingit.

Componitur ſeditio per Jodocum Moravum.

Laus Jodoci.

Johannis Huſſi trialogus Viclephi,

§. XIV. Fuit autem Jodocus, cognomento Barbatus, Brandenburgi & Moraviæ marchio, Wenceslai patruelis, Princeps clarus & potens, cui Johannes Huſſus trialogum Viclephi a ſe converſum dedicavit.

de Jodoco, ejus in imperio ſucceſſione & obitu variant Chronologiæ annales, & Hiſtorici.

§. XV. Etſi enim Peucerus, (x) Cuſpinianus (y) & plerique omnes hiſtorici hunc Jodocum Wenceslao anno 1400. imperio amoto per antiſtites electores ſurrogatum dimidium tantum annum electioni ſupervixiſſe & Brunnæ, munitiſſima Moraviæ urbe Olmuciaque dignitate proxima, regali cum Sceptro ſepultum. Jodoco porro Rupertum Bavariæ principem, & huic Sigismundum in imperio ſucceſſiſſe, tradunt: in Saxonum tamen chronico (z) Jodocum non ipſi ſtatim Wenceslao, ſed Succeſſori hujus Ruperto Palatino anno
1400. 1410. deſuncto, ac Juſto: (Jodoco) demum in electione mortuo, Sigismundum fuiſſe ſuffectum, annotatum eſt, & Johannes Aventinus, (a) ſui temporis Hiſtoricus diligentiſſimus diſtincte ſcribit, Wenceslao anno 1400. Auguſti 20, abdicato poſtridie Rupertum Palatinum eſſe electum. Ru-
1410. perto anno 1410. mortuo e Septemviris quosdam Juſtum, alios Sigismundum elegiſſe, cum autem Juſtus more conſveto ad Francoſurtum caſtra ponere cogitaret, morte eum interceptum, atque ita denuo congregatos electores communibus ſuffragiis Sigismundum Imperatorem deſignaſſe. Quibus adſtipulantur Vratislavienſium annales, qui Jodocum anno 1411. die 1411.
Antonii obiiſſe referunt.

§. XVI. Addit Cnemiander ante Obſidionem, ipſo die Viti, quæ erat feria ſecunda h. e. Junii 15. hora quinta pomeridiana Petrum Zuckemantelium crematum, (Kock. 1410. ſed male) lege Rhemmia, quod per calumniam primarios quosdam Senatores, nobiles & cives adornati urbis Budiſſinenſis incendii accuſaſſet. Idem, Eodem anno Martinum Biſchofwerterum, Conſulem Budiſſinenſem apud piſcinam regiam trucidatum cum duobus filiis, quorum alter eodem cum patre in loco expiraverit, alter in plateam usque figulorum provectus, ibique demum equo delapſus & exanimatus ſit, eoque loco crucem lapideam eſſe erectam. Biennium hæc duravit ſeditio.

Petrus Zuckemantelius ex lege Rhemmia crematur.

Conſ. Budiſſin. cum duobus filiis trucidatur.

Seditionis duratio.

CAPUT XXXVII.

De Novo Senatu Budiſſinenſi ac plebe ſeditioſa graviter punitis.

§. I.

Wenceslaus Budiſſinam venit, hac de ſeditione inquiſiturus.

POſtea anno 1407. Budiſſinam venit Wenceslaus, ipſe curiam aſcendit, utramque partem citavit, (b) & occupata Conſulum ſede, auditaque actione & exceptione, ſecedere omnes juſſit. Poſtea intromiſſo rurſum Senatui veteri mandavit, ut ſeditioſorum ſibi nomina indicarent. Quod cum factum eſſet, ſingulos nominatim accivit, moxque in teſtudinem vicinam concedere juſſit. In qua tres præſto erant carnifices, qui ad primum ſtatim ingreſſum manus iis ligarent.

Senatus abrogatus

ſeditioſorum nomina indicat.

quibus vincula injiciuntur.

§. II. Ita præter novum Senatum alii ad centum complices vincti ſunt, & de curia in forum producti ibique novi ſenatores, qui inito fœdere, eoque juramentis & literarum monumentis, quæ adhuc in curia extant, ſancito Senatum legitimum dejecerant, ipſique privata authoritate magiſtratus publicos per vim invaſerant, uſurpaverantque, juſſu Regis ſecuri percuſſi ſunt, numero XIII. Conſul nimirum & XII. collegæ, quorum fuere Fridericus Fridler, civium magiſter, Johannes Moller, Johannes Hoccius, Nicolaus cognomento magnus, item Auerbachius, Nicolaus Ohemus, Mathias

Tredecim novi Senatores in foro capite plectuntur, quorum nomina.

(x) Chronic. lib. V. p. 620.
(y) In Hiſtoria Cæſarum pag. 391.
(z) Pag 395.
(a) Annal. Bojor. lib. VII. c. 23. §. 3. pag. 771.
(b) Vid. Groſſerum Part. I. p. 105.

thias Pribuſius, Martinus cognomento Scriba & alii.

Reliqui perpetuo exilio mulctantur. Priſtinus Senatus reſtituitur, & Privilegium creandorum Magiſtratuum, a Wenceslao demtum, recipiunt. Collegiis opificum privilegia auferuntur, qui ſoli ſigillum proprium retinuere.

§. III. Reliqui iotercedente Regina, cum uxoribus & liberis regno in perpetuum exulare juſſi ſunt. Vetus Senatus reſtitutus. Rex diploma ſuper poteſtate creandorum magiſtratuum aliaque privilegia ampliſſima aureis corroborata Sigillis concerpſit. Senatores tamen veteres Gorlicium Regem ſecuti electionis privilegium recepere. Collegia quæque opificum omnia privilegiis & immunitatibus ſuis mulctata, poſtea denuo a Wenceslao Rege, quibus tribus ſuæ confirmarentur, impetrare neceſſe habuere, laniis duntaxat exceptis, qui ſoli cum ſeditioſis pannificibus non conſpiraverant. Ac retinent etiamnum ſoli in memoriam fidei Senatui præſtitæ ſigillum proprium, cum poſt hanc ſeditionem reliquis omnibus opificum collegiis majoribus ſigilla ſua, quæ eatenus habuerant ſingula, eſſeot ademta.

Vratislavienſium ſeditio orta 1404.

§. IV. Per idem tempus anno 1404. Vratislavia etiam ſeditionibus fuit quaſſata. Hæc ex Budiſſinenſium & Vratislavienſium annalibus pleraque, cum quibus fere coonſentit Cnemiander, niſi quod Wenceslaum anno 1407. die ♄ poſt caſtorum Angelorum feſtum h. e. Calend. Octobris, eos, qui ſeoatum veterem abrogarant, numero duodeviginti decollari juſſiſſe ſcribit. Budiſſinenſes coosignationes & annales addunt, Gorlicenſem plebem ſimiliter tumultuatam, verum ante Regis adventum ſeditionem ſopitam.

Juſſu Wenceslai duodevigioti ſeditioſorum ſecuri percuſſi 1407. Tumultus plebis Gorlicenſis ante Regis adventum ſopitur.

§. V. Vratislavienſium etiam ſeditiooem in annum 1408. conſert Cnemiander, quo eodem Johannes III. de gente Kittelicia Baruti Dominus, Miſnenſium Præſul in ordine 35. qui ante triennium ætate confectus, coo ſenſu collegii dignitatem cognato ſuo, decano Miſnenſi, Timoni de generoſa Colditiorum familia reſignaverat, obiit Budiſſinæ X. Cal. Martii, conditus in cœnobio Franciscano, ut habet Supplementum Chronicorum Miſnenſium Fabricii.

Johannes III. Epiſcopus Miſnenſ. Timoni de Colditz Epiſcopatum tradit. Mortuus & ſepultur 1408.

Tumuli Saxei inſcriptio & inſignia.

§. VI. Extat adhuc tumulus ſaxeus humillimus, ſolo nimirum æqvus in choro templi ante ſummum altare, in quo effigies epiſcopi viſitur, & ad dextram Kittliciorum inſinge, urſus niger, modius, & ſub eo trabes obliquæ alternatim rubræ & albæ; ad ſiniſtram agnus Dei Epiſcop. Miſnenſ. δεῖγμα. Inſcriptio talis eſt: Anno Domini MCCCC. viii. die 20. menſis Februarii obiit Dominus Johann. Kittliz, equ. Miſ.

1400.

CAPUT XXXVIII.

De

Aſpera quadam hyeme, & Privilegio quatuor Luſatiæ inferioris ordinibus dato.

§. I.

Ingens hyemis rigor 1408.

EOdem anno 1408. adeo aſpera fuit hyems, ut homines in equis & curribus frigore perirent.

1411. Privilegium Wenceslai datum de non divellenda Luſatia infer. a regno Bohemiæ.

§. II. Anno 1411. Domioica Eſto Mihi Wenceslaus Rex Pragæ quatuor Luſatiæ (inſerioris nimirum) ordinibus, Prælatis ſcil. quos vocant, baronibus, equitibus ſeu nobilibus & civitatibus privilegium dedit, quo cavetur, ne dictæ marchiæ iocolæ unquam a Corona regni Bohemici quovis modo avellantur, alienenturve.

Nomina Prælatorum, Baronum, Civitatum Luſatiæ inferioris.

§. III. Recenſentur autem in diplomate Prælati, Dobrilugius, & Novocellenſis Abbates, & cœnobii Veſtalium in ſuburbanis Gubennenſibus Abbatiſſa. Barones diſerte hi nominantur: Johannes Biberſteinius, Otto Kittlicius, Johaones de Cotbuſio, & Johannes de Torgaw, Anshelmus de Ranew, Otto Schenckius de Seydow, Otto Ilburgius, Bogiſſus Weſſenburgius. Civitates ſex hoc ordine: Lucca, Gubinum, Sommerſeldum, Sprembergum, Lubinum & Calovia.

Privilegium hoc confirmat Sigismundus 1414.

§. IV. Hoc Wenceslai Privilegium biennio poſt, h. e. anno 1414. die ♃ ante d. Ægidii feſtum, Confluentiæ confirmavit frater ejus Sigismundus, Romanorum, Hungarorum, Dalmatarum, Croatorum Rex, tanquam legitimus corooæ Bohemicæ hæres. Ex cujus diplomate hoc præterea apparet, Ilenburgios, Sommerfeldi; Schenckios, Landesbergeoſes, Teupicii habitaſſe, atque ita Teupicium quoque eo tempore ad Luſatiam pertinuiſſe.

Teupicium olim ad Luſatiam pertinuit.

Cujus diploma Luſatiam ſuperiorem & inferiorem unum principatum facit.

§. V. Notandum item, in utroque diplomate provinciam & principatum marchionatus Luſatiæ abſolute nominari, abſque addito, ut nunc ſolemus, inſerioris epitheto.

Otto Kittlicius Sprembergæ Dominus hæreditarius. Lanionum Collegio Sprembergenſ. largitur privilegia.

§. VI. Porro. Ottonem Kittlicium poſt data Wenceslai & Sigismundi privilegia territorium Sprembergenſe hæreditarie poſſediſſe, ejusque titulo gaviſum, & collegio lanionum ejus oppidi privilegia dediſſe, ſunt, qui affirmant. (c)

CAPUT XXXIX.

De

Tragœdia Budiſſina triſtiſſimo cum eventu exhibita, fluminum inundatione.

§. I.

ANno 1413. V. die Februarii S. Agathæ ſacra, quæ tum erat Dominica feſtum St. Dorotheæ proxime præcedens,

(c) Vid. Groſſerum Part. I, p. 197.

Ex ruina muri 33. homines, Tragœdiam ſpectantes, oppreſſi, Budiſſæ pereunt, 1413.

cedens, ludi magiſter Budiſſinenſis permiſſu Senatus Tragoediam de St. Dotothea in ſoro publico egit. Ubi jam ſermo ad medium (epithaſin) fabulæ perventum erat, tertia pars muri in domo mercatorum Lobavienſium quaſſata pondere ſpectatorum, qui frequentiſſimi tecto & pinnis inſiſtebant, procubuit: qua ruina homines circiter XXXIII. oppreſſi, partim eodem die, partim nocte inſequente periere, læſi vero manus & reliquum corpus quamplurimi. Nec ab eo tempore is ludus poſtea unquam eſt exhibitus.

1413. Ingens aquarum & fluminum Budiſſæ inundatio.

§. II. Eodem anno 1413. feria V. poſt vincula Petri juges & largas pluvias tanta conſecuta eſt fluminum inundatio, ut Budiſſinæ Sprea moletrinas cum ædibus aliquibus & hominibus abriperet, & quanta tum homo meminerat in frumentis ac ſoeno damna daret. Unde non tantum per aliquot dies proximos, magna panis penuria propter molendinorum defectum, verum etiam poſtmodum ob frumenta abducta magna annonæ difficultas exſtitit.

Unde magna annonæ difficultas.

CAPUT XL.

De Supplicio, quod Budiſſinæ ſecunda vice recidit in ſeditioſos, nec non de Gorlicenſium & Vratislavienſium ſeditionibus.

§. I.

1414. Wenceslaus LXXIV. ſeditioſos Budiſſ. capite plecti jubet, e quibus LVI. vita donantur.

Reperio etiam in Gorlicenſium annalibus (d) ſub an. 1414. Wenceslaum Budiſſinæ, quæ ſeditione & bello inteſtino ex diſſenſionibus de coquenda cerevisia nato, laborabat, cives LXXIV. capite plecti juſſiſſe: Verum ex iis LVI. deprecante Regina vita donatos.

Privilegia quædam & immunitates, Budisſinenſibus ademtas, Gorlicenſibus largitur.

§. II. Inde cum Gorlicium veniſſet, ubi æque capitalibus populus a Senatu diſſederat odiis, ſed facto in vicinos exemplo territus non ita quidem gratiam ſarſerat, ademtas Budiſſinis immunitates quasdam & privilegia, Gorlicenſibus eſſe largitum.

Præcautio, ſeditioſorum ergo, a Gorlicenſibus adhibita.

§. III. Ingrediente urbem Rege, Senatum Gorlicenſem militem ſtipendiarium armatum in omnibus urbis vicis diſpoſuiſſe, ne quas pannifices aliique ſeditioſi turbas darent. Divertit autem Rex in ædes curiæ Senatoriæ oppoſitas, quas hoc anno

1571. Diverſorum Regis in ædibus, curiæ oppoſitis.

1571. Michael Schmiedius poſſidet, ex quibus per conſtructam pergulam ſublimem penſilem in curiam ultro citroque commeabat ſæpenumero.

de his ſeditionibus &c. Fuſius Cnemiander.

§. IV. Fuſius aliquanto hæc, neque tamen multo aliter Cnemiander (e) commemorat, in hanc fere ſententiam: Cum,, Gorlicii, Budiſſinæ, Sittaviæ & Vratis-,, laviæ propter cereviſiæ cocturam aliisque,, de cauſis totum ferme quinquennium peſ-,, ſime opificibus cum magiſtratu conveniſ-,, ſet, Wenceslaum, crebtis literis & man-,, datis cives Budiſſinenſes cum Senatu in,, gratiam reducere fruſtra conatum, tan-,, dem hoc anno (1414) die 8 ante feſtum,, 1414. Michaelis Archangeli Budiſſinam veniſſe,,, ibique conſulis loco præſidentem cauſſa,, cognita octodecim cives & tribunos, qui,, præter cæteros ſenatui contumaciter ad-,, verſati fuerant, capitis condemnaſſe, ex,, quibus XIV. ipſo die Michaëlis ſecuri per-,, cuſſi, reliquis quatuor Sophiæ Reginæ in-,, terceſſione vita impetrata ſit. Wences-,, laum compuncta omnia ſenatus privile-,, gia caſſaſſe,, facultatem creandorum ma-,, giſtratuum urbi ademiſſe, quam tamen,, mox ei Gorlicii reſtituerit. Tribunis item,, opificum omnia collegiorum diplomata,,, abſtuliſſe, & ſanxiſſe, ne quos ullibi agerent,, conventus, niſi conſcio & permittente Se-,, natu, atque adeo duobus ſemper Senatorii,, ordinis viris præſentibus, id quod etiam-,, num ita obſervatur. Sittavienſibus idem,, fuiſſe uſu venturum, niſi magna pecunia,, impunitatem redimere maluiſſent. Budiſ-,, ſina Gorlicium profectum Regem, ubi,, non minores propter eandem cocturam,, inter Senatum & pannicularios ac reli-,, quos opifices longo tempore fuerant tu-,, multus. Sed cum Gorlicenſes ſeverita-,, tem Regis Budiſſinæ adhibitam cognoviſ-,, ſent, ipſos inter ſe transegiſſe, cumque,, Rex diſponi juſſis per plateas omnes præſi-,, diis occupato in hybernio curiæ conſulis,, loco, ſi quis agere contra quempiam vel-,, let, ei ſe clementer audientiam daturum &,, jus ſuum impertiturum promitteret, con-,, junctos Senatores & opifices uno ore pro-,, feſſos nihil quicquam cuiquam cum alte-,, ro intercedere inimicitiarum. Quæ res,, ſaluti & impunitati utriſque fuerit. Gor-,, licio Wratislaviam veniſſe, ibique cives,, quosdam & tribunos opificum qui mota,, non ita pridem ſeditione Senatores de cu-,, ria præcipitatos, lanceis exceperant, ante,, ſuas quenque ædes capite plecti juſſiſſe.,, Hæc fere Cnemiander.

De Gorlicenſium tumultuum cauſa, pœna, exitu &c. plenius Frauenbergius §. hic & ſeqq. usque ad 14.

§. V. Gorlicenſis etiam tumultus cauſas & exitum plenius Frauenbergius commemorat. ,, Wenceslai Regis tempore (inquit) artificio magno (ſic pannicularios vocat) eique conjunctis reliquorum opifi-,, cum collegiis præter piſtores omnibus,, magna erat cum Senatu lis & contentio,,, de cereviſiæ peregrinæ importatione, de,, venali

(d) Conf. Grofferum Part. I. p. 105. & in altera Tomi parte Martini Mylii (non Meiſteri) Annales Gorlicenſes pag. 12.

(e) In Chronico Laubanenſi MST.

„venali habenda cereviſia & vino, denique „de eo, ut cuilibet tam intra mœnia, quam „in ſuburbanis habitanti, etiam non impe „trata a Conſule aut Senatu venia cereviſi- „am ad neceſſarios domeſticorum ſuorum „uſus coquere liceret. Miſere itaque pan- „nicularii, qui Senatui indicarent, ad Re- „gem ſeſe profecturos, eique urgente ita „rerum ſuarum neceſſitate preces oblatu- „ros: Integrum eſſe Senatui de ſuo ordine „comites ipſis adjungere. Quolibet pro- „ficiscantur (reſpondet Senatus:) ſeque- „mur, cum nobis erit commodum. Sitta- „viam provenerant pannicularii, cum miſ- „ſus Gorlicio Stangenhanus quidam petit „tradi Senatui ſuo cives inobedientes & „rebelles. Sittavienſes ergo pannicularī- „orum legatos curribus impoſitos Gorlici- „um remittunt. Ubi ad urbem ventum „erat, Senatus Gorlicenſis portis clauſis eos „ad forum rotarium (Rademarckt) decolla- ri juſſit.

§. VI Quatuor fuiſſe decollatos ex alia Frauenbergii narratione, quam ſupra Caroli Hiſtoriæ inſeruimus, (f) colligitur. Venit poſtea Gorlicium Wenceslaus & in palatio cum purpuratis ſuis pro tribunali conſedit. Tunc animadvertentes tum pannicularii, tum Senatores captari a Rege occaſionem utrosque pecunia mulctandi, tranſegerunt inter ſe hac conditione, ne alteri alteros ad Regem accuſarent.

§. VII. Proclamante igitur per ſuos Rege: ſi quis agere contra quempiam velit, eum jus ſuum conſecuturum; Reſpondit Senatus: Non habere ſe, quod de civibus conquerantur. Similiter Richardus, quidam de magno opificio nomine totius multitudinis reſpondit: Nec ſe, quæ de Senatu querantur habere, quin potius ei de adminiſtrata bene & fideliter Republica habere gratiam. Converſusque ad populum circumſtantem, an eadem omnium eſſet ſententia, quærit. Affirmantibus uno ore omnibus, rex ſpe ſua fruſtratus diſceſſit. Nominantur etiam duæ plateæ per id tempus a Senatu totas tres ſeptimanas objectis repagulis occluſæ.

Pannificum opificium magnum, hic vocatur.

1418.

de magna & memorabili Vratislavienſis plebis in Senatum ſeditione.

§. VIII. De Vratislavia conſtat anno 1418. die Arenulphi quæ eſt Julii 18 & tum erat feria ſecunda poſt feſtum Margarethæ, hora duodecima integri horologii ſub ſolenni Miſſæ ſacrificio, magnam illam & memorabilem ſeditionem in nova urbe coortam quatriduum duraſſe, prætorium a plebe effractum, (cujus oſtium etiamnum apud D. Materni ſacellum in cœmeterio Eliſabethano viſitur,) ſenatores ſex inde præcipitatos; Septimum Johannem Megerlinum de turri dejectum: Unde etiamnum Scabini Vratislavienſes die Arenulphi, ceu neſaſto vel die ☾ dedicationem ædis Eliſabethanæ proxime ſequente juſtitiam ſeu ſerias judicii ſervant. Poſtea anno 1420. in profeſto, vel, ut Curæus, (g) ipſo die Epiphaniorum Uratislaviam veniſſe Sigismundum, & demum feria ſecunda poſt dominicam Reminiſcere, quæ erat dies translationis D. Venceslai h. e. 6. Maji, cædem ſenatorum vindicaſſe, 24. vel ut Crato habet, (h) xxxiii. ut Curæus (i) 22. plebejis mechanicis ſeditionis autoribus, in foro publico, ad eum angulum, qui templo Eliſabethano proximus eſt, ipſo inſpectante, & uno in inſula ſive ſummo, decollatis. plurimis proſcriptis, eorumque bonis in ærarium Senatus illatis.

a Sigismundo ſedata.

Seditionis autores capite plectuntur, plurimi proſcribuntur.

§. IX. Inſequente anno 1415. Gorlicii die ♂ poſt dedicationem templi, cœnobitarum cives concitato in Senatum tumultu, parum abſuere, quin in ædes multorum ſenatorum impetu facto irruerent. Mox in profeſto D. Bartholomæi, quæ erat feria ſeptima, autores ſeditionis quinque decollati, quorum nomina ſunt in annalibus. Multi exilio perpetuo mulctati.

1415.

Gorlicii novus civum tumultus

Seditionis autores decollantur, multis exilio mulctatis.

§. X. Porro facile animadvertit lector in hisce narrationibus easdem circumſtantias repeti, ut ſuſpicio ſit, ob corruptos annorum numeros unam ſeditionem bis eſſe recitatam. Ego divinando mutare aliquid nolui, ſed annalium, quos habere potui, annotata bona fide referre ſatius habui, donec vel ex rerumpubl. archivis vel annalibus correctioribus tempora & perſonæ emendari poterunt.

Hic Manlius ſuſpicatur, unam eandemque Gorlicenſium ſeditionem bis eſſe recitatam.

CAPUT XLI.

De Laubanenſibus interdicto Eccleſiaſtico (Banne) *per triennium percuſſis.*

§. I.

EOdem anno 1415. Thimo Miſenſium præſul Laubenſes Eccleſiaſtico interdicto perculit, & per omnia totius urbis templa ſacris ſuperſederi juſſit, ex tali cauſa:

1415.

Thimo Præſul Misnenſ. Laubenſibus ſacris interdicit.

§. II. Commorabatur in urbe ſacerdos quidam, cui Johanni Cotbuſio nomen, ſed habitu profano & ruſtico. Is delatus eſt apud Senatum, ut qui Lignicii e templo St. Georgii

Cauſa hujus interdicti Sacrilegium, a Johanne Cotbuſio, ſacerdote commiſſum.

(f) Capite hujus libri ſext. 33. § 7.
(g) In Annalibus Sileſiæ p. 123.
(h) In Chronico Vratislavienſi MST.
(i) Loco citato.

Georgii, effracto ciborio, quod vocant, pyxidem euchariſtiæ cum alia quadam pyxicula argentea furtim ſuſtuliſſet. Ac hoſtiam quidem vivis prunis impoſitam cremaſſe, ejusque receptaculum, cum inauratum ſolummodo eſſet, cæteroquin ex ære Cyprio in piſcinam quandam ſuburbii Legnicenſis abjeciſſe, ex altero vero argenteo vaſulo annulos confici curaſſe dicebatur. Eum comprehenſum cum in carcerem compingi & tandem ſuſpendio necari juſſiſſent Laubenſes, urbem interdicto ſuppoſuit præſul, quod circiter triennium duravit, cum, qui laxare illud dignaretur, reperirent neminem.

qui ſuſpendio necatus.

Interdictum hoc triennium duravit.

§. III. Ad extremum ad Conſtantienſe concilium remiſſi cives, illic demum per magiſtrum Johannem Dobicerum Miſnenſis epiſcop. magna mercede conductum, ingentibus impenſis nec laboribus minoribus impetrarunt, ut a duobus cardinalibus T. T. S. angeli abſolverentur, quindecima Januarii, quæ erat dies Sabbathi an. 1418.

Tandem interdictum hoc ſublatum.

1418.

CAPUT XLII.

De Regis Wenceslai & Præpoſiti Budiſſinenſis morte.

§. I.

1417. Johannes de Schleinitz, Canon. Miſnenſ. & præpoſitus Budiſſinus moritur.

ANno 1417. Johannes de Schleinitz Canonicus Miſnenſis & præpoſitus Budiſſinus moritur, frater Henrici & Hugoldi Schleinitii habitantium. Annales Miſn. (k)

1419. Arx Cunratia a Wenceslao exſtructa, a Huſſitis demolita, Pragæ 8. Senatores a plebe de curiæ feneſtris præcipitati trucidantur. 1419.

§. II. Anno 1419. cum Wenceslaus in arcem novam Cunratiæ dictam, quam ad V. a Praga lapidem ſecundum Æneam, (l) vel, ut Olomucenſis (m) unius milliaris ſpacio conſtruxerat, & Huſſitæ poſtea demoliti ſunt, ſeceſſiſſet, eique nunciaretur in nova Praga Senatores plures octo, de altiſſimis curiæ feneſtris deorſum in forum præcipitatos, lanceisque & gladiis furentis plebis exceptos eſſe ac contrucidatos, nequicquam reſiſtente regni Camerario.

§. III. Hæc igitur tam atrocia cum prandenti illi de improviſo nunciarentur, & pocillator, *At ego futura hæc praſciveram*, diceret, (quibus verbis cauſam horum motuum in regem transferre videbatur(rex excandeſcens per capillos correptum & ante pedes ſuos proſtratum pugione confodere conatus, ſed a circumſtantibus prohibitus, moxque paralyſi tactus, in ægritudinem incidit lethalem, mortuus infra dies duodeviginti eodem anno 1419. ætatis ſuæ LVIII. cum regnaſſet in Bohemia poſt patris obitum annos XL. ſedecima Auguſti, ut præter Cochlæum (n) teſtantur hi rudes leonini in curia Senatoria urbis Svidnicenſis a nobis aliquando deſcripti:

Rex Wenceslaus, operante ira, ex Paralyſi tactus, moritur 1419.

Quater C. ſemel M. jungas annos deca novem
Auguſt. ſedena fit Regi mortis habena.

Chronodiſtichon, mortis tempus continens.

§. IV. Sepultus in monaſterio ſplendidiſſimo, cui aulæ regiæ vocabulum. Qua de re plura Æneas cap. 37.

de Sepultura ejus & ſic porro videatur Æneas cap. 37.

§. V. Natum tradunt Eberus (o) Peucerus (p) & noſtrorum annotationes, Norimbergæ anno 1361. quo magna fuit annonæ caritas, die VII. Septembr. 28. qui in calendariis adſcriptum habet feſtum Translationis D. Wenceslai Martyris, Bohemorum Ducis Vratislai I. Fil. quem eodem die anno 929. Boleslaus I. Sævus. frater, Boleslaviæ ad convivum invitatum per dolum interfecit, ut eſt apud Cosmam, Pragenſem Decanum Lib. I. annalium Bohemicorum, (q) Gubernationem regni ſuſcepit anno 1379.

Tempus Nativitatis ejus,

regiminisque ſuſceptionis, 1379.

§. VI. Quæ de matre Wenceslai, Anna, Sileſiæ duce in partu extincta, reſperſaque lotio infantis aqua luſtrali, & altari alvi fimo in coronatione fœdato; (unde ſacra papalia contaminaturum augurati ſunt) parœciali item domo ad D. Sebaldi, dum aqua baptismi caleſit, incenſa, paſſim commemorantur, ea in medio ſunt.

Anna, mater Wenceslai in partu extincta. Wenceslaus, baptiſandus aquæ luſtrali lotium immittit. Coronandus alvi fimo Altare polluit. Domus parœcialis, dum baptismalis aqua caleſcit, incenditur.

CAPUT XLIII.

De Wenceslai vitiis a quibusdam excuſatis & diminutis, ab aliis vero exaggeratis.

§. I.

MAgicarum & præſtigiatoriarum levitatum perquam fuiſſe ſtudioſum ex Olomucenſis de Zytone Mago narrationibus liquet. (r)

Wenceslaus Magiæ ſtudioſus & amator.

§. II. Cro-

(k) Vid. Groſſerum Part. I. p. 109. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 9. p. 184.

(l) Hiſt. Boh. c. 36. p. 145. lin. 35.

(m) Hiſt. Boh. lib. 23. p. 190. lin. 10. ſeqq.

(n) Pag. 146. Edit. Freherianæ.

(o) Chronic. lib. V. p. 615.

(p) In Calendario Hiſtorico p. 315.

(q) Pag. 11. & 12. Edit. Hanov. 1607. in Freheri Scriptoribus R. Boh.

(r) Conf. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 9. p. 182. Groſſerum Part. I. p. 95. vid. ipſam Olomucenſis Hiſt. Boh. c. 23. p. 192. lin. 10. ſeqq.

Cellæ vinariæ curam ac ſalutem præfert totæ arci combuſtæ.

§. II. Cromerus (s) Venceſlaum (ipſe Carolum ibi male vocat) cum de arcis cujusdam ſuæ (Viſegradenſem fuiſſe ait Olomucenſis (t) conflagratione nuncium accepiſſet, id ſolum rogaſſe, ſcribit, an cella vinaria cum vino ſuo Rhenano incendio ſuperfuiſſet?

Truculentiæ ejus Exempla,

§. III. Truculentiæ ejus Cochlæus (u) hæc recitat exempla. Coquum, qui cibum petenti denegaverat, verui transfigi & in modum aſſaturæ: Theologiæ Doctorem quendam torreri (Fabricius Johannem vocat, patria Germanum) quod regis nomine, non niſi qui bene regnare ſciret, dignum eſſe, coram ipſo dixerat, in Vultbacham profluentem conjici juſſiſſe: canem denique in deliciis habuiſſe mordicus invadentem, quemcunque digito ille deſignaſſet. Quin & ad incutiendum aliis timorem, aſſiduum ad latus habuiſſe carnificem, quem & compatrem ſuum familiariter appellavit, quod filium ejus de ſacro baptiſmatis Chriſtiani fonte ſuſcepiſſet. Sed hæc an vera ſint, Cochlæus ipſe dubitat.

recitat, Cochlæus, de horum tamen veritate dubius.

Johannes, Reginæ Confeſſionarius,

§. IV. Longe atrociora & invidioſiora nimis acerbe coacervavi. Olomucenſis, (w) qui quidem Johannem ſacerdotem, quod delicta, quæ Johanna Reginæ, Hollandiæ comitiſſa confeſſa ipſi fuerat, Wenceslao marito prodere nollet, juſſu regis de ponte Pragenſe dejectum ac ſubmerſum ſcribit, additque ſanctitati & innocentiæ ſacerdotis ipſum fluvium teſtimonium dediſſe, ita adeo repente arefactum, ut corpus nudaret ſubmerſi, in ſtatu illo triduum permanentem, donec ſubmerſus ad S. Virum ſepeliretur, ibi in hunc diem quicunque ſepulchro temere inſultaverit, immunis ab infamia non evadat. Id quod hoc etiam teſtatur ejus epitaphium:

Juſſu Wenceslai, innocens aquæ ſubmergitur; cujus innocentiæ teſtimonium fluvius edidiſſe fertur.

nec non Epitaphium Johannis ad S. Vitum ſepulti his verſibus;

Hac quicunque via pergis, ſubſiſte viator,
Neve per hanc temere progrediare, cave.
Numen habee nulli quod fas violare piorum,
Pœna etenim præſens cuique repoſta manet.
Rides? meque putas nugas fortaſſis aniles
Afferre & vulgi credulitate capi?
Sentiet iſta tamen quisquis male credulus auſit
Inferre infeſtos atque referre pedes.
Confeſtimque luet violati Numinis iram,
Et capiet culpa damna pudenda ſua.
Namque ſub his ſeptis ſanctiſſimus ille ſacerdos
Conditur, inſano principe merſus aquis,
Dum ſibi jure negat confeſſam pandere culpam
Conjugis, & ſanctam commaculare fidem.
Unde ſuis meritis infami crimine preſſum
Quisquis erit grata mox relevabit ope.
Atque venenata confundet murmura lingua,
Nec feret infauſta quemque perire nece.

§. V. Franciſcum Fabrum Sileſium, Reipublicæ Svidnicenſis & poſtea Vratislavienſ. ab Epiſtolis, virum gravem, omnisque antiquitatis peritiſſimum, & poëtam præſtantem, cujus extat Bohemia, Euricii Cordi epigrammate commendata, & eſt penes Martinum Hedvvigium, Niſſenum V Cl. & me Sileſia, propediem (ut ſpero) cum aliquot aliis ejusdem autoris poëmatis heroicis omnibus edenda: hunc ergo audivi, qui dicerent affirmare ſolitum, nequaquam usque adeo malum fuiſſe Venceslaum, uti vulgo crederetur, ſed a ſacerdotibus, qui tunc ſoli fere ſcribebant annales, & de principibus ex ſuis affectibus judicabant, non minus atque poſtea in Georgium Regem tam tetra in eum crimina conficta, quod ipſis gravior, propenſione quadam Theologorum Pragenſium & primo articulo patrum concilii Conſtantienſis apud Cochlæum patet.

Franciſcus Faber, Sileſ. benignius de Wenceslao ſentit,

Cujus Scripta & libri editi,

culpam omnem in ſacerdotes transferens,

§. VI. Et Crato Lib. II. rhapſodiarum [illegible]ſtoriæ Vratislavienſis ſcribit, anno 1381. in Vratislavienſe diœceſi, cum Papam, qui urbem interdicto ſuppoſuerant, rogante Wenceslao ſacra facere recuſarent, ex eccleſiaſticæ ditionis bonis & prædiis pecora jumentaque juſſu ejus abacta magno numero, quæ in urbe vendita incredibilem effecerint utilitatem. Quas idem latius ex Polonorum chronicis perſeqvuntur Cnemiander & Curæus, (x) quem vide.

It. Crato, Lib. II.

§. VII. Et annotatum eſt in Vratislavienſium annalibus, eodem anno totum Clerum Vratislaviæ a Rege urbe excedere juſſum, die Petri & Pauli duraſſeque exilium biennium; Item Venceslaum anno 1383. Pragæ & Viſegradi per ſingula templa & cœnobia clerum reformaſſe, in pagis etiam ſingulas obiiſſe & inſpexiſſe paroecias, & quoscunque reperiſſet ſacerdotes concubinarios, eos Pragæ ad ſtatuam, in qua flagris cæduntur facinoroſi, ſtare coëgiſſe cum ſuis concubinis, & quidem ſingula paria per ſex horas. Cujus rei Curæus (y) quoque meminit ſub anno 83. Olomucenſis

Et alii.

Totus Clerus Uratislavia ejicitur a Wenceslao, 1381. quique Pragæ & Viſegradi, Clerum reformat, 1383. ſacerdotes pœnis & infamia merita afficit,

(s) De Rebus Polonorum Lib. decimo ſexto pag. 254 2.
(t) Hiſt. Bohem. lib. 23. p. 194. lin. 53.
(u) In Comment. Hiſtoriæ Huſſiticæ.
(w) Hiſt. Bohem. lib 23. p. 190.
(x) In Annalibus Sileſiæ pag. 112. ſeqq.
(y) In iisdem Annalibus p. 115.

Ad cognomen Huſſi alludit dicterio:

ſis (z) quoque & Cromerus referunt, dictitaſſe Venceslaum ad cognomen Huſſi alludentem, hunc beatum Anſereni multa ſibi ſubinde aurea, argenteaque ova parere. Quæ omnia Fabri noſtri opinionem veriſimilem faciunt. Ut taceam Cnemiandri quoque eandem plane eſſe ſententiam, qui quidem etiam abrogati Wenceslao imperii non minimam cauſam fuiſſe aſſerit, quod naſcentibus Huſſitarum de religione diſputationibus parum fortiter obſiſtere videretur. Quanquam haud ſcio an Huſſi controverſia nondum fuerit admodum agitata, cum imperio amotus eſt Wenceslaus. Carnificem vero ideo, quocunque iter faceret, ſecum circumduxiſſe eum ait, quod aſperior eſſet & ſeverus erga ſubditos Princeps. Curæus (a) quoque naturam in Wenceslao non malam fuiſſe ſcribit. Acerrime enim odiſſe eum ſcelera & impoſturas impiorum ſacerdotum, & alienum fuiſſe a ſævitia.

a Curæo multum laudatur.

Luxurioſum maxime fuiſſe, apud diſſitos populos innotuit,

§. VIII. Verum de hac re quisque, ut volet, judicet. Ventri quidem atque ſomno, ut Salluſtii verbis utar, deditum fuiſſe, etiam apud Italos ſama percrebuit, verane an falſa, non diſputo, ut oſtendit quædam Elyſii Calentii Amphrat. poëta epiſtola imprimis jocoſa, qua is Rutilium quendam dies noctesque dormientem Bohemiam petere jubet, ubi deſidiæ præmia poſita ſint, & nomen pro victoria celeberrimum.

teſte, inter alia Epiſtola Elyſii Calentii ad Rutilium quendam.

§. IX. „Ferunt, inquit, a rege novum „hominum ordinem inſtitutum, qui ætatem omnem in cubilibus degant, eosque „regios deſides nominatos. Electi primum qui ſeſe ultro ei ſupplicio addixerint, „quorum mos eſt vel dormire perpetuo, „vel ſaltem cubare, neque quicquam præter linguam aut oculos habere, quibus imperarent, ut neque pedem movere, neque „manum niſi adjuti poſſint, neque cervicem flectere aut in alrerum declinare. Cibantur autem delicatiſſimis epulis, abundeque victitant Adhibiti, qui eos diligentiſſime curent. Nulla unquam aut „ſurgendi aut abeundi licentia, dum vivant. Horum autem, qui dormiendo cæteros ſuperat, principem deſidiæ nominaverunt. Tu autem, Rutili, ſi aſſueris ſcito Te principem collegii perpetuum futurum. Vale. Hactenus Elylius Calentius Amphratenſis, qui tres libros Elegiarum reliquit.

CAPUT. XLIV.

De Inventore bombardarum & pulveris tormentarii, qui ſupplicio extremo affectus eſt.

§. I.

Coeterum hic Wenceslaus anno 1389. ſupplicio extremo affecit monachum, (b) qui circa annum 1380. ut plerique autores ſunt, (etiam Yocka) in Germania (c) invenerat bombardas & pulverem tormentarium nitro & ſulphure conſtantem (d), quibus, ut Eraſmum Rüdigerum

Bombardarum pulverisque nitrati inventorem Monachum extremo ſupplicio afficit Wenceslaus. 1389.

De quo Monacho Eraſmus Rudigerus.

(z) Hiſt. Bohem. lib. 23. p. 193. lin. 7.

(a) In citatis Annalibus Sileſiæ p. 111.

(b) Bertholdus ille fuit, Niger cognomine, patria Germanus, profeſſione monachus, ſtudio Chymiſta.

(c) Jo. Dubravius Hiſt. Bojemicæ lib. 23. p. 190. Edit. Freher. ſic ſcribit: tempore Wenceslai Imp. Rom. novum in Germania machinarum genus inventum, quas Bombardas cognominant. conf. ultima verba hujus §. ex Cromero & Notam ſub lit. (i)

(d) De inventione bombardarum ſequentia adduxiſſe juvabit ex Laurentii Beyerlinckii magni Theatri vit. humanæ Tom. I. p. 979. Tormenti bellici genus quod Bombardam a ſono vocant a Teutone quodam Bertholdo Shabartio, Monacho inventum volunt nonnulli. Polydorus & Sabellicus hominem ignobilem Germanum, cujus nomen ignoratur, inventoram faciunt: idque hac occaſione. Servabat, ait Polydorus, domi in mortario pulverem ſulphureum cauſa medicinæ cujusdam, illudque lapide contexerat? accidit autem eum e ſilice ignem excutere & ſcintillam in pulverem ſubjectum incidere, flammamque erumpere, ac lapidem in altum attollere. Hinc fiſtulam ferream eum confeciſſe, atque ita machinam reperiſſe, dum eam pulvere implet & flammam admovet. Alii Chymicum fuiſſe Bertholdum illum autumant, & ex ea arte medicamentum e ſulphure & ſublimato paraſſe, ejusque violentia cognita & pulverem & machinam reperiſſe. De eodem pulveris pyrii ac tormentorum inventore tale legitur epigramma:

Dum parat humano generi Chymiſta medelam,
Sulphura Mulciberis vi ſale miſta coquens,
Mulciber oſtendit mortalibus acre venenum,
Quo nullum letho corpora plura dedit.

gerum (e) Papebergenſem V. Q. Viteberga diſputantem audivi, igne reſolutis in halitum, quo ſecundum Ariſtotelem (f) nihil eſt κινητικώτερον (g) & eum quidem calidum, cum hic in tam anguſto ſpatio, quam pulvis concludebatur antea, contineri amplius nequeat, globum e canna protrudit tanto impetu, ut ejus impulſu mœnia quaſſata ruant, juxta Sabinum (h). Cromerus eam machinam per hominem Germanum apud Venetos excogitatum ſcribit. (i)

§. II. Ad hoc Germanum inventum Georgius Fabricius venuſte tranſtulit hendecaſyllabos, quos de alio eorundem invento, excuſoria nimirum arte, poſtea Friderico III. imperante anno 1440. Moguntiæ ad Rhenum, ut conſtanter aſſerit Jacobus Wimphelingus (k) per Johannem Fauſtum (l) hominem Germanum inven-

Typographia ſ. ars excuſoria a Johanne Fauſto, germano, inventa, aſſerente Jacobo Wimphelingo.

Quæ latuere alios, hæc, quidam nomina ſcribunt
Bertholdumque vocant nomine reque Nigrum.

Plura qui noſſe vult, L. C. & in ſequentibus Autoribus vid. v. g. in Nath. Nye Arte bombardaria ſ. Modo conficiendi pulverem pyrium. Anglice Lond. 8. & Chriſtoph. Beſoldi Diſſertatione de Bombardarum inventione. Tubingæ 4. 1619.

(e) Natum 1525. In vivis cum eſſet, vir erat rara eruditione. Wittebergæ præter Phyſicam, Ethicam etiam & alias artes interpretatus eſt.

(f) Vid. Meteoron lib. 2. c. 8. p. 202. Tom. 2. Edit. Baſil. an. 1542. f.

(g) Nichts treibet und ſtößet ſo ſehr fort als wir dieſer Hauch oder Dampff. Frencelius in Verſione.

(h) In Cæſaribus Germanicis an. 1544. in 8vo & 1717. Tom. 3. Scriptorum Rer. Germ. a Marqv. Frehero primum editorum & nunc a B. G. Struvio recognitorum, publicatis, & quidem in Wenceslao ignavo: in ejus enim vita hos verſus legere licet:

Hoc inventa fuit ſub Cæſare machina belli,
Cujus ab impulſu mœnia quaſſa ruunt:
Concipiens rapidum quæ fomite ſulphuris ignem,
Acta procul nitri pulvere ſaxa jacit.
Atque coruſcantis flammas mutatur Olympi,
Æthera terribili concutiente ſono.
Ceu vibrata cadunt trifidis ubi fulgura telis,
Hoc ſibi Germanus vendicat Autor opus.

(i) His verbis: Anno 1380. (quod certe ſilentio prætereundum non eſt) machinam æneam, quam a ſono terribili bombardam vocant, acerbiſſimo vitæ & virtutis humanæ exitio Germanus homo apud Venetos excogitavit. vid. de Rebus Polon. lib. 13. p. 227. a.

(k) Seleſtadienſis, natus eſt 1449. obiit 1529. Epitomen Rerum per Germaniam geſtarum adornavit, quam Simon Schardius Volumini I. Scriptorum Germ. p. 170. inſeruit.

(l) De inventione Typographiæ hæc narrat Theodorus Zwingerus in Theatri vitæ humanæ vol. 20. lib. 1. p. 3619. Typographiam, uti & tormentariam artem apud Cataitanos Indos antiquiſſimam eſſe, teſtantur hiſtorici regionum nuper inventarum. Itaque verum illud eſt quod Ariſtoteles inquit: Nil prohibere eaſdem artes a diverſis vel eodem vel etiam diverſo tempore citra ullam communicationem inveniri. In noſtro orbe recentius eſt inventum utrumque Germanorum proprium. Anno 1450. magnum ac vere divinum beneficium Johannes Fauſtus Germanus, civis Moguntinus generi humano contulit, novum ſcribendi genus haud dubie cœlitus revelatum (quod Chalcographiam excuſoriam, impreſſoriamque vocare ſolent,) invenit & biennio complevit. Plura legantur L. C. & in Jo. Henr. Boecleri oratione de inventione Artis typographicæ, Argent. 4. 1641. M. Z. Boxbornii Diſſertat. de Typographicæ Artis inventione & inventoribus Lugd. Bat. 4. 1641. Bern. a Maling-Krot de Ortu & Progreſſu Artis Typographicæ pro Moguntinis contra Harlemenſes Colon. 4. 1639. Pauli Pateri Diſſertatione de Germaniæ Miraculo optimo, Maximo, Typis literarum, Lipſiæ 1710. & in Wilhelm Ernſt Tentzels Diſcours, von Erfindung der löblichen Buchdrucker-Kunſt in Teutſchland. Gotha 1700. Luſatiæ noſtræ cœleſtiſſimum hoc munus illatum eſt diverſis temporibus. Nam apud

BUDISSINENSES impreſſionem librariam vulgavit circa annum 1550. Nicolaus Wolrab. Documento nobis eſt Erneſti Brotuffi Chronicon Merſeburg. 1556. Budiſſinæ impreſſum. Conſervatores hujus artis artium ibi fuerunt Jo. Wolrab filius, Michaël Wolrab nepos, Nicolaus Zipſer, Chriſtoph Baumann, Andreas & Gottfried Gottlob Richter. Apud

GORLICENSES Ambroſius Fritſch circa annum 1565. obiit 1593. d. 5. Xbr. vid. infra

Tom. I.

de quo Philippi Beroaldi Hendecaſyllabi.

inventa, Philippus Beroaldus (m) tales fecit:

O Germania muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quæ doces premendo:

de bombardarum vero inventione Georgii Fabricii.

Hos ergo κατὰ παρῳδίαν imitatus eſt Fabricius: (n)

O Germania, machinæ repertrix,
Qua nil ſævius audiit vetuſtas,
Fulmen mittere quæ doces tonando.

CAPUT XLV.

De *Exactionibus publicis a ſex civitatibus conjunctim pendendis.*

§. I.

Wenceslaus Steuram Luſatiæ indicit, ob quod Hexapolitanæ urbes a ſe invicem divulſæ. Privilegio Wenceslai redunitæ.

WEnzeslao regnante, (o) cum indicta a Rege exactione publica, quam Steuram vocant, inter ſex civitates de collatione ejus convenire non poſſet, atque ideo divulſæ civitates ſingulæ ingens ſenſiſſent detrimentum, impetratum eſt poſtea ab eodem Rege privilegium, quo caveretur, ut impendendis ejusmodi exactionibus civitates ne ſeparentur, ſed conjunctim eas contribuant.

Cujus originale Gorlicii aſſervatur. Copia hujus Budiſſinenſibus conceſſa.

§. II. Atque id generale hexapolitanorum privilegium in originali Gorlicenſibus datum eſt aſſervandum, conceſſo Budiſſinenſibus transſumto.

CAPUT XLVI.

De *Concilio Conſtantienſi celebrato.*

§. I.

Concilium Conſtantienſe celebratur. 1414.

EJusdem tempp. apud Conſtantiam Suevorum urbem celebratum eſt concilium (p) frequentiſſimum, quod a Cal. 9bribus anni 1414. in annum usque 1417. duravit, indictum principaliter Sigismundo Cæſare, (ut Baptiſta Egnatius, Venetus (q) in vita ejus teſtatur) ſatagente, tollendo Schismati Pontificum, qui jam diu diverſi in Italia ac in Galliis deſignabantur.

Schisma Pontificum tollendi gratia.

§. II. Nuper autem circa annum 1409. ut ex Cromero (r) colligitur, in Piſano conci-

Tom. I. Part. 2. Mart. Mylii Annal. Gorlic. ſub hoc anno pag. 56. Johannes Rhambau, Martinui Hermann ab 1643-1656. Chriſtoph Zipper ab anno 1656-1667. Michaël & Jacob Zipper. Apud

ZITTAVIENSES circa annum 1586. Nicolaus Schneider v. Carpzovii Analecta F. Z. Part III. c. 5. §. 4. p. 100. Joh. Venator oder Jäger, Joachim Clement Gorlic. ab anno 1620-1633. Nicolaus Schneider, Caſpar Dehne & Michael Hartmann. Apud

LAUBANENSES anno 1687. Jo. Godofredus Dehnius, vid. M. Gottfried Hoffmanni Rectoris Lauban. Programma 1699. Laubæ publicatum, Joh. Chriſtian Stremel & Nicolaus Schill. Apud

LOEBAVIENSES 1717. Ehrenfried Hennig Reimer.

(m) In Endecaſyllabo in artem inprimendi, quod continetur pag. 123. opuſculorum ſuorum variorum.

(n) In itinere Argentoratenſ. pag. 68. hos verſus reliquit:

Quid referam inſignem divini pectoris artem,
Scriptos ante manu, nunc ære axcudère libros,
Iſta quæ primos ortus invenit in urbe?
Hac nihil utilius dedit ingeoioſa vetuſtas,
Quamvis inventis lætetur Græcia multis,
Atque ſuum nobis terra Itala jactet acumen.

Et Sabinus ad Imperat. Friderico Tertio de arte typographica ita canit:

Quæ dedit ars nobis impreſſos ære libellos,
Facta ſub hoc primum Cæſare nota fuit,
Hæc, ſi temporibus priſcis inventa fuiſſet,
Qua nihil ntilius totus hic orbis habet.
Noſtra libris hodie frueretur pluribus ætas,
Defraudata quibus ſecula noſtra carent.
Hanc operoſæ novam Moguntia protulit artem,
Quæ celebris Mogi nomen ab amne tenet.

(o) Vid. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 9. p. 183.

(p) Acta ejus vid. in Severini Binii Conciliorum Generalium & Provincialium Tomi III. Part. altera pag. 1556-1666.

(q) Anno 1553. Octogenarius obiit. Bonas literas 40. annorum profeſſione non parum illuſtravit. Reliquit Hiſtoriam Cæſarum. vid. Thuanus lib. 21.

(r) De Rebus Polon. lib. 18. p. 278. a. Edit. Baſil. 1568.

Concilium Piſanum Benedicto XIII. & Gregorio XII. pontificatum ademptum, Alexandro V. conferunt 1409. mox Bononiæ defuncto, Johan. XXIII. pontifex creatur. Tres ita una Pontifices. His omnibus amotis,

concilio, dum collegium purpuratorum Petro de Luna Benedicto XIII. & Angelo de Corwario Gregorio XII. contumaciter abſentibus pontificatum maximum, de quo hi duo tum contendebant, ademiſſet, Alexandro V. eoque intra annum Bononiæ defuncto, Balthaſare de Coſtis, Johanne XXIII. pontifice creato, jam aucto magis Schiſmate, tres ſcil. erant pontifices, quorum Johannes Bononiæ, Gregorius Arimini, Benedictus Avenione reſidebat. Hi ex æquo omnes in hoc Conſtantienſi concilio pontificatu amoti ſunt.

Martinus V. ſucceſſit, 1415. Johannes Agricola Islebius. Johannes Huſſus Bohemus, 1415. & Hieronymus Pragenſis 1416. Concitali igne cremantur. de quo Poggii ad Aretinum Epiſtola.

§. III. Ante autem, quam ſucceſſor iis daretur Otto Cardinalis Columnius, qui quintus Martini nomen uſurpavit, vacante ſede in ſeſſione concilii quindecima anno 1415. die ſabathi poſt ſeſtum St. Udalrici, h. e. Jul. 6. ut habet hiſtoria Teutonica per Johannem Agricolam Islebium(s) edita, Johannes Huſſus Bohemus, qui anno 1408. ſecundum Cochlæum & inſcriptionem chori in cœnobio Gorlicenſi, docere cœperat, & proximo anno 1416. Maji 30. ſecundum eundem Cochlæum, ſeſſione XXI auditor ejus Hyeronimus Pragenſis, de quo prolixa extat Poggii Florentini (t) ad Leonhardum Aretinum epiſtola; condemnati & exuſti ſunt.

Huſſi ſupplicium mox ſecutæ Huſſitarum in Luſatiam excurſiones.

§. IV. Atque hactenus de Wenceslao plura fortaſſis, quam inſtituti noſtri ratio poſtulaſſe videretur. Sed hæc de concilio propter mox ſecuturas Huſſitarum in Luſatiam excurſiones omnino fuere attingenda.

§. V. Ad reliqua etiam liberius, libentiusque digreſſi ſumus, ut aliqua rerum varietate legentes recrearentur, quibus illa vel ob raritatem ipſam, non ingrata fore exiſtimaremus.

Digreſſio ad Sigismundum Imper. H. & B. Regem.

Nunc ad Sigismundum Cæſarem & Hungariæ Regem, Wenceslai fratrem & in regno Bohemiæ ſucceſſorem tranſibimus.

CAPUT XLVII.

De

Sigismundo Regnum Bohemiæ morte Wenceslai capiente, Huſſitis Johannem Ziskam ſibi Ducem elegentibus & munimentum Thaborum condentibus.

§. I.

Huſſitæ rebelles, Johannem Siscam Ducem ſibi eligunt, Thaborum munitiſſimum condit; hinc Huſſitæ & Thaboritæ Synonyma,

Mortuo ſine liberis Weneeslao, & fratre Sigismundo (u) ad quem regnum Bohemiæ jure hæreditario pertinebat, apud Hungaros abſente ac bellis Turcicis implicato, maxima Huſſitarum multitudo ad calicis dominici participationem in excelſum montem quintum a Praga lapidem diſtantem ſecedere ſolita, Ducem ſibi elegit Johannem Siſeam de Borznau, (ſic enim ſcribunt Bohemi nomen loci, qui Trosnovia eſt Æneæ (w)) Eqv. Bohemicum, qui ea in rupe munitiſſimum condidit municipium, Thaborum, a quo convenæ Thaboritas ſe vocabant.

Sigismundo rebellant, inque eum conjurant. Sisca luscus ſeu cocles dictus.

§. II. Horum acceſſione aucti viribus Pragenſes Sigismundo rebellarunt conjuratione facta de eo Bohemia excludendo. Cujus rei cauſæ, progreſſus & eventa ex integris hiſtoriis petenda ſunt. Siscæ cognomen ſunt qui Bohemis luſcum ſeu coclitem h. e. μονόφθαλμον ſonare ſcribunt.

Ædificia ſacra diruta ſolo æquat. Unicam tantum veram & rectam religionem eſſe Huſſitæ profitentur.

§. III. Is monaſteria & alia ædificia ſacra ab Imperatoribus & regibus, maximis impenſis excitata ubique locorum funditus ſolo æquavit, quod diceret, niſi penitus diruantur nidi, fore, ut brevi tempore obſcænæ & inutiles volucres ejectæ ad eos revolarent. Dictitabant etiam Huſſitæ, unicam tantum eſſe rectam, veram & puram religionem, quam omnes homines in Chriſto baptiſati profiteantur in magno cœnobio Eccleſiæ ſub Abbate Chriſto.

1419. Luſati Pontificiis Bohemis ſuppetias ferunt, hinc Ziſca Luſatiam inferiorem invadit. Budiſſinam fruſtra adoritur,

§. IV. Scribit Curæus, (x) ſub anno 1419. Bohemos Pontificios accerſiſſe ſubinde auxilia ex vicina Luſatia: ideo Ziſcham ægre ferentem injurias illas, manum quandam militum immiſiſſe in Luſatiam ſuperiorem, quæ menſe Septembri urbem Budiſſinam adorta ſit, eam tamen civium virtute eſſe defenſam. De hac re infra (y) audiemus ſub anno 1429.

CAPUT

(s) Natus eſt 1492. Obiit 1566. Varius in religione fuit. Aliquando Antinomorum Sectæ adhæſit, a qua tamen ipſum B. Lutherus avocavit. Exinde Pontificiis ſe conjunxit.

(t) Jo. Franc. Poggii Florent. Anno 1422. ætatis 79. juxta nonnullos obiit. Trithemius vocat eum Philoſophum & Rhetorem facundum græco & latino ſermone ad perfectum inſtructum.

(u) Vid. Carpzov. Part. II. c. 1. §. 10. p. 185. Groſſerum Part. I. p. 109.

(w) Hiſt. Bohemicæ c. 38. p. 147. lin. 24. ſeqq.

(x) In Annalib. Sileſiæ p. 122.

(y) cap. 57. §. 6. ſeqq.

Google

CAPUT XLVIII.

De

Arce Pragenſi proditione in Huſſitarum poteſtatem veniente, a Sigismundo vero mox recuperata.

§. I.

Zenro de Wartenberg, arcis Pragenſis præfectus,

ZEnconem de Wartenbergo (z) ſeu de Veſſelo Baronem Bohemum, Virum militarem, animoſum & manu promptum, cum ab Huſſitis ad Pontificios redire ſe ſimulaſſet, arci Pragenſi Divi Wenceslai præfecerat Sigismundus, ut Crantius (a) vult, tametſi Wenceslai quoque temporibus cum magiſtratu functum, ac ſupremum regni Capitaneum fuiſſe ex Cochlæo colligitur. Is mox excluſo rege, pro quo arcem tenebat, Pragenſibus Huſſitis eam tradidit ſub feſtum D. Gregorii.

arcem Huſſitis perfidus tradit,

Johannes Polentius, Eqv. Luſatus, cujus familiæ inſignia,

§. II. Johannes igitur Polentius, Eqv. Luſ. ex ea ſamilia, cujus inſigne eſt ala cum pede & in galea torneamenti coronata, rex brachiis truncus caudam pavoninam diademate geſtans, is igitur, ut fraudem fraude compenſaret, cum aliquando Zenconem ex arce in longinquum abiiſſe reſciviſſet, armis, habitu, equis & ſignis militaribus per omnia ſpeciem ejus aſſimulavit, atque ita pro Zencone a cuſtodibus relictis intromiſſus cum ſuis, arcem interceptum Sigismundo reſtituit. Sic fere Crantius, (b) quem ſequor, tametſi Olomucenſis, (c) & codicis antiqui autoritate fretus Cochlæus tam de prodita, quam recuperata arce ab illo non nihil variant. Atque hæc anno Domini 1420. geſta ſunt.

per ſtratagema arcem Sigismundo recuperat.
1420.

Variant hic non nihil Crantius, Olomucenſis & Cochlæus.

Hæc A. C. 1420. geſta.



§. III. Æneas cap. 38. (d) meminit, mortuo Wenceslao reginam, Sophiam relictam cum Cechone Warteburgenſe (ita enim legendum eſt) regnum gubernaſſe, arcemque Pragenſem, & minorem civitatem contra Huſſitas præſidio firmaſſe. Sequenti capite Cenchonem, qui arci Pragenſi præerat, in civium Pragenſium Huſſitarum, Sigismundo Imperatori rebellium ſocietatem pertractum ait. Demum Cap. 42. addit: Sigismundum pro accipienda regni corona Bohemiam ingreſſum, Cenchonem, ut arcem Pragenſem ſibi redderet, magnis ſponſionibus allexiſſe: equitum quatuor millia, qui urbem laceſſerent, ibidem collocaſſe: Cenchonem bina proditione inſignem domum revertiſſe.

Sophia Reg. arcem & minorem Civitat. Pragenſ. præſidio firmat, juxta Æneam.

Sigismundus coronationis ergo Bohemiam acceſſit.

CAPUT XLIX.

De

Sigismundo Rege Bohemiæ coronato, ab Huſſitis regno expulſo & damno Papicolis illato.

§. I.

EOdem (e) anno 1420. Sigismundus in æde metropolitana arcis Pragenſis, quam obſidione Huſſitarum Pragenſium liberaverat, a Cunrado Veſtphalo, Pragenſium Antiſtite, qui paulo poſt cum Huſſitis ſentire cœpit, Rex Bohemiæ coronatus eſt, Dominica poſt feſtum St. Jacobi. Sed adverſantibus ei Pragenſibus & Thaboritis mox Bohemia excedere coactus eſt, minime adhuc in regni poſſeſſione confirmatus, & Pragenſis ac Viſſegradenſis arces in hoſtium poteſtatem venere.

Rex Bohemiæ coronatur Pragæ 1420. a Cunrado Veſtphalo, Antiſt. Prag. qui poſtea ad Huſſitas tranſiit.

Sigismundus rex Bohemia excedit metu Huſſitarum.

Arx Pragenſis cum Viſſegradenſi Huſſitis cedit.

§. II. Interim octo fere annis Thaboritæ Siſca duce injuſtum magiſtri ſui ſupplicium in pontificiis vindicaturi, & hoſtes ſuos, qui pontificiæ crudelitati contra Bohemos miniſtros ſeſe præbuiſſent (Martinus enim V. Pont. M. hoc anno 1420. bullam indulgentiarum, quam cruciatam vocant, contra Huſſitas promulgavit) ulturi, facto Pragæ initio, per Bohemiam & finitimas regiones, Miſniam, Moraviam atque ipſam adeo Auſtriam victricia arma circumtulere.

1420.
Martinus V. bullam indulgentiarum, Cruciatam dictam contra Huſſitas promolgat.

Huſſitæ per Bohemiam, Luſatiam, Miſniam, Moraviam, Auſtriam victores,

CA-

(z) Vid. Groſſerum. Part. I. p. 111.
(a) In Vandal. lib. X. cap. 31.
(b) Loc. citato.
(c) Hiſt. Bohem. lib. 24. p. 199.
(d) Pag. 147. lin. 50. ſeqq.
(e) Vid. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 10. p. 185. Groſſerum Part. I. p. 109.

CAPUT L.

De

Epiſtola ab Huſſitis ad Luſatiæ populos exarata.

§. I.

Epiſtolam ad Luſatiæ populos tradit Cochlæus,

EXſtat apud Cochlæum epiſtola ad Luſatiæ populos, ut ipſe loquitur, & principem quendam è Czaslavienſe Bohemorum conventu, menſe Junio anno 1421. ſcripta. Ea, Huſſitæ puta, Cunradus Antiſtes, Zenco Warteobergius, ſeu Verſelus, Sisca, Barones item Bohemi & civitates a Luſatiis poſtulant, ut & a corooa regni ſe ne ſeparareot, neve in ipſam amplios inſurgant, & ex jure feudi, uti vocant, ac homagii obligatione Bohemos Huſſitas adverſus hoſtes ſuos juvent: annexis XVII. articulis exceſſuum Sigismondi Regis. Hunc enim, quod eodem anno 1421. Curæo teſte, (f) Bohemiam iovaſiſſet, hoſtis nomine innuuot.

qua ene ſibi fideles ac adjutores conciliare ſtudent Huſſitæ, & 17. articulis Sigismundum accuſant.

1421.

quod maxime hoſtilites invaſerit Bohemiam,

Inſcriptio hujus Epiſtolæ.

§. II. Inſcriptio talis eſt: *Illuſtri & Magnifico Principi, nec non terrigenis* (*deeſt haud* dubie copula Et) *civitatibus Budiſſin, Gorlitz, Sittavia, Lobavia, Luban & Camenz, Fautoribus noſtris*, & deinceps.

§. III. Hunc principem non fuiſſe Caroli IV. filium Johannem Luſatiæ marchionem & Gorlicenſium Ducem, Wenceslai & Sigismundi Cæſarum fratrem, de quo ſupra dictum eſt, tempus obitus ejus ſupra (g) indicatum oſtendit.

CAPUT LI.

De

Arce monti vicino, quem coronam provincialem vocant, impoſita, diruta.

§. I.

1422.

Arx, corona provincialis dicta, diruitur.

ANno 1422. in ipſo paſchate dirui cœpta eſt a Gorlicenſibus (h) arx monti vicino, quem provincialem coronam vocant, impoſita. Verum tardeadmodum ea res eſt confecta. Tanta enim fuit murorum quibusdam in locis firmitas, ut operarius aliquis, qui ſuccinctus erat pelle, ſimul & ſemel asportare poſſet cæmentum calcemque omoem, & quicquid ruderum toto die (mit einer Picken) excidiſſet.

cujus inſignis firmitas & munitio.

§. II. Cæterum in gemino vertice ejus montis, qui dimidio fere milliari ab urbe deeſt, duæ fuerunt arces ſibi invicem oppoſitæ, ita ut ab una in alteram facilis eſſet tranſitus, interque eas villa magna ſubjecta: con ditæ olim & denominatæ a Nobilibus, quibus Landiscoroniis nomen. Poſt hos Gersdorffii eas poſſedere, qui cum majores, quam pro modo facultatum ſumtus facerent, Cotviciis vendere coacti ſuot, a quibus ad Vincentium Hellerum devenere.

Arcis deſcriptio

Villa ſubjecta nomen accipit a nobili Landiscoroniorum familia.

hujus ulteriores poſſeſſores Cotvicii, Hellerus.

§. III. Is filias quatuor civibus Gorlicenſibus elocarat, inque his uoam Nicolao Güncelio, qui hoc ipſo anno conſulatum gerebat, itemque alteram Urbano Emerico, Seniori, ut habet Cnemiander; ut noſtri aonales, Wenceslao, itidem Viro conſulari, quorum hic Georgii, de quo poſtea, frater fuit; ille pater. Poſterioris meminit in templo Petrino Altaris ejus, in quo miſſio Spiritus S. e lapide ſculpta eſt, inſcriptio, quæ ſic habet: *1494. ſecunda Penteceſtes obiit honeſta Domina, Margaretha Wentzel Emmrichinne. Emitte Spiritum Tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.*

Cujus quatuor filiæ civibus Gorlicenſibus elocatæ, ſcil. Nicolao Güncelio, Urbano, Emerico, Seniori, Wenceslao.

1494.

Inſcriptio in obitum Margarethæ Emmrichinnæ.

a qua

§. IV. Ab hoc ultimo poſſeſſore Gorlicenſes arcem cum omoi jure omnibusque pertinentiis ſexcentis Marcis redemerunt. Tametſi annales ſub eodem anno de Biberſteiniis baronibus utramque arcem cum villa eos emiſſe tradant, qui fortasſis feudi domini fuere.

Gorlicenſes arcem emunt.

Annales de Bieberſteiniis eam emtam tradunt.

§. V. Addit Cnemiander ex aliis Gorlicenſium annalibus, habuiſſe Senatum Gorlicenſem diplomata & mandata Cæſarea diruendi arcem, ut quæ receptandis latrooibus Marchionatui plurimum incommodaret.

Imperator Senatui Gorlic. arcis demolitionem injungit, latronum receptaculum.

CAPUT LII.

De

Æde inſigni Gorlicenſium Petrina, aliisque templis Gorlicii extructis.

§. I.

ANno 1423. die ♄ Cal (am Abend) proxima a feſto St. Johannis Evangeliſtæ, ante portam latinam h. e. Maji 8. poſt celebratam ſolennem ſupplicationem, ſeu proceſſionem, Johannes Silicæus, Paroecus Gorlicenſis, & Nicolaus Guncelius, civium Magiſter, magna pompa primum Saxum fuodamenti inſignis ædis Petrinæ jecere. (i)

Johannes Silicæus, Paroecus & Nicolaus Guncelius, Conſ Gorl. primum templi Petrini fundamentum jaciunt.

1423.

§. II. Ejus

(f) In Annalibus Sileſiæ pag. 124. lin. 24. ſeqq.

(g) cap. 32 & 34. hujus libri Commentar. ſexti

(h) Vid. Groſſerum Memorab. Luſ. Part. V. cap. 3. p. 11. & in altera parte hujus Tomi I. Martini Mylii Annales p. 13.

(i) Vid. Groſſerum Part. I. p. 111. & Part. III. p. 70. ſeq. It. Chriſtiao Gabriel Funckens Gymnaſ. Gorlic. Colleg. eigentl. Beſchreibung der fürtreffl. und weit-berühmten Kirchen St. Petri und Pauli in Görlitz, & infra in altera Parte Tomi I. Martini Mylii Annales p. 13.

Hujus ædificii deſcriptio.

§. II. Ejus intrinſeca longitudo eſt cubitorum CXXXIX. latitudo LXXIV. altitudo a medio teſtudinis convexæ tholo ad pavimentum XLII. Habet gracilium pilarum ordines quatuor, in uno quovis ſenas. Medii duo ordines diſtant paſſus XIV. extremi VII. Pila una ab altera.

§. III. Altaria triginta, duo ex ſolido Saxo quadrato, reliqua e ligno ſculpta. Tectum æreum, cujus inter alia id genus magnifica ædificia meminit Georgius Agricola Lib. 8. de natura foſſilium. Cryptam peramplam, quam D. Georgii ſacellum vocant. Ædes ipſa luminoſa, feneſtris altis atque ampliſſimis, conſpicuo vitro & admirabili opere lucem undique præbentibus. Conſecrata eſt & dedicata, magna proceſſionis ſolemnitate, trigeſimo quarto a fundatione anno, qui fuit a Chriſto nato 1457. per Caſparem Schæubergium 39. in ordine Miſnenſium præſulem dioeceſanum, cujus Cochlæus etiam ſub anno 1454. meminit. Teſtudo abſoluta anno 1497. ab architecto Cunrado, ejusque miniſtro Urbano Lauriſch in vigilia aſſumtionis Mariæ.

1457. Conſecratio.

1454.

1497. Architecti templi Cunradus & Urbanus Lauriſch.

§. IV. Sunt & alia ejus urbis templa. Verum de fundationis tempore diſcrepant annales. Anno 1454. die ☿ poſt epiphania (quidam quindecimam Maji habent anni 1452.) poſitum eſt fundamentum templi paroecialis D. Nicolai. Divæ Mariæ vero feria ſecunda poſt Exaudi anno 1458. vel ut alii 1449. utrumque portæ, extra quam ſitum eſt, nomen dedit; utrumque ſepulcrum adjunctum habet.

Reliqua Gorliceſ templa de quibus diſcrepant annales,

1452. Templi D. Nicolai fundamentum jactum vel ut alii 1458.

1449.

§. V. Ac huic quidem anno 1473. de quo conſentiunt annales, ſub exitum Maji ſuprema manus eſt impoſita: illud in hunc usque diem imperfectum manet. Sed de his reliquis Gorlicenſium ædibus ſacris Meiſterum audiamus: (k)

1473. D. Mariæ templum conſummatum, de quibus Meiſteri verſus.

Sed nunc templa Deum, & totam delubra per urbem
Quæ tam Muſa ferox? quis carminis autor Apollo.
Dicet? & ipſe mihi (veniam date) coecusque Homerus
Gratiaque, & Smyrna non ſufficit altior Andes.
Quis Deus hos nobis indulſit numine dextro
Artifices? his terra parum: convexa referrent
Sidera, marmoreis totumque ſub arcubus orbem.
Quid prius ergo canam? cujus ſublimia tecta
Nituntur cœlo? vel non perfecta reſidunt?
Difficile omne mihi: num ergo incantata relinquam?
Phœbe fave, ſint Tauariis innixa columnis,
Nec teſtudineos arcus quis laudibus aquet,
Os mihi nec balbum ſuperet, viresq; negata:
Templa canam, Te præcipue cui nomina Petrus
Sacra dedit Galilæus, opes aurumq; Senatus.
Sed neque Pyramidum miracula prodiga moles
Nec Mauſoleum, domus Eleique tonantis
Vicerit hoc fama templum: non Roma, nec Argi,
Quicquid & antiquis Divis fortuna locavit.
Hæc loca non, falſis impleto laudibus orbe,
Dixit fama, nec affinxit mendacia Phœbus:
Non lapides aurumve levem quæſivit honorem.
Sed manus artificis, fatum, fortunaq; dives
Certavere, ſedens ars ingeniumq; ſacello.
Hinc opus egregium laudes aquavit Olympo:
Hinc fluvii qua Niſſe tui, conſtrata metallo
Culmina, candentes triplicique cacumine turres,
Non ſe fana Deum, ſed regia limina jactant.
Hic eſt veſtibula, atq; impoſita vertice turres,
Et decor, & pulcher per templa nitentia cultus:
Aurea non deſunt altaria, & aurea templo
Pignora, non dives longo deſit redditus anno.
Non latus eſſe capax patitur, non lumina nunquam
Paſcit Apellæos ſuperans pictura colores.
Adde tot effictos vultus, ſpirantia ſigna,
Tot diſtincta locis, immania ſaxa, columnas:
Linea quosq; trabis ſumma teſtudine flexus.
An prius ut ſurgat moles, ſidasque columnas?
Anne graves arcus? triplicem te maxime? vosque,
Dividis, ut referam, binos menſura minores?
Effugiant aciem, populoq; immane minentur
Atque laboratam magnis ſudoribus artem,
Fornice, qua variis ſerpunt vaga Saxa figuris,
Suppoſitumque minus magni fert pondera fani.
Hoc ſtructura decens, majeſtatiq; verenda
Oſtentat facies, manus & nuda arte magiſtra:
Hoc opus omne virum, turres, aurataque templa,
Magnificasq; domos regum, convexaque cœli
Deprimit: hos lapides, gemmas, flavumq; metallum,
Delicias orbis, ſtulti miracula mundi,
Quæ veterum interitum ſuperantia carmina vatum

Victu-

(k) Vid. eum infra Part. altera Tomi huj. I. pag. 94. ſeqq.

Victuris longum chartis cecinere per orbem.
Salve ſancta Domus Divum pulcherrima templa,
Culta Domus: tibi ſi qua mihi fortuna canenti
Hac melior: laudes operoſaq; carmina felix
Olim perpetuo deſcribet pagina verſu.
Sed ne cuncta canam, quacunque ſacella per urbem.
Seu Maria ſedet ſeu Diva nominis Anna
Structura artificiq; manu ceſſura parumper
Noſtro, quod cecini, reliquu majora per orbem:
Sive fera ſuperatoris monumenta Georgi
Qua exigua in ſpeciem, fragiliq; innixa columna
Suſtentant, ſive arte tenus, ſeu fornicis arcta
Clavigeri ſenis immenſam teſtudine molem
Quo calor ille rapis? &c.

CAPUT LIII.

De Vitoldo & Coributho in Regem Bohemiæ accitis, de Caroloſteino obſeſſo, & per Johannem Polentium fortiſſime defenſo.

§. I.

1423. Vitoldus ſ. Vitoudus, Lituaniæ Dux a Bohemis rex eligitur,

NUnc ad annum 1423. unde eram digreſſus, revertor. Eodem ergo anno Barones Regni Bohemici Huſſitæ ſævitiei Siscæ (l) & Coſſ. Pragenſes plebis tumultuantis inſolentiarum pertæſi communi conſilio, quanquam refragante Siſcæ factione, in regem acciverunt Vitoldum ſeu Vitoudum, alio nomine Alexandrum dictum Lituaniæ Ducem, Uladislii Jagellonis Poloniæ Regis patruelem (in hiſtoria Huſſitica duobus locis frater Regis Poloniæ dicitur.) Is fratrem ſuum, (Olomucenſis (m) affinem vocat; Æneas (n) patruelem) Sigiſmundum Coributhum cum duobus millibus equitum Lituanorum & Polonorum in Bohemiam miſit, ad adeundam ſuo nomine regni poſſeſſionem, idque defendendum adverſus Sigismundum Cæſarem, ut ex Martini V. P. M. ad Alexandrum Epiſtola patet, quam recitat Cochlæus, etſi non nihil diverſam hujus expeditionis occaſionem adſert Cromerus. (o)

qui Sigismundum Coributhum, fratrem cum copiis in Bohemiam mittit.

Martini V. Pontif. ad Vitoldum Epiſtola.

§. II. Coributhus Pragæ honorifice exceptus, rebus ibi conſtitutis, Huſſitarum Pragenſium auxiliis adjutus poſitis tribus in locis caſtris obſedit Caroloſteinium, nobiliſſimam & munitiſſim. Bohemiæ arcem, a Carolo IV. Imp tertio a Praga lapide intra montes excitatam & denominatam, in qua corona regni, & ſanctæ reliquiæ per Burggravium & alterum ex equeſtri ordine cuſtodem aſſervantur.

Caroloſteinium a Coributho obſidetur, a Carolo IV. Imper. nomen & ortum habens,

§. III. Impoſuerat autem Sigismundus Rex arci præſidium quadringentorum militum, in quibus multi erant Nobiles, iisque Johannem Polentium, Luſatium præfecerat, cujus fidem & induſtriam in recuperanda arce Pragenſe perſpexerat.

Arcis hujus præfectus Johannes Polentius.

§. IV. Hic adverſus Coributhum die noctèque, nullo reſpirandi ſpatio defenſoribus dato, oppugnationem continuantem, & quinque balliſtis majoribus Saxa ingentia intra mœnia ejaculantem, ſex totos menſes arcem fortiſſime defendit, donec duo Friderici Marchiones, Brandenburgenſis & Miſnenſis cum Ludovico Bavaro tribus exercitibus Bohemiam ingreſſi ab arce illum depulerunt.

Diuturna arcis obſeſſio.

Coributhus ab arce repellitur.

§ V. Obſidio duriſſima in hyemem extracta eſt, fuitque eo gravior, quod hoſtes ſupra duo millia vaſorum putridis cadaveribus & humano excremento refertorum, ex machina quadam in arcem conjecerunt, quorum fœtore intolerabili ita afflicti infectique ſunt obſeſſi, ut dentes iis computruerint, & aut plane exciderent aut nutarent. licet contra id malum e Praga clam eis ſubminiſtratum eſſet medicamentum.

Hoſtium ſtratagem bellicum ſingulare,

§. VI. Hæc in annum 1422. refert Curæus. (p) Revocavit autem Coributhum e Bohemia Vitoudus, rogatu Jagellonis patruelis, qui circa medium quadrageſimæ ejusdem anni cum Sigismundo Cæſ. apud Stareſolum in finibus Hungariæ congreſſus fuerat.

1422. Coributhus e Bohemia in Poloniam revocatus.

§ VII. Cromerus (q) poſtea Coributhum ipſum a Boëmis ad regnum vocatum, iterum cum aliquanta manu in Bohemiam profectum ſcribit: captum vero, & mox pulſum a Pragenſibus, conjunxiſſe ſe cum Huſſitis iis, qui poſt mortem Siscæ coeci, velut amiſſo parente orphanos ſe dicentes, Luſatia divexata, Sileſiam quoque, belli ſede Gliviciæ poſita, longe lateque vaſtarunt.

Coributhus a Boëmis rex vocatur, capitur & a Bohemis pulſus, ſe cum Huſſitis conjungit,

§. VIII. Olomucenſis (r) Pragenſes ſo-„ los cum XXIIII. millibus armatorum Ca-„ roloſteinum circumſediſſe narrat, quadri-„ fariam copiis ex eo numero per ſex millia,„ „homi-

Caroloſteinium a Pragenſibus ſolis magna vi obſidetur.

(l) Vid. Groſſerum Part. I. p. 111.
(m) Hiſt. Boh. lib. 26. p. 215. lin. 36.
(n) Hiſt. Boh. cap. 44. p. 152. lin. 26.
(o) De Rebus Polon. lib. 19. p. 285. b.
(p) In Annalib. Sileſiæ pag. 124.
(q) Lib. 19. p. 288. a.
(r) Hiſt. Boh. lib. 26. pag. 219. lin. 14.

„hominum diſtributis. Obſeſſos ad extre„mum conſumto frumento equina carne „famem toleraſſe. Denique (inquit) oſten„tatione præterea inani Pragenſes lude„bant. Quaſi n. cibo etiam lautiore abun„darent, præfectus arcis hircum, qui uni„cus ſuperfuerat, exutum pelle, medium „dividit, cruoreque pulchre macerat, in„ſperſis deſuper pilis damæ, ex tomento „ſellæ detractis, ac protinus partem illam „ad civem Pragenſem, qui præfecturam „militarem gerebat, mittit, adjuncto, qui „ſuo nomine diceret, ſe recens captam da„mulam libenter cum illo partiri. Is cum „aliis perſvaſus, habere obſeſſos tranſitum „aliquem ſubterraneum, qui illis venandi „quoque facultatem præbeat, obſidionem „in die Martini ſolvit. Hæc ille.

Ingens obſeſſorum fames, quam ſtratagemate quodam diſſimulat arcis præfectus.

obſidio arcis ſolvitur.

CAPUT LIV.

De *Inſigni copiarum Saxonicarum ad Auſigam, puſillum Bohemiæ oppidum, ſtrage.*

§. I.

Pons & Auſſiga Marchiæ Marchionibus, a Sigismundo Imp. ad tempus datum vel conceſſum.

DEderat Sigismundus Cæſar ad tempus bene merentibus Miſniæ Marchionibus præter Pontem etiam Auſſigam (Auſſig) oppidum Bohemiæ puſillum, ſed egregie munitum ſupra Albim fl. ut illud Præſidio adverſus Huſſitas tuerentur, interimque eo uterentur fruerenturque.

1426. a Siſca obſidetur. Fridericus, Marchio Miſnenſis primus Titulum & Inſignia Electoratus Saxoniæ adipiſcitur. Cujus Uxor Catharina, obſeſſis Caroloſteinenſibus magnas Copias ſubſidio miſit.

§. II. Id cum Siſca & Pragenſes anno 1426. obſiderent, Catharina Henrici Bruſvicenſis filia Friderici marchionis Miſnenſis, & Landgravii Turingiæ (qui tum peregre aberat in Pannonia apud Sigismundum Cæſ. a quo Ducatus & Electoratus Saxonici titulum Poſonii, inſignia Budæ primus in ea familia adeptus eſt,) uxor, habito Fribergi delectu, magnas militum copias ex Saxonia, Turingia, Miſnia, & utraque Luſatia collectas obſeſſis ſubſidio miſit, Duce Gvilielmo II. Divite, fratris abſentis legato, tametſi hunc præcedenti anno defunctum ſcribit Fabricius. (s)

Quæ a Siſca inſigni clade funduntur.

§. III. Eas Siſca, commiſſo in prato ante oppidulum prælio 17. Cal. Vtil. ipſo die St. Viti, qui eſt dies ſolſtitialis æſtivus & tum dominicus erat, capitaneorum quorundam proditione, inſigni ſtrage fudit novem millibus occiſis. Etſi non incruenta potitus eſt victoria. De ſuis enim ad tria millia deſiderata ex Cochlæo & Chronico Marſeburgenſi (t) colligimus. Præter Burggravios Miſnenſes & Kirchbergenſes, Gleichenſesque comites ex una Coceritiorum equeſtri familia ſupra LXV. viros cecidiſſe ferunt.



Fabula de Apparitione nobilis interfecti.

§. IV. Additur fabula: (niſi forte ſpectrum fuit, quo diabolus Huſſitarum hoſtes & religionis eorum perſecutores confirmare voluit) unum de Coceritiis interfectis conjugi ſuæ puerperæ apparuiſſe, lectoque aſſidentem monuiſſe eam, ne ſubditos ſibi agreſtes tot exactionibus operis & aliis angariis, atque ipſe feciſſet, onerare pergeret, ſed & modium ut daret juſtiorem. Ob eam enim iniquitatem futurum fuiſſe, ut æternis cruciatibus damnaretur, niſi pugnando contra Huſſitas hæreticos peccata illa expiaſſet.

Cædes ingens Germanorum, maxime Saxonum ad Auſſigam, quæ concremata, per totum triennium inhabitari nequit. Olomucenſis.

§. V. Olomucenſis (u) mortuo jam Siſca ad Auſſigam plusquam duodecim Germanorum præcipue Saxonum millia, quæ marchio Posnenſis ad præſidium oppidi ſubmittebat, ab orphanis, Thaboritis & Pragenſibus cæſa refert, captumque mox oppidum & concrematum, incolis omnibus ad internecionem occiſis, habitatione totum triennium caruiſſe.

CAPVT LV.

De *Urbe Lauba Huſſitarum copiis obſeſſa & capta, aliisque urbibus devaſtatis.*

§. I.

Siſca 1427. peſte extincto, Procopius Raſus.

SIsca tandem (w) anno 1427. (vel præcedente adeo, ut videtur velle Curæus,) (x) peſte extincto, Procopium cogno-

(s) In Annalib. Urbis Miſniæ Lib. II. pag. 60.
(t) Brotuſi Lib. II. c. 48.
(u) Hiſt. Boh. lib. 27. p. 223. lin. 10.
(w) Vid. Groſſerum Part. I. p. 117.
(x) In Annalibus Sileſiæ p. 125.

Presbyter, ſuccedens, Miſniam & Luſatiam invadit, Laubam obſidet,

cognomento Raſum Presbyterum, qui & magnus a rerum geſtarum præſtantia dictus eſt, ſibi præfecerunt Thaboritæ, atque eodem anno primum Miſniæ fines poſt & Luſatiam, unde auxilia contra ſe miſſa ſciebant, invadentes, Laubam urbem, (Laubanam vocat Crantius) (y) maxima copiarum parte obſederunt.

§. II. Eam oppidani pro viribus tuentur, atque aliquando ſumta fiducia egredi, & hoſtes laceſſere auſi, primo quidem congreſſu ſtragem aliquam iis edunt: Sed conglobati hoſtes, acriusque inſtantes, & urgentes retro cives compellunt in urbem, fugientiumque terga prementes prius quam fores portarum objicerentur, eodem impetu & velut agmine uno victores cum victis irrumpunt Maji 15 qui fuit dies ♀ (annales Vratisl. die ♀ ante Cantate 16 Maji proximo die poſt Sophiæ) Sophiæ ſacer, ut teſtatur vetus ἐτεόστιχον ex membrana veteri cœnobii Veſtalium Laubenſium a nobis deſcriptum;

eamque capit, docente veteri ἐτεοστίχῳ.

eCCe LVban CIVItas Zoph MoX deLetVr ab hoſte.

Laubanenſium maxima & infinita cædes, quorum Eccleſiaſtes cives ad fortiter certandum adhortans, ac pereuntibus cœlum promittens.

§. III. Urbe itaque per eam occaſionem capta, fit cædes infinita in omnem populum; paſtor Eccleſiæ de loco eminentiore, h. e. ut diſerte Cnemiander, (z) de turre ædis paroecialis hortatur cives ſonara voce, ut pro Chriſti honore & fide orthodoxa fortiter decertent, promittens cœlum iis, quibus mors ab impiis hæreticis (ſic enim vulgo audiebant Huſſitæ) inſerretur.

captus equis in quatuor partes dilaceratur.

§. IV. Illi ſacerdotis libertatem indigne ferentes, captum cum manibus pedibusque præpotentibus quatuor alligant equis, hisque a totidem ſeſſoribus in diverſum iter concitatis, miſerum corpus crudeliſſime in quatuor partes diſtractum dilacerant & diſcerpunt. Reliqvus Chorus cum promiſcua populi, præſertim puellarum & infantium multitudine in templum confugerat, ibique decantato hymno, cujus initium eſt: Salve Regina miſericordiæ! Deiparæ virginis opem implorabant, ut in confeſſione fidei catholicæ morerentur.

Huſſitæ templa irruentes, omnes huc confugientes,

§. V. Illuc cum hoſtes cruentis gladiis irrupiſſent, raptos ex ulnis matrum infantes diſſecant medios, ſacerdotes & Scholaſticos omnes una cum ludimagiſtro in choro poſt (ante) arcem maximam, confodiunt, & capite plectunt. Et (ut eſt in Vratislavienſium annalibus & Cnemiandri aliisque Laubenſium annotatis) anus obruunt, virgines adultas & fœminas juniores ad libidinem reſervant, nulli parcunt ordini, ſexui vel ætati, templa fuſo ſanguine profanant, cadaveribus replent, ac ſuppoſito igne incendunt, curiam, ædes ſacras, monaſteriaquè ſubvertunt, monachos trucidant, moniales conſtuprant, urbem denique totam ferro & igne devaſtant.

nullo eorum conditionis habito reſpectu, trucidant.

Templa ſanguine profanata, curiam, ædes ſacras, monaſteria incendunt, nulli ſacro ordini parcunt, urbemque totam devaſtant,

§. VI. Hæc fere Crantius (a) ſatis tragice. Cnemiander Siſca Duce hæc geſta ſcribit, additque trecentos, vel, ut Budisſinenſium referunt annales, quingentos homines, maxima ex parte agreſtes, qui urbi afflictæ ſuppetias ibant, in ſilva Veſtalium, ab Huſſitis ad internecionem occiſos, quorum cadavera magna ex parte inſepulta lupi dilaniarint. Virgines ſacras Gorlicium conceſſiſſe (poſt excidium nimirum teſte Cnemiandro) & decennium totum cœnobium vacuum reliquiſſe ac deſertum, Gorlicenſium Annal. Haynum Sileſiæ oppidum eodem cum Lauba tempore & modo, captum atque exuſtum, Vratislavienſium annales tradunt. Addit manuſcripta ducum Sileſiæ genealogia Hayni cives præter quindecim omnes interfectos.

Juxta Crantium.

Quingentos agreſtes occidunt.

Veſtales Gorlicium fugiunt.

Haynum exurunt, civibus ad quindecim omnibus interfectis.

§. VII. De Laubanenſe excidio hoc etiam hexaſtichon cives annotarunt:

De quo Laubanenſium excidio Hexaſtichon:

Bis ſeptem exierant a nato ſecula
Chriſto,
Atque quater ſenus cum tribus annus
erat.
Ziſca ferox urbem collecto milite cepit,
Captaque, pro ſpatio moenia miles
habet.
Cæduntur pueri, matres, juveneſque
ſeneſque
Et volitant toto fruſta crumenta
foro.

Lauba incenſa & ſolo æquata e Luſatia in Sileſiam movent, ibi die ☾ proxima Goldbergæ edunt crudelitatis exemplum.

In Sileſiam caſtra moventes, Goldbergæ crudelitatis exempla edunt.

§. VIII. Inde in Moraviam converſi, una illa æſtate anni 1427. decem, vel ut Cnemiander, octodecim ibi muratas urbes ſubvertunt. Jumenta, pecora & reliquam prædam in Bohemiam abducunt, ut in antiquo libro bibliothecæ Eliſabethanæ Vratislaviæ legere memini. Hæc omnia contra unanimem reliquorum conſenſum in annum 1428. refert Cochlæus & Cnemiander, quam recte ipſi viderint.

Hinc in Moraviam converſi, octodecim urbes ſubvertunt,

Hæc quidem omnia juxta Cochlæum & Cnemiandrum.

CAP.

(y) In Vandalia Lib. XI. c. 9.
(z) In Chronico Laubanenſi MST.
(a) In Vandalia loc. citat.

CAPUT LVI.

De

Huſſitis ad Niſſam Sileſiorum & Zittaviam Luſatorum victis.

§. I.

Ad Niſſam Sileſiæ anceps cum Huſſitis committitur prælium 1428. D. Johannes Swabſcheinius, Paſtor, & Clemens Heſeler, Ludi-Magiſter armati contra hoſtem pugnant. 1426.

ANno 1428. die 24 ante dominicam, qua in Eccleſia canitur Judica, cum Husſitis ad Niſſam Sileſiorum difficile & anceps commiſſum eſt prælium, in quo paroecus urbis, Doct. Johannes, ex vetuſta Schwabſcheiniorum Gorlicenſium familia oriundus, & Clemens Heſeler, Ludimagiſter, armati in hoſtem pugnarunt. Hæc in annum 26. refert Curæus in Annalibus Sileſiæ. (b)

Franciſci Fabri de pugna hac verſus:

§. II. Meminit prælii hujus Franciſcus Faber (c) in Sylva, cui Bohemiæ titulum fecit, his verſibus:

Sic Moravi ſenſere malum hoc, Quadus, Odera novit
Triſtia ſanguineo quod funera volverit amne,
Et tu cara parens nobis pulcherrima Niſa
Inde jecta trucem vix arces moenibus hoſtem.

Huſſitæ ad Sittaviam victi 1428.

Eodem anno ad Sittaviam victi ſunt Husſitæ, ſecundum annales Gorlicenſ. (d)

CAPUT LVII.

De

Cœnobio Oybino, urbibus Gorlicio & Budiſſina oppugnatis, Læbavia incenſa.

§. I.

1429.

Oyvvinum fruſtra oppugnatur a Huſſitis. Cœnobii tamen prædia aliquot devaſtant.

OYwinenſis cœnobii chronicon Latinum refert anno inſequente 1429. die B. Wenceslai Bohemi h. e. VII. Septemb. 28. Huſſitas circa Sittaviam cum exercitu vagantes Oyvinum quoque bombardis & jaculis oppugnaſſe quatuor ferme horas, ſed cum nihil proficerent, incenſis quæ ante monaſterium erant ædificiis inglorios receſſiſſe. Villas etiam & alia cœnobii bona ſeu prædia aliquot ab iisdem devaſtata, unde ad extremam monachi redacti ſunt egeſtatem.

1429. Huſſitæ Sileſiam repetunt, quinque urbes capiunt, quarum nomina.

§. II. Eodem anno 1429. rurſus eduxerunt exercitum in Sileſiam, & in ea quinque haud comtemnendas urbes vi ceperunt. Teſtes Crantius, (e) Crato (f) quatuor nominat, Glogoviam, Haynum, Novum forum, & Cautum: Cnemiander Falckenbergium, Camientzum, Oppoliam Brigam & Francoſteinum addit.

Gorlicium fruſtra obſident.

§. III. Eodem modo Gorlicium obſidione cinxerunt, (g) cum jam ante die ☽ poſt Michaëlis, hoc eſt Octobris tertia ante ſuburbana exusſiſſent, de adventu eorum certiores facti cives. Sed non ita longe poſt obſidionem ſolverunt re infecta. Provocarunt quidem equites Husſitarum Cataphracti oppidanos ad velitationem: Verum Gorlicenſes præſidiarii, quod armis non æque bene, ut hoſtes tecti eſſent, & munitioni urbis ſatis fiderent, moenibus ſe tenuerunt.

Provocationem Huſſitarum ad velitationem detrectant Gorlicenſes.

Budisſinam (error hic Chronologicus.) 1419. Fruſtra tentant.

§. IV. Budiſſinam quoque tentarunt (male enim hoc loco Chronicon Sileſiæ & Curæum (h) puto habere annum 1419. quo nondum e Bohemia commoverant ſe Husſitæ, pro 1429) die Burchardi, ſed eodem eventu. Deo enim auxiliante ignominioſe ſunt repulſi, unde ad perpetuam rei memoriam Senatus populusque Budisſinenſis decrevit, ut quotannis Dominica poſt feſtum Burchardi proxime ſequente ſolenne officium ſ. miſſa de annunciatione matris Virginis caneretur, poſt circuitum hymnum, Te Deum laudamus Scholaſtici & organicen alternatim canerent; opifices omnes candelas ſuas incenderent; denique Conſul cum univerſo Senatu ac Senioribus opificum ad offertorium accederent. Eventus rei geſtæ in matriculam Reip. Budisſin. relatus eſt.

1429. de hinc ignominioſe pulſi, ob cujus rei memoriam decretum Senatus Budiſſ.

Zytopepta ab Huſſitis conductus urbem incendit, cujus confeſſio & ſupplicium.

§. V. Magnam tamen urbis partem incendit quidam cereviſiæ coctor, ab iisdem hoſtibus duodeviginti ſexagenis conductus. Is a Gorlicenſibus comprehenſus & ante extremum ſupplicium tormentis ſubjectus, confeſſus eſt, ſe jam mercedem, vel ut Cnemiander, partem ejus ſub ſaxo quodem deſodiſſe in pede montis, qui eſt

ad

(b) Pag. 125.

(c) In ſeinen ſo genannten Wäldern unter dem Tittel Böhmen inquit Frencelius in Verſione Germanica Comment. Quod idem Franc. Fabri vulgo Kœckriz Sabothum & Sileſiam publicaverit, certo conſtat.

(d) Quos etiam ſequitur Grofferus Part. I. p. 115. & Carpzovius in Analect. F. 2. Part. V. c. 1. § 3. p. 212.

(e) In Vandalia L. XI. c. 17.

(f) In Chronico Vratislavienſi MST.

(g) Vid. infra in altera Parte Tomi I. Annal. Gorlic. Mylii pag. 13. ſub anno 1429. in quem locum ipſa Verba Manlii tranſtulit Mylius.

(h) In Annalibus Sileſiæ p. 122.

1429. Cnemiander non Budiſſinam, ſed Lobaviam incenſam & penitus exuſtam tradit.

ad Lobaviam. Sic fere annales Gorlicenſes; Cnemiander Cal. Januariis anni 1429 quæ fuerit dies, ♂ a coctore hocmodo non Budisſinam ſed Lobaviam incenſam tradit, quæ præter ædem paræcialem & cœnobium tota conflagraverit.

Prœlium cum Huſſit. ad Glaciam Sileſiorum, committitur, in quo Johannes Monſterbergenſ. Dux cecidit.

§. VI. Eodem anno 1419 die Johannis Evangeliſtæ, vel ut Curæus, (i) 26. Novembris, quæ eſt dies Stephani, ad Glaciam Sileſiæ cum Husſitis proelium commiſſum, in quo Johannes Monſterbergenſium Dux & multi Nobiles cæſi ſunt, quod & Curæus (k) confirmat. Budisſinenſem quoque obſidionem, & quæ eam conſecuta ſunt, latius proſequitur idem Cnemiander, in hanc ferme ſententiam:

De Budisſinenſi obſidione & quæ eam ſecuta, 1429. Cnemiandri relatio:

§. VII. Anno 1429. feria quarta ante feſtum Burchardi, h. e. in vigilia Burchardi, nimirum Octobris 12. Huſſitæ cum exercitu quadragies mille equitum & peditum, & multis carris Budiſſinam obſederunt. Erant autem in urbe cum alii proditores, tum imprimis Petrus Preteſvicius, Reip. Notarius, accepta ab Huſſitis pecunia, cum quartam fere urbis partem incendiſſet, detecta proditione quadriſariam diſſectus eſt.

Petri Petriſvicii, Reip. Budisſin. Notarii, ab Husſitis corrupti, proditio & ſupplicium. vide h. §. ſeq. 12.

§. VIII. Budiſſinenſium annales eum impoſitis feneſtris ſuis lateribus ſignum hoſtibus dediſſe ajunt, quo moniti capta urbe a direptione domus iſtius ſibi temperarent. Ideo equo circa forum raptatum, & poſtea ante ædes ſuas diſſectus. Ac molitionem hanc proditionis ejusque poenam in annum 1428. referre videntur. De obſidionis tamen anno nobiſcum faciunt.

Pax Budisſinenſibus venalis offertur.

§. IX. Poſtridie, hoc eſt, ipſo die Burchardi VIII. Septemb. 13. quidam Huſſitarum Capitaneus habito cum obſeſſis colloquio pacem terræ Budiſſinenſi pro certa pecuniæ Summa offerebat. Interea hoſtes jam turrim cœnobii ſcalis admotis occupaverant; Sed inde rurſus ab oppidanis ſunt depulſi, multis cæſis aut trajectis, in quibus & ipſe oppugnantium ductor duabus ſagittis confoſſus periit. Huſſitæ amiſſo Imperatore inſequenti die caſtra moverunt cum planctu cadaver ſecum asportantes.

Husſita doctore ſuo confoſſo, cum ingenti planctu Budisſinam deſerunt.

§. X. Annales urbis referunt hoſtes die Burchardi octo horis continuis foſſam, cui a Scholaribus nomen, itemque alteram plateæ caninæ oppoſitam, tum portam divitum, & partem mœnium poſt cœnobium ad montem tum aſinorum, nunc D. Michaëlis cognomento notum, ſumma vi oppugnaſſe, ſed cum ignominia recedere coactos proxima die dominica Miſniam verſus perrexiſſe; pactum tamen prius cum aliis initum, de terra Budiſſinenſe, Mariæſtellana, Camitiana & Punicaviorum, ne illæ hoſtile quid paterentur.

Miſniam verſus pergunt, inito prius cum Budisſinenſibus &c. pacto.

§. XI. Proxima die ♂ poſt feſtum Burchardi Raborium, ſenem Moravum copias auxiliares ipſis adduxiſſe quinquies mille pugnatorum equirum & peditum. Propter oppugnationes ſuburbana, & intra moenia medietatem plateæ divitum fuiſſe exuſtam; forte a braſiatore illo.

Rabnrius, Moravus Husſitis affert ſuppetias.

§. XII. Mox Mariæ Stella cœnobio incenſo & ſpoliato Camitium tendunt, quod cum habitatoribus inveniſſent deſertum, direpta urbe ad Pontem regium, oppidum in Luſatiæ Superioris & Miſniæ confinio pervenerunt, templum & nobilium villas invadunt, pagos & quicquid præterea eſt ædificiorum circum circa exurunt. Haynum deinde ad Rhederam ſitum petunt, Suſelitio, Veſtalium cœnobio, Mulbergenſi denique & reliquis omnibus ad albim monaſteriis ignem injiciunt.

Ab Husſitis, Mariæ Stella ſpoliata exuritur. Camitium diripitur, Pons regius, oppidum ſpoliis & incendiis infeſtatur. Haynum tenditur, Suſelitio, Mühlbergenſi & omnibus ad Albim monaſteriis ignis injicitur.

§. XIII. Ex Miſnia in Luſatiam inferiorem deflectentes, Cotbuſium & Gubenam vi expugnant, mares omnes occidunt, ne virginibus quidem & fœminis parcunt, ædificia omnia flammis ad nihilum redigunt, Ibi in duas diviſi turmas pars Sommerfeldum diripuere, pars in Marchiæ Brandeburgenſis fines excurrere. Croſna & aliæ urbes certa pecuniæ ſumma pacem mercari maluerunt. Poſt hæc in Luſatiam ſuperiorem regreſſi Huſſitæ, Gorlicii oppugnandi conſilium ceperunt; ſed cum minus inter ipſos conveniret, denuo in alias factiones diviſi urbem, reliquere intactam. Hæc Cnemiander in Chronico Laubanenſi MSS.

Cotbuſium & Gubena vi expugnatur, comburitur, oemmique parcitur. Sommerfeldum diripitur. Pars in Marchiam Brandeb. excurrit. Croſna cum aliis pacem r dimit. In Luſatiam ſuper. redeunt Husſitæ, Gorlitium oppugnaturi. eorum diſſenſus & diviſio.

CAPVT LVIII.

De Suburbiis Miſnenſibus crematis, & multis hominibus prope Grimmam occiſis.

§. I.

1429. Damna Miſnenſibus (ab Husſitis) illata. Petrus Maltitius Ducum unus Husſitar. Equites 400. cæduntur.

EOdem anno 1429. inquit Fabricius, (l) natalibus Chriſti feriis Husſitæ Miſnenſia ſuburbia & templa cremant, & ulterius progreſſi totam provinciam, duce Procopio Bohemo, & Petro Maltitio devaſtant: equites quadringentos cædunt

(i) Pag. 126.
(k) Loc. citato.
(l) In Annalibus Miſniæ Lib. 2. p. 60. conf. Carpzovium in Analect. F. Z, Part. V. cap. 1. §. 3. p. 212.

Hugoldus Sleinicius jam moriens oculis privatur.

cæduot prope Grimmam, Hugoldus Schleinicius inter cadavera adhuc ſpirans inventus, ſpoliatur & oculis privatur. Idem (m) in Gvilielmo III. Miſniæ Marchione.

§. II.

Fabricii hac de materia verſus.

Reſtitit inſano non fracta mente Bohemo,
Vaſtanti ripas Albis utrinque tuas.
Paſſa fuit nunquam majorem Miſnia cladem,
Quam tunc turba furens cædeque & igne dedit.
Adjuvat iratos quorundam perfidus ardor
Nobilium, coluit quos fera turba duces.
Auſtia, ſi poſſes, vel tu Grimma edere vocem,
Nota omni populo nomina fœda forent.

CAPUT LIX.

De Vaſtatione Gobbino, Novæ Cellæ, Reichenbachio aliisque oppidulis illata.

§. I.

1430 Sileſia cum Luſatia ab iis denuo invaditur. Gobbinum crudeliſſime diripitur & evertitur.

INſequenti anno 1430. denuo Sileſiam & Luſatiam (n) pervadunt Thaboritæ ſeu orphani, Gobbinum oppidum (ſic Crantius (o) vocat) in Luſatia inferiore ad Niſſum & Oderam confluentes crudeliſſime diripiunt, ſævientes promiſcue in omne genus hominum, ita ut populoſiſſima urbs fieret commune ſuorum civium ſepulchrum, multis hominum millibus pereuntibus.

Gubena capta 1429.

In faſciculo temporum bibliothecæ Cotbuſianæ Gubenam in vigilia Simonis & Judæ anno 1429. ab Huſſitis captam, annotatum eſt: cum quo & Cnemiander facere videntur, ut ex præcedentibus patet. Chronicon Saxonum ſub anno

1431. 1431. Gobyni ab hæreticis Pragenſibus everſi meminit. Cureus (p) in anoum

1434. De annorum certitudine autores variant.

1434. referre videtur Gubeoæ excidium, ut deſtructa illa ſit poſt deletos a Baronibus Thaboritas ab eorum reliquiis Bohemia ejectis.

Monaſterium Cellæ Novæ funditus evertitur, inque monachos crudeliſſime ſævitur.

§. II. Monaſterium Cellæ novæ a fundamentis evertunt, monachis partim exquiſito ſupplicii genere primum manibus pedibusque truncatis atque ita abjectis, partim pro feneſtris ſuſpenſis. Autor Crantius. (q)

1430. Reichenbachium captum diripitur, templo tamen illæſo.

§. III. Eodem anno 1430. Reichenbachum opp. quod ad ſecundum a Gorlitio lapidem diſtat, captum vaſtant & diripiunt, templo tamen poſt XXIV. dierum obſidionem illæſo. Annales Gorlic.

1431. Templum Bernsdorffenſe expugnatur.

§. IV. Coemiander Budiſſinenſium ſecutus annotata anno 1431. in ipſis Natalitiis templum Bernsdorffenſe expugnatum poſtridie h. e. die St. Stephani templum Reichenbachenſe a quatuor millibus Huſſitarum circumſeſſum ſcribit, & die nocteque continuo oppugnatum, verum nullo operæ pretio.

Reichenbachio oppid. ignis injicitur.

§. V. Tandem cum XV. dies templum fruſtra obſediſſent, injecto oppidulo igne hoſtes diſceſſiſſe.

Foſſa circa parochiam adhuc extans eo tempore ducta.

§. VI. Extat etiamnum circa ædem parœcialem oppidi intra cœmeterium foſſa, mediocri altitudine, quam eo tempore ductam fuiſſe exiſtimo.

Rudera templorum, arcis, turris Reichenbachenſis.

§. VII. Viſuntur & tria præterea templa, partim diruta partim deſerta, item arcis & turris, unde oppidum quondam non ignobile fuiſſe conjicitur.

CAPUT LX.

De Vratislavia fruſtra quidem oppugnata, ſed tota vicinia incenſa & monaſterio Trebnicenſi direpto.

§. I.

1430. Vratislavia ab Huſſitis fruſtra oppugnatur, totaque vicinia ferro & igne devaſtatur, Chriſti tamen imagini parcitur.

EOdem anno 1430. Vratislaviam fruſtra oppugnant, ſed ſuburbana & omnem viciniam longe lateque incendunt & populantur, plebe ad internecionem cæſa. Crantius. (r) In ſtatuis lapideis (id quod etiamnum apparet) Sanctorum capita detruncant, a CHRISTI tamen imagine abſtinent, quod is, ut inquit Crato, ſolus ſit ſanctus, & in ſancta ſanctorum intret ac pro nobis intercedat.

1430. Trebnicenſe monaſterium exuritur.

§. II. Eodem anno 1430. circa initium menſis Julii Trebnicenſe monaſterium direptum exuſſerunt, tectum plumbeum ædis die Bartholomæi demoliti ſunt, æra, campana, & poſita ab Henrico barbato D. Hedwigis marito ſigna argentea conflata in profanos uſus converterunt, reliquas ſtatuas confregerunt.

Henricus barbatus D. Hedwigis filius.

1432. De exuſtionis & direptionis anno ſcriptores variant.

§. III. Hæc alii in annum 1432. referunt. Curæus (s) hoc anno exuſtum, illo direptum ſcribit Cœoobium.

CAPUT

(m) G. Fabricius Rerum Miſnic. Lib. 2. p. 42. Edit. Jen. 1598.
(n) Conf Grofferum Part. I. p. 115.
(o) In Vandalia Lib. XI. c. 20.
(p) In Annalibus Sileſiæ pag. 127.
(q) Loco citato.
(r) In Vandalia Lib. XI. cap. 20.
(s) In Annalibus Sileſiæ p. 128.

CAPUT LXI.

De

Friderico Gradu Grotisbergenſi capto & ſuſpenſo.

§. I.

1430. Fridericus Gradus Gorlicenſ. hoſtis, captus ſuſpenditur in Carnisprivio.

ANno ipſo 1430. Fridericus Gradus, Grotisbergenſis, Gorlicenſium hoſtis, in ſaltu Gorlicenſi capitur, & ob ſpoliatos ſæpe numero currus, & alia delicta ſuſpenditur in Carnisprivio, de quo & adhuc cantilena canitur, non in vicinia tantum, ſed & a Saxonibus, atque adeo, (quod ipſe audivi) a Slavis in inferiore Luſatia, ſua Lingua vernacula Heneta, hoc argumento:

de quo cantilena:

Wär ich zu Seidenberg blieben
So hätte ich geſottenes und gebratenes ꝛc

CAPVT LXII.

De

Urbe Lauba, in qua nonnulli cives ſedem iterum fixerunt, ſuburbiis Budiſſinenſibus direptis, cœnobio Mariæſtella incenſo &c.

§. I.

1431. Huſſitæ Cœnobium Laubanenſe, & turrim munitam capiunt,

ANno 1431. Martii 16. Huſſitæ ad rudera urbis Laubenſis reverſi, (t) cœnobium monachorum eiq; vicinam turrim magnam & validam, quam Fratrum vocant, (eſt autem rotunda illa ad portam urbis & mœnia, non altera quadrata ad rudera templi cœnobii) quo reliquiæ civium primo urbis excidio ſervatæ cum multis tam nobilibus quam agreſtibus metu hoſtium ſe abdiderant, poſt diuturnam obſidionem capiunt, monachos multos, cives item & opifices alios, quin & equeſtris ordinis viros complures in cœnobio comprehenſos contrucidant, inque his Gvardianum (cuſtodem ea vox ſonat) nomine Johannem Coronam ante altare ſummum decollant.

multos absque diſcrimine trucidant. Johannem Coronam, Gvardianum, ante altare decollant.

§. II. Bernhardum Uchteritium ad Steinkirchum Eqv. auratum, qui turrim defenderat, captivum abducunt, poſtea inter vias mortuum: cujus lapideum cenotaphium, hoc eſt, imaginarius ſeu honorarius tumulus in eodem cœnobio viſitur.

Bernhardum Uchteritium, Eqv. captivum abducunt, in via mortuum, cujus cenotaphium.



§. III. Capiunt una cum eo cives quosdam Laubenſes, qui Jermini, quod eſt cœnobium in Bohemia, tantiſqer in vinculis habiti ſunt, donec Nobilibus quibosdam territorii Laubenſis, nimirum Alberto Haugvitio ad Geisdorfum, Henrico Uchteritio ad Olſam & Nicolao Pencigio, Sigismundi Imperatoris mandato intercedentibus a Jano Zapeco in Zaano Huſſitarum & Thaboritarum ductore redimerentur CCC. marcis, quarum ſolutionem ſe præſtituros in ſe recepere domini Albertus Colditius Svidnicio præfectus, & Nicolaus Lepus Henbergius in Coſto ad anno 1437.

Cives quoque Laubenſes capti.

Interceſſione quorundam Nobilium, pecunia data redemti.

Janus Zapecus in Zaano Huſſitarum Dux.

§. IV. Lauba ita ab Huſſitis, ut paulo ante (u) diximus, diruta, deſolata manſit atque inhabitata, & a civibus vacua adhunc usque annum 1431. quo ſedem iterum ibi figentibus civibus nonnullis, confectisque libris actorum & judiciorum publicis aliqua iterum Reip. forma inſtaurari cœpit, conſule Franciſco Haugsdorffio, ſive Hausdorffio.

Laubenſes libros judiciales & civitatis publicoa conficiunt,

1431. remque publicam inſtaurant Franciſco Haugsdorffio, Conſ.

§. V. Cum autem, (ut in bello) non Laubæ ſolum ſed in tota hexapoli omnia adeo eſſent infeſta, ut urbe egredi civibus tuto non liceret: magnis impenſis nec minore civium gravamine, & moleſtia quotidie portis cuſtodiæ ſunt adhibitæ.

Portis cuſtodes adhibent. magnis id impenſis & ſumptibus.

§. VI. Senatus etiam, ut pacatæ & ſecuræ redderentur viæ, non leves fecit ſumtus in itinera, quæ ad duces Thaboritarum & orphanorum in Vartenburgo commorantes crebra admodum ſuſcepit.

Senatus magnos & crebros itinerarios ſumptus facit,

§. VII. Quibus omnibus ad tantam civitas redacta eſt inopiam, ut quoties diebus ſabbathi, miniſtris Reip. & operariis merces eſſet perſolvenda, ſinguli cives binos

ternos-

(t) Vid. Groſſerum Part. I. p. 117. & 125. item Part. III. p. 82.
(u) Cap. 55. hujus libri VI. & in hoc ipſo cap. §. 1. 2. & 3.

ternosve contribuere neceſſe haberet groſſos: in legationibus etiam hexapolitanorum communibus a reliquarum plerumque urbium legatis precario viaticum Laubenſibus ſuppeditaretur.

1431. Huſſitæ, Budiſſinam cum copiis repetunt, templa pagorum, domos, horrea, & Mariæ Stellam incendunt. 1431.

§. VIII. Eodem anno 1431. iterum in conſpectum Budiſſinæ urbis, duos exercitus adduxere Huſſitæ, oppugnatione tamen non tentata, in ſuburbanis pabulum diripere ſatis habuere. Horrea etiam & domos, itemque templa pagorum & Mariæ Stellam cœnobium inceuderunt.

Lubenam exurunt.

§. IX. Eodem anno 1431. Huſſitæ in Sileſia populabundi usque ad Lubenam perveniunt, quam cum expugnare non poſſent, dolore irriti conatus exacerbati priusquam diſcederent, igne tectis injecto exurunt. Annales Vratislaviens. & Curæus. (w)

Lubenæ Sileſiorum a Lobavia Luſatiæ ſuper. & Lubini inferioris diverſitas.

§ X. Eſt autem Lubena Sileſiæ in Ducatu Lignicenſe oppidum a Lobavia ſuperioris & Lubino inferioris Luſatiæ urbibus diverſum.

1431. Lubavia ab Huſſitis expugnatur. 1433. & Sigiſmundus Romæ coronatur. Lubacum capitur. ab Huſſitis

§. XI. Annotarunt Budiſſinenſes hoc anno 1431. Lubaviam quoque feria tertia poſt dominicam Oculi, h. e. Martii die 6. ab Huſſitis hæreticis expugnatam & retentam usque ad diem ♂ Alexii, cujus feſtum in 17. Julii incidit. Anno 33. dum Sigismundus Romæ coronatur, hæretici urbem Lubacum capiunt.

1431. Nec non Landesbergum & Strasbergum captum. Gobynum cum aliis arcibus ac urbibus deſtructum.

§. XII. Eodem anno 1431. in Marchia Brandenburgenſe Landesbergum & Strasbergum capiunt. Crantius. (x) Alios etiam in eadem marchia arces & urbes deſtruunt, præcipue Gobynum. Sed a Marchione vi expelluntur. Chronic. Sax. (y)

CAPUT LXIII.

De

Francofurto cis Oderam fruſtra oppugnato, & inſigni metu, quem ubique locorum excitarunt Thaboritæ.

§. I.

1432. Francofurti ſuburbia cum Carthuſia exurunt Huſſitæ.

ANno 1432. Dominica Judica, quæ erat April ſexta, Francoſurtum cis Oderam adorti ſuburbium, quod Gubenenſe dicitur, cum Carthuſia exusſerunt. Repulſi autem a civibus & apud Mulroſam Luſatiæ inferioris oppidum duobus a Francoſurto milliaribus ab iisdem clade aliqua affecti, coadunato denuo exexcitu Francoſurtum iterum obſederunt Dominica Palmarum, quæ erat Aprilis 13. Sed nullo operæ pretio. Qua de re plura Guolfgangus Juſtus in deſcriptione Francoſurti. (z)

Cladem patiuntur. Francofurtum obſident, ſed fruſtra.

1430. Plavam funditus evertunt. Franconiam, Pannoniam & Poloniam cum exercitu pervagantur.

§. II. Crantius, (a) anno 1430. in Voitlandiam, ubi Plavam funditus exciderunt, Franconiam, Pannoniam utramque & Poloniam quoque duxiſſe Thaboritas ſeu Orphanos memorat:. Papebergenſes, & Norimbergenſes auro pacem ab iisdem redemiſſe Æneas etiam ſcribit. (b)

Papebergenſes & Norinbergenſes pacem redimunt.

§. III. Olomucenſis (c) in Miſnia, Marchia, Luſatia & Sileſia ſeptuaginta ferme caſtella & oppida in portis ſuis ac mœnibus ſigna armaque Thaboritarum vidiſſe refert: tanto metu inſignium quoque urbium Erfordia, Magdeburgum, Brunovicum, Luneburgum novis adverſus illos munitionibus ut propugnaculis ſe communirent. Sed totum bellum Huſſiticum Aventinus promittit ſe copioſe deſcripturum in ſuo totius Germaniæ chronico.

Septuaginta caſtella & oppida Huſſitæ capiunt. Hinc inſignes urbes contra Huſſitas muniuntur. Aventini Chronicon totius Germaniæ.

§. IV. Scribit Matthæus Collinus (d) in quadam ad Philippum Melanchthonem epiſtola, veteres Bohemos in militiam proficiſci volentes, gravi ſolitos obſtringi juramento adhæc duo potiſſima, quod nec templa deprædaturi, & ſexui muliebri ætatique puerili parſuri eſſent. Ejus juramenti, ſi nunquam alias, certe in hoc bello oblitam gentem illam tam ex hactenus recitatis, quam aliorum hiſtoricorum annotatis ſatis apparet.

Matthæi Collini ad Philipp. Melanchthonem Epiſtola. Veterum Bohemorum militum juramentum. Cujus hoc bello Huſſitæ obliti.

§. V. Hæc de Huſſitarum excurſionibus ſimul hoc loco perſequi libuit, quo planior ea hiſtoria nobis decurreret. (e) Nunc alia videamus.

Cap.

(w) In Annalibus Silaſiæ p. 127.
(x) In Vandalia Lib XI. c. 23.
(y) Vid. pag. 416 ſeqq.
(z) Cap. V pag. 15.
(a) In Vandalia cap. 20.
(b) Hiſt. Bohem. c. 48. p. 155. Edit. Freherianæ 1602.
(c) Hiſt. Boh. lib. 27. p. 224. lin. 17.
(d) Hic Pragæ Philoſophica problemata græco idiomate propoſuit & reſolvit. Ei ob inſignem linguæ hujus peritiam marmorea ſtatua in publico Univerſitatis auditorio erecta.
(e) Plura vid. in Æneæ Sylvii Hiſt. Boh. c. 38-49. In Dubravio lib. VI. & VII. in M. Zachariæ Theobaldi Huſſiten-Kriege.

CAPUT LXIV.

De

Concilio apud Baſileam inchoato, in quo cum Bohemis fuit diſceptatum & tranſactum de IV. Articulis.

§. I.

1431. Vectigalium jus Budiſſinenſibus conceſſit Sigismundus & Ferdinandus Reges.

ANno 1431. feria ſeptima poſt Paſcha, h. e. Aprilis die 7. Sigismundus Rex, Budiſſinenſibus vectigalia Diplomate largitus eſt, ad eundem plane modum, quo iis Gorlicenſes fruerentur. Conceſſio nova Ferdinandi Regis.

1431. e Initium & continuatio Concilii Baſilienſis.

1439.

ob Eugenio IV. Pontif. bis alio translati.

Qui a Pontificatu remotus, Amedeum ſ. Felicem V. ſucceſſorem habet.

§. II. Eodem anno 1431. apud Baſilæam concilium (f) inchoatum eſt ſeptima Septembris, & in annum 1448. continuatum; tametſi Eugenius IIII. Venetus id Græcorum cauſa anno 1439. Ferrariam, ut teſtatur Pii II. retractatio, (Cromerus (g) Bononiam habet: ubi generale conſiſtorium de eligendo alio concilii loco celebratum fuiſſe, ex Eugenii contra Baſilienſes invectiva liquet) & inde propter ſupervenientem peſtilitatem Florentiam tranſtulit. Quam ob cauſam a patribus concilii Pontificatus ei abrogatus & Amedeus, Allobrogum h.e. Sabaudienſium Dux nomine Felicis V. electus eſt.

Eſt, Synodi hujus cum Bohemis diſceptatio & in cauſis fidei transactio.

§. III. In ea Synodo cum Bohemis diſceptatum eſt, & tranſactum de quatuor ipſorum articulis, nimirum: 1.) *de Communione Sacramenti eucharistica ſub utraque ſpecie, panis videlicet ac vini univerſis Chriſtianis per regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ locaque eis in hac parte adhærentia libere adminiſtranda; 2) de peccatis mortalibus præſertim publicis in quolibet ſtatu per eos, quorum intereſt, ſecundum legem divinam corrigendis, prohibendis, puniendis & evellendis 3) de Verbo Dei per ſacerdotes Domini & Levitas idoneos libere & abſque impedimento prædicando:) & 4) ut ne liceat clero, h. e. eccleſiaſticis ſuper bonis externis ſeu temporalibus ſeculariter dominari*, quæ religionis Huſſiticæ capita ex aliquot Cochlæi locis iisdem pene, quibus propoſita a Bohemis fuere, verbis, recenſui, quod a Cromero (h) nequaquam bona fide relata videam. Nam ſincerior & candidior hoc in loco eſt Olomucenſis. (i)

CAPUT LXV.

De

Fluviis Luſaticis nempe Niſſo, Sprea & Quiſſo in immenſum effuſis.

§. I.

1431. Gorlicii ſæva peſtilitas. Liber obligationum.

EOdem anno 1431. in urbe & territorio Gorlicenſi ſæva graſſata eſt peſtilitas. Liber Obligationum.

1432. Niſſi horrenda inundatio & damnum inde irrecuperabile Gorlicenſibus datum,

§. II. Anno 1432. in profeſto Mariæ Magdalenæ, vel ſi mavis, ipſo die Braxedis Virginis, h. e. 21. Ulis. quæ erat feria ſecunda, Niſſus, (k) auctus pluvia lenta & jugi, quæ proximo die Dominico h. e. 20. Ulis, ab hora xi totum diem & noctem ſequentem duraverat, in tantam hora 18. exerevit altitudinem, quantam non viderat ulla ætas, adeo ut Gorlicii pene irrecuparabile damnum daret, eique vicinum Spiritus St. templum & noſocomium, aggerem fluminis, moletrinas duas, unam quatuor rotarum, alteram in Clephilswalde e regione aurifodinæ, & domus privatas flumini proximas, aliaque ædificia quam plurima funditus dirueret, horrea ad flumen ſita cum bladis & fœno, patibulum, & ſacella quædam cum baloeis Niſſenſibus & dimidia parte ejus plateæ, in qua anno 1546. Febr. 26. ego natus ſum, & nunc domicilium habet parens meus, ſubverteret, & uno ſecum impetu abriperet, denique habitantibus ad ripam civibus plurimum incommodaret.

1546. Gorlicium Manlii patria.

Per plurimi homines ſuffocati & ſubmerſi.

§. III. Irrupit autem & intra mœnia eo usque ut ad tertiam in platea Niſſenſe domum, quam tunc Gutmannus quidam incolebat, pertingeret. Submerſi ſunt multi mortales: quosdam utriusque ſexus, qui mature domibus ſuis egredi neglexiſſent, occupatis jam unda foribus, piſcatores per tecta domorum extractos cymbisque impoſitos ſervarunt.

Spreæ fl. inundatio

Ingens Budiſſinenſibus damnum datum.

§. IV. Eodem die Sprea magis, quam multis retro conſueverat annis inundans Budiſſinæ pontem, qui eſt apud ædem St. Spiritus & ponticulum apud puteum cognomento acrem, fullonicam item & molam ſub arce, aliamque ſub vineto, eas vero,

(f) Conf Groſſerum Part. I. p. 110 Jacobi Cardinal. Papienſis Narrationem Hiſtoricam de Huſſitis p. 210 In Scriptor. Bohem. Freheri ab 1602. in lucem emiſſis, it. M. Zach. Theobaldi Huſſiten-Krieg Part. I. c. 78. p. 293. Edit. Norimb. in 4. an. 1624. Æneæ Sylvii Hiſt. Boh. c. 49. ſeqq.

(g) De Rebus Polon. lib. 20. p. 304.

(h) Pag 304.

(i) Hiſt. Boh. lib. 26 & 27.

(k) De fluviis generatim dicuot ipſe Manlius Lib. I. Comment. c. 21 & 22. Groſſerus Part. V. c. 1. §. 3. p. 3 & Carpzovius in Analectis Faſtorum Zittav. Part. I. c. 7. p. 30. de undis vero Part. V. c. 3. p. 261.

ro, in quibus ferramenta acuuntur, omnes, duabus exceptis, domus aliquot & horrea, abutraque tipa, in vicino autem rure multum frugum demeſſarum fœnique avexit.

Quiſſus, fl. vehemens Laubenſibus ac Liſſenſibus damna infert.

§. V. Eodem anno Quiſſus in feriis pentecoſtes in immenſum effuſus ita intumuit, ut circa Laubam quidem agris & pratis vehementer noceret, in Liſſa vero vico ſummum templi altate excederet, & ad duodequinquaginta domos aufferret; multis hominibus merſis. Quæ inundatio in cauſa fuit, ut poſtea oppidulum in locum editiorem, ubi etiamnum ſitum eſt, transferretur, quo injuriis fluvii minus eſſet obnoxium.

Liſſa oppidum in locum editiorem transfertur.

CAPUT LXVI.

De

Thaboritis a Gorlicenſibus proſtratis, atque novis Gorlicenſium inſignibus.

§. I.

1433. LXXXIII. Huſſitæ in Gorliconſ. tractum excurſionem moliuntur: quod

ANno 1433. proxima ſexta feria poſt feſtum circumciſionis Domini h. e. poſtridie calendas Januarii, Thaboritæ, qui arces teoebant, ut ex provinciis Sigismundi Regis prædas agerent, in fines Gorlicenſium (l) excurſionem paravere numeto LXXXIII partim equites partim pedites. Quod cum animadvertiſſet nobilis Dominus Udalricus Biberſteinius, Fridelandi Dominus, confeſtim miſit qui Gorlicenſibus id ſecreto prænunciaret.

Vdalricus Biberſteinius Gorlicenſibus clam indicat.

Qui armata manu hoſtibus obviam eunt,

§. II. Statim itaque mandat Senatus ſtipendiariis ſuis & aliis ſubditis cum quibusdam e plebe (cum civibus) ut hoſtibus obviam eant. Egreſſi itaque ſine mora equites Gorlicenſium ad Fridlandum accedunt, ibique in Thaboritas incidunt cum ingenti pecorum præda, quam ad Grevenſteinum arcem abacturi erant tevertentes. Ac inſecutus quidem eosdem fuerat ſtrenuus & validus Schaffgotſch de Greiphenſteino, prædam captam ipſis excuſſurus, ſed nullo operæ pretio, quod viribus inferior eſſet.

eosque ſuperant.

Schaffgotſch de Greiphenſteino fruſtra eos inſequitur.

§. III. Bieberſteinius vero, qui & ipſe in armis erat, etſi copiis ſuis non diffideret, tamen, quod Gorlicenſes cum manu ſuorum mox affore ſciret, adventum horum operiri, quam ſolum pugnæ aleam periclitari tutius ratus eſt. Ut itaque hoſtes interim diſtineret, per internuncios prædam & captivos iterum atque iterum ab eis repetit: donec tergiverſantibus illis, ipſo vero reſtitutionem urgente, Gorlicenſes tandem ſuperveniunt. Ita ſigno dato a tribus partibus in Thaboritas incurritur, quibus undique circumventis, cum nullus pateret evadendi locus, nivium etiam altitudine & gelu acerrimo fugam præpediente, capti ſunt XIV. novem ſauciati fuga elapſi, reliqui LX cæſi. De noſtris nemo ne vulneratus quidem.

Biberſteinius per ſtratagema hoſtes detinet,

Huſſitarum omnes cæſi, capti, ſauciati.

§. IV. Eodem anno 1433. durante Synodo Baſilienſe Sigismundus Romæ in æde Petri & Pauli apoſtolorum ab Eugenio IV. Pont. M. diadema Imperatorium ritu ſolenni accepit, ipſo die peotecoſtes, qui erat ultimus Maji. Cujus rei nuncias literas cum ab Imperatore Gutlicium attuliſſet Ronus, quidam e plebe (concivis) Gorlicenſi, qui cotonationis ſolennitati adſuerat, civitas decantato ſanctorum Ambroſii & Auguſtini cantico, cujus initium eſt: *Te Deum laudamus*, pulſatis campanis, & excitatis paſſim in urbe ignibus, gratulationis ſuæ & lætitiæ publicæ ſignificationem dedere.

1433. Sigismundus Romæ Imperator coronatur.

hinc publica Gorlicenſium ſolennia.

§. V. Paulo poſt Laurentius Ehrenbergius Reipublicæ Notarius ad Imperatorem ablegatus eſt, qui ioter vias ægritudine correptus Peruſii Imperatorem conſecutus eſt, ab eoque cum legatis, quas ad Pontificem deſtinarat, Romam petere juſſus. Tandem utcunque æger, redeuntem ex Italia Imperatorem ad Baſilienſe concilium ſecutus eſt.

Laurentius Ehrenbergius, Gorlicenſ. Reipubl. Notarius ad Sigismundum ablegatus.

§. VI. Peruſii autem negotiis, quorum cauſa miſſus erat, in aliud tempus locumque rejectis, Imperator ad ſolicitationem ipſius civitatem Gorlicenſem propter aſſiduum & ſiogulare ejus Studium, & navatam operam præclatam, in reprimendis Huſſitis paſſim vaſtationes facientibus, novis donavit inſignibus, quibus usque ad Caroli V. imperium uſa eſt civitas, aquilæ nimirum Cæſareæ, ala ſiniſtra & Leonis Bohemici erecti pede dextro diadema Imperatorium ſuſtinentium, qualia cum in Groſſis Gœrlicenſibus, tum ad gradus curiæ, Marianamque & Niſſenam portas Saxo inciſa viſuntur,

Qui Gorlicenſes novis donat inſignibus.

(l) Vid. Groſſerum Part. I. p. 119 & 122.

tur, (unde appingi huc curavimus.) Diploma Peruſii confectum adſcriptum habet diem decollationis Johannis.





Notarius ſcurriliter excipitur.

§ VII. Notarium impetratis his inſignibus domum revertentem ita excepere Senatores, ut Laurentius quidam Arnoldus ſcurriliter eum ita affari ſibi permiſerit: Si aſinum ille adduxiſſet teſtibus aureis furni magnitudinem æquantibus, majorem ab ipſis gratiam fuiſſe initurum. Poſtea idem Notarius ab eodem Imperatore bullam donationum inter maritum & uxorem attulit. Ad extremum Ulmam ad Imperatorem proficiſci juſſus, cum id facere recuſaret, niſi quinquaginta ſibi prius ſexagenæ domi ſuæ numerarentur: orta inde inter ipſum & Arnoldum prædictum contentione poſtea officio amotus eſt, Vir profecto non male de Rep. meritus.

Bulla imperatoria donationum inter virum & uxorem.

Notarius Ehrenbergius ab officio inique removetur.

Gorlicenſes accuſat,

§. VIII. Ad Imperatorem itaque Sigismundum Gorlicenſes accuſavit, qui præfecto Budiſſinenſi cauſam cognoſcendam delegavit. Sed Georgius Camitius Conſul, cogitans illud: ἐξονόγιῶν, μὴ ζήτει δίκην datis muneris loco ſexaginta groſſorum ſexagenis hominem placare maluit, quam judicio experiri. Ita ille poſtea apud Svidnicenſes Notarium egit.

accepta tamen pecunia placatur,

factus poſtea Svidnicenſium Notarius.

De inſignibus Gorlicii ante & poſt Sigismundum,

§. IX. Ante Sigismundi tempora ea urbs uſa fertur ſcuto, quo etiamnum vaſa ſtannea œnopolii inſigniuntur. Hodie binas aquilas & totidem leones coronatos decuſſatim ſibi invicem oppoſitos, interque hos clypeum Auſtriacum cum corona præferunt urbis inſignia: de quibus hoc eſt perquam doctum Petri Vincentii Vratiſlav. V. Cl. epigramma:

Petri Vincentii epigramma.

Alta Jovis volucris veræ ſapientiæ imago eſt,
Virtutis robur ſignificatque leo,
Hæc inter clypeo valide munita corona
Regna quibus ſulcris ſtent diuturna, monet.
Chriſte Dei virtus ſummi & ſapientia patris,
Tu virtute pios conſilioque rege!



CAPUT LXVII.

De Gorlicenſibus novam Huſſitis cladem inferentibus.

§. I.

1433. Huſſitæ manu prædatoria curruum merciumque ſpolia exercent,

EOdem anno 1433. in profeſto conceptionis Mariæ h. e. 7. Decembr. Huſſitæ a diverſis arcibus nimirum Tyſchirnus de civitate Leipa, Capitaneus de Wartenberg, Keuſchberg de Grövenſteino & alii, facta de ſuis manu prædatoria equitum, haud multum infra centum exierunt ſpoliaturi currus mercibus onuſtos, qui Vratislavia venirent.

a Gorlicenſibus fugantur,

§ II. Contra hos Gorlicenſes(m) una cum Capitaneo Henrico Cotvvitio, ſtipendiariis ſuis mercatoribus, aurigis & aliis peregrinis ac clientibus exercitum non contemnendum eduxerunt. Quem conſpicati Huſſitæ ſubito fugam arripiunt. Ebersbachum tamen pagum prope Gorlicium, quem hodie Nobiles Biſchoffvverderi tenent, quorum gentilitia inſignia harpaginem

Ebersbachum incendunt,

(m) Vid. Groſſerum Part, I. p. 126.

nem præ ſe ferunt, prius incendunt, & magnam pecorum vim, cum compluribus agreſtibus captivis ſecum abducunt. Mox tamen, quo expeditiores eſſent, dimiſſa rurſum præda, majori etiam, quam antea celeritate fugiunt, hoc conſilio, ut inſequentes equites noſtros longius a peditibus abducerent, ne hi illis ſuppetias ferre poſſent.

pecorā captivosque ruſticos ſecum abducunt,

eorum ſtratagema.

§. III. Eo aſtu divulſis & diſtractis noſtris, fugientes prope Hirſchfeldum converſi impetum in eos faciunt. Lanceis primum & balliſtis, mox gladiis res geritur. Pugnatus utrinque fortiter. Sed tandem Dei O. M. beneficio Gorlicenſium ut cauſa melior, ita & fortuna ſuperior fuit.

Pugnatur utrinque fortiter,

Gorlicenſes victores diſcedunt,

§. IV. Interfecti de hoſtibus in loco prœlii X. capti, XI. cum XXX. equis ſtratis. Plurimi vulnerati evaſere, ex quibus tamen ipſis poſthac aliqui in campis mortui ſunt inventi. De noſtris cecidere Petrus Simon, & ſervus Nicolai Frauenſteinii: ſauciati ſunt Cottvicius, Capitaneus, & quidam alii. Liber Obligat: Eodem anno magna fuit caritas annonæ

Interfecti capti & ſauciati,

Magna caritas annonæ,

CAPUT LXVIII.

De

Huſſitis tandem diſſipatis & prorſus extinctis, de Niſſo & Sprea iterum inundantibus & magna annonæ caritate.

§. I.

1434.

Menhardus de nova domo, & alii barones, Procopii Raſi tyrannidem indigne ferentes,

ANno 1434. Menhardus de nova domo, Hen. Ptatzo Sterenbergius & pauci alii barones Huſſitæ cum civibus antiquæ urbis Pragenſis, & Pelſinenſibus tyrannidem Procopii Raſi indigne ferentes, implorato reliquorum Baronum catholicorum, qui a Pontificis & Imperatoris partibus ſtabant, auxilio, inter Brodam Bohemicam & civitatem Gurimenam Thaboritarum colluviem, interfecto utroque Procopio, partim acie victam deleverunt, partim captam & arte quadam in horrea concluſam immiſſo igne cremarunt.

Huſſitarum copias funditus ferro & igne delent.

§ II. Commiſſum eſt prœlium die Dominica poſt feſtum Corporis Chriſti, h. e. penultima Maji, ut ex vetuſto chronicorum Bohemicorum libro refert Cochlæus. Male igitur Curæus (n) menſe Junii pugnatum ſcribit.

Menſis & dies cum Huſſitis prœlii.

§. III. De hac poſtrema Thaboritarum internecione hi leonini, licet κακόμετροι in libro veteri curiæ Gorlicenſis leguntur:

Quo de verſus leonini.

Anno milleno quadringenteno tredeno 1434.
Quarto currente, Cæſare Sigismundo
regente
Perfidi Husſitæ proſtrati, vereque rite
Per dominos terræ regni Bohemiæ
vere. (o)

§. IV. Eodem anno 1434. octiduo poſt feſtum Mariæ Magdalenæ Niſſus iterum inundans pontem & aggerem denuo rupit, moletrinam quatuor rotarum, & maximam partem domorum in platea ſupra memorata ſubvertit & abripuit. Lib. Oblig. & annal.

Niſſi inundatio denuo Gorlicenſibus maxima damna parit. 1434.

§. V. Budiſſinæ Spreva ſeſqui cubitum, quam nuper, altius excrevit. Eodem quoque anno tanta fuit annonæ caritas, ut in montanis multi homines famæ perirent, tametſi ex avena & glandibus panes pinſerent.

Sprevæ ad Budiſſinam incrementum & effluvium.

Pergravis annonæ caritas & fames.

Panis ex avena & glandibus pinſitur.

CAPUT LXIX.

De

Regni Bohemici Ordinibus Sigismundum in Regem honorifice ſuſcipientibus & urbe Lauba noviter fundata & reſtituta.

§. I.

ANno 1436. in vigilia St. Bartholomæi, ut codicis veteris teſtimonio probat Cochlæus, Sigismundus Imp. Pragam veniens hora duodeviceſima ab omnibus regni ordinibus publice & honorifice in regem ſuſceptus eſt. (p)

1436.

Sigismundus Imper. Pragæ publice in Regem ſuſcipitur,

§. II. Anno 1436. Laubæ rurſum portæ excitatæ ſunt: ſequenti crux hominum nocentum ſupplicio erecta, & horologium comparatum. Cæmentis vero longe poſt conſtructum eſt patibulum, nimirum anno 1492. primusque de eo ſuſpenſus quidam ex familia, quæ adhuc Laubæ ſupereſt, cui ab otio nomen. (Müßiggang.)

1436.

Laubæ portæ extruuntur.

Crux erigitur, horologium comparatur.

1492.

Patibulum extruitur, primus de eo ſuspenditus nomine Müßiggang.

CAPUT LXX.

De

Sigismundi morte, ſermonibus, rebus geſtis & Succeſſore.

§. I.

ANno 1437. Sigismundus Imper. ætate, laboribus morboque confectus obiit Znoymæ, Moraviæ oppido, die dominico, qui cum conceptioni beatæ Mariæ

1437.

Sigismundus Imper. moritur,

(n) In Annalibus Sileſiæ p. 128.

(o) Conf. Groſſerum Part. I. p. 118 & 119.

(p) Conf. Groſſerum Part. I. pag. 125. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 10. p. 186.

Mariæ virginis ſeſtus erat. h. e. 8. Febr. ut habet Cochlæus, tametſi Eberus, (q) Peucerus (r) & Curæus (s) nonam habent: ſepultus in Eccleſia Varadienſe. (Æn. (t) Viennæ) anno ætatis LXX. regni Bohemici XVII.

Sepelitur Varadini.

Cujus dicta factaque Olomucenſis & Peucerus tradunt.

§ II. Multa ejus feruntur dicta & facta cum ſapienter, tum feſtive, quorum aliqua Olomucenſis (u) & Peucerus (w) recitant, & nos unum atque alterum addemus:

Cunradus Celtes Protucius Francus primus Germaniæ poëta.

Sigismundus viros eruditos ac ſapientes Nobilibus præfert,

teſte dicterio ſuo.

§. III. „Cunradus Celtes Protucius „Francus, primus Germaniæ poëta in præfa„tione ad Fridericum tertium, Sapientem, „Saxoniæ ſeptemvirum, quam Poëmatis „Hroſvithæ monialis Saxonicæ a ſe editis „præfixit, in hæc verba de eo ſcribit: Sigis„mundus ſupra Nobiles in ſua curia illos „honorabat & locabat, qui ingenii præſtan„tia & ſingularibus artibus cæteros mortales anteirent. Interrogatus cur id faceret, nobilitatemq; & illuſtrinatos genere deſpiceret, reſpondiſſe fertur: Jure ego illos colo, & cœteris mortalibus præfero, quos natura, parens & Deus ſingulari donavit ingenio. Subjiciens illos ſolos naturam & Deum poſſe creare: In ſua autem poteſtate ſitum, ut in ſingulas horas nobiles titulo & prædiis faceret.

In Synodo Conſtantienſi verba faciens Sigismundus a Branda Cardinali carpitur,

quem facete taxat.

§ IV. In Synodo Conſtantienſe, cum de Reip. Chriſtianæ convulſione & ordinum diſcordia verba faciens horrendos ſchismos nominaſſet & a Domino Branda Presbytero (cardinali) Placentino T. T. S. Laurentii in luna reprehenderetur ac derideretur, importunitatem ejus hac faceta reſponſione taxavit: Si, inquit, ſupra leges ſumus, Placentine, quare ſupra Grammaticam eſſe non poſſumus? Placentine, Placentine! placeas, quibus places; nobis non places.

Succeſſor Sigismundi in Bohemia & Hungaria Albertus II. Imper. gener ejus,

cujus uxor Eliſabetha, Sigismundi filia.

Barbara Ciliенſis, Sigismundi uxor fœmina libidinoſiſſima.

§ V. A Sigismundo Imper. Hungaricum & Bohemicum regna accepit gener Albertus II. Auſtriacus, Cæſar, cum, quod filiam Sigismundi Eliſabetham ex Barbara Cilienſe profligatiſſimæ pudicitiæ, & inexhauſtæ libidinis fœmina, adeo, ut ſtultas omnes vocaret fœminas, quæ voluptatibus non fruerentur, ex hac ergo natam quod haberet uxorem, tum propter antiqvum & hæreditarium Domus Auſtriacæ cum regnis illis mutuæ ſucceſſionis fœdus.

1437.

Rex Bohemiæ eligitur Albertus II. coronatur.

§. VI. Electus eſt in Regem Bohemiæ anno 1437. die Johannis Evangeliſtæ: coronatus anno proximo, die Petri & Pauli. Intra ſex quidem menſes ad tria regna, Hungaricum, Bohemicum & Romanum legitime fuit aſcitus.

CAPUT LXXI.

De

Imperatore Alberto Gorlicium, Laubam & Vratislaviam adventante.

§. I.

1438.

Gorlicium venit.

ANno 1438 die Simonis & Judæ, quæ eſt VIIIbr. 28. Gorlitium venit Albertus, ibique dies xv. commoratus eſt. Cujus rei præter annales noſtros etiam Æneas Silvius & Curæus meminere. (x)

Hinc Laubam,

Civitati præſcriptionem moratoriam ſolut. debit. indulget,

Privilegia cuncta confirmat,

Areas deſolatas vendendi jus Senatui largitur,

§ II. Digreſſus inde Lauba iter habuit feria quarta proxima poſt feſtum divi Martini, hoc eſt IXbr. 12. ubi, ut quidam perhibent, præſcriptionem moratoriam ſive dilatoriam ſolutionis debitorum in multos annos civitati indulſit, ejusque privilegia omnia. & priſtinas immunitates, a Principibus, Regibus, & Imperatoribus impetratas confirmavit, & areas deſolatas iterum pro jure & conſuetudine civitatum vendendi poteſtatem Senatui fecit, quæ quidem partim gratis occupantibus conceſſæ, partim viliſſimo ſex, ſeptemve aut ſummum, octo marcarum precio & quidem in diem venditæ ſunt.

Vratislaviam ventus,

pedem lapſu frangit, & claudus evadit.

§. III. Tandem Vratislaviam petiit, ubi in profeſto divæ Eliſabethis hoc eſt IXbr. 18 hora XXII. a Cunrado præſule Duce Oleſvicenſe honorifice ſuſceptus, & poſtea ex gradu prolapſus pedem fregit & ab eo tempore claudicavit.

CAPUT LXXII.

De

Gravi peſtilentia & prematura Alberti morte.

§. I.

1438.

Gravis ex fame peſtis.

HOc anno 1438. in plerisque regionibus gravi laboratum eſſe peſtilentia annales noſtrates memorant, cujus haud dubie cauſa fuit fames, quæ

(q) Vid. Groſſerum Part. I. p. 125. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 10. p. 187. Eberus in Calendario Hiſtorico p. 391.

(r) Chronic. Lib. V. p. 630.

(s) In Annalib. Sileſiæ p. 129.

(t) Hiſt. Bohem. cap. 53. p. 175. lin. 11.

(u) Hiſt. Boh. Lib. 26. p. 215. ſeqq.

(w) Chronic. Lib. V. p. 630.

(x) Vid. Groſſerum Part. I p. 126. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 11. p. 188. Æneas meminit cap. 55. p. 177. Curæus in Annal. p. 132.

quæ præcedenti anno, Curæo teſte (y) tanta fuit in Sileſia, ut paſſim populus herbas & gramina voraret.

1439.
Albertus II. Imper,

§. II. Inſequenti anno 1439. Albertus (z) a ſuſcepta in Turcos expeditione revertens, in inſolito ferventis Auguſti æſtu ex immoderato peponum, quibus delectabatur, eſu ventris ſolutionem ſibi contraxit periculoſam, eaque dum Viennam properat, vectione aucta Strigonium haud multum prætergreſſus, in pago Hungariæ cognomine longo, morbo confectus, rebus humanis exceſſit, in Profeſto Simonis & Judæ hoc eſt VIIIbr. 27. apud Albam regiam in baſilica conditus.

In itinere moritur.

In Alba regie ſepelitur.

Laus Alberti.

§. III. Principem fuiſſe Sapientem, Frauenbergius ſcribit, & Latine inſigniter doctum, adeo ut primum in Philoſophia gradum, qui *a baculo*, quo pueri in Scholis reguntur, denominationem habet, conſecutus ſit in archigymnaſio Viennenſi.

Uxorem prægnantem reliquit, cum duabus filiabus, Anna & Eliſabetha, quarum majori

§. IV. Uxorem prægnantem reliquit, qvum duas ante ex ea genuiſſet filias, quarum major Anna, Gvilielmo III. Saxoniæ Duci, Thuringiæ Comiti provinciali & Miſniæ Marchioni, filio Friderici ejus, quem primum in ſua familia electoris Saxonici dignitatem a Sigismundo Imp. accepiſſe diximus: minor Eliſabethis matri cognominis Caſimiro, hujus nominis IV. (ſecundum Janitium) Poloniæ Regi, Ulatislai IV. Jagellionis filio poſtea denupſere.

Fridericus placidus, Saxoniæ Elector II.

§. V. Gvilielmus fratrem habuit Fridericum placidum Saxoniæ Septemvirum, & genti hujus & nominis Secundum, Erneſti patrem, avum Friderici III. cognomento Sapientis, cujus dominatu ſe primum

- - - Sol aureus orbi
Extulit, æterno lucis de fonte per umbras
Obductas cœlo pridem & fulgentibus aſtris.
Effundens radios doctrinæ & nobile lumen,

ut eſt in præſtantis noſtræ patriæ vatis nuptiali carmine.

Bellum cum fratre, Guilielmo III. gerit, Geram expugnat.
1450.
Inter quos pax pangitur.

§. VI. Cum eo bellum geſſit triennale, Girſiconis etiam ad id in oppido Gera expugnando opera uſus. Sed circa annum 1450. cum Principes ipſi in tumulo quodam prope Lipſiam, quam obſidere parabat Gvilielmus collocuti pacem redintegraſſent, mox in Portenſi apud Numburgum monaſterio diſſidium inter fratres amica transactione ſopitum eſt.

Fridericus II. in Luſatia belligeratur, de quo Henrici Molleri, Heſſi, diſtichon.

§. VII. Ab hoc Friderico II. in Luſatia etiam eſſe belligeratum, teſtatur in epigrammate ad imaginem ejus Henricus Mullerus Heſſus, hoc diſticho: Ingentes Friderici animos, dextramque potentem Luſatia in tumidis anxia ſenſit aquis.

CAPUT LXXIII.

De Ladislai poſthumi nativitate.

§. I.

Uladislaus V. Polonus ab Hungaris Rex eligitur, qui Viduam Alberti conjugio ſibi jungit, quæ Ladislaum poſthumum parit. 1440.

HUngari non expectato Reginæ partu, (a) regnum ſuum, cum viduæ conjugio ad Uladislaum V. Poloniæ Regem, filium Jagellonis natu majorem, Caſimiri fratrem detulere. Quod dum fit, parit regina in arce Comaro filium poſthumum Ladislaum in feſto cathedræ Petri, ut habent Æneas (b) & Cochlæus, anno 1440.

Meinhardos & Ptarſco gubernatores Bohemiæ.

§. II. Bohemi igitur Friderici III. Imper. ſvaſu & authoritate quoad pupillus adoleſceret, gubernatores ſibi legere Meinhardum & Ptarſconem, Huſſitam quidem utrumque, contra atque Cromerus (c) ſcribit, ſed quorum alter pacta conventa cum concilio Baſilienſe ſervandi autor eſſet, atque ita pontificiis æquor & acceptior, alter Rochizanæ deditus, non item.

Factiones duæ in Polonia, quarum capita Johannes a Brandeſio, ſ. Giscra, bohemus, & Johannes Huniades, Duces.

§ III. Hungari poſt reginæ partum in duas ſcindebantur factiones, quarum una Uladislai Jagellonidæ Poloni, altera reginæ & Ladislai poſthumi partes tuebatur: Hujus Johannes a Brandeſio Giſcra cognomine, Bohemus; (Æneas (d) Georgium vocat) Illius Johannes Huniades, Dacus ſive Valachus natione, Sigismundi Cæſaris ex nobili muliere Græca nothus, uterque armorum gloria clari, principes erant.

Eliſabetha. Regina dyſenteri. moritur 1442.

§. IV. Interea anno 1442. Eliſabethis regina in Rabo, caſtro, ex dyſenteria & matricis doloribus deceſſit 24. Septembr. die, in eodem cum Alberto monumento condita. Cui qui ſtuduerunt proceres plerique ad Polonum tranſiere, Giscra excepto, qui orphano conſtanter fidem ſervans Huniadem bis caſtris exuit.

Giscra ſolus Ladislao fidus permanens, Huniadem bis ſuperat.

CA-

(y) In Annalib. p. 129.
(z) Vid. Grofferum Part. I. p. 127. Carpzovium Part. II. c. 5. p. 189.
(a) Vid. Grofferum Part. I. p. 128. Carpzovium Part. II. cap. 1. §. 11. & 12. p. 189.
(b) Hiſt. Boh. c. 57. p. 178. lin. 8.
(c) De Reb. Polon. Lib. 21. p. 320. b.
(d) Cap. 58. p. 179. lin. 55.

CAPUT LXXIV.

De

Urbe Budiſſina bis conflagrante.

§. I.

1441. Incendium Budiſſinenſe.

EOdem anno 1441. Budiſſinæ pharmacopoiium cum reliquo domorum juxta cœnobium tractu usque ad ædem parœcialem vel parœciam ipſam conflagravit, die ⊙ poſt natalitia Mariæ, h. e. ipſis encæniis cœnobitarum, & conſul Henricus Hempelius cognomento Longus e quo delapſus & incendio obrutus periit. Conflagravit & faſtigium turris ad templum ſummum duodeviginti cubitorum.

Henricus Hempelius Conſul, igne obrutus, perit. Faſtigium turris altæ conflagrat.

1442. Denuo Budiſſina incendium paſſa.

§. II. Inſequenti anno 1442. templum cœnobii Feudoburgenſi, quod vocant, in profeſto Philippi & Jacobi Apoſtol. incendio conſumtum eſt. Annal. Budiſſ. & Cnemiander, item V. Lock. (e)

CAPUT LXXV.

De

Mala matronarum Budiſſinenſium conſuetudine abrogata.

§. I.

INoleverat hactenus Budiſſinæ conſuetudo mala, ut quotannis feria quinta ante Bacchanalia matronæ primariæ, tam vetulæ, quam juvenculæ congregatæ, turpicula plane & obſcœna ex cauſa ſtipem & munuſcula hoſtiatim colligerent (nach dem Semper rennen). Eum morem illaudatum eodem hoc anno 1442. Johannes Hoffmannus, Miſnenſium Præſul de conſilio Cleri abrogavit, ſanciens, ut impoſterum iſto die celebraretur feſtum matris virginis, quod vocant inventionis pueri.

Johannes Hoffmannes, Miſnenſ. Præſul, obſcœnam conſvetudinem matronarum Budiſſinenſium abrogat. 1442 & Feſtum Mariæ Virginis, inventionis pueri dictum inſtituit.

CAPUT LXXVI.

De

Uladislao poſthumo Rege Hungariæ declarato.

§. I.

Amurathes II. Turcarum Imperator, Hungariam invadit. 1443.

PRoximo anno 1443. Amurathes II. Turcorum Imperator Hungariam invadens a civilibus armis eam gentem revocavit. Superatus autem, Uladislai Poloni auſpiciis ac Hunniade, qui fulmineus Turcorum terror appellatus eſt, inducias decennii cum Hungaris pepigit, quas cum inſequenti mox anno 1444. Uladislaus a Juliano Cæſarino cardinale St. Angeli, Eugenii IV. Pontif. M. Legato impulſus rupiſſet, ab eodem Amurathe IXbr. die 10. ad Varnam lacum, ut Herberſteinius (f) & Janitius (g) volunt, caſtellum lacumque, ut Olomucenſis, (h) ut alii, oppidum littorale Bulgariæ duodecim, aut ſecundum Curæum (i) xx. ſupra Conſtantinopolim milliaribus, olim Dionyſiopolim, ſecundum Cromerum (k) & Peucerum; (l) Anchialon, ſecundum Melanchthonem. ad Varnam igitur victis, & ſuccisis a prætorianis Turcicis Janizeris equi ſui ſuffraginibus obtruncatus eſt.

Superatur ab Hunniade, inducias decennales cum Hungaris pangit, quas Uladislaus Rex rumpit 1444. & ad Varnam victus obtruncatur.

§. II. Ita ſublato æmulo Ladislaus poſthumus ab Hungaris uno omnium conſenſu Rex declaratus eſt, (nominatus eſt, Curæus) & Pro-Rex Huniades. Neque tamen Fridericus Imperator tutor efflagitantibus (expoſcentibus. Cur) vel Hungaris vel Bohemis, Auſtralibusve (nam & hi Ladislao parebant) in regnum miſit patruelem. (m)

Ladislaus poſthumus Rex Hungariæ declaratur & Hunniades Pro Rex Fridericus Imperator Tutor Ladislai.

CAPUT LXXVII.

De

Urbe Cotbuſio occupato.

§. I.

1445. Fridericus, Marchio Brandeburgenſ. Cotbuſium occupat, achomagio ſibi devincit.

ANno 1445. Fridericus marchio Brandenburgenſis Cotbuſium (n) occupavit, cives per jusjurandum in fidem ſuam adegit. Taſc. tempp. Eodem anno 1445. Drohnum vel Tronum Bohemiæ arx hexapolitanorum imprimis copiis obſeſſa eſt, & capta. Annal Gorl.

Drohnum, vel Tronum ab hexapolitanis obſeſſum capitur.

1444. Henricus Platſco, Sternbergius, moritur. Meinhardus ſolus rerum potitur.

§. II. Apud Bohemos Henrico Platſcone Sternbergio anno 1444. fatali Bohemis Ruſi die extincto, ſolus jam rerum potiebatur Meinhardus, ſine collega. Eum anno 1448. VIIbr. 3. Georgius de Cunſtat ſeu Podiebrat, quem Girziconem Bohemi; Æneas in epiſtolis Georgiconem vocat, occupata Praga, a civibus captum ſibique traditum in arcem Podiebratam abduxit. Fuit ex eo tempore Praga in Georgii tanquam gubernatoris poteſtate.

1448. Georgius de Cunſtat ſ. Podiebrat, Pragam occupat. Meinhardum capit. Pragæ Gubernator fit, conſtituitur.

§. III. Mein-

(e) Conf. Groſſerum Part. III. c. 11. §. 7. p. 57.
(f) In Commentariis de Rebus Ruſſorum.
(g) In Carmine, quo vitas Regum Poloniæ expreſſit.
(h) Hiſt. Boh. Lib. 28. p. 233. lin. 27.
(i) In Annal Sil. p. 140.
(k) De Reb. Polon. Lib. 21. p. 327.
(l) Chronic. Lib. p. 638. lin ultima.
(m) Vid. Groſſerum Part. I. p. 128. & Carpzov. Part. II. c. 1. §. 12. p. 190.
(n) Vid. Groſſerum Part. III. p. 62.

Digitized by Google

1449. Meinhardus moritur,

§. III. Meinhardus inſequenti anno 1449. ob animi & corpnris ægritudinem modo ex carcere dimiſſus die Blaſii, ætate, curis & morbo confectus vitam finivit, & poſt eum anno 1452. Jan, 24. Ulricus F. Anno 1449. Greiſſenſteinum arcem hexapolitani cum Nobilitate tribus ſeptimanis obſederunt. Annal. Budiſſ.

1452. & Ulricus filius,

1449. Greiſſenſteinum obſidetur.

CAPVT LXXVIII.

De

Ladislao in Regnum Bohemicum introducto & coronato.

§. I.

1452. Ulricus Eyzingerus & Ulricus Ciliæ Comes Friderico Imper. obſeſſo, Ladislaum extorquent, qui triumviros creat.

TAndem anno 1452. Auſtrii Ulrico Eyzingero, belli incentore. ductore vero Ulrico Ciliæ Comire, Imperatori Friderico in nova civitate obſeſſo Ladislaum (o) extorſerunt, qui certis conditionibus dimiſſus triumviros creavit, Hungariam Huniadi, Georgio Podiebratio Bohemiam, Ulrico Cilienſi avunculo magno, & tum etiam tutori S. Auſtriam regendam commendans.

Fridericus a Papa Imperator coronatur. 1452. cum uxore Leonora.

§. II. Reverterat autem Fridericus paulo ante, quam ab Auſtriacis obſideretur, ex Italia, ubi multis equitib. & Ladislao Rege, XII. annorum puero comitatus, coronam Imperialem a Nicolao V. Pont. M. Romano eodem anno 1452. Dominica Lætare h. e. Martii 19. ſuſceperat, una cum nova nupta Leonora, Regis Luſitaniæ filia ab eodem Pont. ſibi deſponſata.

Conſtantinopolis per biennium obſidetur 1453. Pera amittitur. Ladislaus a Bohemis Rex coronatus, 1452.

§. III. Inſequenti anno 1453. quo Conſtantinopolis biennio obſeſſa, & vicina illi Pera amiſſa eſt, Ladislaus annos natus XIII. magnificentiſſime a proceribus in regnum Bohemicum introductus corona ejus redimitus eſt Pragæ a Dionyſio Strigonienſe Cardinali die omnium Sanctorum Annal. Budiſſ. & Cur. (p) in feſto Simonis & Judæ; ſecundum annales (q, Gorlic, VIIIbr. 29. hoc eſt poſtridie Simonis & Judæ: cum ſacrum Hungarici regni diadema, quod D. Stephani, primi Hungarorum Regis Chriſtiani ferebatur, clam a matre Eliſabethe e theſauro regni Strigonienſe ſublatum & aſſervatum, procuranre ea ante annos XIII. in feſto Pentecoſtes, vel ut Curæus (r) Palmarum, ab antiſtite Strigonienſe & præſule Rabenſe vix dum quadrimeſtris, in cunis accepiſſet apud Albam regalem.

jam ante in cunis cubans, Hungariæ Rex coronatus,

CAPUT LXXIX.

De

Johanne de Capiſtrano Gorlicium & Laubam veniente, ejusque vitæ curriculo.

§. I.

1453. Johannes Capiſtranus, monachus Franciſcanus, Gorlicium venit, de cujus laudibus, vitaque curriculo per caput hoc 79. totum & ulterius,

EOdem anno 1453. (tametſi ſequentem quidam annorarunr) die Mercurii poſt feſtum Epiphaniorum hoc eſt Januarii 10. Gorlicium venit frater Johannes de Capiſtrano, (s) Minorita de ſodalirio Franciſcanorum, qui ſe Obſervantes, & Bernhardinianos appellant, doctrina, facundia, memoria incredibili. & rara viræ ſanctimonia, quam mulris miraculis comprohabat. miroque in vitiis inſectandis ſtudio pollens, amplo indutus cucullo, concionatusque eſt Latine, ut alibi quoque ſemper quindecies, ex inſula illa novi fori, anoo 1407. excitata, in qua ſal venditur & choreæ ducuntur, alio quodam de diſcipulis ipſius poſtea ſermones ejus populo exponenre lingua Germanica, cujus penitus rudis erat Capiſtranus. Sub veſperam ægroris, quos divina virtute ſanaſſe ſcribirur, multos, (tametſi Crantius (t) ſubdubitans hoc famæ loquaciori adſcribit) Divi Bernhardi Senenſis, Præceproris ſui, quem Pontiſex caralogo ſanctorum recens adſcripſerat, reliquias, tiaram videlicet, & in linteo cruorem, quem illi mortuo e naribus fluxiſſe ferunt, admovit ſingulis.

Ægrotos divina virtute ſanat:

Concio ejus Epanorthotica Gorlicii habita.

§. II. Teſſerarum, chartarum luſoriarum & aleæ uſum prohibuit & aboleri voluit: promiſſam comam, quanrum ex more nutriebant noſtrates, decurtari, calceorum roſtratorum coronides præcidi præcepit, atque multas inveteratas in his regionibus habitas conſvetudines ſuſtulit.

1453. Laubæ de feneſtra concionem habet.

§. III. Laubam venit eodem anno 1453. Dominica Trinitatis, quæ erat Maji 27. ibi ex Prange Crameri ædibus, quæ iis, quos poſtea M. Cocus Reip. Notarius & annalium Laubenſium notator incoluit, contiguæ fuere, de feneſtra per interpretem ſimiliter concionem habuit hoc argumento: Deum peccatis mortalium iratum Turcica rabie Germaniam puniturum. Luxu itaque in cibo, potu & amictu, præſertim calceis,

(o) Conf. Carpzovinm Part. II. c. 1. §. 13. p. 192. Groſſerum Part. I. p. 129.
(p) In Annalibus Sileſiæ p. 148.
(q) Vide infra Tomi I. Part. II. Martini Mylii Annales Gorlicenſes p. 15.
(r) In Annalib. Sileſiæ p. 134.
(s) Conf. Groſſerum Part. I. p. 131. item Part. II. p. 13. 14. nota ſub lit. (ſ) & infra Tom. I. P. altera Annales Gorlicenſes Latini ſub anno 1453. p. 15.
(t) In Saxonia Lib. XI. c. 35. p. 308. lin. 26.

ceis, luſibus, item adulteriis & aliis vitiis publicis abſtinerent, pœnitentiam admiſſorum agerent & vitam emendarent.

Cognomen,

§. IV. Virum ſanctum vulgo appellarunt, cujus etiamnum per omnem Germaniam cel-bris ſit fama, de peregrinationibus ejus & vitæ inſtituto paſſim collecta, nec omnibus obvia hic inſerre libet prolixius.

patria &

§. V. Natione Italus fuit, nec ignobilis, patria Aprucius, non longe ab Aquila urbe oriundus, auditor, ut ſcribunt Tritemius (u & Fabricius. (w) St. Bernhardi, Senenſis, & æqualis Roberti Caracholæ, præſulis Licienſis, qui ſuorum temporum habiti ſunt diſertiſſimi.

munus ejus.

§. VI. Juris utriusque Doctor creatus ſupremum egit magnæ curiæ judicem apud Ladislaum Regem Neapolitanum eum, qui Pontificii nominis hoſtis Romam bis cepit, cum pluribus aliis Eccleſiæ oppidis & territoriis, cujus præclariſſima extat laudatio ἐπιτάφιος apud Sannazarium Lib. I. Epigram.

Singularis inventio Regis animum exquirendi hominum,

§. VII. Cum autem aliquando Comites regni duos patrem & F. proditionis reos quæſtioni ſubjeciſſent, reperiſſentque, filium culpa vacare ac propterea liberandum: nihilominus tamen jubente rege, ſimul eum cum patre ficte & in ſpeciem ſententialiter condemnarunt, ſpecialis inquiſitionis ſeu experimenti cauſa, ut loquuntur Jure Conſulti, hoc eſt, ut periculum facerent, an vere extra culpam eſſet filius. Si enim videret is, omnino ſibi jamjam moriendum eſſe, opinio erat, in ipſo mortis articulo interrogatum, conſcientia ſtimulante rei veritatem haud quaquam diſſimulaturum.

Confeſſio in articulo mortis facta maxime valet.

§. VIII. Maxime enim in ultimo vitæ ſpiritu nemo præſumitur mentiri nec immemor ſalutis æternæ juxta text. in l. f. C. ad L. Jul. repetund. c. ſancimus, i. q. 7. c. literas, & ibi gloſſ. de præſumtion. Pro quo facit dictum Bal. in Conſ. ſuo 25. Imp. Cæſus ſuper quorum in 2. col. in 1. vol. ubi dicit, quod confeſſio facta in articulo mortis valet, quia non eſt præſumendum, quod confitens illo tempore mentiatur. Et quæ dicit Hippol. de Marſil. in conſ. ſuo 109. 2 vol. conſiliorum criminal. num 38. 39. & ibi remiſſive in Practica S. cauſarum criminalium in §. diligenter num 119. cum ſeqq.

Homo quidam metu ſolo mortuus concidit.

§. IX. Cum autem uterque ad locum ſupplicii eſſet productus, patre ſecuri percuſſo, filius illico metu ſolo mortuus concidit. Capiſtranum tunc ſecularem inſperato caſu perturbatum, usque adeo facti pœnituit, ut regem adiret, nec officio tantum, verum etiam ſeculo, ſicut loquitur D. Hieronymus ad Paulinum, renunciaret, & religionem mendicantium ingreſſus fieret monachus Franciſcanus, ordinis fratrum minorum de obſervantia eorum, qui diſcalceati ſunt & ita appellantur.

Teſtis quidam hujus hiſtoriæ.

§. X. Refert hanc de eo hiſtoriam Q. J. V. Interpres Dn. Paris de Puteo, Neapolitanus, legum in Academia Neapolitana profeſſor doctiſſimus, qui Capiſtrano fuit σύγχρονος, eumque, cum in virum jam evaſiſſet magnum & ſanctum, vidit, (in tractatu ſuo, de Syndicatu omnium officialium.)

Notabilis quæſtio.

§. XI. Sequitur modo notabilis quæſtio, quæ eſt § 4tus ante finem dicti tractatus in fine ejusd. §. pag. penultimâ b. in exemplo, quod nobis accommodavit Vir Nobilis & eruditus Chriſtophorus Tſchirnhuſius ad Haugsdorffium Conſil. Imperatoris. Quem referunt D. Chilianus Rœminus, prima parte proceſſus Cap. 3. num. 2. & in eodem proceſſu ad Cap. 1. Additio magna de torturis quæſtion. 10. De ſpeciali inquiſitione, ſeu experimento, num. 34. & chron. Marſ. Lib 2. Cap. 51. nusquam judex.

Promotio Capiſtrani,

§. XII. Factus deinde Theologiæ Magiſter Capiſtranus, prædicavit verbum Dei, ut ipſe jactat in epiſtola apologetica contra Rochizanam, quam ex Ponte Bohemiæ oppido ad regni Barones dedit, XXXVI continuos annos, per Italiam, Flandriam, Galliam, Burgundiam & Germaniam, & quidem in academiis Romana, Neapolitana, Senenſe, Peruſina, Florentina, Ferrarienſe, Bononienſe, Paduana & Papienſe.

1451. A Pontif. M. in Germaniam mittitur.

§. XIII. Tandem anno 1451. cum jam ageret annum ætatis LXVI. (ſicut ipſe ſcribit, tametſi chronica Noremburgenſia habet LXXV.) a Nicolao V. Pont. M. ante obedientiam ſuam Thoma, Sarſano dicto, viro doctiſſimo, qui Eugenio IV. ſucceſſerat, tanquam nuncius ac commiſſarius apoſtolicus & generalis hæreſeon inquiſitor in Germaniam ablegatus, Bohemorum maxime ad priorem religionem reducendorum gratia, per Carinthiam ac Stiriam in Auſtriam venit. Viennæ continuos L. dies concionatus eſt, ibique Fridericum III. Imperatorem multis ejus ſermonibus, ſcribit Schedelius, (x) cupide aures præbuiſſe:

Viennæ 50. dies concionatur.

1451. Varia loca quæ peragrat.

§. XIV. Deinde eodem anno 1451. longo tempore in Moravia Olomucii, ubi die

(u) In Chronici Hirſaugienſis Tom. II. p. 428.

(w) In Annalib. Urbis Miſnæ Lib II p. 65.

(x) Hartmann. Schedelius in Hiſtoria Pontificum, Cæſarum, Regum, quod opus vulgo Norimbergenſe Chronicon vocatur, quia Norimb. 1493. prodiit.

quodam dominico (M. hominum concioni ſuæ interfuiſſe ipſe in iis, de quibus dixi, literis gloriatur, (ſermocinatus eſt autem in foro, quod concionem, vel capaciſſimum templum non caperet, duobus ſemper aſſiſtentibus interpretibus, altero Bohemo, altero Germano, qui ea, quæ Latine diceret, vernacula lingua pronunciarent) Brunnæ item, Znaymæ per dies XVIII. & in terra magnificorum dominorum Romanenſium, Crumenaviæ, ubi inter ipſum & M. Johaonem de Rochizana, Pragenſium antiſtitem, qui a Johanne Huſſo emendatam religionis doctrinam profitebatur, condictus fuerat diſputationis locus: in Bohemia Crumloviæ, Pelſinæ, Ponti, Radanæ, etiam Rataviæ, Ratiſponæ, Egræ, 1451. Norimbergæ (quo peculiariter invitatum eum fuiſſe Schedelius ſcribit, ibique a ſe viſum annos quinque & ſexaginta natum) Francofurdiæ ad Mœnum, Auguſtæ Vinde-
1454. licorum, ubi anno 1454 octiduum integrum ſeparata, ut de Pythagora refert Juſtinus, virorum & fœminarum habuit auditoria, inde apud Ludovicum Bavarum, Albertum & Johannem Brandeburgios, Fridericum Saxonem, inque urbibus horum principum, tota denique Bavarii, Svevia, Thuringia & Saxonia magno Zelo docuit, maxima ſemper ad eum confluente multitudine, tanto etiam ubique ſuſceptus honore, quanto ea ætate religioſus nullus.

Sacerdotes ei ubique obviam eunt,

§. XV. Nam & Sacerdotes cum Sanctorum reliquiis & plebe omni, tanquam Legato de latere, quem vocant, imo vero tanquam Dei nuncio, & miſſo celitus angelo obviam ei proceſſerunt. Mentionem facit Cochlæus teſtimonii a Lipſienſe Academia ei dati. Nam & Miſniam adiit. Miſniæ enim anno 1452. per Chriſtianum Auguſtanum interpretem de prima domo in foro e regione curiæ concionatus eſt, plicas & flammea & ſuperflua ornamenta mulierum in ignem conjecit. Verba ſæpe per duas horas fecit, interpres etiam ulterius.

Populum ad expeditionem contra Turcos animat.

§. XVI. Ad expeditionem contra Turcos, qui in Thraciam duxerant exercitum, animavit populum Hæc fere Fabricius in ejus urbis annalibus. (y) Sileſiam quoque ingreſſus eſt, ut Bohemos coërceret.
1453. Vratislaviam venit anno 1453. die Veneris Liberalia proxime præcedente, quæ erat Febr. 9. hora XXII. cum XXX. fratribus ſui ordinis, ibique in area publica fori ſalinarii totam quadrageſimam, quod tempus & carnisprivium vulgo vocant, de non neceſſario laicis uſu poculi ſanguinis Chriſti & ſimilib. Bohemorum controverſiis varias conciones habuit, ita, ut duas horas ipſe verba faceret lingua Latina, quæ alius deinde e Germanis ordinis ſui frater Georgius vir æque doctus, rurſus duas horas lingua vernacula interpretabatur.

Effigies ejus Vratislaviæ aſſervatur.

§. XVII. Ac aſſervat etiamnum vir dignitate, virtute & doctrina excellentisſimus, D. Johannes Crato a Craſſtahaim, Vratislavienſis S. Cæſ. Maj. &c. Conſiliarius & medicus intimus in bibliotheca ſua conjunctas Capiſtrani & Georgii effigies relictas ſibi ab avo, qui utrumque concionantem audiverat.

Vaticinium quoddam Capiſtrani.

XVIII. Narrat idem in hiſtoria ſua Vratislavienſi inter cœtera Capiſtrani vaticinia, quæ ſe puero eſſent commemorata, hoc fuiſſe pervulgatum: dixiſſe nimirum illum, cum Vratislaviæ minitaretur, fore tempus, cum non tam rei pecuniariæ quam ſapientis conſilii inopia hæc ſit laboratura.

Conſilio ejus duo ædificantur monaſteria Vratislaviæ.

§. XIX. Perfecit ibidem conſilio ſuo, ut multis repugnantibus & grave Reip. eſſe dicentibus duo monaſteria ejusdem ordinis fovere (tenebant enim jam tum Franciſcani D. Jacobi ædem, quam hodie Præmonſtratenſes incolunt) cœnobium ſodalitii Bernhardiani ædificaretur, itemque ut Judæi partim cremarentur, partim urbe ejicerentur. Qua de re pluribus & ſapienter diſſerit Curæus (z) Cum nefanda crimina accerſebantur, ipſe carnificibus quo pacto habenda eſſet quæſtio, torturæ novum genus monſtravit.

Diſputatio quædam a Capiſtrano habita.

§. XX. Fovit eum & promovit Petrus Secundus, dictus Novack, Vratislavienſium præſul. Ac convocavit præſul univerſum cœtum religioſorum, ad quem in templo Janvis clauſis, ut arceretur populus, orationem habuit Capiſtranus; & cum vitia acriter eſſet inſectatus, diſputavit de emendatione morum & vitæ, ut Curæus (a) ſcribit. Inde Svidnicium & Jauraviam excurrit.

1453. In Poloniam venit.

§. XXI. Eodem anno 1453. in Poloniam venit, a Sbigneo Oleſnicio præſule, Cracovienſe prebytero cardinali, ut vult Cromerus, (b) vel potius a rege ipſo Caſimiro III. (ſecundum Cromerum) hoc nomine, Uladiſlai Jagellonis filio, cujus apud Cochlæum exſtat literarum exemplum, accitus, & per legatos ejusdem regis, qui Vratislaviæ Auguſto menſe, cum legatis Ladislai

(y) Loc. ſub lit. (w) citato.
(z) In Annalibus Sileſ. p. 140.
(a) Loc citato lin. 20.
(b) De Reb. Polon. Lib. 22, p. 342. b.

Ladislai poſthumi Bohemi de nuptiis ſororis hujus tractaverant, Vratislavia abductus, ut ſcribit Curæus (c) Cracoviæ omnis pene civitas cum ſacerdotibus & præſule atque ipſo etiam rege & matre ejus Sophia Ruſſa, obviam ei effuſa eſt.

Et ibi quoque concionatur.

§. XXII. Ibi quoque poſita in foro ac deinde hyberno tempore in æde Virginis matris cathedra, quotidie per interpretem ad populum conciones habuit, autorque fuit Sbigneo, ut D. Bernhardini cœnobium omnium primum in Polonia ſuo ſodalitio ſub arce ad Auſtralem portam urbis conderet.

1454. Caſimirum & Eliſabetham conjungere debet.

1454. §. XXIII. Inſequenti anno 1454. cum inter Johannem Sprnvium gente Odrovanzum antiſtitem Gneſnenſem, regni primatem, & Sbigneum Cardinalem contentio eſſet, inter eorum novos conjuges Caſimirum Regem & Eliſabetham AlbertiCæſaris filiam natu minorem Ladislai Bohemi ſororem Cracoviæ ritu ſolenoi conjungere deberet: rediu agitata, convenit tandem, ut Capiſtrano eum honorem deferrent.

Adjudicat autem hoc munus Sbigneo.

§. XXIV. Sed cum is neque Polonicam neque Germanicam linguam calleret, Sbigneum utriusque perito, ejus muneris functionem adjudicavit. Commoratus eſt Cracoviæ ad unum annum, ſuntque illi, tanquam numini divini prope honores habiti. Statura fuit exigua, corpuſculo præterea ita arido & exhauſto, ut ſola cute nervisque & oſſibus compactus videretur, ut omnes mirarentur, debilem & macilentum homuncionem tot itinerum & concionum labores, tantas vocis & ſpiritus contentiones ea alacritate ſuſtinere poſſe.

Capiſtrani ſtatura corporis.

Duratio concionis ejusdem.

§. XXV. Conciones enim ad populum fecit ſine intermisſione ſingulis diebus, aç Magdeburgi quidem, ut habet chronicon
1453. Saxonicum, ſub anno 1453.(d) in novo foro, in ſesquitertiam, vel ut Crantius (e) tertiam, horam ſermonem extraxit: Quem cum Doctor Germanicus conſcenſo poſt eum ſacro ſuggeſtu Germanico idiomate repeteret non minor tempore, ita quinque horas duravit concio.

Solis geſtibus homines ad vitæ emendationem provocare poteſt.

§. XXVI. Extra Italiam etſi ubique interprete uſus eſt, talis tamen fuit ejus pronunciatio, tales geſtus, denique ita totus ad commovendam miſerationem ad unguem factus erat, ut vehementer oratione, atque adeo ſolis geſtibus ejus permoti, etiam non intelligentes lacrumas profunderent, & ad vitæ emendationem provocarentur.

Chartas luſorias omniaque, quibus tempus perditur, ubique prohibet.

§. XXVII. Ubique alearum tabulas, teſſaras, chartas luſorias, capſas inſtrumentorum præſtigiatoriorum, alveolos, in quibus ſimulacrum pugnæ latrunculis ludimus, & id genus alia, quibus otium fallitur vel tempus potius perditur. in unum collata locum & acervum combuſſit, memor proculdubio ſententiæ illius Divi Auguſtini ſerm. 56. de tem. *tempus, quod nobis furioſus tabulæ ludus ſolebat auferre, lectio divina incipiat occupare &c.* Ex exemplo etiam Bernhardini, per quem adulterini fœminarum ornatus cremati ſcribuntur, in legenda ejus, matronis, ut abuſum in ornatu deponerent ſiue adeo cremarent, perſvaſit.

Summa vitæ ejus ſanctitas.

§. XXVIII. Quod idem & Pythagoras factitavit Crotoni, Juſtino autore. (f) Dies ſingulos, quomodo in certas precum, ſacrarum pſalmodiarum, concionum, viſitationis infirmorum, reſponſorum conſiliorumque & lectionis denique operas diſtribuerit, veſtitus dormierit, antelucano tempore ſurrexerit, & ſimilia ejus exercitia diligenter perſequitur Schedelius. Fuit enim, ut Crantii (g) verbis utar, incredibilis in vita & moribus auſteritatis & ſanctitatis.

Libri ab eo publici juris facti.

§. XXIX. Scripſit & opuſcula aliqua, ex quibus in Gorlicenſe Bibliotheca extat libellus, cujus initium: Salutem in Salvatore omnium electorum &c. ad Rochizanam ſcriptus Ægræ 1451. quo tempore ibi 1451.
celebrabantur comitia imperialia, in vigilia nativitatis Domini, & abſolutus feria ſeptima poſt nctavam epiphaniorum. Contines autem apologiam adverſus epiſtolam Rnchizanæ, & diſputat præterea verba Chriſti: Niſi manducaveritis &c. & niſi bibetitis &c. intelligenda de Spirituali, non Sacramentali communione.

Doctrina ejus de communione ſacramentali.

Varia ſcripta in bibliotheca Leiſentritiana.

§. XXX. In eodem ſcripto Capiſtranus ipſe meminit aliorum quorundam tractatuum ſuorum prolixorum de verbis Chriſti modo eitatis: Niſi &c Item de ſangine Chriſti naturali & ſacramentali &c. In bibliotheca Leiſentritiana extant ejusdem ſermo de amatoribus mundi M.S. item tractatus de cupiditate M. S. Trithemius præterea commemorat contra Huſſitas librum unum, qui hand ſcio an idem ſit cum eo, quem ad Rochizanam ſcriptum diximus: Sermonum variorum librum unum, de paſſione Domini librum & epiſtolas nonnullas. Contendebat enim communionem utriusque ſpeciei, quod ad idiotas attinet, non eſſe ex veritate præcepti

(c) In Annalib. Sileſ. p. 150.
(d) Pag. 451.
(e) In Saxon. Lib. XI. c. 35. p. 308. lin. 20.
(f) Lib. 20. c. 4. toto.
(g) In Saxonia Lib. XI. c. 35. p. 308. lin. 27.

cepti evangelici. Unde viciſſim ſuggillabatur a Rochizana ejusque ὁμοψήφοις tanquam monachus melancholicus, hypocrita, (quo nomine Curæus (h) etiam eum taxat) ſeductor populi, turbator pacis, antichriſtus ipſe & qui ſe ipſum prophetam faceret & prophetiæ Spiritum futura prædicando ſe obtinere ſalſo jactaret. Sed & Æneas Cap. 65. (i) Bohemiæ ſuæ cupiditatis gloriæ eum inſimulat.

Conjurationibus Magicis miracula profert.

§. XXXI. Sunt qui conjurationibus magicis uſum miracula edidiſſe aſſerunt. Unde & a Rochizana ſortilegus & dæmonum incantator audire coactus eſt. Et vidi ipſe ab eo uſurpatam benedictionem contra grandinem &c. Quo ſortaſſe & illud pertinet, quod Bonfinius (k) ſcribit, Capiſtranum & Jacobum Picentem a Nicolao P. M. miſſos ad excitandos ad bellum populos, obſidente Conſtantinopolim Mahumete, cum Padum trajicere vellent, & a portitore pertinaciſſime repellerentur, quia interdicta e divo dogmate pecunia carerent, quam pro naulo darent, in diffuſum ſuper nubes pallium cum comitibus conſediſſe, & veluti quadam naufragii tabula in ripam alteram non ſine avari ſtupore portitoris, divina ope tuto translatos eſſe.

Capiſtrani epiſtola.

§. XXXII. Extat & inter Æneæ Sylvii epiſtolas una de Capiſtrano ad Æeneam jam Senenſium præſulem, qua Rochizanam a Bohemis in antiſtitem Pragenſem poſtulari ſignificat. No. 419. & duæ viciſſim Æneæ ad Capiſttanum. Meminit & Capiſtrani Æneas honorifice aliquoties epiſtola 429.

CAPUT LXXX.

De

Rege Ladislao Gorlicium adeunte, juramentum ſuſcipiente & Republica Gorlicenſi a Terrigenis territorii Gorlicenſis accuſata.

§. I.

1454.

Ladislaus Vratislaviam tendit.

ANno 1454. die dominico ante feſtum Catharinæ, hoc eſt IXbr. 14. Praga abiit Ladislaus, Vratislaviam Sileſiæ caput viſurus, ibique ab ea gente juramentum ſuſcepturus, antequam in Auſtriam & Hungaricam, quæ præſentiam ejus expetebant, rediret.

Gorlicium venit, ubi ipſi Hexapolitani homagium præſtant,

Formula homagii ubi,

§. II. In eo itinere Gorlicium venit (l) in profeſto divi Andreæ, h. e. IXbr. 29. quo die Budiſſini, Gorlicenſes, Sittavienſes, Lubani, Lobavienſes & Camitiani ſolenne fidelitatis juramentum, quod homagium vocant, ei ibi præſtitere, agenti tunc annum ætatis decimum quintum. Formula in Gorlicenſium annalibus extat.

Diverſorium Regis.

§. III Ingreſſus urbem fertur, comam aureolam ſerto ex caltha ſeu calendula flore redimitus hoſpitio exceptus in diverſorio publico ædium e regione curiæ urbanæ, quas tunc Donatus Kirchofius, hodie Michaël Schmiedius inhabitat, (in quibus ipſis & Venceslaum Regem antea divertiſſe diximus) reliquo ejus comitatu extra urbem diverſante ante portam Marianam auf dem Plan.

Laubam venit, & poſtea Vratislaviam ingreditur.

1563.

§. IV. Inde Laubam venit dominica proxima poſt feſtum Andreæ h. e. Cal. Xbribus & mox Leoberga Vratislaviam contendit, quam ingreſſus eſt die S. Nicolai h. e. Xbr. 6. quo die poſtea anno 1563. etiam Maximilianus II. Imperator urbem intravit.

Senatus Gorlicenſis accuſatur a Nobilibus,

qui populum in Senatum concitat,

§. V. Eodem anno 1434. terrigenæ, h. e. Barones & Nobiles territorii Gorlicenſis, contra Rempublicam Gorlicenſem XXIII. accuſationis capita ſeu articulos concepere, populum etiam in Senatum concitare conati ſunt, verum nullo ſucceſſu.

CAPUT LXXXI.

De

Incendio Gorlicenſi, Belgrado oppugnato & liberato ac Hunniade Capiſtranoque expirantibus.

§. I.

1456.

Incendium Gorlicenſe vehemens,

ANno 1456. die ♀ ante feſtum Johannis Baptiſtæ, qui erat Junii 18 orto Gorlicii (m) apud Piſtorem quendam in platea divi Nicolai incendio, turris, portæ D. Nicolai contigua, aula præfecti & domus XL. unius horæ ſpatio conflagrarunt.

Mahomethes II. Turcar. Imper. Belgradum obſidere præſumit; variæ Belgradi appellationes,

§. II. Eodem anno 1456. cum magnum Turcum Mahometem II. Amuratis filium, capto ante tres annos Byzantio ſuperbum, & orbis terrarum imperium magno animo ſibi deſpondentem, ad oppugnandum & obſidendum Belgradum ſeu Bielogradum h. e. Albam Græcam, ſeu ut Hungari vocant

(h) Pag. 148. in marginalibus Annal. Sileſiæ.
(i) Pag. 201. lin. 3. ſeqq.
(k) Rerum Ungaricar. Decade III. Lib. 8. p. 350. b. & 351. a.
(l) Conf. Groſſerum Part. I. p. 130. Carpzov. Part. II. c. 1. §. 13. p. 192.
(m) Conf. Groſſerum Part. I. p. 132. & in Tom. I. Part. altera p. 16.

ut Taurunum Taurinum.

cant, Naudoralbam, quæ Tauruni, ut Olomucenſis (n) & Peucerus (o), Turini, ut Æneas in Bohemia (p) & epiſtolis: ut Cromerus (q) vero & Daſypodius (r) volunt, Taurum nomine Ptolomæo & veteribus aliis celebrata & ad Savii Danubiique (Olomucenſis libro ultimo (s) Dravium addit) confluentem opportuniſſimo loco & natura & arte munitiſſimo poſita, regni Hungarici propugnaculum atque adeo, ut Olomucenſis (t) inquit, clavis erat: ad hanc igitur urbem, ubi illum cum lectiſſimo & numeroſiſſimo ducentorum, vel ut Æneas (u) eumque ſecutus Cuſpinianus (w) & Curæus (x) CL. millium exercitu propria in perſona contendere, accepit Capiſtranus, eandem cum magna manu cruce ſignatorum, quos per Germaniam & Bohemiam prædicatione ſua collegerat, quibus & Polonos ſexcentos & ſtudioſorum non contemnendum numerum fuiſſe ſcribunt, properanter ingreſſus eſt, crucis ſignum cruciferis ſuis præferens.

Capiſtranus Belgradum ſum copiis collectis intrat.

§. III. Belgradum Johannes Corvinus Huniades (Crantius (y) Cuniadem Vaivodam vocat) nuper a Ladislao Rege comes Biſtricienſis appellatus, Dux & miles ſolertiſſimus propugnabat incredibili ardore & alacritate ſuorum, licet ii nec dimidiam copiarum hoſtilium partem æquarent. Eum continuis & maxime cruentis bidui proeliis exercuit Mahometes, ſucceſſu tamen & fortuna quam ad Conſtantinopolim diſpari.

Johannes Corvinus Huniades, Belgradenſium Dux & propugnator fortiſſimus,

quem continuis & cruentis bellis Mahumetes exercet.

§. IV. Cum atrox eſſet prælium Capiſtranus pro muris magna voce Chriſtianos exhortari, vexillum crucis vibrare, opem de coelo promittere, maledicere hoſtibus, Dei præſentiam implorare: O Jeſu (clamabat) reſpice, ades populo tuo pro te laboranti! Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? veni, protege populum tuum, ne quando dicant gentes: Ubi eſt Deus eorum? Fugiebant aliquando data opera Turci, & quam remotiſſime ab oppido Chriſtianos protrahebant, idque ideo, ut acie a latere immiſſa egreſſis reditum in urbem intercluderent.

Capiſtranus obſeſſos præliantes exhortatur.

Turci fugam ſimulant.

§. V. Capiſtranus ex alta turri has videns inſidias, ſuos revocat, cumque parum exaudiretur, fragore armorum & tympanorum ſtrepitu, tubarumque clangore vocem intercipientibus, præceps in pugnam ruit extra urbem, atque inter infeſtas acies, inter tela volantia ſeſe inſerre auſus, clamoribus & ſignis cruciſeros redire cogit.

Capiſtranus præceps e turri ruit in pugnam ſuosque revocat.

§. VI. Tandem cœlitus, ut inquit Crantius, (z) proveniente Chriſtianis auxilio pulſi Turci terga verterunt, & Mahometes accepto ſagitta in pectore ſub læva papilla, ut habet Cuſpinianus, (a) vulnere (Curæus (b) oculum ſeu pupillam ipſi haſta fuiſſe trajectum ſcribit) pro mortuo ex acie a ſuis elatus, caſtris incenſis, turpi fuga vitæ & ſaluti ſuæ conſuluit.

Turc' fugantur, Mahometes vulneratur,

caſtra comburuntur.

§. VII. Cæſa hoſtium multa millia, & pro numero noſtrorum plurima. Cuſpinianus (c) quadraginta, Crato & Schedelius ſex, chronicon Auguſtianum duo tantum memorat, quod infra verum eſſe videtur. Neque enim tantilla occidio tantum Imperatorem fugere compuliſſet. Magis diverſos numeros Æneas (d) refert. Interceptæ hoſtis æreæ marchinæ plures centum raræ magnitudinis, & omnis generis bellicus apparatus.

Differunt hiſtorici in numero cæſorum,

præda ab hoſtibus capta.

§. VIII. Hanc Turcorum cladem Cuſpinianus (e) & Eberus (f) ad ſextam Auguſti, divo Sixto ſacrum (quem diem Calixtus III. Pontif. R. in memoriam tam celebris victoriæ quotannis haberi feſtum & ſub nomine transfigurationis Chriſti celebrari inſtituit) Nauclerus (g) ad Julii 22. refert. Idem Cuſpinianus (h) ſolus, eumque

In hujus cladis memoriam annuum a Calixto III. feſtum inſtituitur,

de die & anno victoriæ ſcriptores variant.

(n) Hiſt. Boh. Lib. 29. p. 239. lin. 25.
(o) Chronic. Lib. V., pag. 637.
(p) Cap. 65. p. 200.
(q) De Reb. Polon. 21. p. 322. & 323.
(r) Conrad. Daſypodius Argentinenſis.
(s) Pag. 271. lin. 51. ſeqq.
(t) Hiſt. Boh. Lib. 33. p. 268. lin. 21.
(u) Cap. 65. p. 200.
(w) In Vitis Imperatorum p. 450. lin 46.
(x) In Annalib. Sileſiæ p. 154.
(y) In Vandalia Lib. XII. c. 21.
(z) In Saxonia Lib. XI. c. 35. p. 307. lin. 55.
(a) In Vitis Imperatorum p. 451.
(b) In Annal. Sil. p 154 lin. 7.
(c) Lib. cit. p. 452. lin 16.
(d) Cap. 65. p. 200. lin. 50. ſeqq.
(e) Lib. citato p. 451. lin. 26.
(f) In Calendario Hiſt. p. 26. a.
(g) Jo. Nauclerus in Chronico.
(h) Pag. 450. lin. 44.

1455. que ſecutus Abrahamus Bakſchay anno 55. poſt 1400. hanc in Turcis ſtragem editam narrat.

Hunniades moritur, &

§. IX. Defenſa urbe Huniades victor deſatigatus vehementer, conjectusque ex laboribus tanti prælii & ardore animi in lethalem corporis ægritudinem (ſebrem fuiſſe ſcribit Melanchthon) in Zempleno ſeu Zemplino oppido aſsiſtente & verba præeunte Capiſtrano otans animam deo reddidit. 4. id. VIIbr. Corpus in Transylvaniam relatum, in æde Albæ Giulenſi, quam fundaverat, ſepultum eſt.

Albæ Giulæ, quam fundavit, ſepelitur.

§. X. Nec ita multo poſt ipſe quoque Capiſtranus in Italiam, ut ſcribit Fabricius, (i) poſt annum peregrinationis ſuæ decimum quartum rediturus, ætate gravis in choro ſodalium ſuorum, inter decantatos Deo hymnos ſpiritum emiſit feliciter, Julii Carnici h. e. Villaci in Carinthia, Octob. 25. die Severini, ut habent annales Vratislavienſes; ut Curæus (k) 26. Octob. Sepultus ibidem in Franciſcano. Hunniadis mortem prænunciare viſa eſt menſtrua cometæ per noctes rubei & terribilis apparitio, qui paulo antè exarſerat.

Capiſtranus in itinere moritur, & ſepelitur.

Cometes mortis Hunniadis prænuncius.

CAPUT LXXXII.

De

Hunniadis filiis, Ladislao nempe & Matthia comprehenſis, Ladislao capite plexo & Matthia in vinculis retento.

§. I.

Manlius veniam petit prolixitatis hiſtoriæ de vita Capiſtrani.

LOngius a propoſito abduxit nos Capiſtrani vita. Tandem autem digrediendi licentiam ut nobis indulgeremus liberius, moti ſumus non tam nominis ejus in omnibus horum temporum tum hiſtoriis tum annalibus celebritate, quam quod nusquam alibi æque plenam de eo narrationem extare ſciremus. Dabunt itaque hanc nobis veniam candidi lectores eo benignius, quo parcius in toto opere idem nobis permiſiſſe nos videbunt. Nunc a diverticulo ſane quam longo ad inſtitutum hiſtoriæ curſum revertemur.

Pergit in hiſtoria Ladislai Regis.

§. II. Belgradum (l) valido præſidio retinebat Ladislaus Huniadis filius natu major XXIII. annorum adoleſcens. Quo cum profectus eſſet Ladislaus Rex, ad locum prœlii ad Turcorum ſpolia luſtranda, rege rem divinam ſpectante, comes Ciliciæ Ulricus in procerum conſilium vocatus, cum objiceret ei Ladislaus Hunniades, quod patrem ſuum ſæpe apud regem falſo criminatus eſſet, ejusque occandi autor regi fuiſſet, vicisſim Huoniadem arguit tanquam regi ſuo rebellem, cujus armatos ingreſſu urbis prohibuiſſet, ſimulque arrepto ex manu armigeri gladio, caput Ladislai petiit, & proceribus quibusdam manus interjicientibus digitos amputavit. Nec mora irrumpunt in conclave ſatellites Hungari & comitem obtruncant. Fuitque hic ultimus Ciliciæ comes teſte Aventino Annalium Bojorum L. VII p. 799. §. 22.

Ladislaus Hunniades præfectus Belgradi, cum Ulrico Ciliciæ ultimo Comite altercatur, qui Ladislaum gladio petit & a Satellitibus necatur.

§. III. Ladislaus aliquanto poſt, Budæ jubente rege comprehenſus & poſt triduum gladio cæſus eſt, ſed quarto demum ictu, utcunque flavam ejus cæſariem ſuper humeros de more illius ætatis paſſam, ne collum impediret, carniſex religaſſet. Qua quidem re, ut aliis quoque innocentiæ ejus teſtimonium divinitus fuiſſe tributum Melanchthon judicabat.

Ladislaus Hunniade extincto & ſepulto, quatuor ictibus decollatur.

§. IV. Alter Hunniadis filius Matthias, qui una cum fratre Ladislao captus fuerat, Viennam perductus & in Guttenſteino arce non procul a Nova civitate in vinculis retentus eſt. Facta hæc ſunt anno 1457.

Matthias Hunniades, Guttenſteinii captivus, ſervatur. Hæc omnia anno 1457.

CAPUT LXXXIII.

De

Ladislao Hungariæ ac Bohemiæ Rege immatura morte extincto & ſepulto.

§. I.

1457. Ladislaus Rex in morbum incidit, inter Girziconem & Johannem de Tauuatzau judicium Nobilitatis peragitur.

EOdem anno 1457. Ladislaus Rex, (m) cum ex Auſtria Pragam, unde triennium jam abſuerat, in feſto St. Michaëlis rediiſſet XXIIda. die IXbr. poſt peractum inter Girziconem & Johannem de Tauuatzau ſeu Czirnburg, vel ut alii, Zuuiburg generalem Moraviæ Capitaneum, Nobilitatis judicium, noctu ægrotare cœpit.

§. II. Proximo die XXIII. IXbr. Clementi Papæ ſacro, (ut contra Eberum, (n) Junium, Nauclerum & Cratonem Æneas, (o) Cochlæus, Olomucenſis (p) & Curæus (q) cum inſcriptione chori in monaſterio noſtro & alia Vratislavienſe, itemque annalibus Vratislaviæ & Budisſinæ urbium unani-

(i) In Annalib. Urbis Miſnæ Lib. II. p. 65.
(k) In Annalib. Sileſ. p. 155.
(l) Vid Groſſerum Part. I. p. 132.
(m) Conf. Groſſerus Part. I. p. 133. & Carpzovii Analecta, quæ hic ſemper intellecta volumus, Part. II. c. 1. §. 13. p. 195.
(n) In Calendario Hiſtorico p. 372.
(o) Cap. 70. p. 204. lin. 19.
(p) Hiſt. Boh. Lib. 29. p. 242.
(q) In Annalib. Sileſ. p. 159. ſeqq.

Ladislaus Rex ſubito moritur,

unanimiter teſtantur) ſub veſperam peſtilentiane, ut Crato, an crudelitate, ut Olomucenſis (r) an vero veneno a Podiebratii uxore miniſtrato, ut Cromerus (s) aſſerit, aut alioqui morbo repentino extinctus eſt immatura morte poſt ſex & triginta horas, quam ægrotare cœperat annum ætatis duodevigeſimum nondum egreſſus, in ipſo flore adoleſcentiæ, & medio nuptiarum, quas cum Magdalena (Peucerus (t) Margaretham vocat) Caroli VII. Franciæ Regis filia celebraturus erat ſplendidiſſimo apparatu, die Catharinæ h. e. IXbr. 25. in æde D. Wenceslai juxta Carolum IV. Imper. proavum ſuum ſepultus. De quo non immerito uſurpari poſſent Virgilii (u) verſus:

& ad Wenceslaum Pragæ ſepelitur.

Oſtendent terris hunc tantum fata nec ultra
Eſſe ſinent.

§ III. Circumfertur adhuc de morte Regis hujus cantilena Germanica impreſſa, cujus autor literatum ſe profitetur, hoc argumento:

Argumentum cantilenæ germanicæ de morte Ladislai R. confectæ.

§. IV. Scripſiſſe Franciæ Regem ad Ladislaum futurum ſuum generum eumque eſſe hortatum, ut hæreticos h. e. Huſſitas regno pelleret. Literas per oblivionem in menſa relictas cum forte hæreticus inſpexiſſet, Rochyzanæ (erat hic primarius Huſſitarum ſacerdos, poſtea antiſtes Pragenſis) rem aperuiſſe. Eum coacto aſſeclarum ſuorum concilio periculum, in quo verſarentur omnes indicaſſe, factumque ibi decretum de interficiendo prius rege, quam ab eo ipſi extorres agerentur. Repagulis itaque ruptis, foribusque effractis latitantem ſubter velo Ladislaum proceres conjuratos protraxiſſe, crinibusque arreptum & humi proſtratum injecto in os pulvino ſuffocaſſe inguinibus etiam eliſis, nequicquam ſuppliciis in mortem vitam deprecantem. Mortuum ruborem faciei roſeum non amiſiſſe, ſed & genas erumpente ex iis ſanguine immaduiſſe. Neminem ad aspiciendum funus admiſſum. Tertio ſtatim die juſta ei facta, omnibus utriusque ſexus mortalibus interitum ejus miſerantibus.

Vota & promiſſa ad preces regis Girziconi facta.

§. V. Inſeruntur autem voces adoleſcentis admodum miſerabiles Girziconi, quem tam honorifico quam blando patris nomine compellat, Svidniciæ ac Vratislaviæ dominium & injuriæ hujus ἀμνηστίαν promittentis, denique monaſticæ profeſſioni, abdicato regno paterno, ſe offerentis, dum modo vitæ relinquatur: Id carmen Vratislaviæ a papalibus ad conflandam Girziconi invidiam fuiſſe confictum, ſcribit Crato. Et ſatis refellitur Æneæ, (vv) aliorumque probatorum hiſtoricorum & quidem pontificio nomine addictorum de morte Ladislai narrationibus.

Æneæ aliorumque de morte Ladislai narratio, refellitur.

§. VI. In Vratislavienſe Baſilica effigies ejus genibus ante aram inſidentis & otantis ſpecie expreſſa viſitur, coma auri inſtar fulgida (quam moribundus reſecari juſſit teſte Ænea (x) (humeros undique flagellante cum hac inſcriptione.

Effigies Ladislai R. in Baſilica Vratislavienſe devota cernitur, cum inſcriptione & Epitaphio.

A. D. C. I. R.

Iſta Ladislaum regem ſua monſtrat imago
Vera, Bohemorum Pannoniæque ſimul.
Cæſaribus qui cretus avis, mox gloria regum,
Orbis deliciæ, ſpesque decusque fuit.
Conceſſit fatis magnarum in limine rerum
Eccleſiæ & regnis dum meditatur opem.

PERIIT PRAGÆ IMMATURO SATIS ET LUGUBRI FATO:
ANNO SALUTIS M CCCC. LVII. 1457.
DIE XXIII. NOVEMB. Vetus ἐτεόστιχον cum & κακόμετρον eſſet, & D. atque J. literis abundaret, ſic mutavimus:

Vetus ἐτεόστιχον mutatum.

CLeMentIs feſto ConCeſsIt LasLa Veneno.

CAPUT LXXXIV.

De

Matthia Hunniadis filio Rege Hungarorum renunciato, & Georgio de Cunſtat & Podiebrat Rege Bohem. electo.

§. I.

Matthias Hunniades Pragam adducitur.

QVa die Rex Pragæ obiit, (y) Matthiam Hunniadem ſeu Corvinum ex Viennenſe cuſtodia eodem adductum fuiſſe ferunt juſſu Ladislai.

§. II. Eum

(r) Lib. 29. p 242. lin. 14.
(s) De Reb. Polon. Lib. 23. p. 353. b.
(t) Chronicor. Lib. V. p. 641.
(u) Æneidos Lib. VI. v. 869 & 870.
(w) Hiſt. Bon. c. 71. p. 205.
(x) Cap. 70. p. 204. lin. 54.
(y) Vid. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 14. p. 193. Groſſerum Part. I. p. 133. ſeqq.

Rex ab Hungaris abſens creatur.

§. II. Eum Hungari præclara patris ipſius merita grata memoria proſequentes, annos (Æn. Epiſt. 337. anno XVIII) natum decem ſeptem, vel ut Galeotus Martius (z) familiaris ipſius ſcribit, quatuordecim natum, regem fecerunt abſentem & captivum, calendis ſive ut ex Nauclero annotavit Hadrianus Jun. 4. (a) non. Febr. 1458. anno 1458.

a Girſicone rex Hungariæ ſalutatur, eique Catharina Girſiconis filia deſpondetur.

§. III. Quomodo autem Girſico acceptis Hungarorum de electione Matthiæ literis, infimo loco accubantem regem Hungariæ ſalutaverit, & aſſidere ſibi juſſo filiam Catharinam deſponderit, cum alibi tum in Sebaſtiani Munſteri Cosmographia in fine tractatus de Bohemia narratur.

Georgius de Cunſtat & Podiebrat Bohemiæ rex declaratur.

§. IV. A Bohemis electus eſt Georgius Baro Bohemus de Cunſtat & Podiebrat, regni gubernator, Vir ſapiens, fortis & magnæ per omne regnum autoritatis, anno 1458. 1458. die ♂ poſt dominicam Reminiſcere h. e. prid. Cal. Martii, Curæus (b) poſtridie Cal. Martii Georgium regem renunciatum ſcribit.

Æneas Sylvius Piccolomineus, ſub Nomine Pius II. Pontifex M.

§. V. Ita ſimili quodam fato duo hæc regna tunc, ut alias nonnunquam, novis hominibus h. e. neque regio neque ducali genere ortis ad utriusque faſtigium evectis: ſicut & eadem ætate monarchiam pontificiam homini inopi & pene ignobili, Æneæ Sylvio Picolomineo Senenſi tribuit fortunæ ludus.

Georgius Pragæ cum Uxore Johanna de Roſenthal 1458. coronatur.

§. VI. Coronatus & inunctus eſt Georgius eodem anno 1458. in arce Pragenſe a Januarienſe & Vatzovienſe præſulibus Hungaricis per Matthiam generum miſſis (vacabat enim tum antiſtitis Pragenſis ſedes inde usque a Cunradi Veſtphali morte, impedita hactenus a pontificiis Rochezanæ confirmatione) die dominica proxima ante feſtum aſcenſionis Chriſti, quam Vocem jucunditatis vocant, h. e. 7. Maji, quem diem Curæus (c) quoque ponit, (tametſi 8. Maji habet ſeries regum) Regina vero Johanna de Roſenthal feria ſecunda Rogationum h. e. die proxima poſt maritum.

CAPUT LXXXV.

De Luſatia a Georgio in fidem recepta.

§. I.

Georgius R. Huſſi doctrinæ addictus, a plerisque Bohemiæ oppidis pro rege non agnoſcitur.

Quia autem Huſſi doctrinam amplexus erat Georgius (d) ideo circumjacentes Moraviæ, Sileſiæ & tam ſuperioris quam inferioris populi, ut Cochlæus ſcribit, quamvis ad coronam regni pertinerent, cum plerisque Bohemiæ oppidis, pro rege eum agnoſcere aut obedientiam ei præſtare recuſarunt.

1458. Ad Cazimirum Polonum legatos mittit.

§. II. Scribit & Cromerus (e) ſub anno 1458. Georgium Podiebradium novum Bohemorum Regem ad Cozimirum Polonum, modeſtam admodum & ſubmiſſam deſtinaſſe legationem, quod animadverteret, nonnullos de Bohemis proceribus itemque Moravos, Sileſios & Luſatios alienis a ſe animis eſſe, propterea, quod cum Rochyzana ab eccleſia & religione catholica non obſcure diſſentire videretur atque ideo hæreſi infectus eſſet.

Sileſii & Luſati in Georgium maxime rebelles.

§. III. Sic Olomucenſis (f) narrat ſtatim a coronatione Georgii maxime rebelles & contumaces adverſus eum animos Sileſiam atque Luſatiam extuliſſe, principibus Sileſiæ cum ipſa Vratislavia cumque Svidnicio, dein' & in Luſatia aliis quibusdam civitatibus ſumma cum pietate fideque & conſtantia Romanæ eccleſiæ adhærentibus.

Literis regiis atque baronum ad obedientiæ præſtationem fruſtra adhortantur.

§. IV. Et ex Cochlæo apparet, principes, prælatosque & populus Sileſiæ ac Luſatiæ cum hoc anno regis ipſius, tam inſequenti 1459. baronum & nobilium totius regni Bohemiæ, & quidem minacibus literis ad præſtandum obedientiæ debitum fruſtra fuiſſe requiſitos, ac verbis rem in aliud tempus diſtuliſſe. 1459.

Quo de Curæus aliter ſentit.

§. V. Curæus, (g) contra hos omnes, peracta coronatione multorum ſtudia, præſertim eorum, qui erant amantes quietis, ad Georgium ſeſe convertiſſe ait, & regem ipſum eodem anno 1458. in Moraviam & Luſatiam profectum eſſe, easque provincias mirifica humanitate & benignitate devinctas ſibi in fidem recepiſſe. 1458.

Juxta quem Georgius Moravos & Sileſios mira comitate ſibi devincit.

§. VI. Anno 1459. die Mercurii poſt dominicam Reminiſcere h. e. Februarii 21. Cotbuſii, duces Saxoniæ, Henricus Glogovienſis (Freiſtadenſem vocat Curæus (h)) vicarius præſulis (Romam enim profectus fuerat Jodocus Roſenbergius præſul Vratisla- 1459.

Fœdus quorundam Principum & urbium contra Georgium Cotbuſii ſancitum.

(z) Anno 1490. claruit. Extant ejus tum alia, tum liber de jocoſe dictis & factis Matthiæ Corvini Regis Hung. quem filio ejus Johanni dedicavit.

(a) Hornanus, medicus & philologus inſignis, natus eſt 1513. obiit 1575. Extant ejus animadverſionum libri ſex, Epiſtolæ & Emblemata.

(b) In Annalibus Sileſiæ p. 161.

(c) Loco citato.

(d) Groſſerum Part. I. p. 137. ſeqq. Carpzovium Part. II. c. 1. §. 14. p. 194.

(e) De Reb. Polon. Lib. 24. p. 357. b.

(f) Hiſt. Boh. Lib. 30. p. 245. lin. 17.

(g) In Annalibus Sileſiæ p. 163.

(h) Pag. 164.

mox ruptum. Nam

tislavienſis ad Pium II. P. M. recens electum) & Capitulum Vratislavienſe cum civitate ipſa Vratislavienſi multisque aliis dominis & urbibus fœdus inierunt contra Georgium in quadriennium: Verum id vix ad feſtum aſcenſionis usque Dominicæ ſtetit.

Vratislavienſes,

§. VII. Quo tempore cum Vratislavienſes, ut convenerant, Cotbuſium revertisſent, re infecta receſſum eſt propter multitudinem principum Sileſiæ, qui Georgio, poſtquam eum à Cæſare etiam Regem appellatum intellexerant, obedientiam promiſerunt. Quibus Svidnicenſes etiam & alii multi ſeſe adjunxerunt. Annal. Vratisl. & Cureus. (i)

Svidnicenſes aliisque Sileſiæ principes Georgio à Cæſare prorege agnito, obſequium promittunt,

§. VIII. Quo tempore Svidnicenſes & Javorienſes, qui confœderati cum Vratislavienſibus fuerant, contra fœdus a Rege ſtare cœperunt: Eodem Luſatiæ etiam ſex civitates regi ſeſe dediſſe Crato affirmat.

cui & Luſatiæ Hexapolitanæ urbes ſe ſubjiciunt.

CAP. LXXXVI.

De

Bello, qvod interceſſit Luſatiæ inferioris oppidis cum Alberto Brandenburgio, aliisque rebus huc ſpectantibus.

§. I.

1461. Luſati cum Alberto Brandeburg: bellum gerunt, qui Achilles Germanicus cognominatus. de quo Nohas Buchholzeri, Dhemenſis,

ANno 1461. reperio in Vratislavienſium annalibus, bellum interceſſiſſe Luſatiæ (k) oppidis cum Alberto Brandenburgico, qvem Achillem Germanicum cognominavit Pius II. Fratre Friderici, de quo jam dicemus. (l) Unde Nohas Buchholzer Dhamenſis epithalamio Pauli Prætorii de Alberto ſic canit:

Oppoſuit ſeſe felici marte Polonis,
Ille Boruſſorum debilitavit opes.
Luſatos Viadri populos devicit ad undas,
Et fregit vires Dux Pomerane, tuas.

Georgius Glogoviam venit cum 1462. Johanne Pribuſienſe, aliisque, ubi cum Caſimiro, Pol. Rege fœdus pangit.

§. II. Georgius quinto regni anno, qvi a Chriſto nato erat 1462. 15. Maji Glogoviam venit, habens in comitatu ſuo inter alios principes etiam Johannem Pribuſienſem. Ibi cum Rege Poloniæ Caſimiro, qvi 18. Maji eandem urbem ingreſſus eſt, toros dies novem collocutus eſt & fœdere junctus.

§. III. Unde poſtea ita animus crevit Georgio, ut hoc anno 62. Fridericum II. Electorem Brandeburgenſem adigeret ad reſignandum ſibi Gubenæ Luſatiam (inferiorem ſcilicet, ſecundum Juſtum (m) & Cureum) (n) qvam deceſſoris ejus Ladislai beneficio tenebat. Cotbuſium tamen & Pyzam retinuit ſibi Friedericus, aliaque non nulla oppidula, propter quæ ipſa nihilominus bellum ei fecit Georgius, ut docent Annales Vratis. Juſtus (o) addit Sommerfeldum; ſed hoc demum anno 1482. marchioni obligatum infra (p) audiemus.

1462. Luſatiam inferiorem recuperat. Cotbuſium, Pyzam aliaque loca retinente Friderico, Electore. 1482.

§. IV. In Budiſſinenſium annalibus annotatum eſt, anno 1462. dominica Jubilate h. e. Maji 9. Budiſſinam veniſſe Giſſiconem regem, eodemque anno hexapolitanos ipſi Cotbuſium obſidenti adfuiſſe magno cum exercitu.

1462. Georgius R. Budiſſinam venit. Cotbuſium obſidet, quo de teſtatur

§. V. Meminit hujus belli etiam inſcriptio qvædam chori in coenobio Cotbuſiano, qvæ talis eſt: Anno Domini 1462. dominus de Sternberg cum Bohemis obſedit civitatem Cotbuſienſem, ſed marchio Brandeburgenſis dominus permanſit.

Inſcriptio cœnobii Cotbuſiani.

§. VI. Cotbuſium ex hoc tempore marchiones Brandeburgenſes poſſident.

Cotbuſium adhuc Brandeburgenſibus paret.

§ VII. Cæterum ad Friederici Marchionis tempora Schoſſerum qvoqve reſpexiſſe puto lib. I. March. eleg. I. cum Aſcanium Æneæ F. facit per qvietem Feretrido Petri F columnæ (à quo hic Fridericus & qui nunc rerum potiuntur marchiones genus ducunt) ejusque poſteritati Dominium Luſatiæ permittentem his verſibus:

Schoſſeri Lib. I. March. Eleg. I. verſus.

Pruſſia, cæruleis quæ ſuccina gignit in undis
Hanc etiam dominam ſentiet eſſe ſuam.
Terraque, clara viris, & fertilis ubere glebæ.
Perqvam formoſo flumine Niſſa fluit.

§. VIII. Fuiſſe quidem Friderico etiam ante hunc annum 1462. cum Bohemis bellum ex Cromeri Lib. 24. p. 365. patet, ubi Cazimirus Polonus inter alia benevolentiæ in marchionem ſuæ argumenta hoc etiam commemorat, quod neque cum Ludovico Bavaro, neque cum Bohemis conjun-

Bellum & cum Bohemis Fridericus geſſit. Cazimiri Poloni in Fridericum benevolentiæ conteſtatio.

(i) Pag. 165.
(k) Conf. Groſſerum Part. I. p. 139.
(l) §. 3. hujus cap.
(m) Wolffgangum Juſtum in Genealogiis ſeptem Inſignium Familiarum Brandenburgenſium: Nam in Friderico II. hujus nominis inter Marchiones ita verba fluunt: Hic Frid. II. Georgio Regi Bohemiæ Luſatiam inferiorem tradidit, quam obtinuit à Ladislao Rege, ſolum ſibi Cotbuſium cum paucis aliis oppidis retinuit anno 1462.
(n) In Annalib. Sil. p. 167.
(o) In deſcriptione Electoratus Brandenburgici germanica in 4to impreſſa anno. 1572. cap. 13.
(p) Cap. 114 § 3.

conjungere ſeſe adverſus eum in animum induxiſſet.

Saganum obſidentHexapolitani, paulo ante exuſtum.

§. IX. Eodem anno 1462. poſt encænia Gorlicenſium hexapolitani cum Nobilitate obſederunt Saganum, quod anno præcedente Johannes Dux incenſum exuſſerat. Annal. Gorl.

CAP. LXXXVII.

De

Rege Georgio a Pontifice Romano Pio II. excommunicato ſive banno percuſſo.

§. I.

Pius II. Callixti III. in Pontificatu ſucceſſor 1458.

CAlixto III. Nicolai Qvinti ſucceſſori anno 1458. menſe Auguſto in Pontificatum ſucceſſerat Pius II. Æneas Sylvius antea dictus.

Bohemorum cum Synodo Baſilienſi compactata rata habere renuit.

§. II. Is Bohemorum (q) cum ſynodo Baſilienſi compactata, quæ vocant, rata habere recuſabat, tametſi ipſe cum in minoribus adhuc Eccleſiæ gradibus hæret, ei non interfueret ſolum, tanquam ſcriba concilii, verum etiam hiſtoriam ejus omnem ediderat, & decreta ibi facta magnis laudibus extulerat, ut Sleidanus refert.

Cujus extat bulla de anno 1463.

§. III. Extat enim bulla ejus ad Academiam Colonienſem, ſuperioribus annis Lovanii inventa, & Brixiæ edita, qva omnia, quæ dudum pro Concilio Baſilienſi & contra Eugenium, ſummum pontificem ſcripſerat, retractavit anno. 1463. 6. Cal. Maj.

1462. Georgius, de Papæ iniquitate conqueſtus, ſe cum uxore liberisque ſuis Huſſitam moriturum, ejusque doctrinam conſtanter defenſurum, publice profitetur.

§. IV. Georgius itaqve anno 1462. die St. Laurentii in freqventi procerum conſeſſu, de hac papæ iniqvitate publice qveſtus eſt, & proteſtatus ſolenniter, ſe cum uxore, qvæ ipſi aſſidebat, liberisque ſuis, in qvà parentes ſui mortui, ipſe vero natus atqve educatus, qvamque profeſſus eſſet hactenus religionem & fidei doctrinam ad extremum uſque vitæ ſpiritum contra qvosvis conſtanter propugnaturum. Oratorem etiam pontificium Fantinum de valle intemporantius ſibi oblocutum in vincula conjecit.

Fantinum de Valle, Orat. Pontif. in vincula conjicit.

Pontifex contra Georgium Bullam promulgat, 1463.

§ V. Pontifex itaqve, ut vicisſim ægre faceret Georgio, promulgata Romæ anno 1463. 4. Cal. April. bulla, cujus apud Cochlæum legitur exemplum, hæreſeos Jacobelli Miſnenſis de communionis utriuſqve ſpeciei ad ſalutem laicorum neceſſitate, hujus ergo reum illum delcarat, ac tantum non excommunicat, Vratislavienſes etiam eorumque autoritatem ſecutos Namislavienſes, qvi præter cæteros Georgio contumaciter etiam bello reſtiterunt, obedientiæ ejus exemtos, in ſedis apoſtolicæ protectionem recipit, & cum alios omnes Bohemiæ, Moraviæ, & Sileſiæ ſtatus catholicos, tum Luſatiæ qvoque incolas iis contra regem opem ferre jubet, ne qvo modo ad præſtandum ei homagium compellantur.

cujus rigor, regem excommunicat, ſubditos à fide regi debita abſolvit, eosque adverſus ipſum concitat.

Vratislavienſium cum Rege tranſactionem de Anno 1460. irritam reddit. 1460.

§. VI. Fuitqve eo deteſtabilius pontificis ſcelus, qvod irritam reddidit Vratiſlavienſium cum Rege traſactionem autoritate legatorum pontificiorum anno 1460. 18. Jan. initam, ſperatamque ex ea pacem fecit. Receperant enim illi Georgio obedientiam poſt trienni & unius menſis exitum, qvod tempus jam expirarat.

cujus tranſactionis tenor.

CAP. LXXXVIII.

De

Luſatia ſuperiore R. Georgio homagium præſtante, peſtilitate ſæviente & Pontifice Maximo moriente.

§. I.

ANnales Budisſinenſes annotarunt (r) an. 1463. Matthiam in Regem Bohemiæ receptum, unde verſus:

1463. Matthias Rex Bohemiæ creatur unde Chronodiſtichon,

Cœna CapVt CIngIt MatthIæ fVLgente Corona.

1464. Hexapolitani Regi homagium præſtant.

§. II. Nondum in verba Georgii juraverant Hexapolitani. Anno igitur demum 1464. die ☾ ante feſtum Viti & Modeſti proxima h. e. XI. Junii ut nos computavimus, (tametſi 12. habent annales) reliqvæ qvinqve civitates longiorem dilationem fraudi ſibi fore metuentes, a Gorlicenſibus deſcivère, & regi homagium præſtitère.

§. III. Gorlicenſes diutius cunctati, tandem de conſilio Caſparis, Misnenſium præſulis, ne qvid Reſpublica detrimenti caperet, idem & ipſi fecerunt, in feſto D. Bartholomæi Javoriæ in Sileſia.

Caſpar Schœnbergius, præſul Miſnenſis, obiit 1463.

§. IV. Fabricius (s) Caſparem Schoenpergium præſulem Miſnenſem in ordine XXXIX. obiiſſe ſcribit anno præcedente 1463. prid. Cal. Jun.

1464. Magna peſtis.

§. V. Eodem anno 1464 Laubæ, Gorlicii. Budiſſinæ & undiquaque ſæviit peſtilitas, qvæ Gorlicii quidem præter magnam civium multitudinem, ludimagiſtrum cum collegis ſuis, qvos baccularios vocant, omnibuſque pene pædagogis & Scholaſticis reliqvis extinxit. Cœpit circa feſtum Laurentii, & maxima fuit circa Natalem Mariæ,

& diuturna

(q) Conf. Groſſerum Part. 1. p. 138. Nota ſub lit. (y) Carpzov. P. II. c. 1. §. 14. p. 194.
(r) V Groſſerum Part, I. p. 137. ſeqq. Carpzovium Part, II. c. 1. §. 14. p. 194.
(s) In Annalibus Urbis Miſnæ lib, 2. p. 66.

1464. Pro Georgio apud Pium II. Pontif. intercedunt Fridericus Imper. & Ludovicus Bavarus Pius II. Pontifex ad bellum ſacrum contra Turcas ſemet accingens, Anconæ febri extinctus Succeſſorem habet Paulum II. Venetum.

§. VI. Eodem anno 1464. Pius II. qvi Friderici Imper. & Ludovici Bavari interceſſione proceſſus excommunicationis contra Georgium ſuſpenderat, in ipſo procinctu belli ſacri Turcici, qvod comparata claſſe ipſe per ſe obiturus ac ſuo ductu geſturus erat, in portu Anconitano ſexto pontificatus anno pridie aſſumtionis Mariæ h. e. Auguſti 14. febri extinctus, Paulum II. Venetum ſucceſſorem accepit.

Maximilianus I. Imper. Venetorum Legatis, bellum ſibi indicentibus, 1508. credere ſeſe dicit Pium II. à Venetis veneno extinctum eſſe.

§. VII. Maximilianus I. Imperator in reſponſione ſua, qvam anno 1508. 3. Cal. Januarii legatis Venetis bellum ſibi indicentibus Memmingæ dedit, credi ait Pium à Venetis Turco fœderato ſuo gratificaturis Anconæ veneno extinctum.

CAP. LXXXIX.

De Georgio Emmerichio ad terram ſanctam profecto, & ad inſtar ſacri ſepulchri ſimulacro condito.

§. I.

1465. Georgius Emericus Gorlicenſ. &c. Hieroſolymis eqves auratus creatur.

ANno 1465. Georgius Emericus civis(t)Gorlicenſis Vrbani filius, Venceslai frater, duobus miniſtris & artifice ſeu architecto comitantibus, religionis ergo ad terram ſanctam profectus inſpectis converſationis & operum Chriſti in ea veſtigiis Hieroſolymis ſuper ſacro Chriſti ſepulchro eques auratus creatus eſt, V. id. Vtil. teſtimonio formatæ, ut vocant, cujus exemplum infra ſcriptum eſt.

Teſtimonium deſuper ipſi datum.

§. II. „Vniverſis & ſingulis præſentium „notitiam habituris clarius innoteſcat, „quod anno Domini M CCCCLXV die „XI. menſis Julii, Vir Nobilis Dominus „Georgius Emetici de Goerliz, cauſa de„votionis peregre proficiſcens venit Jero„ſolymam & eximia cum devotione viſi„tavit devotiſſima loca terræ ſanctæ, quæ „à modernis peregrinis Chriſtianis viſita„ri ſolent, tandemque ſuper ſanctiſſimum „domini ſepulchrum dignitate militari de„votiſſime eſt inſignitus. In cujus rei te„ſtimonium ego Frater Franciſcus Placen„tinus Ordinis Minorum, Vicarius ſacra„tiſſimi Conventus Montis Sion, nec non „& aliorum locorum terræ ſanctæ guber„nator & rector, has literas patentes ſibi „fieri, præfatique conventus ſigillo magno „communiri. Valete omnes in Chriſto „JEſu Salvatore & pro me ſæpius orare „dignemini. Dat. Jeroſolymis in dicto con„ventu noſtro Montis Syon, Milleſimo &c. „&c, ſupra ſcripto die & menſe.

Eteoſtichon Manlii.

§. III. Nos rem hoc rudi eteoſticho notavimus:

EMerICVs CVſtos gnaVVs qVI reXerat VrbIs
Frena, sVper ChriſtI bVſta CreatVs eqVes.

Cauſæ peregrinationis Emericianæ.

Exiſtimo autem non tantum pietatis, ut tum cenſebatur, ſtudio, ſed etiam perturbatiſſimo temporis illius ſtatu, ad ſuſcipiendam tam longinqvam peregrinationem permotum fuiſſe Emericum, quod videlicet ſpectator eſſe nollet inteſtinorum tumultuum, qui ob collocatum in Bohemiæ regnum Girſiconem Huſſitam, paſſim gliſcebant.

Hieroſolymam cum peregrinatum eſſe à quibusdam fertur, Comite fœmina, Tingeri, pannificis vidua.

§. IV. Sunt, qui bis religioſa illa peregrinatione defunctum affirmant, & quidem pannificis cujusdam prædivitis Fingeri viduam, fœminam virili & voce & animo, cucullo monachi indutam ſe illi itineris comitem præbuiſſe. Domum ex Palæſtina reverſus, ut communicato cum ſuis civibus & aliis, peregrinationum ſuarum fructu, fidem hiſtoriæ reſurrectionis, præſertim in rudi vulgo confirmaret, ad inſtar ſacri ſepulchri, quod Hieroſolymis coram viſum per artificem delineari ſibi curaverat, & cujus ſimulacrum quoddam ſive typum ſecum aſportârat, cenotaphium in ſuburbanis Gorlicenſibus, ſuis impenſis condidit, cujus extat Deſcriptio elegiaco carmine anno 1569. a Bartholomæo Andreade Svidnicenſe Sileſio, tunc ſcholæ Gorlicenſis collega edita, (u) & Jnhanni Emerico, Georgii ex Johanne juniore filio. Nepoti, ejusque filiis Georgio & Johanni dicata. Eam non invenuſta Ovidianorum verſuum parodia ſive mimeſi commendavit Laurentius Ludovicus Leobergenſis, quam cum ad rem pertineat & jucundam lectori fore confidam, aſcribere non pigebit:

Cenotaphium, ad inſtar ſacri ſepulchri, Gorlicii condit, 1569. cujus deſcriptio carminica à Bartholomæo Andreade edita 1569.

Laurentii Ludovici, Lenberg. parodia ad Andreadæ deſcriptionem.

§. V. *Bartholomaeo Andreada, collega cariſſ. ingenio fideque praſtanti S. L. L. L.*

Aſpice, Luſatio, Chriſti, ſub monte ſepulchrum,
Qua vagꝰ Gorlicios Niſſa pererrat agros.
Ardentes animæ, qvibus illud cernere primum
Atque pari ſpatio condere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter terraque marique
Emenſos durum relligionis iter.
Non labor, & ſumptus ſanctiſſima pectora fregit
Hoſtilisque manus, barbariesque loci;
Nec domus excellens, auri que immenſa cupido,

Non

(t) V. Groſſerum Part. I. p. 139.
(u) Quam Tomi hujus 1. Parte II. pag. 115 - 125. integram exhibemus.

Non patriæ juſtus ſollicitavit amor.
Aſpexêre oculis Chriſti monumenta propinqvis,
Formamque in patrium tranſpoſuere ſolum.
Sic colitur pietas: non ut monumenta vetuſta
Tollas, cumque imis ſumma revulſa cadant.
Sanctorum paſſim quos cernit imagine vultus,
Pro ſacris ſpectat ruſtica turba libris.
Poſteritas veterum ſervet monumenta laborum:
Multa, vetuſtatis ſigna notanda docent.
Te quoque, dum ſacrum miratur Niſſa ſepulchrum:
Stirps Emericorum dum generoſa manet:
Andreaden juſto pietas extollet honore,
Hoc ſacra qui primus carmine buſta canis.

CAPUT XC.

De

Imperatore Hadriano, ſacri ſepulchri locum magno terræ cumulo operiri & execrabilia idolis delubra erigi jubente.

§. I.

Cenotaphium Chriſti Emericianum præcipuum Gorlitii γνώρισμα.

POrro cum cenotaphium Chriſti Emericianum inter præcipua ſit patriæ noſtræ γνωρίσματα h.e. decora & ornamenta, paucis id deſcribimus, ubi prius de ipſo vero Chriſti ſepukchro quædam præmiſerimus ex hiſtoria eccleſiaſtica & aliis ſcriptoribus poſterioribus petita.

Agunt nunc reliqua de ipſo vero Chriſti ſepulchro, quod Hieroſolymis eſt, ejusque fatis variantibus, nec non inſcriptionibus, usque ad annum 1517.

§. II. Primum omnium Evangeliſtæ docent, cruci affixum fuiſſe filium DEI ſalvatorem noſtrum apud Palæſtinorum gentem prope urbem Hieroſolymitanam in loco (montis Gihon) qui Græce κρανίον h. e. calvaria vel κρανίου τόπος h. e. locus calvariæ, Hebræicè verò גֻּלְגֹּלֶת Golgatha vocabatur (ante portam veterem, per qvam crucem extulerat.)

Mons Gihon, S. Calvariæ in quo Chriſtus, Dei filius, ſalvator mundi crucifixus.

§. III. Sepultum autem corpus ejus in hortis (ante portam paradiſi ſive horti verſus occidentem ſitam) prope locum ubi crucifixus fuerat, à Joſepho ex Arimathia, Judæo ſenatore, & Nicodemo, utroque diſcipulo JEſu occulto in novo Joſephi monumento, quod a petra is exciderat.

Sepultus in hortis ante portam Paradiſi, à Joſepho, Arimatheo, ſenatore, & Nicodemo.

§. IV. Hoc igitur monumentum, ut Socrates (w) & bea us Hieronymus (x) teſtantur, (qui quæ Chriſti ſunt ſapuerunt) h. e. Chriſtiani poſt paſſionem usque ad tempora Ælii Hadriani Quindecimi Romanorum Imperatoris, venerati ſunt.

in monumento Joſephi in petra excuſſi, quod Chriſtiani poſt paſſionem uſque ad tempora Ælii Hadriani Rom. Imperat. venerati ſunt.

§. V. Hic enim anno Imperii 19. qui erat a nato Chriſto 136. ut Euſebius (y) & Oroſius (z) habent, disjectis & in pulverem ac cineres redactis veteris urbis Hieroſolymitanæ ruderibus, adeoque, nomine ejus deleto, haud procul inde ſuper monte Gihon in ipſo loco Golgatha aliud oppidum condidit, & ad honorem nominis ſui, ut inquit Euſebius, (a) Æliam (Dion (b) addit Capitolinam a Jove Capitolino) dixit, quod nomen hodieque retinet. Portis in fronte affixit porcos ex marmore factos, interdicto in perpetuum Judæis ſub capitis pœna ejus urbis ingreſſu.

136. qui ruderibus veteris Hieroſolymæ disjectis ac exuſtis, ſuper monte Gihon oppidum aliud conditum, Æliam Capitolinam vocavit. Judæos interdicto ab ingreſſu urbis arcet.

§. VI. Per id etiam temporis gentiles, homines athei & impii, fidem Chriſti averſati & Eccleſiam perſecuti, religionem Chriſtianam adhuc illios ioitio, cum primum germinari cœpiſſet, veluti in herba toto conatu exſcindere ſatageotes, inſtinctu dæmonum diviniſſimum illud immortalitatis monumentum & ſalutare ſepulchrum ſtudioſe tenebris oblivionis & ignoraotiæ ad operiendum tradidere ſtulta cogitatione ipſam hoc pacto divioæ reſurrectionis veritatem, hominum notitiæ eximi & oculis poſſe rati.

Gentiles, Chriſti fidem averſantes & Eccleſiam perſequentes,

§. VII. Multo igitur labore adhibito, tellureque aliunde congeſta, totum eum monumenti locum magno terræ cumulo operiunt: Deinde aggere quodam oppletum ſublimant & in ſublime erigunt, cum per ſe profundior eſſet, qualis poſt repurgationem Sozomeni (c) ſeculo adhuc viſebatur.

multo labore totum monumenti locum terra operiunt, & aggere ſublimant.

§. VIII. Tandem totum reſurrectionis & cranii locum circumcirca complexi occupant, & lapidibus ſuperficie tenus ſternunt, atque ita divinum ſepulchrom ſub magno congeſtæ telluris cumulo condunt.

reſurrectionis & cranii locum totum lapidibus ſtratum abſcondunt.

§. IX. Neque ſic contenti, ne quid illis reliqui eſſet ſupernè execrabile revera animarum ſepulchrum ſtruunt, h. e. tenebricoſum mortuorum idolorum ſeceſſum la-

(w) Socrates Scholaſticus Hiſt. Eccleſ. lib. I. c. 17. p. 46. Edit. Moguntin. 1677.
(x) Paſſim in Epiſtolis & aliis Tractatibus ejus.
(y) Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 12. p. 50. & lib. IV. c. 6. p. 119. Edit. Mogunt. 1672.
(z) Lib. 7. c. 8. fol. 103. Operis ejus præſtantiſſimi.
(a) Loc. citato.
(b) Caſſius Nicæus Romanarum Rerum à Pompejo M. ad Alexandrum Mamææ Epitome & quidem in Adriano p. 561. Edit. Baſ. 1557.
(c) Ejus Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. I. p. 440.

Veneri delubrum & Zodium impii erigunt, ſceleſtas victimas immolant.

laſcivo dæmoni ædificant, Veneri ibi delubrum ſeu templum erigentes & Zodium, ut Sozomenus (d) nominat, hoc eſt ſtatuam vel ſimulacrum ſtatuentes, ac ſceleſtas illic victimas ſuper abominandis & execrandis aris immolantes, nulla loci mentione facta, ita ut Chriſtum ibi adoraturi Venerem colere viderentur, & temporis ſucceſſu vera ejus loci cultus cauſa oblivioni traderetur, dum Chriſtiani nec intrepide illo proficiſci, nec aliis illam indicare auderent, & contrarium gentili curſu & ſtatua confirmaretur.

Juxta Hieronymum Palæſtina ab Hadriani temporibus usque ad Conſtantini deſerta & inhabitata, Jovis & Veneris ſimulacrum poſitum & cultum.

§. X. Hieroymus (e) refert ab Hadriani temporibus usque ad imperium Conſtantini, hoc eſt CLXXX. circiter annos, Palæſtinam deſertam atque inhabitatam, & in loco reſurrectionis dominicæ ſimulacrum Jovis, in crucis rupe ſtatuam Veneris ex marmore a gentibus poſitam fuiſſe cultam, exiſtimantibus perſecutionis autoribus tollere nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi ſancta loca per idola polluiſſent. Quomodo & Adamus Reyſnerus (f) ſcribit, ipſum Hadrianum Imp. in loco monumenti Chriſti Jovi, in loco Calvariæ montis Golgatha Veneri, denique in oppido Bethlehem, Adonidi templa conſtruxiſſe, & ubi τὰ ἄδυτα hoc eſt ſancta ſanctorum olim fuerant, ſtatuam ſibi equeſtrem in alta columna poſuiſſe, quæ Hieronymi ætate adhuc extiterit.

inque oppido Bethlehem Adonidi templa conſtructa, ad ſancta ſanctorum equeſtris ſtatua erecta.

CAPUT XCI.

De Imperatore Conſtantino M. ſepulchrum Chriſti, tres cruces & clavos effodi jubente.

§. I.

TAm longo igitur tempore hæc Ethnicorum adverſus veritatem molimina ſunt prorogata, nec ullus unquam præſidum, nullus Imperatorum, nullus etiam ipſorum regum inſtructus ad hoc repertus eſt, ut quæ illi auſi fuerant, demoliretur, usque ad Conſtantinum Maximum Imp in ordine XXXVII. qui poſt ſolutam ſtatim ſynodum Nicænam, quæ in annum imperii ipſius XXm. (ſecundum Euſebium (g), tametſi in præcedentem refert eam Funccius (h)) Chriſti anno 329. incidit, divino ſpiritu afflatus, deſtructis impoſturæ hujus machinamentis tam diu ſub tellure abſconditam, tot annorum periodis ignoratum, ſibi vero ſoli ſignis ac ſomniis revelatum ſanctisſimæ pasſionis Salvatoris indicium poſt tenebricoſam illam occultationem ad lucem denuo reduxit, & turpiſſimis idoli acceſſionibus, ac omnis generis impuris materiis, quibus per hoſtium inſidias erat adopertum, quaſi impoſita quadam mole revelavit.

Tandem Conſtantinus M. Imperator

ſancta hæc mortis paſſionis & ſepulchri loca ſ. monumenta repurgat, revelat,

§. II. Hujus enim mandato monumentum hoc quod ab inimicis conſpurcatum fuerat, repurgatum eſt & una cum ipſis ſtatuis & dæmonibus ipſa etiam erroris ædificia, ad pavimentum usque deſuper a vertice dejecta deſtructaque ac deturbata ſunt. Idem materiam dejectorum lapidum, & lignorum tolli & quam longisſime ab eo loco projici juſſit. Rurſus ipſum loci pavimentum admodum dæmoniaca mactationum tabe pollutum, altius effodi, atque una cum ipſa tellure porro & extreme quopiam exportari præcepit.

Ethnicorum ſtatuas & Idola deſtruxit &c.

materiam lapidum & lignorum dejectorum longe ab hoc loco removet, pavimentum loci mactationibus addictum altius effoditur & longe removetur.

§. III. Cum itaque alia poſt aliam tellure effoſſa, graduum ſerie locus altius egeſtus pateret, in una loci illius parte ipſum ſanctiſſimum ſaluberrimæ reſurrectionis antrum præter omnem ſpem apparuit, & ſpectatoribus conſpicuam hiſtoriam eorum, quæ illic miraculoſe geſta erant, viſendam exhibuit, dum reipſa de Servatoris reſurrectione quavis voce vocalius teſtificatum eſt: in altera vero teſte Sozomeno, (i) tres cruces, Chriſti & latronum confuſo ordine hinc inde ſparſæ inventæ ſunt, ac ſeorſim projecta tabula illa cum ſcriptura tituli a Pilato cruci divinæ impoſita. Socrates (k) clavos etiam in monumento, ſed, ab Helena repertos memorat.

Antrum S. reſurrectionis reperitur

tres Chriſti & latronum cruces cum tabula Inſcriptionis Pilati inveniuntur.

Clavi in monumento ab Helena reperti ſec. Socratem,

§. IV. Addit Sozomenus (l) locum illum pateſactum ac deprehenſam impoſturam, quam in eo malitioſe ſtruxerant pagani indicio Viri cujusdam Hebræi, qui locum hunc ex paterno quodam ſcripto manifeſtarit. Cum autem difficile eſſet Chriſti crucem a reliquis diſcernere, Macarius Hieroſolymorum præſul aſſumta matre Imp. Helena, quæ per id tempus precandi & locos ſacros viſendi cauſa Hieroſolymam venerat, ad fœminam quandam Nobilem & primariam in eadem urbe gravisſima & incurabili ægritudine confectam, ac jam ani-

Chriſti Crux quæ fuerit, difficulter cum diſcerni potuerit, ab Helena mirabiliter & per prodigium in fœmina ægrota repertum.

(d) In græco textu loc. modo citato.
(e) In Epiſtola ad Paulinum, quæ continetur Lib. II. Epiſtolarum.
(f) Qui 8. Libros de Geſtis G. reliquit: vid. Zeillerus T. de Hiſt. p. 124.
(g) De vita Conſtaotini M. Lib. III. c. 21. & ſeqq. p. 494. & ſeqq.
(h) In Chronol. p. 107.
(i) Hiſt. Eccleſ. Lib 2. c. 1 p. 441.
(k) Hiſt Eccleſ Lib I c. 17. p. 47.
(l) Hiſt. Eccleſ. Lib. 2. c. 1. p. 441.

animam agentem, acceſſit, factaque primum precatione illi in lecto decumbenti & feminece ſingulas cruces applicuit. Mulier tertia demum adhibita adapertis ſubito oculis, ac viribus receptis lecto repente exiliit. Fertur eodem modo & mortuus revixiſſe.

quo modo & mortuus revixiſſe fertur.

§. V. Sacræ crucis inventæ maximam portionem theca argentea incluſam ad memoriam Hieroſolymis viſere volentibus imperatrix reliquit, quæ Sozomeni adhuc ætate illic aſſervabatur. Reliquam autem partem una cum clavis Conſtantino Imperatori filio, ut Socrates (m), miſit, ut Sozomenus (n) & Rufinus ipſa (o) attulit.

Crucis ſacræ inventæ pars major theca argentea incluſa, Hieroſolymi viſenda, ab Imperatrice Helena relinquitur.

§. VI. Ac crucis quidem portionem acceptam Imperator in ſua ipſius ſtatua, quæ Conſtantinopoli in foro Conſtantini purpureæ ac magnæ columnæ inſiſtebat, condidit, quod eam civitatem ſalvam fore crederet, ubi portio crucis aſſervaretur.

Pars reliqua cum clavis Conſtantino Imperatori, filio affertur. Quam Imperator in ſtatua ſua Conſtantinopoli condit.

§. VII. Ex clavis vero galeam & frenos, quibus ad bellum uteretur, fabricari curavit. Et accommodatur huic a Sozomeno (p) Zachariæ prophetia, quod in freno equi erit, ſanctum erit Domino omnipotenti.

Ex clavis galeam & frenos ad bellum aptos fabricari jubet, de quo Zachariæ Prophetia.

CAPUT XCII.

De

Imperatore Conſtantino M. Baſilicam circa ſepulchrum Chriſti regalibus ſumtibus conſtitui jubente.

§. I.

PORRO Imperator, cum arbitraretur locum reſurrectionis Domini illuſtrem ac venerandum cunctis haberi debere, confeſtim piarum legum conſtitutionibus magnificam Deo domum oratoriam ſive Baſilicam ſeu martyrium Servatoris circa ſalutare ſepulchrum opulentis ac regalibus ſumtibus conſtitui juſſit. Ac iis quidem, qui orientalium gentium principes erant & magiſtratibus loci illius ſcripſit, ut opus hoc excellens magnum & precioſiſſimum copioſis ac longis ſubſidiis perficerent.

Baſilicam Deo Domum ſ. martyrium Servatoris circa ſalutare ſepulchrum regalibus ſumtibus extrui legibus jubet.

§. II. Macario etiam Hieroſolymarum præſuli literas miſit, quarum exemplum recitant Euſebius (q) & Socrates, (r) ſciſcitans ex illo, quem potiſſimum ad modum ſacrum illum locum ædificiorum venuſtate exornandum cenſeret, & præcipiens, ut ſtructuras diligenter curaret. De muris vero erigendis, & ut cuncta affabre fierent, Draciliano partes provinciarum moderanti, provinciæque illius principi curam commiſit, eique in mandatis dedit, ut & artifices & operarios & quæcunque ad ſtructuram hanc neceſſaria Macarii indicio cognoviſſet, confeſtim per illorum providentiam mitteret.

Macario Hieroſolymarum præſuli literas miſit, ſtructuramque diligentem commendat. Draciliano murorum erigendorum curam committit, &c.

§. III. Primum omnium itaque ſacrum illud antrum quaſi quoddam totius caput eximiis columnis ornatuque plurimo decoravit, ac omnis generis cultu illuſtravit imperatoris magnificentia.

Sacrum antrum eximiis columnis ornatuque omnis generis decorat & illuſtrat.

§. IV. Deinde adverſo antro lateri, quod ad ſolem orientem proſpicit, templum regium immenſa ſublimitate erectum, ac maxima longitudine & latitudine vaſtum adaptavit, plurimorumque anathematum auri & argenti inenarrabili pulchritudine ac lapidum precioſorum variantibus materiis exornavit, denique tecto plumbeo contra tempeſtates munivit.

Templum regium altiſſimum & vaſtiſſimum gemmis precioſiſſimis exornat, tectoque plumbeo munit.

§. V. Reliqua tria antri latera longis porticuum ambitibus circumdedit, ac comprehendit. Atque ita juxta Servatoris ſepulchrum nova conſtructa eſt Hieruſalem e regione ejus, quæ olim quidem celebris, poſt necem vero dominicam ſubverſa & deſolata impiorum civium pœnas dedit.

Reliqua antri latera longis porticuum ambitibus circumdat. Ita nova juxta Chriſti ſepulchrum Hieruſalem conſtructa.

§. VI. Hoc templum Conſtantini, quod exquiſitius depingit Euſebius, (s), qui ſub ejus imperio vixit, poſtea ſacrum ſepulcrum appellatum Reyſnerus annotavit. Ædificationem ejus imperatori conſtanter aſſeribunt Euſebius (t) & Sozomenus (u), cum Socrates (w) & Ruffinus (x) matri ejus tribuere malint.

Templum hoc Conſtantini, poſtea ſacrum ſepulchrum appellatum, pars ſcriptorum ædificationem templi Imperatori Conſtantino, pars matri Helenæ tribuit.

CAP.

(m) Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 17. p. 47.
(n) Hiſt. Eccleſ. Lib. II. c. 1. p. 442.
(o) Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 8. p. 240. Edit. Baſil. 1562. f.
(p) Hiſt. Eccleſ. Lib. II. c. 1. p. 442.
(q) De vita Conſtantini Lib. III. c. 29. & 30. p. 499. & ſeqq.
(r) Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 17. p. 47.
(s) De vita Conſtantini Lib. III. c. 31. 32. 33. &c. p. 500. ſeqq.
(t) Capitibus citatis.
(u) Hiſt. Eccleſ. Lib. II. c. 2. p. 442.
(w) Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 17. p. 47.
(x) Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 10. p. 242. imprimis vero c. 8. p. 240.

CAPUT XCIII.

De

Imperatrice Helena duo templa, unum in Bethlehem, alterum in montis vertice, unde Chriſtus in cœlum aſſumtus eſt, fundante.

§. I.

Helena Conſtantii uxor, mater Conſtantini, a quo ad Chriſtianiſmum adducta,

POſt ædificatam novam Hieruſalem & ex adverſo veteri & deſertæ conſtitutam, Helena Auguſta, ante nuptias cum Conſtantio, ut Aventinus ſcribit, Treverenſis ancilla, pii Imperatoris Conſtantini (a quo etiam ad Chriſtianiſmum fuerat adducta) pia mater, dextram ipſi porrigente unigeniti filii facultate, duo præterea Deo Servatori ſuo fundavit & conſecravit veneranda ac pucherrima ſacraria ſeu templa, unum in Bethlehem ad ſpeluncam, in qua Chriſtus ſecundum carnem natus eſt, alterum vero in vertice montis Olivarum, unde in cœlum aſſumtus eſt Dominus, cujus Nicephorus quoque meminit Lib. VIII. Cap. 30. (y) Ea Imperator, ut matris ſuæ memoriam perpetuam redderet, regalibus anathematibus, auri & argenti theſauris ac variis cortinis eleganter honoravit.

duo præterea Salvatori templa fundat & conſecrat, unum nempe in Bethlehem, alterum in montis vertice, unde in cœlum Chriſtus aſſumtus eſt,

quæ Imperator filius in matris ſuæ memoriam perpetuam, regalibus theſauris ac cortinis exornat.

§. II. Socrates (z) Helenam divinis viſionibus in ſomnis admonitam Hieroſolymam veniſſe jam anum, ibique, cum innotuiſſet ipſi gentilium factum, dejecta ſtatua Veneris, & loco poſt amotionem aggeris repurgato, quæſitoque ſtudioſe & invento Venerandæ crucis ligno oratorium in loco monumenti ſtruxiſſe, ac novam Hieruſalem ad prophetica alludendo oracula nominaſſe ait.

Socrates Helenæ in ſomnis admonitæ, Veneris ſtatuæ dejectionem, ac novæ Hieruſalem eſtructionem tribuit.

§ III. Poteſtatem ei dederat filius, referentibus Euſebio (a) & Sozomeno (b), imperialium theſaurorum, ut illis pro arbitrio & animi ſui ſententia uteretur & quomodocunque vellet, & ſicut ipſi rectum videretur ſingula diſpenſaret. Ruffinus (c), ab Helena Regina eo in loco, in quo crucem repererat, templum mirificum regia ambitione excitatum refert.

Cui filius imperialium theſaurorum poteſtatem dedit, juxta Euſebium & Sozomenum. Item Ruffinus,

§ IV. Reyſnerus ſcribit, Helenam Æliæ templum Veneris deſtruxiſſe & in loco Golgatha templum, quod Golgathanum & novam Hieruſalem appellarint, ædificaſſe. Aliud item ab Helena & Conſtantino in monte Oliveti & loco aſcenſionis Chriſti conditum, quod etiam Saraceni venerati ſint, & item aliud ſepulchrum Mariæ dictum.

Et Reyſnerus Helenæ templi ædificationem tribuit, de alio Helenæ & Conſtantini templo, itemque de alio templo, ſepulchrum Mariæ dicto.

CAPUT XCIV.

De

Templo ad ſacrum Chriſti ſepulchrum conſecrato.

§. I.

DEmum circa trigeſimum annum Imperii Conſtantini, Chriſti vero 339. perfecto templo, quod Hieroſolymis in loco Cranii ſtruebatur, & magnum martyrium appellabatur, Marianus quidam Tyrum venit, ac Synodo epiſtolam Imperatoris exhibuit, qua jubebantur illic congregati proficiſci Hieroſolymam & templum conſecrare.

Annus perfectionis templi, 339. magnum martyrium appellati.

Synodus jubetur Hieroſolymam proficiſci ad templum conſecrandum.

§ II. Conſtanrinus enim a ſorore perſvaſus Arium Niceæ a plus CCL. (ſecundum Euſebium (d), Funccius (e) CCCXVIII. habet) præſulibus damnatum ab exilio revocaverat, & iterum de cauſa juſſerat cognoſci in Tyro.

Arcius, Niceæ damnatus hæreſeos, a Conſtantino ab exilio revocatur.

§. III. Venerunt itaque Hieroſymam & templum conſecrarunt, una cum pretioſis donariis & anathematibus Imperatoriis. Et ex eo tempore annuum hoc feſtum admodum ſplendide Hieroſolymitana celebravit eccleſia.

Templum Hieroſolymitanum conſecratur, ejusque conſecrationis feſtum annuatim celebratur.

CAPUT XCV.

De

Coſroe Perſiæ Rege Hieroſolymam diruente, & Carolo M. claves ſepulchri Domini omnemque Hieroſolymarum & ſepulchri ditionem accipiente.

§. I.

POrro paruit Ælia Imperatoribus Græcis Conſtantinopolitanis usque ad Heraclii Imperium & annum Chr. 614. velut Funccius (f) 615. quo Coſroës, Perſiæ Rex idololatra captam diruit, vaſtatis omnibus, & Zacharia patriarcha Æliano cum portione maxima crucis Chriſti,

Ælia imperatoribus græcis Conſtantinopolitanis quousque paruerit, 614. 614. poſtea a Coſroë, Perſa,

(y) Pag. 402. a.
(z Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 17. p. 46.
(a) De Vita Conſtantini Lib. III. c. 41. ſeqq. p. 504.
(b) Hiſt. Eccleſ. Lib. II. c. I. p. 441
(c) Hiſt. Eccleſ. Lib. I. c. 8 p. 240.
(d) De Vita Conſtantini Lib. III. c. 9-21. p. 487-494.
(e) In Chron. p. 107.
(f) Pag. 122.

capta diruitur, vaſtatur, Patriarcha cum theca memorata abducitur. XCM Chriſtiani interficiuntur, 624. poſtea Heraclius, Coſroë victor, patriarcham cum cruce novus Hieroſolymam triumphans reduxit.

ſti, quam Helena Auguſta, ut refert Socrates (g), theca argentea incluſam Hieroſolymis repoſuerat, & magna populi multitudine, abducto ac X CM. Chriſtiani nominis gladio interfectis. Mox tamen circa annum 624. vel inſequentem Heraclius Perſiam longe lateque depopulatus victo fugatoque Coſroë, patriarcham & crucem in templum Calvariæ triumphabundus reduxit.

799. Carolus magnus Zachariam, Presbyterum palatio ſuo adjungit, & Chriſtianis in terra ſancta magna pecuniæ dona mittit.

§. II. Cum anno 799. monachus quidam Hieroſolymitanus a patriarcha ejus loci multas Carolo magno attuliſſet reliquias, Rex inſequenti anno 800. eidem ad ſuos dimiſſo Zachariam Presbyterum de palatio ſuo adjunxit, & Chriſtianis per terram ſanctam habitantibus multum pecuniæ miſit.

800. Zacharias, Roma rediens, Carolo claves ſepulchri, civitatis cum vexillo ejusdem apportat.

§. III. Sub exitum ejusdem anni 800. Romam revertit Zacharias cum duobus monachis, unode monte Oliveti, altero de Bethlehem, legatis præſulis Hieroſolymitani, qui benedictionis cauſa, ut Regino loquitur, claves ſepulchri Domini ac loci calvariæ, civitatis item cum vexillo ejusdem Carolo detulerunt.

807. Carolo Imperatori Aaron, Perſarum Rex, rara & artificioſa munera mittit.

§. IV. Anno 807. Abdella Legatus Aaronis, Begis Perſarum, cum Gregorio, (Aventinus (h) legit Georgio) Abbate de monte Oliveti, natione Germano, cui olim Engilbaldo nomen a parentibus inditum fuerat, & Felice Monacho Hieroſolymitano, qui legatione quoque Thomæ patriarchæ fungebantur, Aquis ad imperatorem pervenerunt, eique munera rara & artificioſa a prædicto rege miſſa obtulerunt. Hæc Reginò.

De quo plura Aventinus, juxta quem Aran Perſ. R. omnem Hieroſolymarum & ſacri ſepulchri ditionem reſignat, & Carolo homagium ab incolis Hieroſ. præſtatur.

§. V. Aventinus (i) ſcribit potentiſſimum Saracenorum Regem Aran, Perſiæ, Syriæ Ægyptique dominum Carolo per legationem ampliſſimam, cujus princeps fuerit Thomas Patriarcha Hieroſolymitanus, traditis clavibus, omnem quam habuerat Hieroſolymarum & ſacri ſepulchri ditionem reſignaſſe incolis e veſtigio in verba ejus jurare juſſis ſuoque ſumtu provinciam in fide Imperatoris continuiſſe.

CAPUT XCVI.

De Urbe Hieroſolymis a variis occupata.

§. I.

Ælia Imperatoribus Græcis extorquetur 1012. a Calipha Rege Ægyptio, templumque ſepulchri deſolatur. Poſtea a Turcis occupatus, a Chriſtianis recipitur. Turcæ totaliter cæduntur. Templum 1049. reædificatum ſacrum ſepulchrum appellatur.

ANno 1012. Calipha Rex Ægyptius cum Saracenis infidelibus Æliam Imperatoris Græcis Baſilio & Conſtantino fratribus extorſit, & templum a Conſtantino Maximo in loco monumenti conditum diruit ac deſolavit. Paulo poſt a Turcis Mohometanis occupata eſt Ælia ejectis Saracenis. Poſtea tamen Chriſtiani locum receperunt. Turcis occidione cæſis & templum anno 1049. ut habet Palmerius, ope & cura Imperatorum Conſtantinopolitanorum reædificatum, ſacrum ſepulchrum appellarunt.

Tributum de quarta Æliæ parte quotannis barbaris ſolvitur. Cœnobium ad ſacrum ſepulchrum condit S. Stephanus, I. Hungariæ Rex, 1034. 1050. ad quod multæ procerum & principum peregrinationes fiunt.

§. II. Atque deinceps patriarchæ loci barbaris Regibus de quarta Æliæ parte, in qua erat ſepulchrum, quotannis tributum pependerunt. Circa hæc tempora & cœnobium apud ſacrum ſepulchrum condidit St. Stephanus, Gayczæ primi Chriſtiani Ducis F. primus Hungariæ Rex, qui in Regem coronatus eſt: anno 1001. obiit anno 1034. (Bakſchay 38) Autor Bonfinius. (k) Circa annum 1050. complurium præſulum ac Nobilium, peregrinationes religioſæ ad ſacrum ſepulchrum cœpere Reuſnero teſte. Tametſi autem id tempus Cunradus præſul Conſtantienſis illuc ter transfretavit. De quo infra. (l)

1099. Godofredus Bulionæus Æliam vi expugnat, Saracenos omnes trucidat, cujus Mauſoleum in Golgathanæ Eccleſiæ veſtibulo olim conſpectum.

§. III. Anno 1099. Godofredus Bylionæus Lotharingiæ princeps Æliam vi expugnavit, Saracenis ad unum omnibus ſine ætatis & ſexus diſcrimine, etiam in templo, trucidatis. Ejus mauſoleum lapide Pario conſtructum ante montem Calvariæ in veſtibulo Golgathanæ eccleſiæ Urſbergenſis adhuc ætate exſtabat,

1164. Saladinus Sultanus Ægypti totam Palæſtinam ſubigit, regnumque Hieroſolymorum delet, & profanat, Golgathano tamen templo parcit. 1187.

§. IV. Mortuo, anno 1164 Balduino IV. Leproſo, ſexto Rege Hieroſolymitano coronato, Saladinus Sultanus Ægypti Memphiticus cum Saracenis Æliam & totam adeo Judæam ſive Palæſtinam ſubegit, xxx. Chriſtianorum millibus occiſis & deleto regno Hieroſolymorum ante annos 88. per Godofredum condito, campanæ æra e turribus dejecit, ædes ſacras in equilia commutavit. Golgathano tamen templo pepercit, quod Turci etiam & Saraceni venerantur. Hæc Funccius (m) in annum 1187. refert.

1222.

§. V. Anno 1222. Friderico II. Imper. in Sileſia & Apulia contra Saracenos belligerante templariis vero Johannitis, Teuconicis

(g) Hiſt. Eccl. L. II. c. 1. p. 442.
(h) Annal. Boj. Lib. IV. c. 7. §. 13. p. 321. a.
(i) A. B. Lib. IV. c. 4. §. 34. p. 308. b.
(k) Rerum Ungaric. Decad. 2. Lib. I. p. 127. d.
(l) Capite 100. §. 3. 4.
(m) In Chronologia p. 150 b.

Cordinus, Sultani F. Æliam vaſtat, ejusque mœnia ſolo æquat, quod quintum ejus excidium.

tonicis, & hoſpitalariis Damiatam obſidentibus, Cordinus Sultani F. Æliam vaſtavit & mœnia ſolo æquavit. Fuitque hoc quintum Æliæ excidium. Sed mox anno 1228. Fridericus II. Imperator ad ἐρείπια ejus urbis profectus ædificia inſtauravit & Chriſtinorum rurſus colonias illuc duxit.

1228. Fridericus II. Imperator Æliam ædificiis & colonis Chriſtianorum denuo inſtaurat.

§. VI. Ex in Caſanus Tattarorum Rex, inſtigante Sultano Syriam occupavit, cui cum Arabes ſocia arma junxiſſent, multos templarios omnesque adeo Chriſtianos, quos ad ſacrum ſepulchrum offendebant, ceciderunt. Sacrum vero ſepulchrum magno Zelo in fruſta redegerunt, atque ita urbem ſextum vaſtarunt, Chriſtianis penitus expulſis.

Caſanus, Tartarorum Rex, occupata Syria ſacroque ſepulchro dirupto, urbem ſextum devaſtat, & Chriſtianos penitus expellit.

§. VII. Factum hoc a Saracenis, Aventino (n) teſte eo tempore, quo ſeditioſis pontificiorum armis vexabatur & impugnabatur Fridericus II. Imp. nimirum anno quindecimo, ex quo terram ſanctam is occuparat. Addit templa per totam provinciam omnia exuſta: DM. Chriſtianorum exciſa: Turrim Davidicam a Cæſarianis diu contra infideles defenſam, ita durante pontificis & Imperatoris diſſidio Chriſtianos in illis regionibus penitus fuiſſe deletos, nec ullam poſthac illò factam expeditionem ſacram.

Tempus hujus facti. Cauſa hujus internecionis & excidii, poſt quod tempus nulla illo facta expeditio ſacra.

§. VIII. Tandem eundem locum Tamerlanes Scytha circa annum 1400. & poſt eum Mahometes Turcus vaſtarunt, cumque ad extremam deſolationem nihil feciſſent reliqui, adeo vilem reddidere, ut nemo poſtea repertus ſit, qui de recuperando eo cogitaret. Nihilominus Chriſtiani ſacrum ſepulchrum inſtaurarunt, & pro ejus poſſeſſione regibus Ægyptiis, provinciæ Dominis quotannis grave tributum ſolverunt.

Tamerlanes Scytha, 1400. poſt eum Mahometes, Turcus nil reliqui deſolationi faciunt, Chriſtiani ſacr. ſepulchrum inſtaurant, proque ejus poſſeſſione grave tributum ſolvunt.

§. IX. Nupertime anno 1517. cum Selymus Turcus Syriam, Damascum, Judæam & Ægyptum de Rege Ægyptio cepiſſet & regnum Sultanorum aboleviſſet; reliquum exercitum ad Gazam præmiſit, ipſe vero cum exigua manu Æliam venit, celeberrimæ urbis Hieroſolymitanæ locum viſurus.

1517. Selymus Tur. regno Sultanorum abolito, exercituque ad Gazam præmiſſo, Æliam viſurus acceſſit.

§. X. Nec plus unam noctem ibi commoratus, cum Mahometi ſacrum feciſſet, & ſacerdotibus Chriſtianis Æliæ præſidibus paupertimis pecuniam aliquam, unde ſe ſuſtentarent commodius, elargitus eſſet, Gazam contendit. Mox Memphim, nunc Cairum, cepit; Habeantque Turci ex eo tempore Palæſtinam & ſacrum ſepulchrum in ſua poteſtate. Atque hæc fere ſunt præcipue mutationes, quæ Æliæ urbi & in ea loco monumenti ad hodiernum usque diem acciderunt.

Mahometi ſacris peractis, ſacerdotibus Chriſtianis pecuniam largitus, Gazam tendit, atque adeo Palæſtina cum ſacro ſepulchro, in Turcarum poteſtate remanſit.

Hæc de præcipuis Æliæ urbis & ſacri monumenti usque ad hodiernum diem mutationibus.

CAPUT XCVII.

De Tribus ſacri ſepulchri Hieroſolymitani inſcriptionibus.

§. I.

AMantius (o) & Apianus (p) Inſcriptionibus antiquitatis ſuis, hanc ponunt ſacri ſepulchri ἐπιγραφὴν, quam ego quoque in quodam pervetuſto itinerario ad terram ſanctam me legere memini:

Sacri ſepulchri ἐπιγραφή.

Vita mori voluit, & in hoc tumulo requievit.
Mors quia victa fuit noſtram victrix abolevit.
Nam qui confregit nigra inferna ille ſubegit.
Educendo ſuos cujus Dux ipſe cohortis.
Tattarus inde gemit & mors lugens ſpoliatur.

§. II. In primo tomo colloquiorum convivalium D. Martini Lutheri articulo V. de Chriſto, duo alia recitantur epitaphia ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ etiamnum Hieroſolymis ad ſepulchrum ejus viſuntur affixa.

D. M. Lutherus alia duo recitat Epitaphia ad Chriſti ſepulchrum adhuc Hieroſolymis extantia.

§. III. Prius tale eſt, ut ego quidem legendum puto:

Quorum prius

Sum Deus ex ævo, carnem ſumſi ſine nævo,
Plebs mea me ligno fecit pendere maligno,
Aspice plasma meum, qui tranſis ante ſepulchrum,
Quo triduo jacui, cum pro te paſſus obivi.
Quid pro me pateris? aut quæ mihi grata rependis?
Sum Deus, es pulvis, ſed regnes, ſi modo ſerves:
Pro Te paſſus, ita ut pro me proſpera vitæ:
Pro Te plagatus, pro me Tu nega reatus.

Alterum ſic habet:

Alterum:

Hic ſub clauſura jacet Chriſti caro pura
Sub cujus cura ſemper ſtat noſtra figura.
Eſt Deus hic tantus, natus de virgine quantus,
Militiæ caput hic, jacet hic mundi medicina.

§. IV. Eos-

(n) Annal. Bojor. Lib. VII. c. 5. §. 33. p. 653. b.

(o) Barthol. Amantius elaboravit Florilegium ſententiarum Græc. & Lat. Dilingæ 1556.

(p) Petrus Apianus Coſmographus ſummus veteres Inſcriptiones magno ſtudio conquiſitas in lucem edidit.

Verſus eosdem emendatiores Budiſſinæ Baſilica ſic habet:

§. IV. Eosdem verſus emendatiores cum aliquot aliis additis Budiſſinæ in Baſilica Petrina habet tabula quædam de ciborio, quod vocant, pendens.

Hic in clauſura tegitur Chriſti caro pura,
Sub cujus cura ſit ſemper noſtra figura.
Tu caput inclina, jacet hic mundi medicina.
Eſt Deus hic tantus, natus de virgine quantus,
Hic locus orandi, contemplandi, meditandi,
Pſallendi, flendi, pœnitendi ſive legendi.
Non locus eſt ſtandi, ridendi, vana loquendi,
Eſt ſed lugendi peccatum, nonque jocandi.

CAPUT XCVIII.

De Cenotaphio Gorlicenſi deſcripto.

§. I.

Digreſſio ad cenotaphii Gorlicenſis deſcriptionem &c.

Nunc tandem a digreſſione ſatis longa revertatur oratio noſtra ad propoſitam cœnotaphii Gorlicenſis deſcriptionem, cui quidem lucem aliquam adfert hæc pictura, quæ ſitum quoque ejus ad urbem noſtram oculis ſubjicit.

Ἄλλο πόλεος γνώρισμ' ἄλλης. ἐςίνοισι ταφέντος
Ἡ μετέρη δείκνυ Μνῆμα θεοῖο κενόν.
Εἰδέ τις ἀλλοδαπῶν τάφον οὐκ ἴδεν, εἰκόνα τῆ δε
Βλέψας, ἀτρεκέως εἶπεν ἄν. οἶδα τάφον.

Deſcriptio ipſa Cenotaphii uſque ad caput 100. excluſive.

§. II. Egreſſo porta Septentrionali quæ ab æde ſuburbana Divi Nicolai nomen accepit, moxque ſiniſtrorſum haud multo plus CCLX. paſſus, occaſum verſus progreſſo ad dextram ſuper colle quodam horti occurrunt macerie ſepti, a meridie in ſeptentrionem porrecti, longi paſſus 40. lati 20. S. crucis coemiterium vocant, in quo, qui publica capitis poena plectuntur, ſepeliri ſolent, ſicut Romæ ad S. Johannis de miſericordia prope Velabrum, Fabricio teſte. (q)

In cenotaphio I.) tres tiliæ viſuntur.

§. III. Ingrediens hortos poſt paſſus circiter 8. primo omnium obvias habes tres tilias, inæqualiter tamen diſſitas. Prima enim quæ ad dextram eſt a ſecunda duos; ſecunda a tertia ſeſqui tres paſſus diſtant. His tres cruces deſignari autumant. Inde ad ſeſqui ſextum paſſum eſt S. Crucis templum emeris ſaxis quadratis conſtructum, quale hic depictum vides: longum extrinſecus cubitos XVI. cum quadrante, latum XIIII. minus quadrante.

Templum S. Crucis.

Rupes in paſſione rumpens.

In ejus uno pariete, qui orientem ſolem ſpectat, artifex hiantibus (durch und durch) ſaxorum commiſſuris expreſſit factam in paſſione rupturam rupis, ſecundum Meiſterum (r), veli templi, ſecundum alios.

Ut fluerent lacrymæ miſeris, ſi ſaxa peremti
Interitum triſtem factoris, & omnia flerunt.

Ædes in duas partes diviſa.

§. IV. Porro ædicula hæc in duas partes transverſim eſt diviſa. In inferiore tanquam ſacello ara eſt, & intra aram ciſta laminis ferreis munita, referens corbanam, in quam XXX. nummos argenteos projecerit Judas. (s)

Lignum Chriſti crucifixi.

Viſitur ibidem & lignum crucifixi Chriſti ſimulacrum olim in monumento collocari conſuetum, quod anno 1537. die ☾ poſt feſtum corporis Chriſti, h. e. Junii 4. intra eam, in qua repoſitum erat, arcam, avulſo capite ſpinis coronato per longitudinem medium diffiſum eſt, & disjectum fulmine mirabiliter per globum, tectum & teſtudinem adacto, cujus veſtigia etiamnum apparent.

Magnum triclinium,

Menſa lapidea,

§. V. In ſuperiorem partem extrinſecus ab ocidente XVII. gradibus aſcenditur: quo ceu theatro coenaculum ſive triclinium magnum, in quo coenam extremam celebravit Chriſtus repræſentatur. Ibi enim ad angulum qui ortum ſolis æſtivum ſpectat, menſa extat lapidea duobus lateribus parieti continua, reliqua parte columellis tribus fulta, longa tres cubitos minus dimidio quadrante,

- - Deus, ſupremus qua ſator orbis
Libavit dapes, dixitque noviſſima verba.

Tria rotunda foramina,

In pavimento theatri tria cernis foramina rotunda, crucis unius ab altera diſtantiam referentia.

Eorum diſtantia.

§. VI. Diſtant autem a ſe invicem cubitos quinque minus quadrante, vel ſi ita mavis, octo pedes cum dimidio. Juxta medium expreſſa eſt magnitudo pelluvii longi duos cubitos cum tertia parte quadrantis ſive ſeſqui quinque pedes, lati tres quadrantes cubiti, e quo

- - lino cinctus latus uda Magiſter
Ima pedum gelidis famulæ veſtigia turbæ
Lavit aquis: ſacrum divini munus amoris.

Inciſa

(q) In Roma ſ. Antiquitatum Libro I. c. 23. p. 256. Edit. Baſil.
(r) In urbis Gorlicenſis Deſcriptione Tomi I. Parte altera p. 98. v. 340.
(s) Conf. Groſſerum Part. III. c. 11. §. 7. p. 72. It. Jo. Jacob Krebſes kurtze Beſchreibung des Görlitzſchen heil. Grabes. 8. Gorlicii 1717.

Inſcriptio Cruci affixa.

Inciſa etiam eſt pavimento ante idem foramen menſura tabellæ continentis inſcriptionem cruci affixam, quæ lata eſt pedem, vel tres palmos & totidem digitos transverſos, longa dodrantes duos & unum digitum transverſum.

Simulacrum Saxeum,

§. VII. Duobus & dimidio a templo paſſibus ſpectatur tecto incluſum ſimulacrum ſaxeum virginis matris genibus inſidentis ante corpus exanimum & ſupinum Nati a cruce refixi. Ædicula tota lata eſt paſſum unum, longa duos. Ab hac imagine xv ſeptentrionem verſus progreſſus paſſus in ipſum incidis cenotaphium, quod ſolum nunc deſcribendum reſtat.

Cenotaphium ipſum.

§. VIII. Cenotaphium igitur & ipſum totum e ſaxo quadrato ſecto ſtructum, duabus ceu compoſitum eſt partibus, quarum anterior intus & foris quadrata, ſingulis ab utroque latere feneſtellis tenuem lucem admitteos veſtibuli inſtar habet, cujus intrioſeca capacitas æque & longa & lata eſt ſesquiorgyam. Poſterior pars ipſum referens Chriſti monumentum ſive ſepulchrum, extrinſecus hemicyclii eſt figura & ſeptem diſtinguitur columellis: Intus vero & ipſa quadrata altitudinem habet cubitorum ſeptem minus quadrante, vel ſi aliæ dimenſiones magis placent, pedum xii ſive dodrantum xii. & λιχάδος unius: latitudinem cubitorum trium & medii quadrantis, vel VI. pedum cum dimidio aut dodrantum ſeptem, λιχάδος unius: longitudo cubitorum trium & ſesqui quadrantis vel pedum VII, aut dodrantum paulo plus VIII.

Sepulchrum Chriſti,

§. IX. Eadem fere longitudo eſt lapidis veſtibulo cenotaphii ad pedes 15. cum dimidio e regione per transverſum oppoſiti, denotantis forte ſaxum valde magnum ad oſtium monumenti a Joſepho advolutum & a principibus ſacerdotum ac Phariſæis obſignatum, cui in terræ motu devoluto inſedit angelus Domini, qui mulieribus reſurrectionem Chriſti annunciavit his verbis, ut Andreades extulit:

Saxum magnum ad oſtium monumenti poſitum.

Quæritis affixum trabibus, ſed parcite luctu:
Victor iit ſuperas, (cernite buſta) domos,

Altitudo oſtioli.

Oſtiolum ipſius antri monumenti altum eſt λιχάδος ſex, unde & verbo παρακύπτειν de Petro introſpiciente uſus eſt Lucas, quod inclinandi ſignificationem habet. Ab utroque latere januæ veſtibuli, quæ orienti obvertitur, lapides adjacent ſinguli aliquanto breviores. Totum cenotaphium exteriorem ambitum ſeu circumferentiam habet orgyarum decem. Faſtigium rotuodum medio tecto & ipſi ſaxeo impoſitum ſex columellis in formam hexagonam diſpoſitis nixum, altum eſt cubitos quinque.

Lapides ad latus januæ jacentes.

Ambitus cenotaphii.

Altitudo faſtigii,

§. X. Ceterum cum plerique Lynza rivulo, qui inter urbem & hortos cenotaphii ſeptentrionem verſus fluens Niſſum petit, torrentem Cedron (Kidron) ſignificari putent; horum quoque minuenda eſt opinio. Conſtat enim χείμαῤῥον κέδρων, (nam ſic apud Johannem in archetypo fuiſſe exiſtimat Camerarius, ut depravata in exemplis ſit ſcriptura & inculcatus articulus τῶν κέδρων torrens Cedrorum) ex montibus meridionalibus per vallem Ge Hinnon rapido & præcipiti impetu ortum verſus ruentem, poſtea juxta montem Sion reflexo in aquilonem curſu turbidum & nigricantem vallem ampliſſimam, quæ eſt ad orientale urbis Hieroſolymitanæ latus, & partim campus Cedron, partim vallis Joſaphat dicebatur, inundaſſe, tandemque per fiſſum Oliveti montem in mare mortuum excurriſſe: cum mons Gihon & locus Golgatha in adverſa parte occidentali eſſent: ut clarius demonſtrat Reyneriana Hieroſolymorum pictura & deſcriptio. Atque hujus torrentis aqua ex pluviis & nivibus liquefactis collecta æſtate fere alveum ſiccum deſtituit.

Lynza torrentem Kidron deſignans.

mons Sion,

Vallis Joſaphat,

Mons Oliveti,

Golgatha,

CAPUT XCIX.

De Menſuris Geodæticis.

§. I.

NE cui vero de menſuris Geodæticis præbeatur dubitationis cauſa, cubito uſus ſum noſtrate (eine Görlitziſche Elle) Paſſus intelligo geometricos, duplicatos nimirum, h. e. bis tantum ſpacium, quantum occupant duo pedes ita extenſi, ut trium in medio iotervallum relinquatur. Pedem non Romanum, h. e. xvi. digitos, ſed calcei mei longitudioem voco. Ὀργυιὰ (ſi quis hoc quoque requirit) Latine (Servio teſte) ulnæ ſpatium eſt, in quantum utraque manus extenditur, nobis Claphtera.

§. II. Palmites σπιθαμὴ ſunt nobis ſpanna: Plinio dodrans h. e. palmus major, qui eſt duodenum digitorum, ſeu intervallum inter pollicem & minimum digitum diductos. λιχὰς nobis ſpanna, h. e. ſpacium manus diſtentæ ab indice extremo usque ad pollicem.

CAPUT C.

De Conſimilibus Salvatoris Cenotaphiis.

§. I.

CEnotaphium Gorlicenſe luculenta admodum ἀπεικονίσει graphice depinxit Joachimus Meiſterus in urbis Gor-

Joachimus Meiſterus Cenotaphium Gorlicenſe graphice depinxit.

Gorlicii deſcriptione, cujus revidendæ & propediem edendæ cum ſpem ipſe nobis fecerit autor, nihil inde huc tranſcribemus. (t)

Conſimilia Salvatoris Cenotaphia Romæ, Venetis, Antvverpli, Conſtantiæ, cujus

§. II. Neque vero Gorlicii tantum, ſed & in aliis maximi per Europam nomiois urbibus conſimilia Salvatoris Cenotaphia viſuntur extructa, quorum ſunt, quæ fando cognovimus, Romanum, Venetianum, & Antwerpianum. De Conſtantienſi vero etiam quorundam literis proditum eſt.

fundator S. Cunradus, Conſtantienſ. præſul.

§. III. Legimus enim non tantum in Latino ſanctorum catalogo, ſed & in Norimbergenſi Schedelii chronico, S. Cunradum Conſtantienſem præſulem, gente Alemannum cum tertium Hieroſolymas navigaſſet, tres Conſtantiæ erexiſſe eccleſias, in quarum una D. Mauritio ſacra, ſepulchrum Domini Hieroſolymitàno ſimillimum conſtrui curavit.

Araneům in ſanctum calicem prolapſam hauſtam,

fine læſione edit,

moritur 976.

ejurque nomen in faſtis Eccleſiaſt. legitur.

§. IV. Atque hic Cunradus (u) cum ipſo Paſchatis die feſto rem divinam faceret, perfecta conſecratione delapſum in calicem araneum magna fiducia hauſit, qui poſtea hora prandii ipſo ad menſam expectante magna omnium circumſtantium & videntium admiratione ſine læſione ore ejus aperto exivit. Vixit temporibus Johannis xv. Pont. M. & Ottonis II. Imper. Mortuus anno 976. præſulatus ſui 62. 6. Cal. Xbris. qui dies in faſtis eccleſiaſticis nomen ipſius habet adſcriptum.

1483.

Nomina quorundam bis Hieroſolymam ad montem Sinai, profectorum ſ. peregrinantium.

§. V. Anno 1483. Bernhardus de Breitenbach, inſignis metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ tunc quidem Camerarius, poſtea vero etiam Decanus, cumque eo uno Johannes Comes Solmenſis & Dominus in Münzenberg, nec non Philippus de Bicken, miles, h. e. eques auratus, ſinguli cum ſingulis famulis duplicem perfecerunt peregrinationem Hieroſolymitanam ad montem Sinai. Ingreſſi iter ex Oppenheim Moguntienſis dioeceſis oppido, die Marci Evangeliſtæ anni ſupra memorati: Venetias reverſi 8. Januarii anni inſequentis 84.

1484.

Breitenbachius picturas Palæſtinæ,

§. VI. Breitenbachius nullis parcens expenſis, ingenioſum præterea & eruditum pictorem Erhardum Reuvvich de Trajecto inferiori ſecum aſſumſit, qui potiorum civitatum, inſularum, ſacrorum præterea locorum, totiusque adeo Palæſtinæ &c. &c. diſpoſitiones, ſitus & figuras artificioſe effigiavit, & in chartam tranſtulit.

… rum hiſtoriæ 1486. magnis ſumptibus ſ. expenſis edit,

§. VII. Ipſe vero Breitenbachius hiſtoriam utriusque itineris, & quæ in iis viderat memorabila, Latino ſermooe deſcripſit juſto volumine. Idque opus bipartitum cum picturis, quos dixi, edidit, dedicatum Bertholdo, Antiſtiti Moguntino, impreſſum Moguntiæ anno 1486. 1486.

Forma & diſpoſitio Dominici ſepulchri depicta.

§. VIII. Ibi in tergo chorographiæ Palæſtinæ inter alia etiam extat depicta forma & diſpoſitio Dominici ſepulchri, quam, quia cum noſtrate mire congruit, inde expingi & denuo ſculptam huc apponi curavimus.



§. IX. Nec diſcrepat deſcriptio, quæ in priore parte, primæ partis principalis operis Breitenbachiani legitur, in capite: *De ingreſſu in templum dominici ſepulchri, & proceſſione inibi facta ad loca ſacra, quam nos ob prolixitatem omittimus.*

CAPUT CI.

De

Rege Georgio a Pontifice Romano damnato & diris devoto, deque Luſatia ſuperiori a Georgio deficiente.

§. I.

ANno 1466. ſecundum annales Vratislavienſes, & Matthiam Palmerium Piſanum (Curæus (vv) præcedentem, 1466.

(t) Spem, quam Manlio fecit optimus Meiſterus, non tantum explevit, ſed divina etiam Gratia favente nunc factum eſt, ut utriusque Scripta lectisſima in DEI gloriam & poſterorum commodum uno volumine publico Eruditorum conſpectui ſiſtantur. Vid. igitur Meiſteri Urbis Gorlicenſis Deſcriptio, in qua Cenotaphii pluribus facit mentionem, Tomi hujus I. Part. altera p. 94.-99. His ne jungere gravetur B. L. ipſum Sacrum Salvatoris noſtri Cenotaphium a Barthol. Andreade olim deſcriptum in ead. Part. II. T. I. p. 116.-125.

(u) De quo ſupra cap. 96. §. 2. dicere Autor cœpit.

(w) In Annalib. Sileſ. p. 170.

Paulus II. Georgium R. hæreſeos damnatum excommunicat 1466.

tem, annales Budiſſinenſes ſequentem habent) Paulus II. ſecundo Pontificatus ſui anno (Crato diem addit Xbr. 23.) in publico Conſiſtorio Georgium abſentem ob Huſſitici dogmatis patrocinium hæreſeos damnatum & diris devotum, non regia modo ſed & ducali ac marchionali dignitate lata ſententia privavit, ſubditosque poteſtati ejus exemit, translato, Imperatoris etiam conſenſu, ad Matthiam Hungarum Regis Bohemiæ titulo, a quo ad mortem usque diuturno bello exercitus eſt Georgius.

Matthiæ, Regis Bohemiæ titulum transfert, qui Georgium continuo & diuturno bello vexat.

§. II. Cochlæus tamen ſcribit poſt ſeptennale bellum Matthiam tandem de Victoria deſperantem ultro pacem cum Georgio iniiſſe, Pontifice & Imperatore invitis.

Matthiam ultro pacem cum Georgio pepigiſſe, tradit Cochlæus.

§. III. Idem Cochlæus refert, non ſolum Vratislavienſem ac Olomucenſem præſules cum ſacerdotum ſuorum collegiis, verum etiam multas ac magnas Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæque civitates & plerosque duces ac barones a Georgio ad Matthiam defeciſſe, atque adeo armis eripuiſſe Georgio Matthiam Moraviam, Sileſiam ac Luſatiam, parumque abſuiſſe, quin toto eum regno pelleret.

Plurimæ paſſim Civitates majores & Barones a Georgio deficiunt, qui

Moraviam, Sileſiam, Luſatiam perdit.

§. IV. Cromerus (y) quoque narrat, Rudolphum præſulem Lavantinenſem, Legatum pontificium hominem Germanum, cum ad ſuſcipiendum regnum Bohemicum Cazimirum Polonum incitaret, non ſolum Pontificis ſubſidium, verum etiam Sileſiæ & Luſatiæ deditionem ipſi pollicitum, quam primum arma contra Bohemos ſumpſiſſet, aut aliquem de filiis ſuis cum exercitu miſiſſet.

Pontifex Cazimirum Polon. magnis pollicitationibus contra Bohemos inſtigat.

§. V. Eſt & apud Olomucenſem (z) paullo ante hiſtoriam mortis Georgii, Lucemburgiam, Sileſiam, Luſatiam & majori ex parte Moraviam ſub ejus principatu a regno Bohemiæ fuiſſe avulſas.

Provinciæ tunc a regno Bohemiæ avulſæ.

§. VI. Cnemiander expreſſe ſcribit totam hexapolin a ſacerdotibus perſvaſam defeciſſe a Georgio & Matthiæ homagium præſtitiſſe Vratislaviæ anno 1467.

Hexapolis tota Matthiæ, homagium præſtat 1467.

§. VII. Sub eodem anno 1467. in Vratislavienſi chronico annotatum eſt, Georgium Raudenitia, Moraviæ arce ditionis Zdenconis Domini Sterenbergii catholici, quam a media quadrageſima obſederat, calendis quinctilibus per deditionem potitum, exercitum in hexapolim miſiſſe ad Budiſſinam & Gorlicium.

Georgius Raudenitia arce potitus,

exercitum in Hexapolin mittit 1467.

§. VIII. Olomucenſis (a) Raudenitiam arcem vi expugnatam, oppidumque incenſum ſcribit. Interim nihil minus expectante Georgio, in Sileſia a Vratislavienſibus, Niſſenſibus & Budiſſinenſibus, oppugnatum oppidum Minſterbergium, unde titulum Principis filii regis deducebant, ut Munſterbergenſes duces appellarentur. Georgium itaque delectu ex iis, qui ad manum erant, militibus raptim habito, Henricum filium cum eis adverſus oppugnatores miſiſſe: ſed illos non expectato Bohemorum adventu adeo diſcedere inde feſtinaſſe, ut aliquot machinas in caſtris relinquerent.

Aliter Olomucenſis.

Műoſterbergium oppugnatum, unde filii regis Munſterbergenſes duces appellati.

Georgius Henricum, filium, oppugnatis in auxilium mittit,

qui tamen ſubito fuga ſibi conſulit.

§. IX. Tametſi aliter Crato & Curæus (b), qui anno 1467. die 15. Maji egreſſas Vratislavia copias Balthaſaro Saganenſi duce Monſterbergam & paulo poſt Franconſteinium occupaſſe ſcribit.

Aliter hic Crato & Curæus, 1467. qui cum Monſterberga Francoſteinium occupata aſſerit.

§. X. Crato etiam, & Vratislavienſium annalium notatores Fridericum III. Imper. anno 1468. omnes ſtatus Sileſiæ & Luſatiæ hortatum memorant, ut ad delendam regis poteſtatem auxilia atque conſilia conferrent.

1468. Fridericus III. Imper. Sileſiæ & Luſatiæ ſtatus ad delendam Georgii R. poteſtatem adhortatur.

§. XI. Curæus (c) annotavit æſtate anno 1468. ex utraque Luſatia (libro ſecundo tantum civitatum Luſatiæ ſuperioris meminit) comitante ubique plebem Rudolpho præſule collectam eſſe contra Bohemos multitudinem ſignatam cruce cui Glogovia & Freiſtadio magna miſerit auxilia Henricus ultimus Freiſtadienſis, motus a ſacerdotibus, qui execrabantur Georgium Regem: Verum imperitum illum populum, dum ſibi parum cavet, magna edita ſtrage repulſum eſſe a finibus Bohemiæ, quam invaſerat & plurimos deſideratos.

1468. Luſati, Bohemiam ingreſſi, magna ſtrage, repelluntur. Henricus ultimus Freiſtadienſis,

CAPUT CII.

De Matthia Hungarorum Rege a Luſatia ſuperiori jusjurandum fidelitatis accipiente.

§ I.

Imo vero Cromerus (d) affirmat, Matthiam, cum anno 1469. Bohemorum Rex Olomucii renunciatus fuiſſet, in Sile-

Matthiæ Regi Sileſii Luſatique homagium præſtant, 1469.

(x) Conf. Carpz. Part. II. c. 1. §. 14. p. 195. & Groſſer. Part. I. p. 142.
(y) De Rebus Polon. Lib. 26. p. 387. a.
(z) Hiſt. Boh. Lib. 30. p. 250. lin. 32.
(a) 30. p. 248. lin. 50.
(b) In Annalibus Sileſiæ p. 172.
(c) p. 174.
(d) De Reb. Pol. Lib. 27. p. 396. b.

Sileſiam ac Luſatiam profectum, fidelitatisque jusjurandum a ducibus & civitatibus accepiſſe,(e) partim ultro oblatum, partim terrore expreſſum.

§. II. Cum quo faciunt Vratislavienſium annales, qui Matthiam poſt electionem Olomucenſem anno 1469. tertio Maji in feſto Inventæ S. Crucis factam Vratislaviam primum veniſſe referunt, 26. Maji ubi cum feria quarta poſt Feſtum Trinitatis h. e. ultima Maji (Cureus (f) Calendas Junii habet, h. e. feſtum corporis Chriſti) a civitate Dominica poſt diem corporis Chriſti proxima, h. e. Junii 4. a præſule, collegio ſacerdotum & Clero, nec non principibus Sileſiæ nonnullis in verba ejus juratum eſſet, poſt paucos dies ab aliis principibus Sileſiis & Luſatiis, itemque Sviduicenſibus, Javorenſibus & Gorlicen-

nec non cœnobitæ Oivinenſes.

ſibus cum reliquis civitatibus & cœnobitis Oivinenſibus idem eſſe factum.

§. III. Eadem fere Cureus (g) narrat, videlicet, Vratislavienſium exemplum & juramentum ſecutos deinde eſſe principes & alios ordines cum Sileſiæ tum Luſatiæ,

1469. additque eodem anno 1469. ſub initium

Henricus Georgii filius, Sittaviam, Laubam aliasque Sileſiæ urbes pecunia multat, bona ſacerdotum omnia pagosque exurit.

VIIbris Henricum Monſterbergenſem filium Georgii, ulturum injurias patris, collecto exercitu Sittaviam quidem, Laubam & Sileſiæ præterea urbes aliquot, Boleslaviam, Goldbergam, & Hannoviam pecunia mulctaſſe, ſed omnia bona ſacerdotum & pagos plurimos diripuiſſe & exuſſiſſe.

§. IV. Atque hoc eſt, quod in Vratislavienſium annalibus legimus ſub eodem

1469. anno 1469. Zennefficum, Laubam & Boleslaviam circumſediſſe, ſed nullo operæ pretio.

Provinciæ Imperio Matthiæ 1469. ſubjectæ qui Olomucii in regem Bohem. &c. Marchionem Moraviæ coronatur, quo titulo ſemper uſus,

§. V. Narrat & Abraham Backſchay, ſub anno 1469. Matthiam integras Moraviæ (præter civitatem Hradiſch h. e. Gradicium Olomucenſ. p. 186) Sileſiæ Luſatiæque provincias ſibi cum imperio ſubjectas reddidiſſe, ideoque in regem Bohemorum & Marchionem Moraviæ Olomucii coronatum, eoque titulo *Vita comite* uſum

Peucerus & Crato negant, Luſatos a Georgio deſciviſſe, nec unquam Matthiam ſe

§. VI. Solus Poucerus (h) in Friederico III. contra hæc omnia aſſerit, neutram Luſatiam à Bojebratio Bohemo deſciviſſe, nec unquam Matthiam dominum agnoviſſe, etſi id minis & armis quæſitum fuerit.

§. VII. Quanquam autem & Crato ei adſtipulari videri poſſit, cum inquit, fidem datam utramque Luſatiam Georgio præſtitiſſe, licet Rudolphus legatus Apoſtolicus, Lavantinus, & poſtea Vratislavienſis præſul execrationes ſpargeret: item adveniſſe Vratislaviam Luſatios & aliorum principum nuncios ad Rudolphum, (venit hic Vratislaviam anno 1465. teſte Cureo) (i) oſtendentes, non poſſe ſe fidem frangere: Tamen hæc omnia ante excommunicatum a Paulo II. finaliter Georgium, accidiſſe, ex ipſo Hiſtoriæ Cratonianæ contextu intelligitur.

Dominum agnoviſſe ibi.

quod tamen ante excommunicationem Georgii papalem intelligendum,

§. VIII. Poſtea enim cum jam pontifex miſſis ad principes Germanos literis bellum conflare Georgio ſacris *abſtento* & honore regali ſpoliato conaretur, ipſe idem Crato ait, Gorlicenſes primos fuiſſe in Sileſia, qui ſe armarint. Atque oppreſſiſſet illos, inquit, Capitaneus Luſatiæ, niſi fuiſſent admoniti.

poſtquam Gorlicenſes primi contr. Georgium arma ſumunt, quorum imminens & devitatum oppreſſionis periculum.

§. IX. Utrum autem pro Georgio vel contra eum arma ceperint, ex iis, quæ de iisdem mox referemus non difficile erit colligere.

§. X. Eodem modo, quod Cochlæus inquit, Podiebratium cum regni Barones, tum omnes provincias circumjacentes ad coronam regni pertinentes præſtito homagio ſubditos & obedientes habuiſſe, præter Vratislavienſes: Id ad annum circiter 1463 pertinet, ſedente adhuc Pio II. hoc 1463.
eſt, antequam anathemathe a Paulo II. Girſico percelleretur, atq; adeo antequam apertum ipſi a Vratislavienſibus & defenſore horum Matthia inferretur bellum.

1462.

Georg Epiſtolæ ad Pium II. Pontif ſcriptæ, qua de ſolorum Vratislavienſium pertinacia conqueritur, tenor.

§. XI. Sumſit etiam hoc Cochlæus ex quadam Girſiconis epiſtola, quinto regni anno, qui erat Chriſti 1462. ad Pium II. conſcripta, qua queritur ſolos Vratislavienſes obedientiæ ſuæ ſe ſubtraxiſſe, cum tamen Imperator affinis ſuus & reges alii, principes item, comites, barones, militares & communitates omnes tam Imperio Romano, quam ſuo ſubjecti regno ipſum pro Rege non perfido, ſed catholico habeant, idque illi veneratione, hi fidelitate & obedientia præſtita declarent. Tametſi Gorlicenſes & reliquæ his fœderatæ urbes tum nondum in verba ejus juraverant, ut ſupra monuimus. (k)

CAP.

(e) Conf. Carpzovii Analecta F. Z. Part. II. c. 1. §. 15. p. 196. ſeqq. & Groſſer. Part. I. p. 142.
(f) In Annalib. Sil. p. 177.
(g) Loco citato.
(h) Chronic. lib V. pag 679.
(i) In Annalib Sil p. 170.
(k) Capit. 88. §. 2.

CAPUT CIII.

De

Quibuſdam ſenatoribus Gorlicenſibus Regi Georgio adhærentibus ſupplicio necatis.

§. I.

1467. Bartholomæus, Hirſchbergerus, Conſul Gorlicenſ. Cives quidam proditionem urbis moliuntur, è quibus Nicolaus Mieſleiſchius horrendo ſupplicio necatur.

ANno 1467. (ut habent annales emendatiores) Bartholomæo Hirſchbergero Cos. cives non nulli Gorlicenſes urbem perfido hæretico Girſiconi (ſic enim appellant) eique adhærentibus, miſſis ultro citroque literis tradere ſive adeo prodere conati ſunt, e quibus Nicolaus Mieſleiſchius juſſu Conſulis captus, & in quatuor partes (quæ ſingulæ ante ſingulas portas ſuſpenſæ ſunt, pedibus panno rubro amictis) diſſectus eſt, ſeptim. proxima ante Palmaria.

Complices ejus decollantur.

§. II. Poſtea circa Pentecoſten Martinus Lauterbachius cum Martino Schleiſio (l) & tandem ineunte Menſe VIIbr. Nicolaus Emericus (ut alii hoc loco Martinum Emelichum habent, ſed male Cos. faciunt) Mieſleiſchii complices in foro decollati & in eodem ſepulcho in cœmeterio D. Mariæ humati ſunt.

Uxores cum liberis relegantur.

Uxores cum liberis exulatum ire juſſæ, permittente Senatu, tantum de maritorum bonis ſingulæ avexerunt, quantum ſingulis plauſtris onerandis ſatis eſſet.

Locus conventus perduellium. 1548.

§. III. Convenire autem perduelles conſueverant in hortis quibuſdam ad Niſſi ripam, quos anno 1548. Wolffgangus Berenhardtus, hodie hæredes Domini Joachimi Schniedii poſſident.

§. IV. Sunt, qui Mieſleiſchum Conſulem, reliquos vero conjuratos conſularis ſive ſenatorii ordinis collegas fuiſſe annotarunt.

Nomina reliquorum complicum. eorumque pœna & ſupplicia.

Additur veredarium quendam Caſparem Etzeldum, quem Martinus Ernlichus, Judex, equo non exigui precii & pecunia donarat, ut in gratiam conjuratorum urbem globis ignivomis incenderet. Dum id adornat, captum eſſe.

§ V. Alii tamen annales ad ſequentem annum 1468 id referre malunt, Gregorio Soligero civium magiſtro, quæſtore vero Sigefriedo Gaſmanno. Et addunt adjutores eorum Matthæum Sedelmannum, Ambroſium Brendelium & Nicolaum Carolovitium. qui poſtremus diutius anno integro in vinculis fuerat: hos ergo cum uxoribus & liberis urbe pulſos.

§. VI. In annotatione dierum, quibus de conjuratis ſumtum eſt ſupplicium, major etiam eſt annalium diſcrepantia, cujus conciliatione, cum parum referat, dies noſſe ἀπαράλλακτως, ſciens ſuperſeden & tempora ἐν πλάτει judicaſſe ſatis habui.

1470. Sigefridi Goswini Conſulis de quibuſdam ſupplicio affectis tanquam innocentibus, ſententia.

§. VII. Illud ſilentio prætereundum non eſt, quod Sigefriedus Goswinus, qui poſtea anno 1470. Magiſter civium fuit, dixit: Martinum Lauterbachium, Martinum Schleſium, Elmelreichum & cæteros interemtos viros bonos fuiſſe & decora civitatis, adeo, ut, ſi fieri poſſet, vel mille florenis vita eorum Reipublicæ eſſet redimenda. Se quidem, quandiu potuiſſet, manibus pedibusq; obnixe impediſſe, ne ad ſupplicium rapereantur. Verum ſolum ſe reliquis omnibus collegis fruſtra adverſatum.

§. VIII. Denique pro certo confirmare ſe poſſe, toto decennio capiti illorum fuiſſe inſidiatum. Hæc magiſter Frauenbergius ſibi anno 1469. narrata ſcribit. Ex his omnibus pene affirmare auſim, Gorlicenſes quidem in fide Girſiconis non perſtitiſſe, ut, qoantum ad hos & reliquos hexapolitanos attinet, limitatione indigere videatur Peuceri locus. (m)

M. Johannes Huſſus, Gorlicenſium Notarius perpetuam erga reges ſuos Gorlicenſium fidelitatem defendit & tuetur.

§. IX. Nec fidem mereri puta, quæ M. Johannes Huſſus, qui patrum memoria hujus Reipubl. Notarium egit, poſt longam de Girſiconis & notariorum hexapoleos, quos ſcribas vocavit Rex, colloquio narrationem, ſcriptum reliquit: Etſi ultro citroque inter Bohemos, Huſſitas & Gorlicenſes belligeratum ſit: nihilominus tamen ſemper regis & regni majeſtatem comiter Gorlicenſes conſervaſſe.

Excuſatio Manlii de genuina veraque Hiſtoriæ compilatione.

§. X. Hæc, ſolo veritatis amore motus ex hiſtoriarum annotatis elicere volui, non quod patriæ defectionis crimen impingere ſtudio mihi haberem.

Hiſtoriæ lex prima & maxima: ne quis quid falſi &c.

§. XI. Etſi enim hæc prima & maxima lex in hiſtoria omnium eruditiſſimorum hominum conſilio ſancita, ne quis quid falſi dicere audeat, & ne quid veri dicere non audeat: Quanquam non tam ad ignominiam, quam ad laudem conſtantiæ in religione veteri pertinet, majores noſtros inter primos diſceſſiſſe à fide ejus, quem Pontifex caput Eccleſiæ, ut tum habebatur, tanquam hæreticum & hoſtem Eccleſiæ damnarat: ſicut & poſtremi ſe ad fidem ejus contulerant; Etſi perfidia dici meretur, ſceleratis Pontificum impulſionibus legitimum deſeruiſſe magiſtratum; non Luſatii ſoli ejus agentur rei, eum Sileſii & Moravi eodem crimine teneantur.

§. XII. Rurſus etiam eorum, qui Gorlicii ad ſupplicium rapti ſunt, cum viri boni fuerint & regi ſuo fideles, haud dubio

(l) Conf. Groſſer. P. I. p. 140. vid. infra Tom. I. Part. altera p. 17. 18.

(m) Chronic. lib. V. pag. 679. ubi neutram Luſatiam à Bodiebratio deſciviſſe refert. conf. c 102. §. 6.

bio etiam purioris religionis, quam Huſſus oſtenderat, ſtudioſi, eorum inquam, innocentiæ teſtimonium fide dignum denegare non debui.

CAPUT CIV.

De Hoyersvverdo occupato, urbe Cotbuſienſi exuſta & Zittavienſibus captis.

§. I.

1468. Hoyersvverdum hexapolitani occupant, quod cum Francenſteino Vratislavienſes recipiunt.

ANoo 1468. Hoërſwerdum (n) occupant hexapolitani, poſt obſidionem anni integri, ſeſquimenſe demto. Annal. Budiſſ. (Crato menſe VIIbri Franconſteinum & Hoerswerdum receptum ſcribit a Vratislavienſibus, qui quidem nihil intentatum reliquerint, quo frangere vires Georgii poſſent.)

1468. Cotbuſium totum igne conflagr. it, teſte Inſcriptione teſtudinis &c.

§. II. Eodem anno 1468 ipſo die St. Gorgonii martyris, quæ eſt 9. VIIbris, tota urbs Cotbuſenſis una cum templo primo exuſta eſt. Inſcriptio, teſtudinis in templo paraeciali D. D. Albini & Ægydii, *συνάω* itemque alia chori, in æde cœnobii tum & conſignatio quædam in faſciculo tempp. Bibliotheca Cotbuſianæ. Anno 1469. Sittavienſes apud moletrinam capti ſunt.

CAPUT CV.

De duorum virorum illuſtrium quin imo ipſius Regis Georgii obitu.

§. I.

1471. Rudolphus Legatus Pontificius Gorlicii ſolennem miſſam celebrat.

ANno 1471. Rudolphus Legatus Pontificis Romani Gorlicium veniens, poſtridie Cal. Febr. cæreos & candelas conſecravit, & ſummum miſſæ officium magna ſolenoitate celebravit.

Quis & quantus ille fuerit?

§. II. Fuit hic Lavantinenſis primum præſul: poſtea Jodoco Roſenbergio XXXI. in ordine Vratislavienſium præſuli anno 1467 Xbris 12 Niſſæ defuncto & Vratislaviæ ſepulto ſurrogatus eſt: Vir Doctrina & integritate præſtans, cujus in maxime arduis totius orbis Chriſtiani negotiis mirifica enituit induſtria & fides.

Matthiam Regem, & Fridericum Imper. in gratiam reduxit, interque Cazimirum Polonum & Cruciferos Pruſſienſes pacem confecit.

§. III. Nam & Matthiam Pannooiæ Regem, Imperatoremque Fridericum diſſidentes in gratiam reduxit, & mox inter cruciferos Pruſſienſes ac Cazimirum Polonum, quanquam valde iniquis ordini conditionibus pacem confecit, quæ operum ejus fuit præcipuum.

Sepelitur Vratislaviæ. 1482. Verſus quidam ex Epitaphio ipſius.

§. IV. Sepultus eſt Vratislaviæ in Cathedrali templo ad ſiniſtram aræ maximæ, de ejus tumulo æneo epitaphii partem, quæ oleo deſtillante oblita non fuit, olim deſcripſimus. Ea ſic habet:

Miſſus ab urbe ſuit Legatus præſul in iſtas,
Rudolphus terras: Rhenus eum genuit,
Ex Lavantia à clero accitus atque popillo.
Sed ſummis meritis accipit hic cathedram.
Alter ab adverſis quam fauſte referat, & poſt
Mortuus, .. -- --
Anno 1482.

Johannes Rochenzana obiit 1471.

§. V. Eodem anno 1471. & Johannes Rochenzana obiit, & quindecim diebus poſt nimirum die Veneris ante Dominicam Lætare, quæ erat Martii 22. ut Curæus (o) quoque annotavit (ſeries regg. Bohemiæ male 10. Martii habet) Georgius Rex, tumore pedum in reliquum corpus pervadente vitam cum morte commutavit (p) cum regnaſſet annos XIII. ad ædem D. Viti, juxta Regum conditoria ſepultus. Quam ob cauſam Vratislaviæ Dominica Judica publica lætitia ſuit celebrata.

Georgius quoque Rex è vivis decedit.

Hinc Vratislavienſium publica lætitia.

Lapis durus in felle Georgii reperitur.

§. VI. Scribit Matthiolus (q) Lib. Epiſt. medicinalium pag. 324. adhuc hodie extare folliculum fellis, poſt mortem e cadavere Regis hujus exemtum, in quo loco bilis lapis durus contineatur, hæmatidi lapidi colore ſimilis. Qua de re vide latius Cureum (r)

Majores Georgii, Comites Nidd ni, ſanguine Germani.

§. VII. Majores Georgil e ſtirpe comitum Niddanorum ſanguinis Germanici tranſierunt in Bohemiam Friderico II. Imperante. Autor Peucerus. (s) Filios ejus, Victorioum & Henricum, (Olomucenſis, annales Vratislavienſes & Cromerus (t) tertium addunt, Hinconem, Fridericus III. Imp. autoritate Imperiali Munſterbergenſium in Sileſia duces creavit, an. 1463. ut

Filii Georgii, Victorinus, Henricus, & Hinco à Friderico III. Imper. Munſterbergenſium Duces creantur 1463.

(n) Conf. Groſſ. P. I. p. 142. & Carpzov. P. V. cap. I. §. 3. p. 214.
(o) In Annalib. Sil. pag. 180.
(p) Carpzov. Annal. F. Z. Part. II. c. 1. §. 14. p. 196. & Groſſer. Part. I. p. 145.
(q) Petrus Andr. Matthiolus Senenſis, celebris Botanicus, anno 1577. obiit. Extat ejus opus de plantis: item V. libri epiſtolarum medic. vid. Thuanus lib. 64.
(r) In Annalib. Sil. p. 180.
(s) Chronic. lib. V p. 680. Hiſt. Boh. lib. 30. p. 148. lin. 9.
(t) De Reb. Pol. lib. 27. p. 3. 96. b. cum trib. filiis, Item p. 400. b. 403. b. 407. b.

quem cum conjuge & filio Maximiliano, a fratre Alberto obſeſſum, Georgius liberat.

ut gratiam referret Patri, qui præcedente anno a civibus Viennenſibus & fratre Alberto Auſtriaco in arce Viennenſi duobus fere menſibus cum Leonora conjuge & Maximiliano Filio obſeſſum liberaverat.

Carolus Chriſtophorus, ultimus Dux Munſterberg. & Oelsnenſis ex Georgii poſteris.

Catharina, Georgii filia, prima Matthiæ Corvini uxor.

§. VIII. Et Henrici quidem poſteri Munſterbergenſem & Oelsnenſem Ducatus tenuere, usque ad ultimum Carolum Chriſtophorum, qui paucis his annis obiit. De Catharina Georgii filia Matthiæ Corvini uxore antea meminimus.

Altera Zdano ſ. Sedena, Alberto Sax. Duci nupta, quem Innocentius Pont. aurea roſa & glorioſo elogio inſignivit.

Ludomilla Georgii filia 3. Friderici I. Lignicenſis uxor.

Quarta Henrico Lippenſi nupta.

§. IX. Altera Zdano ſ. Sedena Alberto Saxoniæ Duci, quem Innocentius Pontifex aurea roſa donatum glorioſo DEXTRÆ MANUS IMPERII elogio inſignivit, Erneſti electoris fratri nupta, mater fuit Georgii & Henrici ducum Saxoniæ, avia Mauritii & Auguſti Electorum. Tertia Ludomilla Friderico I. Lignicenſi innupſit. Quartam cum Henrico a Lippa nuptam fuiſſe ſcribit Olomucenſis. (u)

Quinta infans Georgio Bavaro infanti deſponſatur, cujus Parens Ludovicus pro Georgio intercedit, 1464. ejusque Virtutes deprædicat.

§. X. Quintam infantem deſpondit Georgio infanti filio Ludovici Bavari ducis Landishutenſis, teſte Aventino, (w) qui narrat, hunc Ludovicum conatum fuiſſe conſocerum ſuum Georgium ad imperium provehere dejecto Friderico III. & addit Georgium promiſiſſe, ſi id conſequeretur, Conſtantinopolim ſe recuperaturum: id quod & Crato innuere videtur cujus verba adſcribo: Intercedit (inquit ſub anno 1464.) apud Pontificem pro rege Georgio Ludovicus Bavarus, ejus virtutem ac fortitudinem prædicans, per quam ille poſſit communem Chriſtianorum hoſtem reprimere, ſi illi quis concedat, indicat. Creandum potius Regem, Romanorum monet, quam Regno Bohemiæ exuendum.

De Sponſa, Georgio Bavaro promiſſa, aliter ſentit Curæus.

Alia Cromeri & Cratonis ſententia.

§. XI. Curæus (x) Georgio Bavariæ Duci Ludovici filio poſt bellum ad Vratislaviam Hedvvigin Caſimiri Poloni filiam promiſſam ſcribit. Denique Cromerus (y) Georgium Alberto etiam Brandeburgenſi Achilli Germanico, Crato Albertum Marchionem Georgio Regi, filias ſuas collocaſſe tradunt, male uterque dubio procul.

Rectius Brotufus.

Titulus Georgii, quo ſemper uſus.

§. XII Rectius Brotuſus, (z) qui Urſulam Alberti filiam Henrico, Georgii filio uxorem tribuit. Titulo Georgius in diplomatis ſuis uſus eſt hujusmodi: Georgius D. G. Bohemiæ Rex, Moraviæ Marchio, Luzemburgenſis & Sileſiæ Dux, Luſatiæ Marchio ad perpetuam rei memoriam &c. &c.

CAPUT CVI.

De Gorlicio canali ſive tubo maximo Cloacæ ſubterraneæ ad Niſſum usque pertingente.

§. I.

1471. Canalis maximus cum novem aliis cloacæ tubis, Gorlicii extructus & perfectus,

NOn multo ante hunc annum 1471. ut ex Frauenbergii annotatis apparet, Gorlicii canalis ſive tubus maximus cloacæ ſubterraneæ pertingens ad Niſſum usque, a Gregorio Seligo, patriæ Senatore & novem aliis perfectus eſt.

de quo ſumtuoſo ædificio & raro verſus Meiſteri.

§. II. De hoc ſumtuoſo ædificio, cujus haud ſcio an præter urbem ipſam Romam, de quo Fabricius (a) ex Dionyſio & Martianus, quem vide de penſili Roma meminit, ulla alia ſimile habet, ſic Meiſterus: (b)

Vidi tot ſordes, (ſi ſordida digna Camœna:)
Egeſtas alibi vitiatas inficere auras,
Unde graves morbi, gravis inclementia cœli.
Ergo bonæ ut ſano vigeant in corpore vires,
Hoc cautum nobis: ſanos autoribus artus.
Debemus, ſanæ mentis vivumque vigorem.
Præterea ingentes arcus, ſerpentia terra
Brachia, & obſcuros tacito tegit agere flexus.
Hi ſorbent tota, quodcunque excernitur urbe,
Hiſce fluunt ſordes rivis, qua mœnia foſſa
Excipit, aut gelidus qua præterlabitur amnis.
Namque domus nulla eſt, quæ non tellure refoſſa,
Et teſtudineo, ſit libera ſordibus arcu.
Credo ego luciferum timuere exterrita manes
Turba Deum, terræ foderet cum viſcera foſſor,
Lunatis teſtudo graves umbonibus ictus
Suſtinet, injectæ ne quid labatur arenæ.
Quæ ſe auſit noſtræ componere talibus urbi,

Sive

(u) Hiſt Boh. lib. 30. p. 248. lin. 9.
(w) Annal. Bojor. lib. VII §. 23. p. 799.
(x) In Annalib. Sileſ. p. 193.
(y) De Reb. Polon. Lib. 27. p. 400. b.
(z) In Geneal. Anhald. Lib. VI.

(a) In Rom. Antiquitatum Lib. I. c. 18. p. 198. & c. 20. p. 210.
(b) In Deſcriptione urbis Gorlicenſ. infra Part. altera Tomi I. pag. 96. v. 197. ſeqq.

Sive peregrino, ſeu noſtro notior orbe?

CAPUT CVII.

De

Vladislào a Bohemis Rege renunciato.

§. I.

1471. Vladislaus, Polonus, contra Matthiam Rex Bohemiæ creatus &

EOdem anno 1471. Vlatislaus Caſimiri II. Jagellonidæ Poloni filius primo genitus ex Eliſaberha Alberti II. Imp. filia, Ladislai I. poſthumi ſorore natus, etiam tum adoleſcens contra Matthiam viceſima quinta die Maji, ut Cromerus L. 27 p. 396. b. item p. 400. b. ſcribit, Rex a Bohemis renunciatus, (c) & mox per legatos ad regnum accitus, cum ingenti exercitu, novies mille equitum peditumque Polonorum & Tartarorum Bohemiam ingreſſus eſt, & die 24 octava poſt feſtum asſumtionis Mariæ h. e. 22. Auguſti, (Curæus (d) 16. ſeries regg. 17. Auguſti habet) a Nicolao Camenecenſe, Vincentio Ennenſe, & Paulo Loadicenſe præſulibus Polonis, quos in comitatu ſuo habebat, Pragæ diadema ritu ſolenni ſuſcepit.

Pragæ coronatus 1471.

§. II. Inter hos ergo ſuos reges, Matthiam, inquam, & Vratislaum de Bohemia eique inſertis tribus provinciis & ceu membris, Moravia nimirum, Sileſia & Luſatia poſt mortem Girſiconis aliquot annis diſceptatum atque armis concertatum eſt.

Bellum inter Matthiam & Vladislaum.

§. III. Matthias Pontificis & Imperatoris autoritate, a quibus titulo regni Bohemiæ erat donatus, Vladislaus antiquo ſucceſſionis jure, quo fœminæ etiam maribus deficientibus in eo regno ſuccedunt, & recenti imperatoria inſignium regni Bohemiæ conferendorum promiſſione; Uterque Georgii mortui aſſenſu & voluntate, tum electionis, renunciationis, ac coronationis ſolennitatibus, deniquæ ſuæ factionis procerum ſtudiis nitebatur.

Amborum jus ad regnum Bohemiæ.

CAPUT. CVIII.

De

Campana Gorlicii fuſa & circuitu corporis Chriſti Budisſinæ primo inſtituto.

§. I.

ANno 1472. quo Matthias Cazimirum Vladislai fratrem, Cazimiri Poloni F. præſulum quorundam & procerum Hungaricorum conſpiratione præcedenti anno in regnum acceſitum Hungaria tota pepulit, fuſa & Gorlicii campana vetus, (e) cui Suſannæ nomen, ut teſtatur hæc ejus inſcriptio:

1472. Matthias Cazimirum Polon. regno Hungariæ pellit.

Campana vetus, Suſanna, Gorlicii fuſa dicitur 1472. Cujus inſcriptio.

O Rex glotiæ veni cum pace! Amen
Cernite campanam: genuit me fuſio gratam
Pannonia dum bella movet inviſa Polono:
Pro regni throno concurram, prælia ſcindam
Et terris dulcem pulſabo ſedula pacem
Anno Dni M. CCCC. LXXII.
Matthia Haubit, Fuſore de Bronne.

§. II. Eodem anno 1472. circuitus corporis Chriſti Budisſinæ primo inſtitutus eſt, cum ante id tempus ibi non fuiſſet moris circumgeſtare ſanctos.

Circuitus Corporis Chriſti Budiſſinæ primo inſtitutus.

CAPUT CIX.

De

Regibus Matthia & Vladislao ad Vratislaviam cum copiis ſuis accedentibus, induciis ibidem confectis, & homagio a Saxone Regi Matthiæ propter poſſeſſionem Ducatus Saganenſis præſtito.

§. I.

SIleſii, inquit Cromerus (f) a Vladislao alieni, Matthiæ partes ſequebantur plerique, eique poſt traductum in regnum Bohemiæ Vladislaum Vratislavienſibus autoribus revocato ſacramento denuo ſeſe obſtrinxerant.

Sileſii, Matthiæ fideles, ipſi denuo Sacramento ſe obſtringunt.

§. II. Caſimirus itaque, ut Sileſiam & utramque Luſatiam (nam & has Cnemiander addit) Hungaro extortas filio aſſereret, anno 1474. collecto ex Polonis, Lituanis, Ruſſis & Tartaris, exercitu, prope (ſupra dicto Craro) ſexaginta millium hominum, ut præter Cromerum, (g) Olomucenſem (h) Curæum (i) Vratislavienſium annales teſtan-

Caſimirus, Polon. Rex numeroſo exercitu Vratislaviam accedit.

1474.

(c) Vid. Groff. Part. I. p. 145. & Carpaov. Part. II. c. 1. §. 15. p. 198.
(d) In Annal. p. 181.
(e) Vid. Groſſerum Part. III. c. 11. §. 7. p. 70.
(f) De Rebus Polon. Lib. 28. p. 408. b. & 409. a.
(g) 409. b.
(h) Hiſt. Boh. Lib. 31. p. 252. lin. 38.
(i) In Annal. Sil. p. 187.

Digitized by Google

ſtantur, ad Vratislaviam (k) accedit menſe VIIbri, cum prius filius Vratislaus cum quindecim armatorum millibus (Frauenbergius duodecim tantum habet) ad Bregam cum eo ſeſe conjunxiſſet. Cromerus (l), Olomucenſis (m) & Curæus (n), Vladislaum circiter xx. millia Bohemorum in exercitu habuiſſe ait, maxima ex parte peditum. Sunt, qui utriusque copias decem hominum myriades excesſiſſe annotarunt.

Circa cujus numerum variant hiſtorici.

§. III. Crato duces Matthiæ, qui in Sileſia exercitum contra Polonos conſcripſere, nominat Abrahamum, Baronem Donavienſem, (quem Curæus (o) anno 1471. Caſimiro Filio in Hungaria contra Matthiam militaſſe ſcribit) & Melchiorem a Lœben, quæ eſt familia equeſtris in Luſatia inferiori etiam nunc clara.

Matthiæ Duces bellici contra Vladislaum, Abrahamus, Baro de Dona, Melchior a Lœben, Eques Luſatus, cujus ductu

§. IV. Curæus (p) ſtatim ab initio belli, ut Poloni domum retraherentur, Sileſios ductore Melchiore Lœbio, ex oppido Svibuſio vicinam oram Poloniæ majoris vaſtaſſe ſcribit.

Sileſii Poloniam majorem vaſtant.

§. V. Pluribus autem hæc perſequitur poſteriore annalium parte. Mandante, inquit, rege Matthia Johannes Pribuſienſis conſcripſit Stenaviæ ex Sileſia equites ter mille, & pedites totidem, bene armatos utrosque. Præfecit huic exercitui ductorem, virum rei militaris peritum, Melchiorem Lœbelium.

De quibus Curæus ſequentia, Johannes Pribuſienſis juſſu Matthiæ conſcribit milites, quibus præficitur Melchior Lœbelius.

§. VI. Martii die 20 oppugnarunt Frauenſtadium oppidum ditionis Poloniæ, ſed fruſtra. Totum autem agrum vicinum fœde diripuerunt & exuſſerunt. Inde proceſſerunt in loca interiora majoris Poloniæ, omnia ferro & flamma ſurſum & deorſum miſcentes. Conſumſerunt incendiis ſupra ſexcentos pagos & vicos.

Frauenſtadium fruſtra oppugnantes, viciniam totam perdunt. Poloniam majorem devaſtant, pagos & vicos DC. exurunt.

§. VII. Palatini Polonici contraxerunt agmen duodecim millium militum tumultuariorum, verum non ſunt auſi congredi cum hoſte animoſo, armisque & machinis bellicis optime inſtructo. Ideo deinceps admodum contumelioſe in Polonia ob ſocordiam & infidelitatem traducti ſunt.

Palatini Polonici contrahunt milites, timidos & nullius animi.

§. VIII. Auxit autem eam ſuſpicionem Dux Johannes, qui prædiis Palatinorum parcebat, ut hac ratione eos magis inviſos ſuis redderet, imitatus vetus Archidami Spartani contra Periclem Athenienſem, idemque Hannibalis contra Fabium dictatorem ſtratagema, de quo eſt apud Thucydidem (q), Juſtinum, (r) Livium, Florum, Valerium Maximum & Plutarchum.

Johannes Dux prædiis Palatinorum ex ſtratagemate parcit.

§. IX. Regreſſis ex Polonia militibus circiter calendas IXbris, venit Glogoviam Melchior Lœbelius Capitaneus Regius, cum comitatu equitum 400. in urbem non eſt intromiſſus: pagi ſacerdotum prædæ fuere equitibus, qui deinde ingreſſi Poloniam conſederunt Svibuſii, ut inde regionem depopularentur. Hæc fere Curæus. (s)

Lœbelius in urbem Glogoviam non intromittitur, hinc pagos ſacerdotum deprædatus, Svibuſii, cum ſuis conſidet.

§. X. Imagines Lœbiorum ſunt hujusmodi: In clypeo ſupra tabulam latrunculariam albo rubroque colore diſtinctam æthiopiſſa ſive Maura, in planicie Veneta umbilicotenus exſtans, crinibus poſt terga paſſis, manibus ventri impoſitis, capite faſcias albas rubeas & luteas ad inſtar ſerti convolutas, qualibet auricula perfoſſa armillum gerens, eademque e diademate galeæ veluti *ἀναδυομένην* lemniſcis, ſeu tæniis itidem albo rubroque colore diſtinctis.

Lœbiorum Imago, ſ. inſignia.



§. XI. Quia autem Vratislaviam 13. Octobris in profeſto exaltatæ S. crucis præoccupaverat Matthias in Polonorum foco & Bohemorum caſtris non peſte tantum & lyenteria, ſed commeatus etiam ſumma penuria labotabatur: præterea anni tempus bello gereodo ineptum urgebat, & Poloniæ

Vratislaviam præoccupat Matthias.

(k) Vid. Groſſerum Part. I. p. 146. item Carpzov. Anal. F. Z. Part. II. c. 1. §. 15. p. 198.
(l) De Rebus Polon. Lib. 28 p. 410. a.
(m) Hiſt. Boh. Loc. cit. lin. 40.
(n) In Annal Sileſ. p. 188.
(o) Ibid. p 182.
(p) Ibid. p. 188. lin. ultima it. 189.
(q) Duorum tantum Autorum Græci nempe & Latini loca liceat allegare. Vid. Thucydidis Lib. II. belli Peloponneſiaci p. 64. Edit. Baſil. an. 1564.
(r) Lib. 32 c. 4. v. 8.
(s) In Annal. Sil. p. 168.

Caſimirus & Vladislaus pacem petunt belli incommodis commoti.

loniæ oras ductores Matthiæ vaſtabant: moti his incommodis pacem petunt Caſimirus & Vladislaus.

Conventus Regum prope Muchtbarum ſuper. amicus, qui Pacis arbitris deſignatis

§. XII. Conveniunt igitur primum Matthias & Caſimirus 15. Novemb. poſtridie vero, h. e. IXbr. 16. præter hoc etiam Vladislaus cum gelu eſſet aſperrimum in patenti campo, ſuper tumulo quodam prope pagum, cui Mülchtbaro ſuperiori nomen, in ipſo urbis conſpectu, ibique poſt factam conſalutionem mutuam, amicam & honorificentisſimam, collocuti, proceres quosdam pacis arbitros deligunt & deſignant, a quibus induciæ menſium triginta poſtea Vratislaviæ confectæ ſunt.

inducias 30. menſium panguunt.

De die congreſſus variat Curæus.

Obſidio Vratislavienſis ſolvitur.

§. XIII. De diebus congreſſus ſcio variare a nobis Curæum, (t) Ego Vratislav. & Cratonis annotata ſum ſecutus. Ita obſidio die Eliſabethis ſolvitur, & domum revertuntur Poloni & Bohemi, amisſis ſeptem millibus hominum & plerisque impedimentis. Notaverant Poloni vadum, quo Oderam transmiſiſſent, deſectis abietum ſtipitibus prælongis & in alven fluvii infixis. Eos evulſos piſcatores, qua maxima erat fluminis altitudo transpoſuere. Qua fraude factum eſt, ut in reditu multi Polonorum Oderam trajecturi in aquis interirent.

Aſtus piſcatorum ad Oderam,

quo multi Polonorum intereunt.

Vratislavienſium portæ toto obſidionis tempore die nocteque patent.

Johannis Boni, de Erneſto Saxoniæ Electore, & Johanne Brandeburgio narratio.

Melanchthon orationem de hoc Johanne Saxone recitat.

§. XIV. Toto obſidionis tempore portæ nec interdiu nec noctu unquam clauſæ ſunt, ut nec antea Hirſieone urbem tentante. Quæ de Erneſti Electoris Saxoniæ, & Johannis Brandeburgii ad reges Vratislaviam obſidentes profectione, a Johanne cognomento bono Saxoniæ Duce Electore Erneſti filio, narrari ſolita, Melanchthon in oratione de eodem Johanne Saxone a Laurentio Lindemanno JC. recitata, itemque in quadam ad Marchiones Brandeburgenſes epiſtola calci poëmatum Schofferi oppreſſa recitat, & repetunt Eberus in præfatione Calendarii ſui hiſtorici & in chronieis Peucerus. (u)

Erneſtus, Saxo, ob emtum Ducatum Saganenſem Matthiæ homagium præſtat 1474. 1472.

§. XV. Hæc ergo in medio ſunt. Erneſtum Saxonem bello Sileſiaco hoc ipſo anno 1474. pridie cal. VIIIbr. Vratislaviæ publice Matthiæ homagium præſtitiſſe, propter poſſesſionem ducatus Saganenſis, quem a Johanne Saganenſe & Pribuſienſe poſtea Glogavienſe Duce anno 1472. emerat, Vratislavienſium annales & Cureus (w) memorant.

Matthiæ & Caſimiri copiis obviam it.

§. XVI. Fabricius (x) in Electoribus Erneſtum Matthiæ & Caſimiri exercitibus obviam iviſſe, ambosque a cervicibus Germanorum prudentia arcuiſſe ait. Ejusdem annales Miſnenſes (y) epitaphium Erneſti recitant, in quo hi quoque leguntur verſus:

Epithavli Erneſtiani verſus:

Germanis etiam placide dimovit ab oris,
Caſtra Sileſiaco quæ poſuere loco.
Pannonum Matthiam & Te Caſimire Polonum:
Iſte potens ſcutis, arcubus ille ferox.

Matthias clam equites in Luſatiam mittit, eam vaſtatum,

qui repelluntur.

§. XVII. Peucerus (z) a Matthia Alberto Saxoni, Erneſti fratri occulte infeſto, ſub initium expeditionis Sileſiacæ turmas aliquot Hungaricorum equitum in Luſatiam immiſſas ad limites Miſnicos usque populabundas excurſiſſe refert, ut terris & ditiuni Alberti detrimenti aliquid inferrent. Sed a duobus illis principibus, antequam Vratislaviam proficiſcerentur, eſſe repulſas. Secutus, ut opinor, Melanchthonis de Matthia orationem.

Albertus Saxo & Albertus Brandeburgius Friderico III. Imperatori opem ferunt.

§. XVIII. Idem tamen Peucerus in Oratione de Alberto non Erneſtum, ſed fratrem Albertum ad Vratislaviam accesſiſſe narrat: cum in chronico diſerte ſcripſiſſet, Albertos ambos, Saxonem & Brandeburgium hunc, contra Carolum Burgundum Friderico III. Imperatori opem tuliſſe.

De Johanne Brandeburgio variis auctorum ſententiæ, ex quibus

Peucerus rectius ſentire videtur.

§. XIX. Innuere etiam videtur Johannem Brandeburgium Alberti Achillis Germanici fratrem fuiſſe & marchionem, non filium & Electorem, ut Melanchthon, Eberus & Pyrus volunt. Et adſtipulatur. Peucero temporum ratio. Johannes enim Elector, Achillis filius, quo tempore obſeſſa eſt, Vratislavia, nondum XX. annorum fuit; in quam ætatem, eloquentiam & autoritatem tantam, quanta de Juhanne ab illis prædicatur, cadere potuiſſe non exiſtimo.

CAPUT CX.

De Anguſtiis Gorlicenſium, & exuſtione oppiduli Schönbergæ.

§. I.

1474. Gorlicenſes ſeptis muniunt ſuburbia.

QVa hyeme 1474. tres ad Vratislaviam reges caſtra poſuere, Gorlicenſes ſuburbana ſua & figulorum montem ſcpto quodam munire

(t) Ibid. p. 189.
(u) Chronic. Lib. V. p. 679.
(w) In Annal. Sil. p. 187. Conf. Jo. Heinrich Deckart Schediaſma de Eruditis Sagani ortis in honorem amorum Teuberio-Wolfianorum 1714. Soraviæ publicatum p. 5.
(x) Pag. 22.
(y) Lib. 2. p. 70. ſeqq.
(z) Loc. ſub lit. (u) citat.

Johanne Fraŭenbergio primum Conſule. Dies pœnitentiales indicun

nire cœperunt, Magiſtro Johanne Fraŭenbergio, Pruteno, ante notario, recens primum Conſule deſignato. Jejunia etiam & ſupplicationes indictæ.

Eisdem Caſparus Noſtitius, Capitaneus, fidem ſuam obſtringit, foſſa circa ſuburbana ducitur, ſeptumque perficitur.

§. II. Caſparus Noſtitius, Capitaneus fidem Gorlicenſibus ſuam obſtrinxit, ſe ad extremum usque ſpiritum ipſis adfuturum. Inſequenti anno 1475. foſſæ circa ſuburbana ductæ ſunt, & ſeptum ex argilla perfectum. Anno 1476. Johannes Olsnicius in via Leobergenſe prædas agens, factis inde crebris excurſionibus Schonbrigam (a) oppidulum, villam Rudolphi ſuperiorem, Copperam & Reuteniciam pagos exusſit.

1475. Johannes Olsnicius, prædo, Schonbrigam & pagos quosdam exurit 1476. Sittavienſes cum Olsnitio clam colludunt. Gorlicenſes ſoli prædonibus reſiſtunt.

§. III. Quo tempore Gorlicenſes a nobilitate & vicinis, qui omnes pacem & ſecuritatem pecunia redemerant, deſerti, Sittavienſibus etiam cum Olsnitio & complicibus ejus tacite colludentibus, ſoli detrimentum in bonis ſuis acceperunt, ſoli in coërcendis prædonibus laborarunt. - - Μῆας δὲ χεῖρος ὁ σθενης μαχή.

Stephani de Zapulia, præfecti, aſſiſtentiam fruſtra implorant, multa ob hoſtibus damna perpeſſi. Ingens tunc temporis in his regionibus proditio & perfidia.

§. IV. Quin & imploratus ab iis frequentibus literis Dominus Stephanus de Zapulia, tunc temporis nomarcha, reſcripſit, non eſſe, quod adventum ſuum expectent, cum minus tenues ſint præfecturæ reditus. Ita hujus quoque auxilio neceſſario ſuo tempore deſtitutis Gorlicenſibus, tota æſtate quoque impune graſſati ſunt hoſtes & complures, paſſim currus mercibus onuſtos diripuerunt. Tantumque fuit hoc tempore in his regionibus proditionis & perfidiæ clandeſtinæ, ut tuta etiam omnia timerentur.

CAPUT CXI.

De Urbe Cotbuſienſi & Lobavienſi obſeſſis.

§. I.

1477. Cotbuſium obſidetur a Johanne, Saganenſium & Pribuſienſium Duce, qui poſtea ab obſidione Reppæ & Droſſæ pulſibus ferventibus depellitur. Francofurtum ad Oderam prædabundus accedit,

Anno 1477. Dux Johannes, Cotbuſienſem obſedit civitatem. Inſcript. chori cœnob. ibidem. Nec cauſa aut ulla præterea additur circumſtantia. Conſtat autem, fuiſſe hunc Johannem Saganenſium & Pribuſienſium Ducem, qui eodem anno Reppam & Droſſam etiam in terra Sternebergenſe ultra Oderam, ubi pultibus ferventibus a mœnibus depulſum ferunt, tentavit, & ad Francofurtum prædabundus acceſſit, unde a civibus auxilio Johannis, poſtea electoris Brandeburgii, qui tum forte fortuna Francofurti erat, & proavus fuit Johannis Georgii, qui nunc rerum potitur, rejectus, tandem ad Crosnam & Sprottam ſuſus fugatusque eſt, & res compoſita, ut latius narrat in deſcriptione Francofurti Gvolſgangus Juſtus (b) & aliter non nihil Cureus, Lib. II. in hiſtoria belli marchici. (c)

hinc depulſus, funditur fugaturque, teſte Gvolgangi Juſti in deſcriptione Francofurti, & Curæo L. II. Hiſtor. belli Marchici.

De occaſione hujus belli Cureus & Crato, ſequentia: Henricus XI. Glogavienſ. improles obiit 1476. De cujus ſucceſſione multis certantibus, Johannes, Henrici frater, Glogoviam, Sprottam &c. &c. armis occupat. Crosnam fruſtra oppugnat.

§. II. Occaſio belli ex Cureo (d) & Cratone colligi poteſt. Cum enim anno 1476. Febr. 21. Freiſtadii ſine liberis diem ſuum obiiſſet Henricus XI. Dux Glogavienſis, qui præcedente anno conjugium cum Barbara, Alberti Achillis Brandeburgii filia, X. annorum puella contraxerat, multis de ſucceſſione certantibus, Johannes, Henrici frater, patruelis, ſub exitum anni collectis ducentis equitibus, & Regis Matthiæ literis ac mandato adjutus, Glogoviam, Sprottam, Freiſtadium, Grunbergam, Zúllichium & Svibuſium armis in poteſtatem ſuam traduxit. A Crosna præſidio Marchionis munita reinfecta receſſit.

1477. Ordines Ducat. Glogavienſ. inducias cum Marchione paciſcuntur. Johannes Nobiles Luſatiæ infer. clam ſibi conciliare, ſed fruſtra tentat.

§. III. Inſequenti anno 1477. cum ordines Ducatus 9. Januarii inducias usque ad ferias divi Georgii cum Marchione pacti eſſent, Johannes interea & occulte nobilitatem in Luſatia inſeriori, quæ parebat Marchioni, ad Cotbuſium & Sprembergam, conatus eſt ſibi conciliare, ſed fruſtra.

Vladislaus Bohemus, Barbaræ Brandeburgicæ copias auxiliares mittit, infelici tamen eventu.

§. IV. Sub initium Maji Vladislaus Bohemus duplex agmen, ex Bohemia emiſit, quod Glogoviam proficiſceretur, & Barbaræ Brandeborgicæ viduæ, quam tum ſibi deſponſam paulo poſt deſeruit, contra Pribuſienſem auxiliaretur. Sed utrumque infeliciter rem geſſit; prius in ducatu Svidnicenſi, exterritum armis incolarum domum rediit: alterum cum in Luſatia ſuperiore fruſtra civitates aliquas tentaſſet, etiam dilapſum eſt.

Johannis Pribuſiani præſul Havelburgenſis capitur. Johannes Brandeburgius contra Johannem Pribuſienſ. copias educit.

§. V. Quarto Julii prope Francoſurtum interceptus eſt ab equitibus Johannis Pribuſiani Havelbergenſis præſul. Eodem tempore contra Pribuſienſem eduxit copias Johannes Brandeburgius a patre Achille miſſus, ut ſorori viduæ tutaretur ditionem, quam ei maritus univerſam aſſignaverat.

Io Freiſtadienſi obſidione victus, domum revertitur. Pribuſienſis cum exercitu Francofurtum venit, quod Marchio filius tenebat,

§. VI. Verum cum obſidionem arcis Freiſtadienſis, in qua erat præſidium Marchicum, fruſtra conatus eſſet ſolvere, accepta clade, factis rurſus induciis ad ſua revertit. Quinta VIIIbris, quæ erat dominica poſt feſtum Michaëlis, proxima, Pribuſienſis ipſe cum exercitu ad Francofurtum venit, quam urbem cum præſidio tenebat Marchio filius, ubi, quid rerum geſſerit, hic

(a) Vid. Groſſer. Part. III. c. 11. §. 7. p. 90.
(b) Cap. 5. p. 16.
(c) Conf. Annal. Sileſiæ p. 325.
(d) In Annal. Sileſ. p. 321.

Sprottam redit,

hic repetere nihil attinet. Sprottam rediit 17. Octobr. In hos dies incidere obſidionem Cutbuſianam veriſimile eſt.

Legati regii a prædonibus capti,

in quorum capturam ſedulo inquiritur;

poſtea ſoluto λύτρω dimiſſi,

§. VII. Eodem anno 1477. die 18. VIIIbris prope Cœbenum oppidulum in Ducatu Glogovienſe capti ſunt a prædonibus legati regii, Doctor Fabianus & ſcriba Reip. Vratislavienſis. Omnes Principes Sileſiæ, qui metuebant iram Matthiæ Regis fecerunt diligentiſſimam inquiſitionem, neque tamen conſtabat, quo ducti eſſent. Vere anni ſequentis emiſſi ſunt ex carcere arcis prope Zittaviam, cum Vratislavienſis ſcriba ſolviſſet aureos trecentos, conſiliarius vero Regius 1500. Cureus. (e) Eodem anno 1477. Fitſchke civitatem Lobavienſem opprimere conatus eſt, ſed nullo cum effectu.

1477. Fitschke Lobaviam fruſtra opprimere tentat.

CAPUT CXII.

De Transactione Regum inter Matthiam & Vladislaum cujus vigore Rex Matthias Luſatiam, quoad vixit, retinebat.

§. I.

1478. Tenore & Jure Transactionis Vladislaus Bohemiam obtinet viciſſim Matthiæ certam pecuniæ ſummam exſolvens.

ANno 1478. cum circa feſtum Paſchatis conſiliarii utriusque Regis Bohemici apud Brunnam Moraviæ conventum agerent, ſic tranſegerunt, ut Vladislaus Bohemiam retineret, & Matthiæ ex Moraviæ, Sileſiæ & utriusque Luſatiæ proventibus quater centena millia (aureorum) daret. (f)

Dux belli, Matthiæ Bohemos fundit fugatque, hinc Matthias pactis ſtare renuit,

§. II. Hæc dum deliberantur, interea Blancknerus præfectus militiæ Matthiæ cum cohorte DC. equitum cædit, & in fugam convertit mille Bohemos, quo ſecundarum rerum ſucceſſu elatus non nihil & inſolentior factus Matthias, conventis ſtare recuſavit. Hæc Crato. Cromerus (g) & Cureus (h) alias etiam cauſas infectæ pacis addunt.

1478. Pribuſienſis denuo bellum renovat. Crosnam accedens, & territorium Cotbuſienſe vaſtans, magna ſtrage profligatur,

§. III Eodem anno 1478. ſub exitum VIIbris denuo inchoavit bellum Pribuſienſis, armavit ſuos ſubditos & ſtipendiarios, acceſſit ad Crosnam & per dies ſeptem territorium Cotbuſienſe populatus eſt Proximo menſe exercitus ejus in caſtris ad Croſnam a Marchione magna ſtrage profligatus eſt, Cureus (i)

Sabinum juxta,

§. IV. Sabinus in Elegia ad Joachimum II. Electorem Brandeb. quæ libri I. ultima eſt, (k) teſtatur, Johannem, Achillis filium, Marchionem Brandeburg. patris auſpiciis bellum in Luſatia geſſiſſe. Verſus hi ſunt:

Johannes IV. Marchio & Elect. Brandeb. cum Luſatis belligerat,

Cujus verſus

Sic patris exceptus pater eſt ab Achille Johannes,
Cum rediit populo victor ovante domum.
Arma Bohemiaci quo tempore fregerat hoſtis,
Et fera pugnacis robora Luſatiæ.
Sileſiæque ſuis adjecerat oppida terris,
Per quas irriguis Odera tendit aquis.

Id quoque ſecundum Johannem Holtorpium Hagenſem.

Et repetit Bernhardus Holtorpius, Hagenſis elegia gratulatoria ad Sigismundum, antiſtitem Magdeburg. deſ. de eodem Johanne IV. Electore, Joachimi I. patre, proavo Sigismundi,

Luſatiæ, (inquit) domuit claras feliciter urbes,
Et domitas mœſto ſubdidit ille jugo.

Hæc utrum ad hujus & præcedentis annorum expeditiones Marchicas ſpectent, non ſcio.

Pax per Regum Legatos denuo firmatur,

§. V. Calendis Xbribus rurſus conveniunt apud Olomucium utriusque Regis Legati de pace acturi, quæ ibi his conditionibus, ut quidem a Cratone, Cureo (l) annalium Vratislavienſium notatoribus referuntur, firmata eſt: Ut Vladislaus Rex Bohemiæ & Elector maneret, Matthias vero, eique ſucceſſuri Hungariæ Reges Moraviam, Sileſiam, Oppaviam & Luſatiam tam ſuperiorem quam inferiorem ὑποθήκης nomine poſſiderent, de qua, ſi diſcedere illi debeant, quater centena millia ducatorum Hungaricorum eis numeraret Bohemus, ita tamen, ut toto anno, priusquam pro redimendis illis regionibus pecunia offeratur, Matthiæ id ſignificetur. Quod ſi poſt factam denunciationem pecunia non ſolvatur, pœnæ nomine centena millia florenorum luat Bohemus, priori ſummæ adjicienda. Titulum etiam regis Bohemici Matthias, dum in vivis eſſet, uſurparet. Qui ſi prior deceſſiſſet, redirent tres provinciæ ad regnum Bohemiæ, exſolutis tamen regno Hungariæ a Vladislao illis quadringentis millibus aureorum. Sin Vladislaus prior e vita excederet, vel Matthias ſucceſſorve ejus ad regnum Bohemiæ vocaretur, uti regiones illæ non numerata etiam a Bohemis ſumma illa in libertatem priſti-

cujus conditiones & pacta narrantur,

(e) In iisdem p. 327. & 328.
(f) Conf. Carpz. Part. II. c. 1. §. 15. p. 199.
(g) De Reb. Polon. Lib. 29. p. 419.
(h) In Annal. Sileſ. p. 330.
(i) In Annal. Sileſ. p. 329.
(k) Seu ſeptima v. 140. ſeqq. Edit. anni 1544. in 8vo.
(l) In Annal. Sileſ. p. 190.

priſtinam venirent, atque ad Bohemiæ regnum revolverentur & pertinerent non ſecus atque antea. Sicut hæc omnia in ipſa transactionis formula literarum monumentis conſignata clarius eſt videre.

Cureus Matthiam. Vladislao ſuperſtitem ſimpliciter ſucceſſurum ſcribit.

§ VII. Cureus (m) ſimpliciter ſcribit Matthiam, ſi Vradislao ſuperſtes fuiſſet ſucceſſurum, Olomucenſis (n) Svidnicium & Javoriam quoque Vladislao ad Bohemiam ait adjectam. Dimidium etiam ſolummodo ejus pecuniæ, quam nos expreſſimus, nominat. De pecuniæ etiam poſt Matthiæ obitum ſolutione variare a Cureo videtur. Quare verba ipſius ex Lib. 31. adſcribere operæ pretium duximus:

Olomucenſis de his pacis conditionibus ſententia,

cujus verba ex L. 31.

Ut dein ad ſeria „ventum eſt, inquit, ſic pax inter reges „convenit, ut Vradislaus univerſam ſibi „retineret Bohemiam, & in Sileſia Svidni„cenſem atque Javorienſem principatus; „Matthias vero Moraviam, Sileſiam, cum „reliqua parte Luſatiæ hac conditione poſ„ſideret, ut ſi prior ipſe mortem absque li„beris obiret, poſſeſſa omnia ut ſine ulla „controverſia ſine ullaque pecunia ad Vla„dislaum regnumque Bohemiæ reciderent: „hærede autem relicto, ut is tantisper di„ctas provincias regeret, dum ei ducenta „millia aureorum nummorum a Rege Bo„hemiæ in limitibus Hungariæ adnumera„rentur. Quod ſi contingeret, ut Boëmi „eundem ſibi regem, quem Hungari deli„gerent, (eligi autem ipſe maxime cupie„bat) rurſus ſine illius precij interventu, ut „avulſa a corpore regni membra, Bojemiæ conjungerentur. Hæc ille.

Cnemiandri & Peuceri de his ſententia, qui

quoad pecuniæ ſummam cum Olomucenſe conveniunt.

§. VIII. Ducatuum Svidnicenſis & Javorienſis Vladislao attributorum etiam Cnemiander & Peucerus (o) meminere. Hæc enim eſt ea Sileſiæ pars. quæ Sudetis h. e. Bohemicis montibus adjacet, de qua Peucerus (p) loquitur. De ſumma etiam „pecuniæ ambo cum Olomucenſi faciunt. „Sic enim inquit Peucerus in chronicis:(q) „Si gigneret hæredem (Matthias) liberum „eſſet Vladislao vel illi relinquere provinci„as, vel redimere eas ducentis millibus aureorum,

1475. Transactio hæc facta,

die 12. Febr.

§. IX. Affirmat præterea uterque, proximo poſt bellum Sileſiacum anno videlicet 1475. res ad hunc modum eſſe transactas. Peucerus diem aſſignat 12. Febr. Cnemiander locum Pragam, & autores conciliatoresque pactorum proceres Hungaros & Bohemos. Quæ omnia in præſentia nec aſſerere nec refellere animus eſt.

Peuceri & Cnemiandri ſententia de tradita ſ. conceſſa Vladislao utraque Luſatia, refutatur,

§. X. Quod autem idem Peucerus in chronicis, & Cnemiander quoque Vladislao ad Bohemiam inſuper Luſatiam utramque acceſſiſſe ſcribunt, id præter Olomucenſis, (r) Cratonis, Curei (s) & aliorum hactenus recitata teſtimonia, etiam ſequens hiſtoriarum Luſatiarum ſeries abunde refutabit: Et correxit illud poſtea Peucerus ipſe in oratione de Alberto, duce Saxoniæ pronunciata a Vito Ortelio J. C. edita anno 1567. ubi diſerte inquit, reliquam Sileſiam cum Moravia & Luſatia utraque Hungaro relictam. Sed cur non locum ejus integrum appono? Hæc igitur ſunt orationis verba:

Prior errorem corrigit, in Oratione de Alberto, Saxone, recitata, a Vito Ortelio, J. C. edita 1567.

Verba orationis.

§. XI. Tandem res ita transactæ ſunt, „ ut Polono Bohemiam tenenti adjecta ſit, „ ea Sileſiæ pars, quæ montibus Bohemicis, „ adjacet, reliqua Sileſiacum, Moravia &, „ Luſatia utraque relicta ſit Hungaro, ſed ea, „ lege, ut ſi hæres regni nullus ei naſcere-„ tur, univerſa hæc revolverentur ad Vla-„ dislaviam. Si hæres ſuperſtes eſſet, Mat-„ thia mortuo, Vladislaus ab hærede eas, „ provincias redimeret ducentis millibus aureorum nummorum. „

1479. Matthias & Vladislaus Olomucii præſentes pacem hanc juramento firmant.

§. XII. Anno 1479. Matthias & Vladislaus, ut legatis utriusque regis prius convenerat Olomucii, ipſi congrediuntur ibidem calendis Maji, vel ut Olomucenſis (t) habet, menſe Junii, cum ſplendidiſſimo uterque procerum ſuorum & magnatum comitatu, ibique poſt tot funeſta prælia, & tam longam de regno dimicationem, cum ſero, ut Crato inquit, artes pontificias damnoſas eſſe agnoſcerent, pacis conditiones per legatos ſuperiori anno conceptas præſentes approbant ſtabiliuntque, & ad pacta illa ſervanda mutuo ſeſe obſtringunt.

Cujus perficiendæ plurimorum ſtudium & ſingularis ſolicitudo.

Ad quam concordiam conficiendam non ſolum ducum & procerum utrique Regi ſubditorum, verum etiam multorum imperii principum intervenerat diligentia, ſtudium, labor & ſolicitudo ſingularis.

maxime Alberti Saxonis, conſtituti controverſiarum arbitri,

§ XIII. Nominatim autem Peucerus Albertum Saxoniæ ducem, Podribratii defuncti generum, & belli contra Matthiam ſocium, qui Mauricii & Auguſti electurum avus fuit, a Matthia in Moraviam evocatum, & Vladislao Bohemo aſſentiente arbitrum controverſiarum conſtitutum memorat,

morat,

(m) In Annalib. Sil. pag. 20. r.
(n) Hiſt. Boh. Lib. 31. pag. 254. lin. 39.
(o) Chronic. Lib. V. p. 679.
(p) Loc. citato.
(q) Modo citatis.
(r) Hiſt. Boh. Lib. 31. p. 254.
(s) In Ann. Sileſiæ pag. 201.
(t) Hiſt. Boh. Lib. 31. p. 254. lin. 22.

cujus ſententia pax ita compoſita.

morat, de cujus ſententia res ad eum modum compoſita fuerit.

Matthias Luſatiæ uſque ad obitum poſſeſſor Groſſi Vratislavienſes cum in ſcript. Matthiæ R. Bohemiæ Marchionatus Luſatiæ δει . μα.

§. XIV. Matthias igitur cum Moravia & Sileſia Luſatiam quoque retinuit, quoad vixit, Cochlæo etiam teſte. Atque hinc eſt, quod in groſſis quibusdam Vratislavienſibus, tam majoribus, quam minuſculis cum inſcriptione Matthiæ I. regis Bohemiæ cuſis ſimum clypeum, lævam verſus bovem. Marchionatus Luſatici δεῖγμα præ ſe ferre videmus.

Diſceptatur de Cœnobio Oybinenſi ejusque pertinentiis.

§. XV. Cum poſt inita inter reges Bohemiæ in ſolenni conventu Olomucenſi fœdera ex diviſione regni, hexapolin fortitus eſſet Matthias, diſputatum eſt de Oybinenſi cœnobio, utri illud cedere deberet: Demonſtrarunt itaque cœnobitæ, ad hexapolin ſe pertinere, non ad Bohemiam idque his potiſſimum argumentis: Oybinum non ultra montes Bohemiæ, ſed juxta, vel potius citra eos ſitum in confinio hexapolis, & quidem in limitibus & diſtrictu Sittavienſe. Ambiri enim utrinque Waldersdorffo & Lückendorffo Sittavienſium ditionis villis, & quæ longius, quam monaſterium verſus montana protendantur.

Quod ad Hexapolim ſ. ad Luſatiam ſuperiorem pertinere Cœnobitæ demonſtrant.

Deinde D. Carolum IV. Imperatorem fundatorem dotis nomine nihil præter duas medias villas, & eas quidem ſatis tenues monaſterio aſſignaſſe, quarum utraque in territorio & ſub jurisdictione Superiori Sittavienſium ſita ſit. Eundem Carolum ejusque filium Sigismundum monaſterium Sittavienſibus in perpetuum colligaſſe inſeparabiliter, iisque tanquam proviſoribus commendaſſe, de quo authenticum habeatur Documentum. Jam olim item hexapolitanis unitum fuiſſe conventum, ſemperque cum iis una & eodem in comitatu & in verba regum Bohemiæ juraſſe, & ad expeditiones bellicas proceſſiſſe, nunquam vero cum baronibus, caſtellaneis, civitatibus aut oppidis Bohemiæ ultramontanis.

NB. Bernam Bohemi Sieuram vocant.

De Bernis etiam a Regibus Bohemiæ indictis reſpondere monaſterium advocato ſex civitatum, h. e. præfecto Luſatiæ Superiori, nec ulli alii ultramontano Bohemiæ officiali. Teſtari id poſſe dominum Benedictum Colobratium, cui tunc temporis ſex civitatum advocato Budiſſinæ de Berna regali cœnobitæ reſpondiſſent, Georgio in Bohemia regnante. Cum itaque in concluſionibus pacis cautum ſit, ut ſubditis immunitates & privilegia ſua maneant integra, utque ii juramentum homagiale exhibeant, juxta conſuetudinem provinciæ; & vero Vladislaus Rex in literis confœderationis profitebatur, hexapolin cum omnibus pertinentiis de voluntate & certa ſcientia baronum & procerum regni Bohemici inſcriptam eſſe & obligatam Matthiæ, quem verum Dominum recognoſcere, eique fidelitatem præſtare debeat, donec ſumma prætexata ſolvatur: Oyvinum quoque, ſimul cum hexapoli Matthiæ videri obligatum, & jure debito in ſorte ejus manere, ſiquidem id & privilegio, & antiqua conſuetudine ad hexapolin pertineat.

§ XVI. Hos articulos cum ſuperioribus narrationibus non nihil lucis allaturos putarem, iisdem pene verbis, quibus in charta quadam conſignatos accepi, inſerere hoc loco volui.

CAPUT CXIII.

De Incendio Cotbuſii ex fulgure orto, de faſtigio Turris Baſilicæ D. Petri Budiſſinæ per ventum impetuoſum dejecto & turri Leonina de cælo tacta.

§. I.

1479. Cotbuſium denuo igne ex fulgure nato conflagrat. 1479. teſte Inſcriptione chori.

EOdem anno 1479. die Hippolyti martyris & ſociorum ejus, quæ eſt Auguſti 13. iterum maxima pars urbis Cotbuſianæ conflagravit incendio ex fulgure orto. Inſcriptio chori in æd. cœnob. & Conſignatio in faſcic. tempor.

Ventus pinnaculum Baſilicæ Budiſſinæ deturbat quod 1483. reficitur. 1479. ibidem turres leonina de cœlo tacta eod. anno.

§. II. Eodem anno 1479. in profeſto S. Dorotheæ pinnaculum ſ. faſtigium turris baſilicæ divi Petri Budiſſinæ ventus impetuoſus dejecit. Refectum eſt anno 1483. vel ut alii 1480. Eodem anno 1479 in Octava viſitationis Mariæ ſub ſumma miſſa ibidem turris leonina de cœlo tacta eſt.

1479. Selenus Bohemus vaſtata Marchia Luſatiam inferior. tranſit & Sileſiam, paſſim multos concutiens.

§. III. Eodem anno 1479. Selenus Bohemus, quem Matthias Rex præcedenti anno cum turma equitum Pannoniorum 1800. Pribuſienſi auxilio miſerat, vaſtata dutiter Marchia tranſiit in vicinam Luſatiam (inferiorem intelligo, quatenus ea Marchioni parebat) deinde in Sileſiam montanam & paſſim multos concuſſit. Cureus. (u)

CAPUT CXIV.

De Epicopo Joh. V. ſacris in Luſatia inferiore interdicente & bello Marchico ſedato.

§. I.

1482. Johannes V. Weiſenbachius, præſ.

ANno 1482. Johannes V. Weiſenbachius præſul Miſnenſis in ordine XLI. ſacris interdixit Abbatibus, Cel-

(u) In Annalib. Sileſiæ p. 200.

Miſnenſis interdicit ſacris Abbatibus quibusdam,

Cellenſi, Buchano, Dobrilugio, propter non numeratam certam pecuniam: qua ſoluta, rurſus rem divinam facere potuerunt. Annales Fabricii urbis Miſnenſis.(w)

1482
Bellum Marchicum componitur Camentii 1482.

§. II. Eodem anno 1482. annitente Georgio Steinio (de quo mox) ſedatum eſt bellum Marchicum, de quo ſub anno 1477. diximus, 16. Sept. Camentii, ubi fuerunt una principum Saxoniæ fratrum & Electoris Brandenburgii conſiliarii, Johannes Glogovienſis, & Georgius Steinius. Tranſactum eſt hoc modo:

pacis arbitri,

tenor pacis ſ. transactionis. hic & ſeqq.

§. III. Johannes reſignavit in manus regis oppida ducatus, Glogovienſis, Zulichium, Croſnam, Sommerfeldum Luſatiæ infer. & Boberosbergam. Illa Georgius nomine regis, ut quidem Cureus in vetuſtis chartis ſe inveniſſe ſcribit, pro dotalicio Barbaræ viduæ, quod fuit 50000. aureorum, tanquam hypothecam tradidit marchioni. Atque ab eo tempore has urbes marchiones Brandeburgi retinent, & nunc adeo eas una cum Cotbuſio & Pyza poſſidet Johannis marchionis nuper defuncti vidua.

CAPUT CXV.

De

Arce Budiſſinenſi reædificata, de Matthiæ effigie ſupra portam arcis poſita, aliisque rebus.

§. I.

Georgius a Steina præf.

Ortenburgum arcem Budiſſin. condit.

AN. 1483. dominus Georgius à Steina, ſuperiori Luſatiæ & utrique Sileſiæ præfectus arcem Budiſſinenſem, cui Ortemburg nomen, condere cœpit, (x) ut Cnemiander annotavit. Annales Budiſſinenſes & Vratislavienſes hoc anno 1483. arcem reædificari cœptam inquiun', præſide Dno Georgio à Stein, quem poſtea ſub anno 1489. Sileſiæ quoque Capitaneum Vratislavienſes appellant.

Sileſiæ Capitaneus appellatur

§. II. Et ſcribit alibi Cnemiander, Matthiam per Dn. Georgium a Steinaw vicarium & gubernatorem ſuum in Sileſia & utraque Luſatia, circa annum 1489. arcem Budiſſinenſem muniiſſe & refeciſſe, quod principibus quoque Saxoniæ, Miſniæ marchionibus, qui electioni ad regnum Bohemicum ſuæ adverſati fuerant, bellum facere in animo haberet, ſed in ipſo expeditionis molimine morte ſuiſſe præventum,

1489.

Cauſa extructionis arcis hujus, & munitionis.

§. III. Cureus (y) etiam refert, Matthiam eodem anno 1489. in fines provinciarum Ducis Saxoniæ & marchionis Brandeburgii, qui viſi fuerant conſilia contuliſſe cum Johanne Glogovienſe, immiſiſſe agmen prædatorium ſuorum militum ex Sileſia, ſed cum illi veniam peterent, facile placari ſe eſſe paſſum, ut infra (z) latius ex annalibus ejus referemus. 1489.

Ante Matthiæ tempora Budiſſinæ arx quædam jam fuit, cujus porta adhuc regis effigiem cum nomine, anno & inſignibus viſendam præbet

§. IV. Fuiſſe quidem ante Matthiæ tempura Budiſſinæ arcem, ex iis patet, quæ de incendio & ſeditione ibi coorta, in Wenceslai Cæſaris hiſtoria expoſuimus. (a) Cæterum viſitur adhuc ſupra portam arcis, (b) Matthiæ regis, cui ſedenti duo angeli coronam imponunt, effigies armata, ſaxo inciſa capillis in humeros promiſſis, cum nomine ejus & decem inſignibus, inque his bove Luſatico, annum ſalutis M. CCCCLXXXVI. ſubſcriptum habens: 1486.

effigies hæc ter emendata, donec regi quam ſimillima eſſet.

Quam vivam, ut loquuntur, & veriſſimam eſſe inde liquet, quod, ut teſtantur ejus urbis annales, & Peucerum confirmaſſe comperimus, cum initio minus feliciter videretur expreſſa, tertium Budam miſſa fuit & mutata, donec regi quam ſimillima efficeretur.



§. V. Eodem anno 1483. in baronatu Cotbuſiano deſiit uſus monetæ nigræ. cui a capite bovis nomen, & oboli albi cancro inſigniti cudi cœpere. Faſcic. tempp. Eodem 1483.

Monetæ genus aboletur Cotbuſii

(w) Lib. II. p. 69.
(x) Conf. Groſſerum Part I. p. 151.
(y) In Annalib. Sileſiæ p. 206.
(z) Capite 120. § 18. & 19.
(a) Capitib. 37. & 40. hujus libri Commentar. VI.
(b) Vid. Groſſerum Part. I. p. 153.

1483. Magna caritas annonæ apud Budiſſin.

dem anno 1483. magna fuit annonæ caritas, ita, ut Budiſſinæ modius ſiliginis 44. groſſis atque adeo pluris etiam veniret.

Biennalis peſtilitas. 1483. Sæviſſima hæc per totam Sileſiam peſtis.

§. VI. Autumno ejusdem anni peſtilitas cœpit, duravitque biennium continuum. Cureus (c) etiam eodem anno 1483. poſt magnam annonæ caritatem, ſæviſſimam peſtilentiam per totam Sileſiam graſſatam ſcribit.

CAPUT CXVI.

De

Peſte Budiſſinæ & Gorlicii ſæviente.

§. I.

1484. Peſtis horrenda Budiſſæ

ANno 1484. Budiſſinæ intoleranda peſtilentiæ vis (utar verbis, quæ ibidem in choro templi Petrini in linteo quodam, emblemata de conceptione Mariæ virginis depicta, continente, leguntur) variis triſtitiæ generibus inſolentius irruit. Quod idem & hoc epitaphium teſtatur:

Epitaphium Conjugis Procopii.

Hic jacet heu conjux, quam peſtis fera peremit,
Procopii natos perdideratque, prius
Anna, puellarum fuerat decus: Ergo viator
Funde preces, requie poſſit ut illa frui.

1484. Obiit anno 1484 ſecunda ſeptembr.

peſtis Gorlicii lues mitior.

§. II. Eodem anno Gorlicii circa feſtum D. Bartholomæi eadem lues ſeſe commovit, neque tamen ultra duo deviginti homines uno die unquam ſuſtulit. Quidam tamen in annum 1482, referunt. 1482.

CAPUT CXVII.

De

Budiſſinenſium Conſulum afflictione.

§. I.

1485.

Balthaſar Bretſchlus, Conſul. Budiſſin. ſolum vertere cogitur 1489. conſulari dignitati reſtitutus, Procopius Schichius a magiſtratu motus, mox moritur,

ANno 1485. IXbris 27. Georgius a Stein, Præſes, prolatis Matthiæ regis literis Balthaſarem Bretſchium (d) cognomento Steinichium artium *Bacularium*, conſulem tum Budiſſinenſem ſolum vertere coëgit, qui tamen poſtea anno 1489. penultima Martii dignitati ſuæ conſulari reſtitutus, & Procopio Schichio magiſtratus abrogatus eſt, qui & inſequenti mox anno 1490. IXbris 25. e vita exceſſit. Annales Budiſſ.

CAPUT CXVIII.

De

Electoris Saxoniæ Erneſti morte & ſucceſſore Friderico III.

§. I.

Erneſtus, Saxon. Elector vita excedit

ANno 1486. Erneſtus Saxoniæ Septemvir in arce Choldicia a ſe extructa 7. Cal. VIIbr. ante ſenectam anno ætatis quioto & quadrageſimo exſtinctus eſt morbo, quem laboris aſſiduitas auxit, cum exercitum colligeret ad ditionis ſuæ Defenſionem adverſus copias Hungaricas miſſas in Luſatiam a Rege Matthia, qui Duci Saxoniæ Alberto, Erneſti fratri inf. ſtior erat, quod in Auſtria exercitum adverſus eum duxerat Anno 1487. Cureus. (e)

Cujus ſucceſſor Fridericus III. cognom. ſapiens cum fratre Johanne bono ditiones hereditarias optime adminiſtrat, Hungariosque fortiter pellit,

§. II. Friedericus ergo III. Elector jam ingreſſus annum ætatis alterum & viceſimum, cui ſapientis cognomen poſtea eſt tributum, & Johannes bonus, tum Saxoniæ Dux, fratres, Erneſti filii, & ſucceſſores initio gubernationis, cum ſumma concordia paternam ditionem ſimul adminiſtrarent, feliciter defendere patriam & vicinos adjuvere in depellendis & profligandis exercitus Hungarici reliquiis, quæ Luſatiam vaſtabant: Cujus rei memoria adhuc recens eſt in oppido Luca, quod tunc illæ Pannonicæ copiæ diripuerunt.

Luca, oppid. ab Hungaris direptum.

Hungari e temporis Ratiani, die Raitzen, dicti, Catloniam pagum multosque alios ſolo æquant.

§. III. (Die Raitzen) Ratianos vulgo appellarunt, a quibus & Catlonia Paneniciorum ad Cotbuſium pagus & multi alii funditus ſolo æquati ſunt. Hæc fere Melanchthon orationibus de Friderico & Johanne.

1486. Albertus II. Elector Brandeb. moritur cujus filio ſucceſſori, Johanni, ejusque liberis fratribus, eorumque heredibus Cotbuſiani homagium præſtant,

§. IV. Eodem anno 1486. cum Albertus II. Elector Brandeburg: Achilles Germanicus dictus XI. Martii tempore carniſprivii obiiſſet, Cotbuſiani eodem anno 27. VIIbris Coloniæ ad Spream homagium præſtitere filio ejus Johanni Electori Brandenburg. ejusque liberis imprimis & ſecundum hos fratribus Johannis, Friderico & Sigismundo, Marchionibus, eorumque hæredibus. Fuitque hic annus primus & quadrageſimus, ex quo in verba Friderici Brandeburg. primo juraverant.

CAPUT CXIX.

De

Subito incendio Laubanenſi & graviſſima peſte ibidem graſſante.

§. I.

(c) In Annal, Sileſiæ p 203.

(d) Conf. Groſſ. Part. I. p. 151. in annotatis ſub lit. p.

(e) In Annalib, Sileſiæ p. 205.

§. I.

1487. Lauba univerſa vix trium horarum ſpatio penitus in cineres redacta

ANno 1487. Dominica Cantate, quæ erat dies Servatii & 13. Maji. poſt veſperarum tempus Lauba exorto ſubito incendio trium ferme horarum ſpatio univerſa in cineres conſedit, cum templis, turribus, curia & omnibus ædificiis aliis tam publicis quam privatis, Matthia Schleiſſio Cos. Periere homines XX.

XX. homines periere

Sacerdotes fruſtrà pane myſtico flammis occurrunt.

§. II. Sacerdotes panem myſticum in ferculo geſtantes flammís occurrere, quod ceſſaturum ita incendium ſperarent, ſed ne ſic quidem reſtioctum eſt. Excitarum primo annotarunt ſub cupa cereviſiaria in braſiatorio Chindeleri, quas ædes anno 1541. unde mox verſus fundamentum, quod vocant, & divi Nicolai plaream ſe convertit.

Excitatum incendium in braſiatorio Chindeleri.

Monachos id ſtudio excitaſſe ſuſpicatum eſt Cauſa, cur id fecerint,

§. III. A monachis ignem fuiſſe ſubjectum ſuſpicio fuit. Quia enim ii haud multo anre incendium, cum alioqui in cœnobio ſuo ſcorta alebant, tum vel maximè cum Sanctimooialibus regularibus, quæ ædes Johannis Crauſii cœnobio proximas incolebant, ſtupri conſverudinem habebant, feoatus vitam eorum diſſolutam pro eo, ac decebar Zelo, ægre, ferens reformari conventum ſatagebat. Quod cum impedire conarentur monachi, mirificas ſæpe e ſuggeſtu ad populum habuere conciones, in quarum aliquibus, exclamationibus uſi ſunt ejusmodi, qualibus inceodium in urbe ortum ab iis, qui primi id deprehenderunt, publice ſignificari ſolet, & poſtquam attonitum ea vociferatiooe reddiderant auditorium, ac jam ſuis quisque ædibus meruentes conſurgere pararent, tum demum de infernali igne locutos ſeſe & accipiendos interpretabantur. In quadam etiam concione pomeridiana monachus quidam dicebat, Deum viſibile editurum miraculum. Nec mora ſuperius ſuggeſtus protectum delapſum parum abfuit, quin Schleiſium conſulem prope aſtantem opprimeret. Funiculis autem ruinam illam adornaverant monachi, Schleiſio inſeoſi, ut qui reformationem præter cæteros impenſe urgeret.

mirificæ eorum conciones ad populum, &

Inſidioſæ in Schleiſium Conſulem machinæ.

Monachi reformantur aliique introducuntur Veſtalibus domo regulari interdicitur.

§. IV. Nihilominus tamen reformati ſunt monachi, aliique iotroducti, domo etiam illa regulari, uti vocabant, impoſterum veſtalibus interdictum. Ac paulo poſt incendium ſecutum eſt. Dominica Exaudi, quæ erat Maji 27. Georgius a Steioa Dominus Czoſſenſis, Regiæ Maj. procurator & locumteoens in Sileſia inferiori, Svidnicenſis & Javorienſis principatuum capitaneus, & Luſatiæ ſuperiori præfectus ad Seoatum populumque Laubenſem ex Vratislavia literas dedit, quibus hortatur cives, ut ne dilabantur, ſed conjuncti urbem reædificent, & ioſtaurent. Eam ad rem non defuturam ipſis ſuam apud regem operam.

Georgius a Steina literis hortatur Laubanenſes ad manſionem urbisque reſtaurationem.

Immunitas 20. annorum Laubenſibus conceditur.

§. V. Die Udalrici, h. e. 4. Julii Matthias Laubenſibus 15. annorum immunitatem conceſſit, quibus poſtea quinquennium adjecit Vladislaus quanquam non completa fuiſſe promiſſa ſcribit Cnemiander. Vratislavienſes anno 1497 quidam etiam 1492. dominica Cantate Laubam totam exuſtam annotarunt, hara excepta.

De incendii tempore variant ſcriptores

§. VI. Sed cum Cnemlandro faciunt annales Gorlicenſes, & hi veteres verſus, quos ex membrana veteri cœnobii veſtalium Laubenſium deſcripſimus:

Verſus incendii tempus indicantes.

ANNO MILLENO QVADRINGEN. OCTOGESIM. SEP.
Veſpere Servati Laubao vaſtatur ab igne. vel:
Ioque die Serva perditur igne Luban.

Secundus verſus quibusdam impoſuit, ut pridie die Servatii Laubam a monachis incenſam, totam miſerrime conflagraſſe annotarent, falſo veſperam juxta conſvetudinem loquendi grammaticam pro vigilia, ſeu profeſto accipientes, ut in charta quadam antiqua eſt videre.

§. VII. Porro ab incendio Huſſitico ad monaſticum anni elapſi ſuot præciſe 60. diebus etiam ſibi reſpondentibus: ab hoc ad nuperrimum 67. ooſtra eoim memoria anno 1554. Aprilis 12. Dominica Miſericordiæ Lauba irerum cum omnibus publicis & privatis ædificiis prorſus conflagravit: & mox 17. Julii Goldeberga, Cum præcedenti anno 1553. a Solſtirio æſtivo ad brumam usque utrobique atrociter graſſata eſſet graviſſima peſtis, quæ Laubæ quidem ad mille & octingentos, vel ut alii annotarunt, bis mille & duos diverſæ ætatis homines ſuſtulit, inque his Reverendum Virum Johannem Frobenium, Eccleſiaſten, nec non phyſicum oppidi Magiſtrum Heoricum.

Lauba iterum prorſus exuſta item Goldeberga.

1553. Peſtis graviſſima Laubæ graſſatur, qua pereunt inter alios Johannes Frobenius, Eccleſiaſtes & M. Henricus Phyſicus.

§. VIII. Annum, diem & horam incendii hoc etcoſticho notavir D. Petrus, Joachimi filius, Cnemiander. V. C.

D. Petri de incendio hoc eteoſtichon, nec non Marci Friſchij

LUX CLaret bIs ſena, MICans eXUrgIt aprILIs,
RegVLVs hoſtILI LVban ab Igne perIt. Extat &
AlIud Marci Fritschii, quod tale eſt:
MensIs erat qVartVs, bIs ſeXta LUCe CorVscans,
EXIn præCIpItI LaVban In Igne perIt.

§. IX. Peſtilitatem Laubæ portendiſſe creditus eſt vehemens & impetuoſus ventus, qui nona die Januarii ejusdem aooi 1553. coortus cum tonitribus & fulgetris terri-

Ventus vehementiſſimus peſtem Laubæ prænunciat. 1553.

terribilibus, ab hora noctis tertia, ad ſextam ſere duravit. Similia enim exempla paſſim obvia ſunt.

1394. *Hujus generis præſagiorum ſimilia Exempla h. & §. ſeq.*

§. X. Anno 1394. fulgura & tonitrua, quæ die Fabiani, h. e. 20. Januarii fuerant, peſtilentiam maximam conſecutam, in vetuſto quodam codice legere memini. Quin & Februario menſe fulgura mortem multorum & magnorum portendere in ephemeridibus aëris perpetuis annotatum eſt.

Lauba pœnam campanæ incurrit 1547.

1487. *Johannes VI. præſul Miſnenſis eligitur, cui initio fruſtrà adverſantur Budiſſinenſes & Miſnenſes.*

§. XI. Inter incendium monaſticum & annum 1547. quo poënam campanæ incurrit urbs cum aliis, anni ſunt præciſe LX. Eodem anno 1437. eligitur præſul Miſnenſis, in ordine XLII. Johannes, ejus nominis ſextus, de familia Salhuſia, Decanus Miſnenſis, Decretorum doctor, Vir laudatus, cui in initio muneris præcipue adverſati ſunt Budiſſinenſes & Miſnenſes Canonici: Verum fruſtra. Jure enim ſuperior erat præſul. Ejus bis poſtea fiet mentio.

CAPUT CXX.

De Bello Glogovienſi.

§. I.

1488. *Nunc pergit ad Bellum Glogovienſe, cui & Luſatia implicita fuit.*

ANnus 1488. nobilitatus eſt celebri illo bello, Glogovienſi, quo cum Luſatia etiam fuerit implicata, occaſiones ejus & eventum ex annalibus Vratislavienſibus & Cnemiandri annotatis breviſſime perſtringemus. Integra enim hiſtoria ex Curæo rectius petetur. (f)

Johannes Sagan & Pribuſ Dux, Glogovia Majore infeudatur, cum conditione,

§. II. Johanni Saganenſium & Pribuſianorum Duci principatum Glogoviæ majoris in Feudum dederat Matthias Rex, hac conditione, ut ſi abſque liberis maſculis deceſſiſſet Johannes, omnis ditio immediate ſub imperio Regis foret, Cum autem maſcula ſuboles Johannis naſceretur nulla, ad generos poſt mortem ſuam devolvi principatum ſatagebat, vel invito Matthia.

qua poſteà non contentus Johannes erat.

Filiæ Johannis, ejusque generi, qui ex una eademque domo & familia fratres.

§. III. Tres enim filias, Salomeam, Hedwigin, & Annam tribus Henrici Ducis Monſterbergenſis & comitis Glazenſis filiis, Alberto, Georgio & Carolo nuptum collocaverat, promiſſis in ſingularum dotem trecentis aureorum millibus. Nam Cnemiander male unicum Johannis generum nominat Victorinum Monſterbergenſem, qui Henrici frater fuit, Georgiconis Regis filius.

Error h. Cnemiandri.

Johannes contra Matthiam fœdera pangit.

§. IV. Ut igitur rem en melius conficeret, Vladislai Bohemorum regis, & Henrici Oppolienſium Ducis, nec non germanorum quorundam principum fœderibus contra Matthiam ſeſe muniit Johannes.

Septem Senatores Glogovienſes, quod in verba Monſterbergenſium jurare nollent, turri includuntur, eorum nomina, Hi omnes ſqualore carceris, fame & ſiti miſere pereunt.

§. V. Septem etiam primarios ſenatores Glogavienſes, quod cum reliqua multitudine injuſſu Matthiæ in verba Monſterbergenſium jurare integrum ſibi eſſe negarent, in turrim arcis rotundam detruſit, e quibus Antonius Cnappius ſqvalore carceris evectus primus obiit, Nicolaus Cunzelius turri extractus intra menſem & ipſe exſpiravit, reliqui quinque Johannes Cheppelius, Matthias Chelner, (al. Chellerus,) Caspar Fonſor, Johannes Pruſer, & ultimus omnium Bernhardinus Dreiſſimargins, cum in agone ut leones horribili voce rugiiſſent, fame & magis adeo, ut ipſi ſcriptum reliquere, ſiti miſerabiliter necati ſunt.

inter quos & Nicolaus piſcis, tribunus. Arnoldus Conſul ſecuri percutitur.

§. VI. Similiter periit in turri polonica & alius quidam tribunus Nicolaus Piſcis. Cnemiander Arnoldum Conſulem ſecuri percuſſum refert. Ob hæc facinora ſæpenumero a Matthia Budam citatus Johan. comparere neglexit, jucularibus interim & ſcurrilibus dicteriis varie mandata eludens, inter quæ hunc etiam rythmum invenio:

Budam a Matthia citatus Johannes non comparet, cujus rythmus jocularis.

A. B. C.

Ken Offen komm ich nimmetmeh.

Matthias copias Glogoviam mittit, duce Gvilielmo à Bettau Qui urbem obſidione cingit, &

§. VII Matthias itaq; ut inſaniam hominis compeſceret, quinque millia Hungarorum ex legione nigra, item Raſciorum (a quibus Raſcianum hoc bellum nominavit plebs ruſtica) & Tribullorum ad Glogaviam miſit, ductore præcipuo Dno Gvilielmo a Thettau (g) parvæ ſtaturæ viro, ſed rei militaris imprimis perito, de quo recte dixiſſes, quod de Tydeo ſcripſit antiquitas:

Major in exiguo regnabat corpore virtus.

Ab eo urbs, cui non ita pridem mille Bohemicorum militum in IV. ſigna diſtributorum, & 260. peditum Auſtriacorum præſidium immiſerat Johannes, obſidione cincta eſt, 23 April. ipſo die Georgii militis & martyris, ut in Calendario ſ. Hiſtorico Eberiano annotavit Trocedorfius. Curæus (h) 2. Maji ad urbem caſtra poſita ſcribit. Ac nien tin fit nominatim auxiliorum, quæ Luſaticæ civitates miſerint Tetavero.

a Luſatis auxiliares obtinet,

Tria Bohemorum millia ad internecionem delet, commeatu omni atque impedimentis potitus, Henricum Glacenſem ad Glogoviam fundit.

§. VIII. Item ter mille Bohemis, quos obſeſſis ſubſidio venturos acceperat, haud lange a Boleslavia occurrit, ibique & itinere defatigatos & æſtu langvidos de improviſo adortus, ope Ducum, Sileſiorum ad unum omnes cecidit, omnique, quem advexerant, commeatu & impedimentis reliquis potitus eſt, cum paulu ante Henricum quoque Glacenſem ad Glogoviam fudiſſet.

§. IX.

(f) In Annalib. Sileſiæ p. 337. ſeqq.
(g) Conf. Carpzov. Analect. F. Z. Part. V. c. 1. §. 3. p. 214. & Groſſer. Part. I. p. 152.
(h) In Annalib. Sileſiæ p. 205.

Chriſtophorus Falcenbergius, Bohemorum Dux, poſtea Capitaneus Ducatus Glogovienſis,

§. IX. Bohemos adduxerat dominus Chriſtophorus Talcenbergius, infeſtiſſimus hoſtis Matthiæ, a quo ob delictum, neſcio quod, in exilium actus, ad Glogavienſem confugerat, ſicut & quidam alii proſcripti. Eum poſtea mortuo Matthia Vladislaus Capitaneum Ducatus Glogavienſis inſtituit.

A Sociis ſuis deſeritur Johannes.

§. X. A reliquis principibus ſociis & fœderatis deſertus eſt Johannes, eique accidit id, quod eſt in præſtantiſſimi noſtræ ætatis poëtæ verſu:

Fortuna mutante vices mutantur amici.

Et diſerte ſcribit Cureus, (i) Oppolienſes principes ante & poſt bellum ei auxilium negaſſe.

Fridericus I. Legnicenſis moritur.

§. XI. Obiit etiam ſub initium ſtatim belli, 9 Maji (quo die Johanni ſcripto bellum indixere Tetaurus & ordines Sileſiæ) Fridericus I. Legnicenſis Senior, qui cum Imperio regio præerat Sileſiæ, &. ſi ſupervixiſſet, facile rem in tranquillo locaturus fuiſſe putabatur.

Johannes Freiſtadium & Soravienſem agrum infeſtat.

§. XII. Calendis Junii, qui fuit dies S. Trinitatis, Johannes Glogovia eduxit equites 130. & tranſivit Freiſtadium: inde in agrum Soravienſem ſe infudit, & aliquot armenta pecorum abegit.

Reverſus Glogoviam, Caſtellum ad fluminis ripam ſitum, hoſtiliter aggreditur.

§. XIII. Reverſus eſt Glogoviam 5. Junii. Sic enim lego apud Cureum. (k) Die Junii 12. collectis copiis erupit ex urbe, & milites, qui erant in caſtello ſeu propugnaculo ad ripam fluminis prope collegium ſacerdotum a regiis recens excitato, pene incautos oppreſſiſſet.

§. XIV. Acceſſit ad ipſum vallum, & abduxit duo tormenta, quorum alterum fuit Vratislavienſe, alterum Budiſſinenſe, in urbem, quæ demum finito bello fuerunt redditæ.

tandem urbem deſerit, nunquam reverſus.

Junii 14. urbem reliquit Johannes, in quam deinde nunquam rediit.

De Chœppelii fuga falſa narrat Cnemiander.

§. XV. Quod autem una cum principe, Choeppelium, Conſulem ei addictum cymba conſcenſa Saganum evaſiſſe annotavit Cnemiander, falſum eſt, ſiquidem is amiſſa, qua fruebatur antea, principi gratia, cum reliquis collegis interiit, ut reſtatur, quod adhuc extat, ſcriptum manu ejus in turri exaratum atramento ex fuligine candelæ miſto.

mirum atramenti genus.

Urbis deditio fame coactæ. Apicius Colo, Gubenenſis, Johannes Cancellarius.

§. XVI. Septimo obſidionis menſe fame ingraveſcente urbs dedita eſt, cum paulo ante clam eam deſeruiſſent Apicius Colo, Gubenenſis, Johannes Cancellarius, & gener ejusdem Georgius, Dux Monſterbergenſis. Diem deditionis varie conſignatum reperio.

De die deditionis variant hiſtorici;

Quidam enim feſtum omnium SS. ponunt, in cujus vigilia, ſi Cureo (l) credimus, factæ ſunt induciæ, nec ulla amplius tormenta exploſa. Alii Dominicam, feſtum Eliſabethis proxime ſecutam, hoc eſt 23. IXbr. cum præcedenti die 22. exercitum a Tetauero abductum ſcribat Cureus. (m)

Tetaverus cum Hungaris Glogoviam cum arce occupat.

§. XVII. Budiſſinenſium annales diem captæ Glogoviæ habent feriam ſecundam ante feſtum Eliſabethæ, hoc eſt 17. IXbris, qua præſidiarii urbe exceſſerunt, Tetauerus ingreſſus eſt, & Hungari arcem occuparunt, ſecundum Cureum: (n) tametſi is non Lunæ hanc, ſed Solis diem fuiſſe aſſerit, deceptus, opinor, anni genere, quem communem eſſe putavit, cum biſſextilis fuerit.

biſfaria regiarum copiarum diſtributio.

§. XVIII. Occupato Ducatu Glogovienſi copiæ regiæ bifariam diſtributæ ſunt. Johannes Haugvicius baro Moravus copiarum ex legione nigra, & equitum Raſciorum ductor cum ſuis tranſiit in Luſatiam inferiorem, ad limites marchionis electoris Johannis. Copiæ autem, quæ occupaverant Francoſteinium, profectæ ſunt in Luſatiam ſuperiorem ad fines ducum Saxoniæ, anno 1489

Suſpicio Matthiæ.

§. XIX. Judicabat enim Matthias, principes illos alieno a ſe animo eſſe, & Glogovienſi faviſſe: ſiquidem Albertus Miſnenſis, qui veteres cum Matthia inimicitias exercebat, tranſitum per Miſniam conceſſerat Bohemis & Auſtriacis, quorum præſidio urbem muniebat, Glogovienſis, nunc etiam Imperatori eosdem auxilia miſſuros putabat. Ideo ut domi retinerentur, terruit eos domeſtico bello. Hæſerunt ibi in tertium usque menſem, longi tractus vaſtati ſunt. Principes Saxoniæ & Brandeburgenſis collectis copiis ſeſe muniebant, multosque ex illis prædatoribus occidebant. Et videbatur res ſpectare ad grave bellum.

Johannes ſ. Janus Pannonius, Varadenſis & Olomucenſis præſul, cœnobia extruit. Cujus laudes. 1492. Eum in Poëſi Haſſenſteinio præfert Fabricius,

§. XX. Sed commodum venit in Sileſiam miſſus a Rege, Johannes, Varadienſis, demum etiam Olomucenſis præſul, Janus Pannonius antea dictus, qui poſtea anno 1492. monachus Bernhardinianus factus eſt, Vratislaviæ & Jauraviæ cœnobium ſui ordinis exſtruxit, Vir egregia animi dexteritate præditus, & poëta antiquis vatibus comparandus, quo e patrum memoria nullum magis probaſſe ſe ſcribit Fabricius, adeo ut Bohuslao quoque Heſſenſteinio eum præferre non dubitet.

§. XXI.

(i) - - - p. 340.
(k) - - - p. 344.
(l) - - - p. 348. & 332.
(m) - - - Loc. citato.
(n) - - - p. 332.

Quinq; eccleſienſium præſulem facit Aldus Manutius Sepulchri ejus Inſcriptio.

§. XXI. Aldus Manutius in præfatione Athenæi QuinqueEccleſienſium præſulem facit Pannonium, & ſepulchro ejus hoc diſtichoo inſcriptum eſſe air, quod extat in elegia ipſius de ſe ægrotante in caſtris:

Hic ſitus eſt Janus, patrium qui primus ad Iſtrum
Duxit Jaurigeras ex Helicone Deas.

Is Janus inter Matthiam, Saxonem & Marchionem Brandeb. bellum compoſuit. De quo Saxonum Chronicon de an 1489.

§. XXII. Is ſub medium menſis Maji in oppido Luca bellum inter regem & Principes vicinos Saxonicos & Marchicos ſedavit. Atque hoc eſt, quod Saxonum chronicum ſub eodem anno 1489. (o) narrat, ingentem & validum Regis Hungatici exercitum undecim ſupra Magdeburgum milliaribus caſtra metatum fuiſſe, diverſa hominum opinione & rumore, aliis in marchiones Miſnenſes, aliis in Brandenburgenſem eum comparatum eſſe dictitantibus. Sed re compoſita Hungaros ad ſua rediiſſe.

Milites ex Luſatia ſuper. reverſi Ducatum Svidnicenſem graviter mulctantes vexant. Johannes Principatu exutus.

§ XXIII. Milites ex Luſatia ſuperioti regreſſi ſunt in Ducatum Svidnicenſem, ibique graves fuerunt hoſpites civitatibus & agreſtibus. Omnes enim mulctarunt & duriter afflixerunt. Johannes ad hunc modum priocipatu pulſus reliquum vitæ exegit iis in oppidis; quæ uxori ejus Catharinæ (Scholaſticam vocat Reddelius) morte matris Salomes uxoris Wenceslai Steinavienſis obvenerant, Steinavia nimirum, Rudna, Vinzingo & Volavia, in qua poſtrema tandem inops diem ſuum obiit anno 1504.

In magna inopia tandem moritur 1504.

Cujus commiſſum fratricidium 1472.

§. XXIV. Fuit autem tota hæc Johannis calamitas haud dubie pœoa neſarii parricidii, quo is anno 1472. Saganum adortus fratrem ſuum, quem Crato & Cureus (p) in ſcripto Senatorum Glogovienſium Balthaſarum, Cromerus (q) male Henricum, Reddelius modo Rodolphum modo Balthaſarum, appellat, cepit & Pribuſii Luſatiæ inferioris oppido, a quo Johannes denominabatur, turri rotundæ incluſum ſqualore carceris, unde morbum contraxit, atque adeo fame enecuit. Ob quod ſcelus, cum a Matthia ſe mulctatum iri metueret (nam exercitu illo, quem Matthiæ pecunia conſcriptum ad Saganum adduxerat, Namsloviam adverſus Polonorum incurſiones tutari debuerat) Saganum & Pribuſium Duci Saxoniæ, ut ſupra (r) diximus, eodem anno vendidit, & ad eum profugit.

ob quod Matthiæ mulctam metuens,

Saganum & Pribuſium Saxoniæ Duci vendit, ad eum profugus.

Tempus, quousque Pribuſ. & Sagan. in Saxonum poteſtate manſerit, 1549.

§ XXV. Manſit autem Pribuſium cum Sagano in poteſtate ptincipum Saxonicorum usque ad annum 1549. quo eam ditionem per transactionem ab Electore Saxoniæ Mauricio recuperavit Ferdinandus Cæſar.

Wenceslaus, alius Johannis frater moritur Cujus tumuli Inſcriptio.

§. XXVI. Alias Johannis frater Wenceslaus, inter initia belli Glogovienſis vitam cum morte commutavit Vratislaviæ, ut teſtatur in veſtibulo ædis divæ Barbaræ tumuli ejus ænei inſcriptio, quam addere hic libet: Illuſtris quondam Dux Sleſiæ & Sagani, Dominus Wenceslaus, Deo devotus Princeps, ſpretis principatus honoribus religioni & ſanctimoniæ in hac urbe deditus, inter plebejos in cœmeterio ſe tumulari ex humilitate cupiens, hic ſepultus, obiit penultima Aprilis anno M. CCCC LXXXVIII. 1488.

Glacenſes principes ad magnam redacti egeſtatem.

§. XXVII. Ceterum hoc bello principes Glacenſes antea prædivites & præpotentes, qui Johanni pecuniam in belli ſumtus ſuppeditaverant, ad magnam redacti ſunt egeſtatem, ditionis etiam parte amiſſa, Monſterberga nimirum & Francoſteinio, quæ ramen oppida Heoricus, qua erat morum commoditate & grata facundia, hoc anno 1489. facile a Matthia rurſum impetravit & recepit.

Henricus grata ſua facundia, Monſterbergam & Francoſteinium a Matthia recepit.

Apitii, omnis mali hujus autoris effigies viſitur Vratislaviæ, & Sittaviæ.

§. XXVIII. Apitii, quem Johanni conſilii illius pernicioſi de transferendo ad generos ducatu authorem, omnisque mali hujus cauſam fuiſſe ferunt, effigies Vratislaviæ in bibliotheca Adalbertina viſitur, itemque Sittaviæ apud Micaëlum Colonem Pandochicum, Valentini filium, nepotem Jacobi, qui frater fuit Apicii: monumentum extra chorum baſilicæ Vratislavienſis exſtat cum hac inſcriptione: Conditorium Apicii. Tegitur hoc lapide reliqvum D. Apicii Colo de Gubin, Juris pontificii licentiati, Cantoris majoris & utriusque eccleſiæ canonici, qui ſuperſtes anno ſalutis 1500. diebus Januarias hæc fieri cutavit. Poſt hic in domo obiit anno 1517. 14. Febr. Additæ tumulo imagines, galerus cardinalitius.

Ejus monumentum & Inſcriptio.

1500.

1517.

Colonum Gubenenſium & Sittavienſium inſignia.

§. XXIX. Hodierna tamen Colonum Gubenenſium & Sittavienſium Inſignia bipartita rupicapram dimidiam præ ſe ferunt. Fuit autem poſtea Apitius ſacerdotum Vratislavienſium cancellarius, ubi tunc quoque multas turbas dedit. Cum enim Johannes IV. Rothus Vendingenſis Svevus (quidam Noribergenſem faciunt) Vratislavienſium Præſul, qui Rodolpho Lavantino ſucceſſit. coadjutorem ſibi deſignaſſet, Frideric. Caſimiri Teſchinenſium Ducis F. inſequenti anno mox, qui fuit a Chriſto nato 1501. 1501.

Apitius poſtea, Vratislavienſium Cancellarius, multarum & ibi turbarum autor, quod ex ſequentibus patet, turque ad § 41. incluſ. vid

§ XXX Johannes Thurzo ſeniot propter opes maximæ apud Reges Poloniæ & Hungariæ autoritatis, maximis impenſis & profuſiſſimis largitionibus apud Collegium

perſe-

(o) Pag. 479.
(p) In Annalib. Sileſiæ p. 349.
(q) De Rebus Polon. Lib. 29. p. 426.
(r) Capite 109. §. 15.

perfecit, atque adeo ipſi quoque Præſuli ampliſſimis promiſſis onerato perſvaſit, ut Friderico repudiato filius ſuus Johannes Thūrſo coadjutor declararetur, invitis principibus Sileſiæ & Vratislavienſibus ipſis acplurimis aliis.

Johannes Thurſo declaratur adjutor.

§. XXXI. Tunc Thurſonum igitur partes ſtrenue tutatus eſt Apitius, Collegii præſidio fretus adeo ut in omnibus principum aliisque conventibus certatim accuſatus ſit, & magno principum Vratislavienſiumque conſenſu publice decretum factum, de agendo in exilium Apitio, utpote homine inquieto, turbulento, & ſeditioſo, & qui jam ante belli Glogovienſis incentor fuiſſet.

Apitius Thurſonis partes tuetur.

§. XXXII. Proximo etiam anno 1503. Johannes Hannoldus ſenior Capitaneus Vratislavienſis Oppaviæ in frequentiſſimo principum & omnium ordinum Sileſiæ conſeſſu, nomine Senatus populique Vratislavienſis conqueſtus eſt, cum de aliis injuriis a Collegio Reipublicæ illatis, tum quod Apitius noctu aperta porta Mariana cum aliis Canonicis & armata complicum ſuorum manu urbem ingredi auſus fuiſſet.

Apitius noctu 1503. ingreditur urbem.

§. XXXIII. Quibus in rebus omnibus cum Cancellario ſuo patrocinantur ſacerdotes & cum præſule præterea ſuo odiis & contumeliis acerbiſſimis certant, in extremum devenere odium & contemtum, ut cuilibet quidvis impune contra eos audendi ſumma eſſet licentia.

§. XXXIV. Ineunte eodem anno cum Thurſonem coadjutorem recens electum conjurati quidam malevoli, tam nobiles quam ignobiles, duce Adamo Svevo celebri latrone, nocte natalis Chriſti domi ſuæ opprimere decreviſſent, ſingulari providentia divina tanta tunc fuit ex pluvia glacie concreta ſtratorum lubricitas, ut multi homines lapſi crura & brachia frangerent, & aſcendere in inſulam, quam vocant, ſive ſummum, ſicarii non poſſent.

Singulari DEI providentia Thurſonis vita ſervatur.

§. XXXV. Atque hic Thurſo fuit præſul Vratislavienſis is, quem cum anno 1520. obiiſſet, Lutherus in quadam ad Spalatinum epiſtola omnium ſui ſeculi præſulum optimum appellat & in fide Chriſti deceſſiſſe ſcribit. Nunc revertimur ad ſeriem annalium.

Thurſonem, præſulem Vratislavienſem, poſt obitum ejus 1520. à Luthero Seculi ſui omnium præſulom optimum appellatum & in fide in Chriſtum obiiſſe ſcribitur

CAPUT CXXI.

De

Hoſpitali ſeu Noſocomio Matris Virginis Budiſſinenſi cum utroque ſacello flagrante.

§. I.

EOdem anno 1488. nocte ſecuta diem Antonii Budisſinæ conflagrat hoſpitale matris Virginis cum utroque ſacello D. Marthæ & D. Mariæ Magdalenæ.

1488. Incendium Budiſſinæ ortum

§. II. Eodem anno 1488. Matthias Rex ad venundandas varias urbes cum municipiis, item dominatus in Sileſia & Luſatia (Johannis gnati ſui ex illegitimo toro nati gratia) proceres nonnullos provinciarum (s) impulit, cujus imperium eo usque in Luſatia propagatum eſſe dicunt, ut duorum dierum itinere Sarmaticum oceanum attingeret. Chronol. regg. Hung. Abr. Bakſchay.

1488. Matthias Rex Proceres nonnullos ad vendendas urbes & dominatus in Sileſia & Luſatia Johannis ex Concubina filii ſui gratia allicit, cujus imperium in Luſatia longe lateq; propagatum Abrab. Bakſchay, Chronol. Regg. Hungariæ.

CAPUT CXXII.

De

Regis Matthiæ morte.

§. I.

ANno 1490. Matthias dum exercitus ſuus Neapolim Auſtriæ obſidet (Cureus (t) & Bakſchay hanc anno 1487. Auguſti 17. poſt obſidionem annuam in poteſtatem ejus veniſſe ajunt ipſe Viennæ ex apoplexia mortuus, (u) periculo & metu liberavit cum alios, tum imprimis Fridericum Imp. & Vladislaum Bohemum, contra quos magni quid moliri ferebatur.

1490. Matthias, cujus copiæ Neapolim Auſtriæ obſident,

Viennæ apoplexia moritur

§. II. Mors ejus ſubditis plerisque grata accidit, præcipue urbibus & præſulibus, qui male ſibi ab illo timebant, quod exactiones tam eccleſiaſticis quam prophanis impoſitas pendere detrectaſſent. Olomucenſis (w) ſcribit, tarde Moravos quosdam proceres nuncio mortis Matthiæ crediḍiſſe, quod memoria tenerent, aliquoties famam mortis ejus antea ſparſam fuiſſe, ac ſemper illum magno alicujus malo reſurrexiſſe.

ejus mors ſubditis plerisque grata & accepta, cujus gaudii cauſa.

§. III. Viennam Matthias Imperatori eripuerat, cum plerisque etiam aliis munitionibus & tota bene Auſtria exuit. At annotatum eſt in Catalogo Rectorum Archi-Gymnaſii Viennenſis an. 1477. Auguſti 16. Matthiam primum obſediſſe Viennam 27. ſeptimanis: deinde cum eandem anno 1485. X. Cal. Febr. iterum obſidione cinxiſſet, tantam in urbe fuiſſe penuriam, ut modum farinæ 107 florenis venderent, eaque urgente urbem 2. Junii deditam. Cauſæ belli & disſidiorum ex integris hiſtoriis petantur,

Matthias Imperatorem Vienna & tota penè Auſtria exuit.

1485. Maxima penuria & annonæ caritas Viennam premit.

(s) Vid. Groſſ. Part. I. p. 152.
(t) In Annal. Sileſiæ p. 205.
(u) Conf. Carpzov. Anal. F. Z. Part. II. c. 1. §. 15. p. 199.
(vv) Hiſt. Boh. Lib. 32. p. 256. lin. 17. ſeqq.

de loco ſepulturæ regii cadaveris autores variant.

§. IV. Vratislavienſium annales Viennæ etiam ſepultum tradunt. Sed Olomucenſis (x) & Cromerus (y) ſcribunt, funus ejus Albam regiam, ubi Regum Hungarorum ſepultura fuit, ab Hungaris celeri & tumultuaria pompa raptim elatum e.c. ut-as procurante Beatrice Regina.

Beatrix regis Matthiæ vidua. In die obitus quoque diſcrepant Hiſtorici & annales.

§. V. De die obitus variant ſcriptores. Crato quintum, Hadrianus Junius ſpextum Aprilis diem, Eberus (z) utrumque annotavit. Annales Vratislavienſes & Peucerus (a) eum diem dominicum, qui apud Chriſtianos Palmarum nomine celebris eſt. Cnemiander, annales Budiſſ. & Bakſchay feriam tertiam, hoc eſt, diem ♂ ſequentem nominant.

§. VI. Porro oſtendit computi eccleſiaſtici calculus anno 1490. palmaria incidiſſe in quartum diem Aprilis. Innuunt autem annales obiiſſe Matthiam nocte Dominicam Palmarum proxime conſecuta. Cum ergo nox magno plurimarum gentium conſenſu ad ſequentem diem pertineat (eſt enim veſpera diei naturalis initium) recte a Cratone ad quintum Aprilis obitum Matthiæ relatum exiſtimo.

§. VII. Quem eundem diem & Curæus (b) indicat, cum feria ſecunda poſt dominicam Palmarum eum exſpiraſſe ſcribit, ſecutus alios Vratislavienſium annales. Dies ♂ a Palmaribus proximus, quem Cnemiander ponit, congruit ad ſextum menſis diem a Junio annotatum. Münſterus Matthiam ob voratas ficus apoplexia correptum rugiiſſe ut beſtiam & ſecundo die exſtinctum ſcribit. Aliter Curæus. (c) Qui vulgo de morte ejus rumores ſparſi ſint, notum eſt.

Münſterus ob eſum ficuum Matthiam apoplexia tactum & mortuum eſſe, utque beſtiam rugiiſſe commemorat.

§. VIII. Circumfertur epitaphium, quod non deſunt, qui affirment a Matthia ipſo ſibi compoſitum, cum nullus Poëtarum ei ſatisfeciſſet. Eſt autem tale:

Epitaphium Matthiæ ſibimet ipſi compoſitum;

Matthias jaceo Rex hac ſub mole ſepultus,
Teſtatur vires Auſtria victa meas.
Terror eram mundo, metuit me Cæſar uterque,
Mors potuit tantum ſæva nocere mihi.

Obiit anno ætatis 47. completo. 1443.

§. IX. Compleverat autem Matthias paulo ante annum ætatis 47. Natum enim ferunt 24 Feb an. 1443. qui proximus fuit ante cladem Varnenſem. Apud Hungaros a tempore electionis an. 32. & menſes duos regnavit. Prolem nec ex Catharina Georgi Podebratii Bohemi legitima, nec ex Beatrice Ferdinandi Regis Neapolitani notha, filiabus, ullam ſuſcepit. Filium tamen reliquit extra matrimonium natum Johannem Corvinum, quem blande Hanſelium vocabant, poſtea ab Hungaris quibusdam Regem appellatum. Ei Glogovienſem ducatum deſtinaverat.

relicto unico filio notho, Johanne Corvino qui poſtea ab Hungaris quibusdam rex appellatus, a patre Dux Glogovienſis deſtinatus,

§. X. Pro mortuo Matthia profligatus a Vladislai copiis Johannes, & illi tandem per tranſactionem reconciliatus, ceſſit Regi de poſſeſſione Ducatus. Deſponſata eidem fuit Bona Johannis Galeacii Ducis Mediolanenſis filia, quam deinceps Sigismundus Polonus ſecundam uxorem duxit.

quem tamen Ducatum Vladisleo cedit.

Ejus deſponſata uxor.

CAPUT CXXIII.

De

Georgio a Stein Hexapolin a Rege Bohemorum avellendi, & Regno Hungarico hæreditarie applicandi cupido & propugnaculis quibusdam extructis.

§. I.

BUdiſſinenſium annales ſub hoc anno 1490. narrant Georgium a Stein, qui tunc temporis Luſatiæ cum imperio regio præerat, ſumma ope niſum, ut hexapolin a Vladislao Bohemorum Rege averſam Hungarico regno hæreditarie applicaret. Verum id fruſtra fuiſſe. Item æſtate ejusdem 1490. anni, turrim plateæ divitum ibidem denuo excitatam. Et eodem quoque anno magna fuit peſtis.

Georgius à Stein, ſummopere, ſed fruſtra nititur, hexapolin Ungarico regno incorporare. Turris plateæ divitum Budiſſæ denuo excitatur. Magna ibidem peſtis.

§. II. Ut primum de obitu Matthiæ rumor percrebuit, capitaneus ejus in Sileſia Dominus Georgius a Stein, quem propter artes quæſtorias & expilationes vehementer oderant Sileſii, & mortuo jam rege perditum ibant, Budiſſina Gorlicium venit. Eum Gorlicenſes ſuſceptum ad marchionem Brandenburgenſem deduxerunt, apud quem poſtea vitam egit.

Georgius à Stein, Capitaneus, Sileſiis valdè exoſus, à Gorlicenſibus ad Marchionem Brandeburgenſem deductus, vitam ibi reliquam egit.

§. III. Defuncto Regi exequias celebrarunt Gorlicenſes in æde Petrina die ♄ ferias Georgii proxime ſecuta, & dominico die in ſequenti h. e. 24. & 25. Aprilis, accedente ad offertorium omni populo.

Exequiæ Regiæ celebrantur à Gorlicenſibus.

§. IV. Ineunte Julio menſe Senatus Vratislavienſis publico capitis ſupplicio in foro affecit Henricum Dominicum Capitaneum

(x) - - Loc. cit. lin. 22.
(y) De Reb. Polon. Lib. 29 p. 426. b. & ſeqq. a
(z) In Calendario Hiſtorico p. 132. & ſeq.
(a) Chronic Lib. V. p. 680.
(b) In Annalib. Sil. p. 206.
(c) Loco citato.

Digitized by Google

Henricus Domnicus, Vratislavienſium Capitaneus, capite plectitur. Cauſæ & capita hujus ſupplicii.

neum ſuum, h. e. conſularis ordinis ſeniorem collegam, multorum criminum, quæ contra fidem in fraudem Reip. patraſſet, reum actum. Inter capita accuſationis ſexaginta præcipuum fuit, quod cum Steinio colluſiſſe ferebatur, & Matthiam per literas monuiſſe ut Vratislavienſibus, qui fluxa ſint fide, temere non fideret.

§. V. Addit hic annalium Vratislavienſium notator, prudenti lectori relinquere ſe judicandum, nunquid Gorlicenſes, qui Matthia etiam rebus humanis exemto fidem præſtitiſſent, rectius egiſſent Vratislavienſibus, qui in magiſtratum ſuum fuiſſent crudeles.

1490. Propugnaculum magnum ad portam Reichenbachenſem Gorlicii extruitur.

§. VI. Eodem anno 1490. Gorlicii magnum propugnaculum ad portam Reichenbachenſem (d) excirari cœptum, conferentibus operas ut minimum divinas ad egeſtionem telluris in fundamentis aut alentibus mercenarios pro æſtimatione facultatum, tam civibus quam olitoribus ſuburbanis & agreſtibus civitati ſubjectis omnibus initio a Senatoribus facto.

CAPUT CXXIV.

De

Luſatia ſuperiore ad Bohemos redeunte.

§. I.

Vladislaus II. Rex Hungariæ creatur.

MAtthia ſine legitimis hæredibus mortuo, ſæpe nominatæ tres provinciæ (Moraviam dico, Sileſiam & Luſatiam) cum ipſo regno Hungarico reciderunt ad Vladislaum ſecundum Bohemum, qui Calendis Auguſti (Cureus (e) 15. Julii habet) Rex Hungariæ renunciatus eſt Poſonii, favente & approbante exercitu Matthiano, quam nigram legionem appellabant. Poſtea etiam Maximiliano Auſtriaco regni competitore, ſive victo, ſive ultro cedente, 14. VIIbr. apud Albam regalem regium diadema ritu ſolenni ſuſcepit. Terrigenæ ſeu nobiles Luſatiæ ſuperioris una cum quinque urbibus, Budiſſina, Gorlicio, Sittavia, Camitio & Lauba in arce Pragenſe homagium ei præſtiterunt: (f) Lœbavienſes enim hoc loco in annalibus Vratislavienſibus diſerte non nominantur. Budiſſinenſes Gorlicium omittunt, Lobaviam diſerte nominant. Cureus (g) Luſatiam primum omnium in verba Vladislai juraſſe ſcribit.

& ad Albam Regalem coronatur, eique nobiles Luſatiæ ſuperioris cum quinque urbibus homagium præſtant.

Utrique Luſatiæ Bohemiæ reges ſuos dant præfectos.

§. II. Ab eo tempore ſereniſſimis Bohemiæ Regibus paruit Luſatia, qui utrique tam ſuperiori quam inferiori ſuos dederunt præfectos, ſeu monarchas, partim principes viros, partim ex illuſtribus & generoſis Plauenſium, Vartenbergiorum, Edenbergiorum, Berconum, Sliconum, Donavienſium, Haſſenſteiniorum denique & aliis familiis oriundos. Quoniam autem præfectorum Luſatiæ facta eſt mentio, quæ de iis comperta habemus, hoc loco (h) in unum quaſi faſciculum conjecta ſimul exponere libet.

de quibus nunc quædam breviter Manlius.

CAPUT CXXV.

De

Luſatiæ ſuperioris præfectis.

§. I.

Præfectorum Gorlicenſis & Budiſſinenſis antiquiſſima mentio.

ANtiquiſſima mentio Gorlicenſis & Budiſſinenſis præfectorum eſt apud Olomucenſem (i) in hiſtoria Vladislai & nominis hujus & in ordine ſecundi Bohemorum Regis circa tempora Cunradi IV. Imp. qui Barbaroſſæ patruus fuit & proximus anteceſſor.

Carolus IV. Imper. meminit 1348. Advocatorum ſuorum Budiſſinenſium & Gorlicenſium præſentium & futurorum. Cujus diploma apud Cnemiandr.

§. II. Poſtea longo intervallo Carolus IV. in confirmatione quadam Germanica, quam anno 1348. Leutero Pencigio eqv. aurato dedit ſuper Zirna, Rubeaquo, Valda & Gersdorfo pagis a Marchionibus Brandeburgenſibus aliisque principibus ei collatis, meminit advocatorum ſuorum Budiſſinenſium & Gorlicenſium præſentium & futurorum. (k) Diploma integrum recitat Cnemiander.

§. III. Budiſſinenſis advocati mentio eſt in aliis ejusdem Imp. literis latinis, quibus anno 1350. medietatem oppidi, curiæ & allodii Conigswarti cum villa nova, quæ omnia tunc Johannes Panevitius poſſidebat, largitus eſt Tirſoni, Wolframo & Nicolao Panevitiis, ſi abſque hæredibus maſculis decederet Johannes.

§. IV.

(d) Vid. Groſſ. Part. III cap. 11. §. 7. p. 70.
(e) In Annalib. Sileſiæ p. 212.
(f) Conf. Groſſ Part I. p. 154. & Carpzov. Part. II. c. 1. §. 16. p. 200.
(g) In Annalib. Sileſiæ p. 213.
(h) Capit. ſequentib. 125. & 126.
(i) Hiſt. Boh. lib. XI. p. 88. l. 45.
(k) Conf. Groſſer. P. III. cap. 2. §. 13. p. 12. ſeqq. Da Gersdorffiis, de quibus agit Autor §. 5. conf. ſupra lib. I. Comment. Cap. 8. §. 4. p. 115. & p. 116. Nota ſub lit. (s) Item Tomi 1. Parte altera p. 154. Piſchmanni Memor. Familiæ Gersdorffiorum & Carpzovii Ehren-Tempel des Marggraffthums Ober-Lauſitz Part. II.

Ulmanus à Carolo IV. Budiſſinæ & Gorlicio præfectus,

§. IV. Exſtat & apud Cnemiandrum exemplum literarum vernacularum Ulmani cujusdam a Carolo IV. Budiſſinæ & Gorlicio præfecti. Earum initium ſaltem & finem, intenta ſtudioſe, quoad ejus fieri poterit, phraſi germanica, converſa apponam. De gratia Domini mei gratioſi Domini Caroli Imperatoris Romani & Bohemiæ Regis, ego Ulmanus ex Moneta præſes & adminiſtrator Budiſſinenſis & Gorlicenſis terrarum, teſtatum facio palam his literis, omnibus eas inſpecturis, audituris vel lecturis: Cum exſtitiſſet controverſia & lis inter ſtrenuum militem Dominum Lutherum a Pentzig ab una, & honeſtos ac prudentes viros cives Laubenſes ex altera parte propter jurisdictionem ſuperiorem: Illuſtriſſimum & ſereniſſimum principem ac Dominum Carolum &c. & ſecundum eam monumentum in Chriſto patrem Dominum Johannem Antiſtitem Pragenſem cauſam illam mihi cognoſcendam ac dirimendam demandaſſe, delegaſſeque: id quod & a me factum eſt cum ſcientia & conſilio honeſtorum & prudentium virorum civium Gorlicenſium, iis modis, qui ſequuntur &c.

præſidem & adminiſtratorem harum terrarum ſe nominat.



§. V. Hæc transactio & ſcripto concepta compoſitio facta eſt coram conſule & Senatu Gorlicenſe præſentibus Dominis Ottone & Chiliano Gerharsdorffiis patruelibus. Quæ ut firmius & ſolidius teneantur ſine dolo, ad majorem rei teſtificationem ſigillum meum cum civium Gorlicenſium Domini Lutheri, nec non civium Laubanenſium ſigillis appendi hiſce literis, quæ datæ ſunt Gorlicii anno a nativitate Dei 1368. die poſt feſtum S. Mich. Archangeli proxima.



§. VI. Ceterum hic Ulmanus in diplomate quodam Senatus Gorlicenſis anno 1351. confecto, cujus Lib. IV. c. 7. §. 3 p. 251. meminimus, inter alios undeviginti Reip. tum temporis Scabinos & Senatores quinto loco teſtis recenſetur. 1351.

In diplomate quodam Gorlicenſi inter ſcabinos & ſenatores quintus teſtis recenſetur.

§. VII. Apparet autem ex literis Ulmani Gorlicii olim reſediſſe primos illos præfectos, nimirum in aula templo Petrino oppoſita, quæ adhuc præfecti nomen retinet, ac habitaſſe dicuntur ibidem deinceps reliqui omnes usque ad ultimum Monſterbergenſem, qui primus in pandochejo divertere cœpit. Donec ad extremum Budiſſinam translata fuit præfectura.

Gorlicii primum reſedere præfecti, poſteà præfectura Budiſſam translata eſt.

§. VIII. Aulam præſidis igne conſumtam diximus anno 1456. qui proximus fuit ante mortem Ladislai I. Auſtrii poſthumi. Inſtaurata fuit rurſum, & habitaſſe poſtea in ea conſtat præter alios Steinium, Wartenbergium, & Monſterbergenſem. Venceslao regnante Budiſſinenſis & Gorlicenſis advocatus fuit Henricus Pflugius a Rottenſtein, cujus ſub anno 1405. meminimus.

Aula præſidis igne conſumta, rurſus reſtituta. Henricus Pflugius à Rottenſtein Advocatus Budiſſ. & Gorlic. ſub Venceslao

§. IX. Sigismundus & Albertus Reges, per quos præfectos Luſatiam adminiſtraverint, confirmare non poſſum. A Ladislao I. poſthumo Luſatiam Friderico Brandeburgio in feudum datam, & a Georgicone ſucceſſore eidem rurſus extortam, ſuo loco (l) diximus. Id tamen de inferiore tantum accipiendum videtur.

§. X. Henricus Roſenbergius Hexapoli præfectus obiit 1458. in feſto Converſionis Pauli, ante coronationem Georgiconis. Georgiconis tempore Benedictum Colobra-

Henricus Roſenbergius hexapoli præfectus obiit. 1458.

(l) Capit. 86. §. I. & 2.

Benedictus Colobratus, Hexap. præfectus ſub Georgicone.

bratium Hexapoli fuiſſe præfectum, indicant articuli quidam Oivinenſis cœnobii, de quibus ſupra (m) paulo diximus. Capitanei Luſatiæ in ejusdem Georgiconis hiſtoria ex Cratone facta eſt mentio.

Tumulus, Budiſſ. extans, cum inſcriptione germanica Jhonis de Wartenberg, præfecti Hexapol ſub annum 1468 meminit.

§. XI. Budiſſinæ in Franciſcano ad latus templi ſiniſtrum exſtat tumulus editior ſaxeus, cui incumbit ſupinus Baro armatus, dextra vexillum, ſiniſtra galeam ſuper clypeo cum inſigni tenentis. Occipite cervicali pedibus leone nititur. Margo tumuli hanc habet inſcriptionem 1468. (ibi 1868.) in die Eliſabeth obiit generoſus Dominus Jhon de Wartenberg. Prope affixa parieti in tabula depicta inſignia, clypeus nimirum a ſummo ad imum bipartitus croceo & nigro coloribus diſtinctus, & in galea als nigra mit güldenen Spänglein. Addita inſcriptio. Jhon von Wartinberg Voyt der Sechslande und Städte Budiſſin Görlitz ic.



Fridericus I. Lignicenſis, à Matthia Luſatiæ ſup. & utriusque Sileſiæ præfectus 1499.

§. XII. In ſtemmate Ducum Sileſiæ & Cureo reperio Fridericum I. Lignicenſem, de cujus morte in hiſtoria belli Glogovienſis c. 120. meminimus generum Georgiconis, proavum Henrici, qui nunc Lignitii rerum potitur, cum ipſi Matthias Vratislaviæ anno 1469 quo urbem eam primum ingreſſum diximus, Lignicium conceſſiſſet, poſtea in comitatu Regis in Hungariam profectum ſerviiſſe in biennium, diſcedentemque ex aula ab eodem hexapoli & utrique Sileſiæ eſſe præfectum tanquam

tanquam præſes ſive capitaneus. 1471.

præſidem ſive Capitaneum. Eundem anno 1471. & inſequenti Luſatiæ ſuperiori præfectum fuiſſe, ex Frauenbergii annotatis conſtat.

1476. Stephanus Zapolienſis Cepuſii Comes, Sileſiæ Capitaneus & Hexapoli præfectus, 1478.

§. XIII. Anno 1476. & inſequenti Stephanus Zapolienſis Cepuſii comes, pater Johannis Uridani Hungari & Barbaræ Sigismundo Polnno nuptæ, Sileſiæ Capitaneus & Hexapoli præfectus fuit, qui mox anno 1478. Matthiæ in regno Hungariæ Cancellarius factus eſt, ut ex eodem Frauenbergio colligitur.

poſtea Matthiæ per Hungariam Cancellarius.

Georgius à Stein in præfect. utr. ſucceſſit,

§. XIV. Huic in præfecturam utrique Marchionatui ſucceſſit Georgius a Stein, Dominus in Czoſſen, idemque per ſuperiorem & inferiorem Sileſiam cum plena poteſtate præſes regius & Svidnicenſis ac Javovienſis Ducatuum Capitaneus, qui poſtea Steinaviam etiam & Rutnam Sileſiæ oppida adeptus eſt. Ejus apud Hoffmanos Gorlicenſ. vidimus literas inveſtituræ hoc exordio: Wir Jörge vom Stain Herr zur Czoſſen, Königl. Maj. Anwaldt in nyder Sleſii, Heuptman der Fürſtenthümer Sweidnitz und Jawer, beyder Lauſitz Voyt. Datas Gorlicii 1486. 4 ante Reminiſcere. Præſentibus Johanne a Metzerad in Dorinbach Capitaneo Gorlicen, Henrico Eſchenlauer curiæ Judice ibidem, & Benedicto Duohait Conſ. Budiſſin. Georgio de Lapide Domino Steinaviæ. Johannes Langer Bolchenhanen, Sileſius presbyter Vratislavien. Theologus & poëta dedicavit inſigne opus, de cenſibus & Reempt. Lib I. cujus initium: Ingenti hodie premor &c. Ad Georgium de Lapide avunculum ſuum Lib. de laudibus Heroum & Virorum illuſtrium, Eytel Wolfi de Lapide equ Svevi eruditi, qui fuit unus ex ſodalitate literaria, quam Noribergæ inſtituit Celtes primus Germaniæ poëta laureatus. Autor Trithemius catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum. Fuit enim literis tinctus Georgius, & latinæ linguæ gnarus. Budiſſina excedens converſus ad arcem pronunciaſſe fertur vulgarem parœmiam: homo proponit, Deus diſponit, diabolus permerdat. Et ſubjeciſſe: cui ergo te extruxi?

Inveſtituræ ejus literæ,

perſonæ inveſtituræ præſentes.

Johannis Langer Bolchenhanen Sileſ. de Cenſibus & Reempt.

Eytel Wolfi de Lapide, Svev. Liber. de laudibus Heroum & Virorum illuſtrium.

Celtes primus Germaniæ Poeta laureatus, Societatis Noribergenſis autor.

Trithemii Catalogus ſcriptorum Eccleſiaſticorum.

Georgii, Budiſſina excedentis, ad arcem converſi, verba.



1490. Sigismundus Vartenburgius Luſatiæ præfectus ſub Vladislao.

§. XV. Matthia anno 1490. mortuo, ſedenteque jam ad gubernacula tam Hungariæ quam Bohemiæ Vladislao, præfectus eſt his terris Dominus Sigismundus Vartenburgius in Totſchen. Anno 1504. il-

1504.

luſtris

(m) Cap 27. & 28. hujus Comment. libri. VI.

Sigismundus, Polon. io Sileſia & utraque Luſatia Locum tenens generalis & præfectus conſtituitur remoto Caſimiro Teſſinenſi Duce; qui remotionem ulturus prædonem cum ſociis agit, quos Sigismundus graviter coërcet.

luſtris Princeps & Dominus, Dominus Sigismundus, Caſimiri regis Polonici Fil. Dux Oppaviæ & majoris Glogoviæ a Vladislao fratre ſuo in Sileſia & Luſatia utrisque locum tenens generalis & præfectus conſtitutus eſt, remoto Caſimiro Teſſinenſium Duce Supremo Sileſiæ Capitaneo. Ob quam abrogatiooem, cum collecta equitum colluvies vias infeſtaret, & in primis ſacerdotibus gravis eſſet, Sigismundos prædones illos ſine reſpectu nobilitatis inſigni ſeveritate coërcuit, & latrociniis Sileſiam purgavit. Unde in Sabotho Fabri hoc ejus præclarum eſt encomium:

Fabri encomium Sigismundo tributum:

Quodque omnis poſthac pacatior ora quievit
Tutus & in quavis mercator valle diurnum
Carpſit iter, tibi præſtantiſſime Jagellonum
Jure tuo, meritisque tuis Sigismunde fatemur
Deberi, te magna ſequi non Herculis acta
Invicto puduit noſtris graſſantia terris
Monſtra domare animo, fontum nec ſanguinis ortum
Aut equitum ſplendor movit, nec honeſtior enſis
Diviſit pœnam, ſed equiſo pependit eadem
Cannabe cum domino, cupidam & crocantibus eſcam
Effractæque olim afflictis ſolatia ciſtæ
Præbuit hîc primum noſtri videre trementes
Et quavis magnos ſurca palleſcere ſures.

Cromerus libro triceſimo (n) inferioris tantum Luſatiæ meminit: Locum integrum aſſcribo:

Locus Cromeri, quo Sigismundum inferiori tantum Luſatiæ præfectum meminit.

§. XVI. Sigismundo vero (inquit) Vladislaus Glogovienſem & Oppavienſem ditiones in Sileſia conceſſit, (ſcil. anno 1498. tametſi vix poſt triennium Glogoviam commigravit Sigismundus (Cureus) Anno 1502. Glogoviam ingreſſus eſt (idem)) Iisdem fere conditionibus quibus Johanni Alberto prius conceſſerat, & inferiori ſuperiorique Sileſiæ eum præfecit. Ubi præclaram is operam ſubjectis & vicinis populis in extirpandis ejus gentis latrociniis navavit. Aliquanto autem poſt etiam inferioris Luſatiæ marchionatum idem Vladislaus ipſi adjecit, & portionem ſuam paternæ hæreditatis ipſi donavit. Hæc ille. In margine Sigismundum præter alios titulos etiam Luſatiæ Marchionem nominat.

1504. Sigismundus a Budiſſinenſibus præfectus ſuſcipitur 1504 inde diſcedens, ac nunquam eo rediens, præfecturæ administrationem committit Aleberto Schreibersdorffio, Budiſſ. Capitaneo, 1506. mox mortuo fratre Alexandro, Poloniæ Rex coronatur.

§. XVII. Budiſſinam venit Sigismundus anno 1504. (ſic enim lego, tametſi 1506. habent ejus urbis annales) feria quinta poſt feſtum Catharinæ, ſuſceptusque in prælectum, rurſus inde diſceſſit die Nicolai, nec poſtea unquam eo rediit. Commiſit autem vicem ſuam Alberto Schreibersdorfio Capitaneo Budiſſinenſi per triennium, quo elapſo, poſt Alexandri fratris mortem, qui 19. Auguſti anno 1506. exſpiravit, Sarmatiæ Rex electus eſt 8. Xbris eodem anno, & inſequenti 1507 circa Bacchanalia, ſecundum Cnemiandrum, vel potius ut Cromerus (o) & Cureus (p) Jan. 24. Cracoviæ coronatus.



Johannes Thurſo, Sileſiæ Capitaneus, & præſul, Sigismundus vero Vartenburgius, Luſatiæ præſes conſtituitur.

§. XVIII. Poſt hujus diſceſſum Sileſiæ quidem Capitaneus conſtitutus eſt Johannes Thurſo Vratislavienſium præſul: in his vero terris Vladislai juſſu receptus eſt in præſidem Sigismundus Vartenpurgius Dominus in Tetſchen.

cui 1517. Albertus Steenbergius in præfectura ſucceſſit; Hunc ſecutus Gvilielmus Eilenbergius in Rhonau 1517. invitis pene civitatibus, quarum aſſenſum impetrandi gratia, inſtrumento publico ſufficienti cautione ſeſe obligat.

§. XIX. Ei Albertus Steenbergius ſucceſſit, & præfecturam obtinuit usque ad annum 1517. quo Gvilielmus Eilenbergius in Rhonau electus eſt invitis pene civitatibus. Ferebatur enim hîc vulgo ſeptem millibus ſexagenarum Bohemicarum ſuperioris Luſatiæ monarchiam ab illo emiſſe. Sed cum Eilenbergius literarum monumentis ſufficientem civitatibus præſtitiſſet cautionem, hanc rem privilegiis ipſarum nulli fore fraudi aut detrimento, quin potius operam ſe daturum, ut priſtina iis jura ſarta tecta manerent & incolumia, neve a corona regni Bohemici ſive oppignoratione, ſive alio quovis modo alienarentur, præbuere tandem illæ, licet ægre, aſſenſum.

Triennium præeſt præfecturæ. Hunc

§. XX. Triennio itaque præfuit Gvilielmus, videlicet usque ad Jun. 16. anni 1519.

(n) Pag. 436. a.
(o) De Reb. Polon. lib. 30. p. 446. ſeq.
(p) In Annalib. Sileſiæ pag. 225.

1519. excipit Carolus, Monſterbergenſ. &c. Princeps Luſatiæ præſes, quem Gvilielmus, ſpreto regio mandato, diu non admittit, tandem vero cum Carolo tranſigit 1520.

1519. qua die Carolus Monſterbergenſium & Olſnenſium princeps comes Glacenſis Georgii Podiebratii Regis ex Henrico F. nepos, præſes eſt deſignatus. Quanquam autem Gvilielmus pene annum integrum, ſpreto Ludovici Regis mandato, hunc magiſtratum Carolo cedere detrectavit: tandem tamen cum eo tranſegit Carolus pro tradita ſibi ab ipſo anno 1520. Aprilis XI. arce Budiſſinenſe, præfectus manſit ad id usque tempus, quo Ludovico Rege anno 1526. poſt prælium Turcicum in fuga miſere peremto, ſororius hujus Ferdinandus Archidux Auſtriæ in regnum Bohemiæ ſucceſſit. Tunc enim Sedislaus Berco, Dominus de Duba, Leipa & Reicheſtado, baro eloquens & eruditus, qui & ſupremus regni Bohemici judex fuit, marchionatui ſuperioris Luſatiæ eſt præfectus.

1526. Poſt hunc Sedislaus Berco ſuper. Luſatiæ præficitur. Supremus ſimul regni Bohemici judex.

§. XXI. Carolum tamen adhuc anno 1527. cum Vratislaviam ingrederetur Ferdinandus Calendis Maji, in comitatu ejus fuiſſe tanquam Hexapoli præfectum cum tribus filiis, Vratislavienſium annales memorant. Fuit autem poſt hac utriusque Sileſiæ Capitaneus, mortuus anno 1536. prid. Calend. Jun.

1527. Carolus olim Luſatiæ præfectus, poſthac utriusque Sileſiæ Capitaneus moritur. 1536.

§. XXII. Berco anno 1541. quo collectanea ſua Laubenſi Senatui obtulit Cnemiander, magiſtratum etiam tum geſſit. Eum excepit Chriſtophorus Burggravius Doonenſis ad Conigespruggum, qui anno 1560. ſub exitum Octobris Budiſſinæ in nundinis, com concioni ſacræ, quæ eo die dominico de veſte nuptiali habebatur, intereſſet: & ſanctiſſimis religionis Chriſtianæ myſteriis participare decreviſſet, in podio templi (𝔓𝔢𝔥𝔯-𝔎𝔦𝔯𝔠𝔥) exſpiravit.

1541. Berco adhuc magiſtratum præfecturæ gerit, cui ſuccedit Chriſtophorus, Burggravius Doonenſis, 1560. qui Budiſſæ in templi podio exſpirat.

§. XXIII. Donenſem ſecutus eſt Joachimus Slico comes Paſſavienſis, Dominus Weiſſenkirchi in Rabenſteino & Slaccenwerdo, imperatoriæ majeſtatis conſiliarius intimus, Vaſallorum coronæ regni Bohemici Germanicus capitaneus, aliquando etiam cameræ Bohemicæ præſes. &c. qui anno 1571. quo hæc ſcribimus, Luſatiam Superiorem regio nomine adhuc adminiſtrat: Capitaneo ejusdem marchionatus & monarchiæ Vicario exiſtente Johanne Sliebio in Pulſnicio, Conſiliario Cæſareo.

Hunc in præfectura ſecutus Joachimus Slico, Comes Paſſavienſis &c. 1571. Johanne Sliebio &c. marchionatus Capitaneo & in præfectura Vicario.

CAPUT CXXVI.

De Luſatiæ inferioris Præfectis.

§. I.

Marchionatui Luſatiæ inferioris in ſuperiorem usque annum præfectus (q) fuit generoſus & nobilis Dominus, Do. Bohuslaus Felix, Dominus Loboovicæus & Haſſenſteinius &c. in Lirzca, &c. Conſiliarius imperatorius, Capitaneus vero ejusdem Jacobus a Salza ad Haiderſdorffum, Conſiliarius & ipſe Cæſareus. &c. Nunc uterque munera ſua reſignarunt, nullis dum ſucceſſoribus acceptis.

Sequuntur inferioris Luſatiæ marchionatus Præfecti. Bohuslaus Felix, Dn. Lobcovicæus & Haſſenſteinius &c. &c. Jacobus à Salza &c. ejus Capitaneus.

§. II. Bohuslaos arcem Lubinenſem præfectorum reſidentiam ſplendide exædificavit. Natalem ejus in Calendario ſuo Eberus, ponit. Thomas Mitis a Limuſa Nymburgenns judicem Luſatiæ inferioris vocat, eumque in elegia quadam ad ſamiliam a Lobcovitz & de Haſenſteinii a ſe editæ, præfixa, horum verſuum elogio ornat.

Lubinenſem arcem, præfectorum ſedem Bohuslaus ſplendide exſtruit. Judex Luſatiæ inferioris vocatur a Thoma Mite à Limuſa, qui verſuum elogio eum laudat:

> Claret in officio Felix Liczcovius alto
> Præſes Luſatii dum regit acta fori
> Sæpius & varias, legatus Cæſaris, oras
> Arte togæ celebris militiaque petit.

Filius ejus generoſus & magnificus D. D. Bohuslaus Junior a Lobcowitz & in Liczcovii, dignitate Rectoris in Vitebergenſe academia non ita pridem perſunctus eſt, quam ante eum ex eadem familia Sigismundus a Lobcovvitz obtinuerat.

Rectores Vitebergenſis Academiæ e familia Lobcovicea.

§. III. Haſſenſteinum proxime præceſſit Albertus Slico comes Paſſavienſis, Dominus Weiskirchi, Cubiri, arcis Cadanæ &c. Ferdinandi Romanorum Regis conſiliarius & Camerarius coronæ Bohemicæ Supremus &c. nepos Caſparis illius clariſſimi viri, qui tribus Impp. Sigismundo, Alberto II. & Friderico III. a libellis fuit, & in concilio Conſtantienſi, cum animadverteret condemnatum in Huſſum & Hieronymum, ſurrexit, nec ſuffragator & approbator ſupplicii eorum eſſe voluit. De Caſpare hiſtoriam Euryali & Lucretiæ conſcripſit Æneas Sylvius,(r) & copioſam ejus fecit mentionem cum alibi ſæpe, tum cap. 53. Bohemiæ ſuæ.

Albertus Slico, Comes Paſſavienſ. prædeceſſor Bohuslai, nepos Caſparis Sliconis, qui in Concilio Conſtantienſi Huſſi & Hieronymi condemnationem approbare noluit. Æneæ Sylvii Hiſtoria Euryali & Lucretiæ.

§. IV. Alberti mentio fit in literis tranſactionis Spirenſis inter Ferdinandum & Saxonem anno 1544. celebratæ. Atque hic Albertus is eſt, qui patrum memoria Johannis Cazyani in Crayn Croatæ collega fuit, & cum eo neglecti & deſerti, ſi non proditi exercitus regii inſimulatus eſt.

Alberti Sliconis mentio in literæ tranſactionis Spirenſis de anno 1544. cum Johanne Cazyano, Collega ſuo, proditionis inſimulatur.

§. V. Anno enim 1537. VIIIbr. 9. ad 30. millia Germanorum, Hungarorum & Bohemorum a Ferdinando Rege Cazyano & Sli-

Cujus inſimulationis Cauſa & occaſio.

(q) Vid. Groſſer. Part. III. c. 3. p. 17. ſeqq.
(r) Bohem. c. 53. p. 174.

& Slicooe Ducibus in Croatiam & marchiam Slavonicam miſſa a Ducibus paſſim Turcicis miſere conciſa ſunt, cum præcedente nocte ambo Duces, ut fama fuit cum omni equitatu a peditibus ſe ſubduxiſſent, atque ita iocolumes evaſiſſent. Rythmi quidam vernaculi tertium etiam nominant in ejusdem criminis ſuſpicionem vocatum, Johannem ab Ungnad baronem.

Johannes Baro ab Vngnad quoque proditionis hujus habitus ſuſpectus.

§. VI. Cazianus e cuſtodia Vienneoſe elapſus, gratiæ & reconciliatiooi regiæ diffidens, cum ad magnum Turcum tranſire in animo haberet, ſuo ipſius gladio, inſidioſe interfectus eſt a Nicolao Comite Serinenſe, eo ipſo, qui ſuperioribus annis in Sigeta arce occubuit. In quem hæc ſunt Carcheſii epitaphia:

Cazianus carcere elapſus, à Nicolao, Comite Serinenſe per inſidias necatur, Caziani Epitaphia à Carcheſio confecta:

Proditor & noſtri Cazianus ſanguinis hoſtis
Hic jacet, a ferro concidit ipſe ſuo.
Impia oamque piis cervicibus arma minanti
Finem animi & belli mors violenta dedit: Aliud.
Quo tegeris, ſi quo tegeris Caciane ſepulchro,
Perfidia hoc tecum proditioque jacet.

§. VII. Slico vero cum purgationi ſe obtuliſſet, ita Pragæ Ferdinando ſatisfecit & inoocentiam approbavit ſuam, ut poſtea anno 1540. Luſatiæ inferiori ab eo præficeretur.

Slico, innocentia ſua Ferdinando comprobata, 1540. Luſatiæ inferiori ab eo præficitur,

§. VIII. Alberto Slicone aliquaodo ſolenni cauſarum cognitione pro tribunali præſidente res accidit perridicula, & feſtivi joci plena. Cum enim Laureotius Strauchus Jure conſultus qui Niemicum pagum prope Scheodorſum denuit, neſcio quorum nobilium tunc advocatus ioter perorandum crebro, ut fieri ſolet, & prope neceſſe eſt, vernaculis latioa admiſceret, Georgius Coceritius eqv. Luſatius, qui adverſæ partis cauſam agebat, negat poſſe ſe reſpondere, quod pleraque omnia ignota ſibi lingua ab adverſario eſſent prolata. Tum Strauchus, ut erat mordax, ſi tu, inquit, æque atque ego ludos frequentaos literarios toties ferulæ magiſtri nates præbuiſſes, latine tu quoque ſcires. Dolet dictum homini. Veniam itaque deliberationis cauſa ſecedendi impetrat, moxque revocatus Hungarico idiomate ordiri incipit. Interpellatus a Straucho & germanice reſpondere juſſus, hey tu, inquit, bone vir, abi tu quoque in Huogariam militatum, ibique furcis ita a ſtabulario caput ibi demulceri finito, ut meum mihi ſæpe eſt demulſum, tum Hungarice etiam loquentem intelliges. Ad extremum interfatus præfectus juſſit eos faceſſere dicacitatem, memores gravitatis & modeſtiæ convenientis loco judicii, quod regio nomine ipſe exerceret.

Res perridicula feſtiveq; jocoſaque Slicone, pro tribunali ſedente accidit.

§. IX. Sliconis in monarchia anteceſſor fuit Henricus Tuocelius domious de Bernitzko baro Bohemus, præfectus Luſatiæ inferiori a Vladislao Rege anno 1509. ut teſtantur literæ, quibus initurus magiſtratum provinciæ fidem obſtrinxit ſuam, datæ Lubini eodem anoo Aprilis 20. Geſſit autem præfecturam io anoum usque 1539. eique domioatum Reudenſem, Kitliciorum baronum maſcula ſtirpe exſtincta, Rex donavit,

Sliconis in præfect. anteceſſor, Henricus Tuncelius, Baro Bohemus, 1509. teſtibus literis queis provinciis fidem ſuam obſtrinxit, 1539. Reudenſem Dominatum a Regenbtinet.

§. X. Ante Tuncelium generoſus Georgius Schellenbergius Coſti & Carnovii ſive Jegersdorffi dominus, conſiliarus Regius &c. Ante Schellenbergium illuſtris Henricus Burggravius Miſnenſis, comes Hartenſteinius & domious Plauenſis, Vladislai uterque nomine Luſatiæ inferiori præfectos egere: quorum infra ſub anno 1508. (s) fiet mentio. Succeſſerat autem Plauenſis Sigismundo Polono. Conſtat etiam præfectum fuiſſe Luſatiæ inferiori Melchiorem Lœbium, qui juvenis Turcum vaſto corpore & gigantea ſtatura præferocem, provocantem ad duellum, quicunque in adverſa Chriſtianorum acie eſſet fortiſſimus, ſingulari certamine victum confecerat. Tempus præfecturæ certum ignoratur. Tandem prope Cotbuſium ab hominum quorundam facinoroſorum colluvie circumventus, & cum a comitibus deſertus dedere ſe nollet, venabulo truucidatus eſt. Qua cæde facta latrooes compoſitis mox ad Calovianos nomine ejus literis, iisque annulo quam cæſo detraxeraot, obſignatis, complices ſuos in carcerem ibi compactos liberarunt. De ejusdem robore ac fortitudine plura narrant gentiles ejus, quæ, quia de circumſtantiis locorum & aliis certo noo cooſtat, prætereo. Diverſum autem huoc fuiſſe voluot ab eo, cujus paulo ſuperius (t) in Matthiæ hiſtoria meminimus.

Hunc in præfectura præceſſit Georgius Schellerbergius &c. hunc Henricus Burggravius Miſnenſis &c. &c. & hunc anteceſſit 1508. Sigismundus, Polonus Melchior Lœben quoque præfectus Luſatiæ infer. vir robuſtus ac fortis, Turcum ſtatura gigantea præditum, ſternit, à Latronibus venabulo necatur,

§. XI. De Luſatiarum nomarchis hæc habui, quæ hoc tempore adſerrem. Qui deſiderantur ſorte poſthac addi poterunt. Nunc ad Vladislai II. tempora revertor.

Hæc de Luſatiarum præfectis Nunc ad Vladislai II. tempora pergit.

CAP.

(s) Cap. 139. §. 1.
(t) Cap. 109. §. 2.

CAPUT CXXVII.

De

Lite, quam Gorlicenſes habebant cum Adamo Svevo, Georgio Saxoniæ Duce arbitro, compoſita.

§. I.

Sub cujus imperio Sileſia tota latrociniis infeſtatur, à latronibus magni nominis,

SUb initium ſtatim regni Uladislai, omnis Sileſia fuit infeſta latrociniis. Prædabant enim tunc latrones magni nominis, Adamus, Svevus, Maximus, Cotbuſus aliique, quos ſequebantur multi ex decoctrice nobilitate, & paſſim ſpoliabant mercatores. Hos valde ſegniter reprimebant præfecti regii. Multi etiam ex proceribus cum iis colludebant. Regis exigua erat aotoritas. Svevum bello Glogovienſi ſub exitum Junii in civitatem veniſſe miſſum a principe Cureus (u) ſcribit. Sed triduo poſt, cum metueret ſuo corio, ex urbe evaſiſſe. Fuit ei res etiam cum Gorlicenſibus, quæ tandem a Georgio Saxoniæ Duce arbitro compoſita eſt. Unde Stephanus Gerhardus Regiomontanus in panegyrica laudatione illuſtris domus Saxoniæ ad Dn. Fridericum Teutonici ordinis ſummum magiſtrum, Georgii fratrem, ſcripta. Unde fit (inquit) quod in eum (de Georgio loquitur) gentes etiam externæ, illi rigidi Gorlicenſes ipſius Lateuci fidiſſimi inſectatores, unaque notus ille Adam Svevus, uti in unum æquitatis aſylum in unum refugium conſentiunt & compromittunt: a quibus longe diſſentionis, longarum inſidiarum optimus laudator, compoſitur & moderator, dici non poteſt. Idem Svevus anno 1497. omnia pene itinéra latrunculorum turmis, quas ducebat, ita obſedit, ut ad pauca milliaria etiam nulli tutus pateret tranſitus: anno 1503. Dux fuit eorum, qui nocte natalem Chriſti præcedente Turſonem coadjutorem opprimere conati ſunt: quod ſupra (w) expoſuimus.

cum quibus multi proceres colludunt, Regis Vladislai exigua auctoritas.

Svevus, rem habet cum Gorlicenſibus, quæ tandem componitur. Stephani Gerhardi, Regiomontani, Panegyris domus Saxoniæ. Fridericus, D. Saxon. Teutonici ordinis ſummus Magiſter.

1497. Svevus omnes propè vias latronibus replet & occupat.

1503. Dux fuit, Turſonem perfidè opprimere laborantium, de quo ſuprà.

CAPUT CXXVIII.

De

Inuſitata grandine Lauba omnia corrumpente.

§. I.

Horrenda Laubæ tempeſtas cum vento vehementiſſimo, ſolis deliquio, grandine &c. mixta, omnes agrorum & hortorum fruges penitus perdit, qua

ANno 1491. cum Laubenſes poſt incendium proximum vix dum utcunque ſe recollegiſſent, ecce autem de integro nova eos obruit calamitas. Ipſo enim die Mariæ Magdalenæ, quæ erat feria ſexta, circa veſperarum tempus, undique dum plenis ſavebat meſſis ariſtis, coorta ſubito cum vento tempeſtas atra & horribilis, obſcurato ſolis ſplendore, frumenta (ſegetes & ſata) & rubeam tinctoriam in agris, in hortis (Zugemieß) olera & legumina omnia inuſitata grandine funditus perdidit & corrupit, & ut habent verſus veteres:

Ædes evertit, templorum culmina ſtravit. Item:
En tumidos nocuiſſe patet, tum fluctus aquarum
Floribus ornata ſpatioſaque climata rupit.

Unde factum eſt, ut cives plerique ad ſummam redigerentur inopiam, & vulgo dictitarent, plus damni feciſſe rem ipſorum familiarem ex grandine hac, quam incendio nupero. Eadem grando in multis etiam regionibus aliis fruges afflixit, unde caritas annonæ & hanc magna peſtis conſecuta eſt, ut Gorlicenſes annotarunt.

cives ad ſummam redacti inopiam, hanc annonæ caritas et peſtis ſecuta.

De Laubenſi calamitate membrane vetus Cœnobii Veſtalium, a Notario, quodam publico conſcripta, de quo ſequentia:

§. II. De Laubenſe calamitate membrana vetus Cœnobii veſtalium hæc habet a notario quodam publico conſcripta: „Juxta priſcorum in arte ſtellarum experientiam vigeſimo ſecundo die menſis Julii, quovis anno propter ſtellarum configurationes ad minus aëris turbulentia ſentietur.„

1491.

§. III. Eodem igitur die, qui etiam beatæ Mariæ Magdalenæ dies appellatur, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo hæc auræ ſtupenda contigerunt damna infra carmine ſignata. Quæ, etſi propter hominum peccata facta ſunt; probabile tamen videtur & rationi conſonium, aliquam naturalem cauſam præſignantem præceſſiſſe in cœlis, quæ & ipſorum aliqualis cauſa fuit. Inquit enim in proemio centum verborum Ptolemæus Pheludianus. Mundanorum ad hoc vel ad illud mutatio, corporum cœleſtium mutatione contingit. Subdit igitur. Cauſas rerum rimaturus prius cœleſtia contemplare. Agit namque Deus in hæc inferiora per cœlum tanquam per medium.

Ptolomæus Pheludianus.

§. IV. Eſt itaque coelum cauſa ſecunda omnium inferiorum, in quo Deus glorioſus plura ſcripſit, ut voluit Albumaſar. Qui ergo doctus eſt legat: qui vero non, prudenter taceat. Coetera de cœleſtium influxu majorum judicio reliquenda fore exiſtimo, atque pro nunc hactenus ſufficere. Addidit autor & hexametros XVIII. qui ineptiores ſunt, quam ut aſſcribi mereantur. Ultimus hic eſt:

Hæc miſeranda vide peccator, corrige vitam.

CAP.

(u) In Annalib. Sileſiæ p. 219.
(vv) Cap. 120. §. 34. & 35.

CAPUT CXXIX.

De Negotiatione, & ceu Emporio glaſti ejus æſtimandi jure Gorlicio Hainam translato.

§. I.

Nicolaus Stolzenbergius, infector pannorum, Gorlicii ob fornicationem 1491. virgis cæſus, olrioni ſtudens, calliditate ſua perfecit, ut glaſti emporium Gorlicio Hainam translatum; quo de ſequentia.

EOdem anno 1491. Nicolaus Stoltzenbergius (x) infector ex eorum genere, qui iſatide, quam glaſtum vocant Cæſar & Plinius, vulgo guadum, pannos laneos cœruleo colore tingunt, itemque glaſtum æſtimare ſolitus, in lupanari deprehenſus atque ideo ſub furca virgis cæſus, cum aliter ignominiam ſuam ulciſci non poſſet, mira calliditate perfecit, ut mercatura ſive negotiatio & ceu emporium glaſti, ejusque æſtimandi jus, quot ultra ducentos annos Gorlicii ſteterat, & pannicularii ibidem fructuoſiſſimum fuerat, Hainam Miſniæ ad Albim ſitam transferretur Calendis VIIbrib. Principes enim Saxoniæ a Gorlicenſibus æſtimationis illius nomine poſtulabant tributum annnum quingentorum florinorum Rhenenſium. Quod cum pendere Gorlicenſes detrectarent, prohibuere illi, ne in poſterum glaſtum Gorlicii æſtimaretur. Manetque Hainæ æſtimandæ iſatidis conſvetudo ab eo tempore in hodiernum usque diem, magno omnium civium Gorlicenſium detrimento.

Erfordienſes volunt, ut Hainæ glaſtum deponatur.

§. II. Porro translatio hujus mercaturæ etiam antea a duobus Saxoniæ tentata fuerat, ſed nullo ſucceſſu. Anno enim 1477. Erfordienſibus ſcripſere, velle ſe, ut Hainæ in poſterum glaſtum deponatur. Qua in re avertenda multum laborarunt cum Erfordienſes tum Gorlicenſes, quin & Rodolphus Vratislavienſium præſul, item Gunderſicus Glacenſis (ſic Henricum Monſterbergenſem Georgiconis filium appellarunt, quem etiam Jennerſicum vocant annales Vratislav.) & Fridericus Legnicenſis Duces, nec non civitates Svidnicenſis & Javorienſis principatuum ad duces Saxoniæ Erneſtum Electorem & Albertum fratres, eorumque patrnum Gvilielmum III. Comitem provincialem Thuringiæ ea de re literas dedere, ſed fruſtra.

§. III. Budiſſinenſes vero hoc tempore rebus adverſis vicinorum Gorlicenſium gaviſi connixere, ſeque ita plane geſſere, ut quibus non minimam translatio hæc, ſi ſuccederet, allatura eſſet voluptatem. Nec ſane Vratislavienſes magno adjumento noſtratibus fuere.

qua de re Mathias Præſulem Vratislavienſem Dreſdam mittit.

§. IV. Matthias Hungariæ & Bohemiæ Rex eadem ex cauſa Vratislavienſium præſulem ad Ducem Saxoniæ Dreſdam ablegavit Julio menſe, cui ſenatus Gorlicenſis Georgium Emericum adjunxit. Sed parum admodum ibi effectum eſt.

Gorlicenſes ad Matthiam libellem ſupplicem mittunt 1478.

§. V. Sub initium anni 1478. Cornaumburgum ad Matthiam miſere Gorlicenſes Johannem Sneiderum & Nicolaum Hermanum, ubi coram Rege ejusque cancellario Stephano Zapulienſe nec non præſule quodam ſtrenuus dominus Henricus Miltitius eques auratus Sagano præfectus, quæ a principibus Saxoniæ ſuper glaſti emporio in mandatis habebat, expoſuit. Gorlicenſes reſponſionis loco ſupplicem libellum regi exhibuerunt, hoc argumento: Glaſtum per principum Saxoniæ provincias eorundem permiſſu citra impedimentum Gorlicium advectum, ibique æſtimatum & diſtractum fuiſſe ducentis amplius annis, idque ea æquitate, ut in præſentem usque diem nullus unquam repertus ſit vel emtor vel venditor, qui de Gorlicenſium æſtimatione conquereretur. Eamque negociationem non ſuæ tantum ſed & reliquis omnibus civitatibus regiis, inprimis vero pannificum collegiis commodo fuiſſe & emolumento. Petere itaque rempublicam Gorlicenſem, ut jus æſtimationis hujus ab Imperatoribus ſibi indultum, & tam ab ipſo quam deceſſoribus regib. confirmatum, tanti præterea temporis præſcriptione & quieta quaſi poſſeſſione roboratum, præſidio regio ſalvum ſibi & incolume conſervetur.

Gorlicenſes jus ſuum antiquum retinent.

§. VI. Tandem 3. Cal. IXbr. Gorlicium venere legati Saxonici, Johannes V. de familia Weiſſenbachia Miſnenſium præſul Jurisque Doctor, & Miltitius a Rege una cum Georgio Emerico reverſi, narrantes controverſiam a Rege & principibus hac ratione compoſitam, ut Gorlicenſes vecturam, depoſitionem & æſtimationem glaſti ad eundem modum, quo antiquitus habuiſſent, retinerent.

§. VII. Nec multo poſt ſenatus literis præſulis ex Stolpena monitus, Dreſdam in aulam Ducum Saxoniæ miſit de ſuo ordine Johannem Schneiderum & Georgium Emericum, qui 16 Cal. Xbris hoc negotium, cui magnos labores, majores ſumtus impendetat civitas, ad optatum finem perduxere, confectis ſuper tranſactione hac & in archivo repoſitis publicis monumentis. Hæc fere M. Johannes Frauenbergius, Vir conſularis, cujus eo tempore præcipua fuit in ſenatu Gorlicenſe autoritas, in ſecretario ſuo

(x) Vid. Groſſer. Part. I p. 155.

Caroli IV. privilegium de Via Regia

ſuo ſcripta reliquit. Æſtimationis glaſti Gorlicii fieri ſolitæ meminit etiam Caroli IV. ſuper via regia privilegium, de quo alibi (y) diximus.

CAPUT CXXX.

De

Gorlicenſibus Parœcum deponentibus, eundemque recipientibus.

§. I.

1495. Gorlicenſes novum conſtituunt parœcum, Johanne Bohemo cum ſuis Diaconis depoſito & expulſo. Cauſa hujus depoſitionis traditur.

ANno 1495. Gorlicenſes novum conduxere parœcum depoſito Johanne Bohemo (z) juris pontificii prolyta, ejusque diaconis expulſis. Cauſa impulſiva hæc fuit, quod prohibere anniterentur, ne is Sittavienſe, Camitianum & Laubenſe Zythum haberet venale. Utque hac eum libertate ſpoliarent, aliquando in parœciam, quæ tum ad divi Nicolai erat, violenter irruperant. Bohemus Romam profectus, diu ibi hæſit, & cum per ſe ipſe, tum per procuratores ſuos ſenatum eodem citari fecit. Pendente lite Gorlicenſes annuo ſpatio ex omnibus opificum collegiis milites ſtipendiarios parœciæ impoſuerunt. Ad extremum tamen, cum multa aureorum millia in eam litem inſumſiſſent, nihilominus eundem parœcum recipere, eique in integrum reſtituto libertatem omnem priſtinam concedere, & ad hæc expenſas omnes refundere coacti ſunt.

Johannes Parœciæ reſtituitur.

qui 1498. Parœciam cum Martini Smidii, Canonici, beneficiis Ecclesiaſticis permutat.

§. II. Exulavit autem, ſecundum noſtros annales, annum integrum, & paroeciæ reſtitutus eſt cum diaconis ſuis circa feſtum aſſumtionis Mariæ anno 1496. Cnemiander annum 1498. ac poſtea anno 1501. paroeciam permutavit cum beneficiis cujusdam Martini Smidii eccleſiarum Vratislavienſis, Glogovienſis & Budiſſinenſis Canonici, viri fortunatioris quam doctioris, ſicut

Interdum docta ſors valet arte magis, nec raro impudentia primum habet emergendi gradum.

1515. tandem Budiſſæ moritur, 1513. Epitaphium ejus.

§. III. Tandem Bohemus diem ſuum obiit Budiſſinæ anno 1515. ſecundum Cnemiandrum, epitaphium ejus 1513. habet, quod aſſcribo: Anno Dn. MDXIII. dominica ipſo die S. Dionyſii obiit venerabilis vir Dn. Johannes Behm decretorum Licentiatus, Canonicus hujus eccleſiæ, cujus anima requieſcat in ſancta pace. Amen. Smidius vero, cum anno 1501. dominica natalem Mariæ proxime præcedente paroecus Gorlicenſium eſſet factus; anno 1518.

Smidius Gorlicenſium parœcus conſtituitur 1518 pri-

iterum primam celebravit miſſam dominica Quaſimodogeniti.

-mam iterum miſſam celebrat.

CAPUT CXXXI.

De

Rixa in via publica inter Nobilem quendam Coceritium & Paſtorem Grodenſem orta.

§. I.

1496. Rixa publica in via inter paſtorem Grodenſem & nobilem, in qua Nobilis graviter vulneratus moritur,

ANno 1496. inter paſtorem Grodenſem diœceſis Hanenſis, & inter Liſtium Coceritium in inſula Eliſtri habitantem, rixa in via publica oritur, non procul ab Hana oppido. Cum ad arma eſſet perventum, nobilis vulneratur adeo graviter, ut poſt dies aliquot moreretur.

res defertur ad Afranum, præpoſitum Miſnenſem. Paſtor è Mogellæ evadit vinculis

§. II. Cum filii interfecti ad cauſæ cognitionem vocati, ſæpius abeſſent: delata res eſt Miſnam ad præpoſitum Afranum. In Stolpenſi carcere ultra tempus annuum detentus ſacerdos eſt, in Mogellam ductus, præter omnem opinionem e vinculis evaſit.

Cognatus occiſi ovilia præſulis Miſnenſis &c. incendit, Grodenum parochiam cremat. Poſtea cum præſule reconciliatur. Juxta Fabricium.

§. III. Occiſi cognatus, qui Drebeaviæ ſedem habebat, audita illa fuga, manu nobilium collecta Vurcinam veniens præſulem Miſnenſem Johannem VI. Salhuſium in ordine XLII. provocat, & in vicinia urbis caſulam ruſtici & ovilia præſulis incendit, inde Grodenſem etiam cremat parœciam. Sed facti tandem pœnitens, gratiam præſulis implorat & impetrat non tamen ſine magno rei familiaris detrimento. Hæc Fabricius ſupplemento annalium Miſnenſium. Idem Lib. 3. p. 77. eorundem annalium inquit, eidem Johanni præſuli præter reliquam nobilitatem, cujus multitudinis duces erant, Alexander comes, ut vocant, Leisnitius Viperti Pegenſis, ut teſtatur G. Agricola, ſatu ortus, & Johannes Kitlicius, etiam Coceritios, familiam antiquam & fortem, bellum indixiſſe.

1510. Coceritius, Eqv. Luſatii, ſacerdotes cum concubinis captos miſè cruciat, caſtrat, eosque gignendo inutiles reddit

1552. fecit tale Albertus Culmbachens Marchio &c. 1509. Maltitii & Coceritii præſulis Miſnenſis totiusque Cleri adverſarii.

§. IV. Reperio & in Vratislavienſium annalibus circa annum 1510. Coceritium quendam eqv. Luſatium, qui ejusdem præſulis hoſtis eſſet, captos cum concubinis ſacerdotes miris modis vexaſſe: multos, ut alia magis pudenda relatu ſileam, gignendo inutiles reddidiſſe. Quod idem anno 1552. Albertus Culmbachenſis Marchio Brandeburgius & Francoviæ princeps Caſimiri F. Herbipoli quibusdam factitaſſe dicitur. Budiſſinenſes annotarunt an. 1509. Maltitios & Coceritios contra præſulem Miſnenſem & totum ejus clerum inimicitias exercuiſſe.

(y) Supra cap. 33. hujus Libri VI.

(z) Conf. Groſſer. Part. I. p. 152.

CAP.

CAPUT CXXXII.

De

Artificioſo aquæ ductu Budiſſinæ ædificato.

§. I.

1496. Budiſſinenſes artificioſum hydraulum exſtruunt, cujus

EOdem anno 1496. Budiſſinæ artificioſus ille aquæductus ædificatus (a) eſt, qui ex Sprea, aquam in CXX. cubitorum altitudinem elevatam urbi per canales ſuppeditare cœpit in profeſto omnium SS. Georgio: architecto præter ducentorum florinorum Rhenenſium mercedem annuus victus a Senatu præbitus. Annal. Budiſſ. Vratisl. & Cnem.

architecti merces,

CAPUT CXXXIII.

De

Magnis aquarum eluvionibus, & peſte circa ter mille homines omnium ætatum perimente.

§. I.

1496. Magna Laubæ Quiſſi inundatio, quam ſæva peſtis ſecuta, hanc

EOdem anno 1496. circa ferias divi Laurentii, Laubæ magna accidit Quiſſi eluvio, quam mox nundinarum tempore ſecuta eſt peſtis, quæ usque in annum 1498 graſſata ſupra bis mille, vel ut alii annotarunt, circiter ter mille hominum omnium ætatum peremit, & quidem ſæpe uno die XL aut L. ita ut civitatem pene deſertam reddiderit. Laboratum eſt in oppido magna omnium rerum neceſſariarum penuria, eique metu contagionis agreſtium nemo vel frumenta vel ligna vel lacticinia venum advexit.

ingens rerum omnium neceſſariarum penuria.

Gorlicii quoque Niſſi inundatio & peſtis magna eod. anno.

§. II. Eodem anno 1496. Gorlicii quoque magnam Niſſi inundationem eodem, quo Laubæ tempore factam magna excepit peſtilitas, quæ a feſto aſſumtionis Mariæ per totum hiemem usque ad carnisprivium inſequentis anni duravit, & 3600. vel ſecundum quosdam 4000. homines ſuſtulit. Eodem anno 1496. Cotbuſii adhuc millia mortalium eadem lue interiere. Faſcicul. tempp. quidam annum præcedentem habent, ſed male.

1496. Cotbuſium quoque peſtis luem paſſa.

Budiſſæ peſtem graſſatam eſſe teſtatur Epitaphium 1496. Margarethæ Stochlinæ, peſte & partu extinctæ.

§. III. Nec Budiſſinam hoc anno a peſtilentia fuiſſe immunem, teſtatur hoc epitaphium in baſilica Petrina: Anno Dn. 1496. in vigilia S. Lucæ evangeliſtæ obiit peſte ſimul & partu extincta honeſta Margaretha Stochlin D. Greg. Klett. U J. licen. uxor legit. Req. in S pace A. Annotavit & Cureus (b) æſtate anni 1496. prodigioſam Oderæ & omnium fluminum inundationem mox ſecutam peſtilentiam omnium ſæviſſimam, quæ in Sileſia & Polonia innumerabilem hominum turbam abſumſerit.

1496. Prodigioſa Oderæ & omnium fluminum inundatio, quam mox ſecuta peſtis omnium ſæviſſima maximè in Sileſia & Polonia.

CAPUT CXXXIV.

De

Diſſidiis inter Gorlicenſes & Nobilitatem cunctasque huic reliquas conjunctas quinque urbes propter cerevisiæ vecturam natis.

§. I.

1496. Inter Gorlicenſes & nobilitatem conjunctasque huic quinque Civitates propter cerevisiæ vecturam magna diſſidia enata.

EOdem anno 1496 inter Gorlicenſes ex una, & nobilitatem conjunctasque huic reliquas quinque urbes ex altera parte, propter cerevisiæ vecturam magna nata ſunt diſſidia. Habebant enim Gorlicenſes privilegia, ut quam late patet ipſorum territorium & jurisdictio, non niſi Gorlicenſis cerevisia venderetur, (c) extranea vero nulla adveheretur. Quæ eum exequi illi vellent, non ſolum Camitianis, Sittavienſibus & Laubanis, verum etiam nobilibus perquam moleſtum id accidit, adeo ut ad Vladislaum Regem de eo referretur.

Sittavienſibus vaſa diſſecant Gorlicenſes

§. II. Ademerunt autem Gorlicenſes hoc ipſo anno cereviſiam Sittavienſem, quibus eam habere venalem non licebat. Ruſticis etiam eandem advehentibus primo diluculo vaſa diſſecuere in colle inter Oſtricium & Hirsfeldum oppidula ſito, cui nomina vermis Sulianus (dubium qua ratione) dedit. Hac enim circumlocutione in noſtro quodam carmine hodœporico eum collem notavimus. Locus facti nomen adhuc retinet.

Sittavienſes bellum indicunt Gorlicenſibus,

§. III. Hæc ubi Sittaviam ſunt nunciata, ſenatus re deliberata, per literas Gorlicenſibus bellum indicit. Simul mittit, qui armenta horum in damni ſui compenſationem abigant. Fecialis, quem parvum cancrum cognominabant, per portam Gorlicii meridionalem, quæ Mariana dicitur, ingreſſus obvium habet conſulem, cui cum literas ex equo, quo vehebatur, albo, porrexiſſet, non exſpectato reſponſo, quod haud ex ſententia laturum ſe ſciebat, per por-

(a) Conf. Groſſer. Part. I. p. 162.
(b) In Annalibus Sileſiæ p. 217.
(c) Conf. Carpzov. Part. II. c. 1. §. 16. p. 200. & Groſſer. Part. I. p. 156. & Mylii Annales Gorlicenſes Latinis his ipſis Scriptoribus inſerti. In margine citat Manlius narrationem Latinam Annalium membranaceorum Curiæ Zittavienſis, qui nunc aſſervantur in Bibliotheca Zittavienſi.

portam orientalem a Niſſo denominatam præpropere exiens, apud Vinedicum Oſſigum pagum ſeſe prædatoribus reliquis conjungit.

Sittavienſes pecus abducunt Gorlicenſium.

§. IV. Abegerunt itaque illi domum ſuam ex Oſſigo utroque Teutonico & Vinedico, aliisque Gorlicenſium prædiis vaccas, vitulos, ſues, oves & equos. Gorlicenſibus prædam captam abactoribus excuſſuri, cum Heidersdorfi & Lindæ eos non eſſent conſecuti, ad ſua reverterunt.

Sittavienſes accuſantur & in turrem conjiciuntur trecentosque numerare florenos coguntur,

§. V. Inſequenti anno 1497. Pragam venit Vladislaus circa medium Quadrageſimæ. Ibi Sittavienſes a Gorlicenſibus ad Regem abigeatus accuſati, & duo ipſorum legati, poſtquam cauſam dixiſſent, in carcerem turris conjecti ſunt. Sed vix dum biduo elapſo, dominorum Pragenſium interceſſione iterum extracti. Ac tulit Rex ſententiam, ut Sittavienſes pro abacta præda Gorlicenſibus trecentos florinos Rhenanos numerarent.

quos reliquæ civitates colligunt.

§. VI. Quia autem civitates quatuor reliquæ una cum totius hexapoleos nobilitate facile intelligebant, Sittavienſes, potius quam id facerent, deſerta hexapolitanorum ſocietate, Pragenſibus cæterisque Bohemis ſeſe adjuncturos; Gorlicenſes vero multipliciter ſolicitati pecuniam illam Sittavienſibus remittere detrectabant; Nobiles & oppidani, quos dixi, ut ſententiæ regiæ ſatisfieret, de ſuo trecentos illos aureos contulere & Sigismundo Vartempurgio baroni Luſatiæ ſuperiori præfecto tradidere, a quo acciperent eos Gorlicenſes. Ad eam ſummam Laubenſes contribuerunt florenos L. Atque hæc fere Cnemiander.

Gorlicenſes pecuniam Præfecto donaſſe feruntur.

§. VII. Addit tamen eſſe, qui affirment, Gorlicenſes pecuniam recipere noluiſſe, ſed præfecto eam muneris honorarii loco donaſſe. Quod idem etiam innuit carmen quoddam populari lingua a Sittavienſi aliquo in civium ſuorum favorem compoſitum, in cujus extremo eſt: Gorlicenſes præfecto non quidem manus, quod ajunt, ſed ocreas argento auroque perunxiſſe.

Sittavienſes a Gorlicenſibus verbis aculeatis exagitabantur.

§. VIII. Viciſſim autem Sittavienſes a Gorlicenſibus ſalſis dicteriis exagitati ſunt, inter quæ celebre eſt hoc tetraſtichon, in Sittavienſes vaccilegos:

Impie tu nuper lætatus Sittavienſis
Abſtuleris craſſos quod mala furta boves
Caci vaccilegi ſectatus impia facta,
Caci nunc merito fata pudenda feres.

1491.
Alia narratio de hac lite ex annal. Gorl.

§. IX. Gorlicenſium annales hæc ſub anno 1491. commemorant: verum ita, ut Sittavienſes juſſu regis ſexcentos aureos Rhenanos noſtratibus dare coactos referant, quorum medietatem, ut res eo facilius componi poſſet, civitates reliquæ ultro promiſerint. Budiſſinenſes totam ſummam ſexcentorum florinorum a nobilitate & oppidanis numeratam Gorlicenſibus annotarunt. Laubenſis etiam quædam conſignatio eodem anno 1491. Gorlicenſes a Sittavienſibus vaccis ſpoliatos refert. Neque tamen controverſia de cereviſia inter Gorlicenſes & civitates fœderatas ac nobilitatem tolli tum potuit. Sed permiſſum eſt cuivis ut biberet, quicquid palato ipſius gratum eſſet & ſolvere poſſet. Vide narrationem ſupra dictam. (d) Camitiani & Laubenſes &c. deſciverunt a Sittavienſibus.

ex Budiſſinenſium,
1491.
& Laubenſium.

Sittavienſium recuſatio mulctæ.

§. X. Cæterum Sittavienſes, ut numerationem mulctæ eo recuſarent pertinacius, hac moti fuere ratione, quod protrita ſit & vulgatiſſima in univerſo jure, tam Saxonico, quam civili regula: Si quis pro rapina pecuniam perſolvat, eum reddi infamem & juri alienum, ut haberetur l. ult. ff. de iis qui notant. infa. l. non damnatos & ibi glos. in verb. Sed pactos. C. quibus ex cau. alic. infa. irro. l. tranſigere C de transactio. not. in l. ſi tibi decem §. 1. ff. de pact. Juſt. de poe. tem. litig. §. ex quibusdam. Facit 6. q ſ. infames. Lande. art. 37. lib. 1. & ibi gloſ. & repetit gloſ. lib. 2, art. 13. &. art. 70. lib. 3. Weich. art. 4. & 38. in gl. cum ibi notatis. Cauſa autem, cur non damnati duntaxat bonorum raptorum, ſed etiam pro iis pacti infamentur, hæc eſt, quod, qui paciſcitur, crimen confiteri intelligatur l. athletas. in fin. cum l. ſeqv. ff. de his qui no. inf. Et licet, ſi quis pro delicto juſſu judicis paciſcitur, ipſo jure infamia tollatur l. furti §. qui juſſu ff. de infamibus, non tollitur tamen apud bonos & graves viros l. 11. ff. de obſeqv. a libe. & libert. parent. & patro. præſt. & nota. in d. §. ex quibusdam. Inſtit. de pœn. tem. litigan. Quamvis etiam gloſ. art. 17. Landr. lib. 3. afferat, ſi quis non per ſe ipſe, ſed per alium ſpolia &c, paciſcatur, eum ſua juris beneficia non amittere, Secundum cautelam Bart. in l. infamem. in 3. colu. ff. de pub. judi. Abb. in C. cum te de re judi. tamen frigida iſta videntur. cum paria ſint, quid per ſe vel per alium facere.

Gorlicenſium privilegia.

§. XI. De Gorlicenſium privilegiis ſic res habet. Carolus IV. Imperator privilegium Gorlicenſibus conceſſit, quo cavetur, ut intra ſesquimilliare atque adeo duo milliaria peregrinam h. e. aliam quam Gorlicenſem cereviſiam importare vendereve nulli liceat. Ea res poſtea Georgicone regnante agitari cœpta eſt & declarari. Mox etiam a Matthia ejusdem tenoris privilegium impetrarunt. Sed adverſante & impediente nobilitate hactenus quidem ju-

ris

(d) Forte Autor reſpicit ad cap. 130.

ris hujus quaſi poſſeſſionem non ſunt adcepti. Nec poſt Vladislai tempora unquam ejus rei ſecere mentionem. Etſi enim anno 1530. (quo hexapolitanis cum nobilibus de braxatura, coctione & venditione cereviſiæ, deque opificibus manuariis extra urbes non fovendis lis fuit) in Pragenſe conventu privilegia illa ſua contra nobilitatem denuo proponere Gorlicenſes voluerunt; tamen cum Sittavienſes, Laubenſes & Camitiani, quod viderent ea non minus ſibi quam nobilibus eſſe damnoſa, ideo ſe a Gorlicenſibus ſejunxerunt.

Lis hæc inter Nobiles & hexapolitanos compoſita, per D. Ludovicum Fachſium, Ordinarium Lipſenſem, certo pacto

§. XII. D. Ludovicus Fachſius ordinarius Lipſenſis, communis tum ſecundum Hiernnymum Scurfium anteceſſorem J. C. Vitebergenſem hexapolitanorum contra nobiles advocatus, iterum eos in gratiam reduxit & conjunxit, hoc pacto, ut Gorlicenſes privilegia iſta tum quidem non proferrent; Alio autem tempore integrum ipſis eſſet ſuo iis arbitratu uti.

CAPUT CXXXV.

De Gorlicenſibus monetam in Sileſia noviter cuſam vetantibus.

§. I.

1506.
Gorlicentium inimicitiæ cum principibus & civitatibus Sileſiacis. Quarum origo ſic ſe habet; Principes Sileſiæ novos groſſos cudunt, quorum uſum Gorlicenſibus publice vetantibus, omnibus per omnem Sileſiam commerciis interdicitur, eisque Fridericus Lignicenſis detentis curribus, argentum multum pannosque aufert. A Gorlicenſium partibus hac in cauſa nobilitas & reliquæ ſtant Civitates.

ANno 1506. circa Pentecoſten inimicitiæ fuere ſenatui Gorlicenſi cum principibus & civitatibus Sileſiacis, ex tali cauſa ortæ. Principes Sileſiæ & Svidnicenſis ac Vratislavienſis Reipublicæ permiſſu regio novos cuderant groſſos. Eorum uſum Gorlicenſes per præconem publice vetuere. Quare non injuria ſolum ſed & contumelia ſe adfectos interpretabantur Sileſii. Interdictum itaque eſt Gorlicenſibus omnibus per totam Sileſiam commerciis & negotiationibus. Fridericus etiam Lignicenſis (e) detentis aliquot eorum curribus, multas iis argenti infecti maſſas placentarum inſtar formatas, plurium item pannorum ademit, illud cudendæ monetæ, hos famulitio veſtiendo impendens. Cauſam Rex proceribus coronæ Bohemicæ cognoſcendam delegavit. Quanquam autem inconſultis ſociis civitatibus & nobilitate Luſatiæ ſuperioris monetam prohibuerant Gorlicenſes; quia tamen juri & legitimæ majeſtatis regiæ cognitioni ſeſe offerebant, nobilitas & civitates reliquæ ab illis ſtetere.

§. II. Quid vero Pragæ inter utramque partem actum ſit, ne tum quidem ſciri potuit, niſi quod principum & Vratislavienſium legati in reditu thoracum & caligarum tenus deſpoliati, in Bavariæ quadam arce cuſtoditi ſunt. Reliquæ civitates Sileſiæ cum Chriſtophoro, quem nigrum cognominabant, nobili prædone tranſegerunt, & pro redemptione captivorum quadringentos florinos Hungaricos numerarunt.

Principum & Vratislavienſium Legatorum fata, ſpoliatio, incarceratio, & liberatio. Chriſtophorus, cognomine niger, prædo nobilis.

§. III. Inſequenti anno, qui ſeptimus fuit ſupra ſeſque milleſimum, Gorlicenſes promotione & commendatione domini Alberti Colobratii cancellarii Bohemici, non ſine muneribus tamen ſententiam regiam Bohemica lingua conceptam impetrarunt, qua principes Sileſiæ & Vratislavienſes novam monetam abrogare, & Gorlicenſibus res ademptas reſtituere jubebantur. Ea freti Gorlicenſes eodem anno 1507. feria tertia poſt feſtum Lucæ Evangeliſtæ, vel quod idem eſt, ante Simonis & Judæ feſtum, hoc eſt VIIIbr. 23. currus Vratislavienſium XXV. Francofurto ad Mœnum ſito venientes detinuerunt, idque mandato regis, uti ferebant, propter interceptas prius Lignicii & Goldebergæ merces ſuas.

Albertus Colobratius, Cancellarius Bohemicus. Sententiam regiam pro Gorlicenſibus tulit.

Gorlicenſes XXV. Vratislavienſium currus detinent.

§. IV. Legati Vratislavienſium, cum dimidium fere menſem de liberatione curruum cum Gorlicenſibus fruſtra egiſſent, quingentis marcis, quas menſtruo ſpacio aurigæ inſumſerant, exolutis, currus ibi reliquere ad feſtum usque Annunciationis Mariæ anni 1508. quo tempore miſſus a Vladislao ſcriba cancellariæ ita rem ſecreto compoſuit, ut Vratislavienſes merces ſuas a Gorlicenſibus octingentis florenis Hungaricis redimerent. Sic Cnemiander.

Qui ab Vratislavienſibus certa pecunia redimuntur,
1508.
lisque ſecreto componitur.

§. V. Vratislavienſium annales XVI. tantum meminere currum, Noricis & Belgicis mercib. onuſtorum, ad eosque arreſtandos narrant provocatos fuiſſe Gorlicenſes quadam Vratislavienſium injuria, pro cujus recompenſatione tandem DCCC illos florenos acceperint. Crato paralipomenis Gorlicenſes ea in re Friderico Legnicienſi hoſti Vratislavienſium gratificatos ſcribit, falſus, & opinor, perperam intellectis aliorum annalium annotatis, qui merces Gorlicii detentas ſcribunt propter confœderationem quandam cum Friderico Legnicenſe. Non enim Gorlicenſes, ſed Vratislavienſes Friderico fuiſſe fœderatos ex Cnemiandro apparet. Et Crato ipſe cum Curæo (f) teſtis eſt, anno demum 1509. Legnicenſem recens a peregrinatione Hieroſolymitana reverſum ſe hoſtem

De Friderico Legnicenſe varii variæ.

(e) Confer infra Tomi I. Parte altera Martini Mylii Annales Gorlicenſ. Latinos pag. 23. b. ſeq. ſub anno 1566.

(f) In Annalib. Sileſiæ p. 227.

hoſtem Vratislavienſibus declaraſſe, eorumque merces intercepiſſe: quod eum impediiſſe diceretur, quo minus Sileſiæ cum imperio præficeretur.

CAPUT CXXXVI.

De

Luſatiæ inferioris privilegiis confirmatis ac renovatis.

§. I.

Privilegia Luſatiæ inter. quædam igne conſumta, inter quæ diploma Caroli IV. ſpeciale de ſingularum provinciarum immunitatibus & libertatibus.

INcendio perierant Luſatiæ inferioris incolis privilegia nonnulla, quibus a prioribus regibus Bohemiæ & Marchionibus Luſatiæ inferioris, nec non aliis provinciæ dominis fuerant donati: Inprimis autem Caroli IV. diploma ſingularum provinciæ immunitatum ſeu libertatum ſpecialem & per partes expreſſam confirmationem continens: de cujus tamen argumento & aliæ Imperatorum, regum ac principum literæ aliqua ex parte mentionem faciebant, & Georgii regis temporibus incolas ſuis ipſorum juramentis publice fidem facere oportuerat. Ut igitur & quæ cladi ſuperfuerant privilegia confirmare & quæ interciderant renovare ac inſtaurare dignaretur Uladislaus Rex, hoc tempore ordines ſubjectiſſima reverentia petierunt, commendatore & promutore uſi illuſtriſſimo principe Sigismundo Rege Poloniæ, magno duce Lithuaniæ, Ruſſiæ Pruſſiæque Domino ac herede, Uladislai fratre, qui per id ipſum tempus ad regnum Poloniæ vocatus fuerat, cum Sileſiæ prius & Luſatiæ Præfectum egiſſet toto triennio.

Sigismundi R. Poloniæ commendatione.

1507. Ab Vladislao Rege reddita ac noviter conceſſa,

§. II. Hujus igitur precibus & interceſſione non minus quam regia clementia ac bonitate amoreque & benignitate in ſubditos motus Uladislaus Budæ anno 1507. Calendis Febr. Luſatiis inferioribus privilegium conceſſit, quo iis cum alias omnes marchionatus illius libertates, tum imprimis hæc tria capita confirmavit. Ut in ipſa provincia præfecti regii inveſtituram impertiant cum Vaſallis aliis debito tempore eam requirentibus, tum defunctorum fratribus & fratrum filiis aliisque gentibus (hoc eſt qui & cognominibus & inſignibus uterentur iisdem) quibus ea propter conjunctam manum, quam vocant, competit. Ut in expeditionibus ultra fines provinciæ profectis impenſæ a regibus præſtentur. Ut incolæ a quovis quacunque ex cauſa ad tribunal regium aliudve extra provinciam quodcunque ne citentur. Confirmant præterea Venceslai & Sigismundi regum diplomata, de non alienandis a regno Bohemico Luſatiæ inferioris ordinibus annexa diſerte hac comminatione: ſi quis incolarum alteri cuicunque domino ſeſe obſtrinxerit ſubjeceritve, cum ipſo facto infamiam, honorum amiſſionem & gravem inſuper pœnam a regibus Bohemiæ infligendam ſubiturum.

ac imprimis tria capita confirmata.

Diploma, de non alienanda Luſatia infer. a Bohemiæ regno, ſub gravi comminatione & pœna ſirmat.

§. III. Notandum autem in hoc diplomate primo omnium inferioris epitheton Luſatiæ additum, itemque ſex civitatum ſive hexapoleos (ſuperioris nimirum Luſatiæ) nomen diſerte reperiri.

Hoc in diplomate Luſatia diviſa primum ſuperioris & inferioris nomen ſortitur.

§. IV. Uladislai privilegium una cum reliquis anno 1526 Dominica poſt feſtum converſionis Paulinæ proxima, Budæ confirmavit filius ejus Ludovicus Rex, qui duo præterea beneficia marchionatui indulſit. Alterum ut in poſterum perpetuo Vaſallis ſine hæredibus idoneis decedentibus bona caduca immediate, & citra novam ullam inveſtituram ad ipſorum fratres, aut deficientibus ad fratrum filios, quod ſi hi quoque non exſtent, ad filias ipſorum, denique nemine prædictorum ſuperſtite, ſemper ad proximos quosque devolvantur: Cujusmodi fere privilegio ejusdem Uladislai beneficio Svidnicenſis & Javorienſis in Sileſia principatuum incolæ etiamnum gaudent. Alterum, ne quis a ſententia per ordinarios & juratos provinciæ judices lata appellare auſit.

1526. Vladislai Privilegia confirmat, Ludovicus Rex filius, indulſis præterea duabus adhuc aliis,

§. V. Ferdinandus vero Rex, cum anno 1538. 26. Maji Gorlicii iisdem Luſatiis inferioribus omnia confirmaret privilegia, modo dictum tamen a Ludovico recens conceſſum diploma, indultasque in eo immunitates ſolas diſerte excepit. De appellatione vero ait diſpoſitum eſſe & ſancitum in forma proceſſus juridicialis, quam ad ordinum inſtantiam & ſolicitationem ipſis confirmarit,

1538. Luſatorum infer. privilegia confirmat Ferdinandus Rex, excepto expreſſe Ludovici diplomate, recens conceſſo. Appellationis privilegium ſ[…]ncit & confirmat.

CAPUT CXXXVII.

De

Georgio Emerico Conſule Gorlicenſi, & Equite Aurato moriente.

§. I.

EOdem anno 1507. Jan. 21. hoc eſt ipſa die Agnetis, quæ erat feria quinta, obiit (g) Georgius Emericus Conſul Gorlicenſis & Eques auratus, & in ſepulchrum patris ſui illatus eſt, ut moriens mandaverat.

1507. Georgius Emericus Conſ. Gorlicenſis &c. moritur & ſepelitur,

§. II. Anno 1571. quo hæc ſcribebamus, in cœmeterio divi Nicolai ſaxum tumuli confra-

1571. Gorlicii in Cœmeterio

(g) Conf. Tomi I. Part. altera Martini Mylii Annal. Gorlicenſ. pag. 24. a. ſub anno 1507.

Nicolai ſaxum tumuli Emericiani, cum inſcriptione & cippo lapideo eruitur.

confractum & detritum ceſpite, quo tegebatur, erutum eſt, in quo de inſcriptione hæc, quæ legi poſſent, ſupererant verba. Erectus etiam fuerat prope tumulum cippus lapideus, poſtea collapſus, cujus alterum latus cœnæ Dominicæ, alterum extremi judicii, faſtigium vero crucifixi Chriſti ſculpturis fuere ornata. Hujus ſummi viri, hoc eſt præclarum in deſcriptione Gorlicii Meiſteriana elogium: (h)

Viri hujus elogium deprædicat Meiſterus in deſcript. Gorlicii.

\- - - maximus autor
Quicquid ubique boni noſtra modo cernimus urbe
Huic debent alimenta ſibi quod præſtita, paoper
Turba, quod a ſævo defendant frigore tecta.
Huic urbs quod celo tectis æquata ſacella.
Bis ſeptem taceo pagos, ædesque relictas
Immenſum fulvi pondusque nepotibus auri
Divitiis famaque potens &c.

1489. Fundavit hic Emericus Xenodochium ſuis ſumptibus,

Fundavit enim anno 1489. quo conſulatum gerebat, in uſum egenorum novum Xenodochium e regione ædis Marianæ, in quo hoſpitio nocturno exciperentur religionis ergo peregrinantes: itemque pædagogi & ſcholaſtici primum in urbem adventantes: inſumſitque de ſuo in ædificia & dotationem mille ſexagenas. Inſequenti anno fontem, cui Salomonis nomen eſt, canalibus eodem deduxit. De Cenotaphio Chriſti impenſis ejus excitato ſatis ſupra (i) dictum eſt.

1490. nec non fontem Salomonis canalibus deduxit. de cœnotaphio Chriſti ſuis impenſis confecto ſupra prolixius.

§. III. Impoſuit & anno 1492. teſtamenti loco altari, quod eſt ad dextram ante ingreſſum chori in templo cœnobii, lapidem, in quo affabre ſculpta virgo Deipara refixum a cruce natum mortuum gemio fovet, aſtantibus Joſepho cum alabaſtro unguenti boni, Johanne imberbe & Nicodemo cum libro. Addita literis inauratis hæc inſcriptio: Anno Domini 1492.

1492. Altari in templo cœnobii lapidem impoſuit egregie ſculptum, addita inſcriptione inaurata.

Sit pius ille mihi: qaem fles: dulciſſima virgo.
Auctor erat Georgius Emrich.

§. IV. Saxum ipſum non procul a Praga exciſum advehi curavit, & Johanni Olomucenſi ſculpendum locavit privato ſumtu. Vidi Vratislaviæ ſub ſimilibus picturis Mariæ ulnis tenentis Chriſtum mortuum duas alias inſcriptiones, quas apponere hic libet. Prior eſt in baſilica cathedrali divi Johannis:

Saxum hoc ad Pragam exciſum, Johannes Olomucenſis ſculpſit. Similes Vratislaviæ picturæ cum inſcriptionibus.

Autor eras vitæ, nunc es lacrumabile funus,
Rurſus & ex illo funere vita venit.

Hanc viri docti & quidem Itali laudarunt. Altera in cœnobio divi Adalberti talis legitur:

O lux ſola tuæ ſpes o fidiſſima matris
Exanimum corpus heu mihi cerno tuum.

§. V. Ejusdem Emerici duo inter cætera narrantur maxime inſignia ſeveritatis exempla. Erat ei in hortis ſuis pyrus tenella adhuc & vel primifera vel ſummum ſecundis jam fœda fructibus. Eam cum in deliciis haberet, mandaverat hortulano, caveret, ne quod inde pyrum vel furtim auferretur, vel per incuriam antequam maturuiſſent omnia, decuteretur, aut alio quovis modo læderetur. Forte evenit, ut delapſum caſu ex arbuſcula pyrum & inter gramina læta non animadverſum hortulanus in fœniſecio falce totum pene diſſecaret imprudens.

Georgii Emerici inſignia ſeveritatis Exempla, quorum primum.

§. VI. Metuens itaque ſibi, quod interdictum & minas heri (κλῆρῦ καὶ α'ς-ερῦ) in memoria haberet, pyrum ſublatum, cum extrema ejus pars utramque adhuc cohæreret, ex ramo biſurco (Zwiſel) ſuſpendit. Supervenit mox Emricus, cui cum hortulanus timens tremensque rem omnem narraſſet: Recte tu, inquit, tibi caviſti. Aliter enim ſi feciſſes, & vel voratum a te vel alioqui perditum fuiſſet pyrum, actum de te fuerat. Durum hoc & dignum magiſtratus Gorlicenſis rigore: Interminationis tamen acerbitatem pœnæ amaritudo non eſt ſecuta.

§. VII. Illud nimis aſperum & pene crudele. Hominem enim quendam facetum καὶ γελωτοποιὸν, qui veſtem pelliceam inverſam indutus, ad uxorem ipſius & filias in balneo lavantes, ut riſum iis commoveret, ingreſſus fuerat: Hunc ergo Emricus, ne quis porro debitam ſexui reverentiam impune temeraturum ſe fideret, ad ſupplicium rapi & capite plecti juſſiſſe fertur. Ob hujusmodi ſeveritatem nec non potentiam Rex Gorlicenſis vulgo appellatus eſt: quo nomine & reverendus dominus Lutherus alicubi eum dignatur.

Alterum Severitatis Exemplum.

ob ſeveritatem Rex Gorlicenſium appellatur, quo nomine eum quoque B. Lutherus dignatur.

§. VIII. Propter opes divitis cognomentum eſt ſortitus: ab ætate ſenis. Ad gubernationem Reip. ſubſidium attulit maxime neceſſarium eruditionis non vulgaris. Eos enim juvenis in artibus liberalibus fecerat progreſſus, ut prima laurea ornaretur. Atque ideo ipſe etiam filios ſtudiis literarum adhibuit.

Ob opes dives, ab ætate ſenex cognominatur. Eruditus haud vulgariter fuit.

§. IX. Inter plures utriusque ſexus liberos filium habuit Dn Caſparem utriusque juris doctorem, academiæ Bononienſis anno 1504. Rectorem, poſtea Decanum Budiſſinenſem: qui cum hoc ipſo anno 1507. quo

Caſpar, filius Georgii Emerici, J. U. D. Bononienſis Academiæ Rector 1504. poſtea Decanus Budiſſinenſis 1507.

(h) Vid. Tomi I. Part. altera p. 99. a. v. 424. ſeqq.
(i) Cap. 98. hujus Libri VI. conf. Tomi I. Parte altera p. 116. ſeqq.

Decaniam Budiſſinenſem novam exſtruit poſtea Budiſſina excedens Fribergæ e vivis ſublatus.

quo pater Georgius obiit, Decaniam ex imis ſundamentis novam exſtruxiſſet, in eaque multos annos ſplendidam & ſumptuoſam habuiſſet aulam, poſtea anno 1520. die Thomæ Budiſſina excedens Fribergam Miſniæ conceſſit ad ſororem Altpeccio nuptam, ubi haud multo poſt è vita exceſſit. Digreſſo Caſpare Decaniam Carolus Monſterbergenſium princeps, tunc Luſatiæ ſuperiori præfectus, regiæ majeſtatis nomine occupavit.

Cui in Decania ſucceſſit Carolus, Monſterbergenſium princeps, Luſatiæque ſuper: præfectus.

§ X. Effigies ejus imberbis, cæſarie in humeros promiſſa, manicis ex purpura auro intertexta Budiſſinæ adhuc viſitur, in choro, in ſtallo Decani. Renovari eam & affigi curavit modernus Decanus Dn. Leiſentritius, addita hac epigraphe:

Leiſentritius, modernus Decanus, effigiem ejus renovatam hac ornat Epigraphe:

Vera effigies

Reverendi atque excellentis viri Dn. Caſparis Emerici V. I. D. diſertiſſ. quondam univerſitatis Bononienſis unius, quod paulo infra (k) patet Lovanienſis Rectoris & hujus Eccleſiæ Decani &c. Anno Domini M. D. VII. Exſtat & in ædibus decaniæ vetus ſaxum, cui hi verſus inciſi, *κακόμετρα* illi quidem, ſed, ut opinor, a quodam proſodiæ ignaro corrupti.

> Caſparis Emrici fulgent monumenta laborum,
> Officii primo curſim quæ ſtruxerat anno
> Reddere cui grates pietas majora conanti (volenti)
> Poſtulat. Quare (ergo) procul hinc livida turba recedas.

M. CCCCC. VII.

Manuſcriptam Emrici orationem, Bononiæ ſub ejus Rectoratu habitam Manlius vidit. 1504.

§. XI. Vidi & ipſius Emrici manuſcriptam orationem, quam Bononiæ ſub ejus rectora u in exordio prælectionum publicarum Dn. Martinus de ſeptem caſtris juris utriusque in eadem academia ſtudioſus 3. Cal. IXbris anni 1504. juſſu rectoris habuit: cujus prima in parte rectorem ipſum recens electum Emricum ab eruditione doctrinæ, virtute multiplici, ingenii dexteritate & aliis animi dotibus, patria item & nobiliſſima natione Germanica, denique a familia, ingenua nimirum & antiqua honoratiſſimaque Emericorum domo laudat & commendat, ejusdem in ſe privatim benevolentiam & beneficia prædicat. Altera, academiæ Bononienſis encomium habet, nec non illuſtriſſimi Principis Joh. Bentivoli, ejusdem urbis domini ac Senatorum ejus in academia munificentiam & merita commemorat, Tertia pars eſt, de initiis progreſſuque legum & ſtudii juris tam civilis quam pontificii. Atque hinc apparet, falſi eos, qui vel Lutetiæ Pariſiorum vel Lovanii magiſtratum ſcholaſticum Emericum geſſiſſe putarunt.

Orationis hujus argumentum.

Johannes Bentivolus, Bononiæ Dominus.

Lutetiæ Pariſiorum vel Lovanii Rector falſo a quibusdam putatur.

(k) §. XI. hujus capit. 137.
(l) Vide infra Tomi I. Part. altera p. 125.

§. XII. Honoratiſſimæ ampliſſimæ Emericorum familiæ, quæ etiamnum Gorlicii ſupereſt & floret, inſignia (l) in planicie nigra Sirenem ſuper tabula latruncularia præ ſe ferunt, qualia hic depicta vides lector. Alæ pertransverſum, tabula item & cancellato ore galeæ redimicula croceo nigroque coloribus ſunt diſtingvenda. In ea tale exſtat Dn. Petri Vincentii Vratislavienſis V. CL. epigramma:

Inſignia familiæ Emericianæ, ac

compoſitum in ea Petri Vincentii, Vratislavienſis Epigramma:

> Ardua qui fortes virtute pericula vincunt,
> Syrenum atque Ithaci ceu ducis acta monent.
> Horum fama volat paſſis ſuper æthera pennis,
> Aureaque in ſumma caſſide ſerta nitent,
> Hæc Emericorum virtutis ſymbola genti,
> Imperii dominus caſſide ferre dedit.



CAP. CXXXVIII.

De

Magno inter Camitianos, Budiſſinenſes & Punocovios diſſidio, ſeditione Camentii mota & documentis ex hac hiſtoria capiendis.

§. I.

Odem anno 1507. Camitiani novum ſalis venalis forum publicum aperuere. Quod cum Budiſſinenſes moleſte ſe ferre oſtenderent, commiſſionem regiam impetrarunt Camitiani. Sed & Budiſſinenſes reſcriptum regis acceperunt, ut ſua ſibi jura integra eſſent & ſalva. Ita res poſt multos actos conventus erupit tandem in magnum utriusque civitatis diſſidium. Ad diſceptationem igitur judicialem ventum, in qua pro Budiſſinenſibus ſententiam de poſſeſſorio tulere Magdeburgen-

1507. Salis venalis forum publicum Camitianorum apertum, Budiſſinenſes ægre ferunt.

Hinc magnum utriusque Civitatis diſſidium.

Sententia fertur pro Budiſſinenſibus.

Digitized by Google

burgenſes. Nihilo tamen magis a lite deſiſtebant Camitiani, & ſumtus facere pergebant tantos quidem, ut pagum unum vendere neceſſe haberent, tametſi non multum facerent operæ pretii. Autor ejus conſilii fuerat civitati notarius Reip. Johannes Heiderichus natione Francus vir temerarius, qui rem inprimis urgebat, & ſpem fecerat multitudini, ſe jus illud ſeu libertatem contra Budiſſinenſes vel alios quoslibet facile obtenturum.

Pernicioſi hujus Conſilii Autor Johannes Heiderichus, Civitatis Camentianæ Notarius.

§. II. Lite pendente, anno proximo 1508. Punicovii nobiles ſilvam quandam Camitianorum ſibi vendicarunt, quod dicerent, eam antiquitus ad Eliſtrum pagum pertinuiſſe. Hanc cum ſuo arbitratu Punicovii uſurparent, Camitiani incognita cauſa, armata manu id prohibuere, miſſisque ſclopetariis & baliſtariis armatis ſilva omni cæſa, in urbem ligna convexerunt. Quo facto magnam incurrere indignationem præſidis domini Sigismundi Vartembergii, qui cum ſexaginta equitibus ad urbem acceſſit, eam multaturus; verum intromiſſus non eſt.

Punicovii nobiles ſilvam Camitianorum ſibi vendicant.

Sigismundi Vartembergii, præſidis, indignationem incurrunt Camitiani, quem urbem armata manu accedentem non intromittunt.

§. III. Demum cum Camitiani forum ſalinatium contra Budiſſinenſes obtinere non poſſent, & in litem cum Puricoviis multum pecuniæ inſumſiſſent, ſeditionem plebs movit contra ſenatum, quaſi is vel ignavia vel diffidentia vel denique colluſione cum adverſariis privilegia civitatis prodidiſſet. Erantque cum ſenatores omnes, tum imprimis notarius in magno vitæ diſcrimine. Nemo alteri tuto fidere audebat.

Seditio plebis Camitianæ contra ſenatum mota.

§. IV. Magiſtratus in urbe longo tempore nulli, nulla judicia. Unde factum eſt, ut Camitiani illi ſeditioſi a reliquarum civitatum incolis vulgo liberi Friſii cognominarentur. &c. Quid autem poſtea acciderit, & quomodo res tandem ſit compoſita, non narrat Cnemiander, ſed lectorem remittit ad Chronicon M. Johannis Coqui, notarii Laubenſis, in quo rem totam copioſe ait eſſe expoſitam. Id nos non vidimus. E curia enim, in qua aſſervatum fuit, ſubtractum eſt.

Ob carentiam Magiſtratus & judiciorum liberi Friſii Camitiani cognominati.

§. V. Budiſſinenſes non ſalinarii tantum, ſed & carnarii fori meminere, de quo utroque cum Budiſſinenſibus lis fuerit Camitianis privilegio ſuper iis ſuo fretis. Nihil autem profeciſſe hos, quod originale caducum & depravatum in ſigillo proferre non auderent. Annotarunt iidem, Camitianis aliquando inteſtina cum ſeditione conflictantibus, Georgium Steinium præſidem, qui eo tempore Budiſſinæ fuerit, cum aliquot centenis expeditis, acceptis ſecum lictoribus, Camitium petiiſſe, ut pœnas a ſeditioſis exigeret. Sed illos a vicinis monitos portas urbis occluſiſſe, atque ita præſidem re infecta receſſiſſe. Poſtea Budiſſinenſes numeratis pro Camitianis trecentis florinis præſidem placaſſe, ne regi hos deferret. Ea narratio ſi huc pertinet, Steinii nomen per ἁμάρτημα μνημονευτικὸν in eam irrepſerit oportet.

§. VI. Nunc documenta aliquot, quæ ex hiſtoria magiſtratibus urbanis capienda elicit Cnemiander, ſubjiciemus. Quorum primum eſt, ut ne ſeniores collegæ temere ſenatu moveantur, niſi forte extrema eaque inevitabilis jubeat neceſſitas. Cedere enim hoc plerumque in reliqui ſenatus perniciem, quod ſæpe ii, quibus ita abrogatus eſt magiſtratus, arcana reipubl. quorum conſcii ſunt, in ſenatus invidiam ac detrimentum plebejis communicent atque propalent, unde occulta adverſus ſenatorii ordinis viros odia & ſimultates clandeſtinæ obtrectationesque exiſtant.

Documenta aliquot normarum Camentienſi Reipublicæ præſcriptarum.

§. VII. Deinde, ſi civitas quæpiam vel cum alia majore, vel cum nobilitate judicio contendere cogatur, ne ſenatus litis victoriam multitudini ſpondeat. Eſſe enim eventum judiciorum ex autoritate Scævolæ dubium ac incertum & quovis Euripo inconſtantiorem. Sæpe etiam apud judices δωροφάγυς vel juſtiſſimam cauſam foventes cauſa cadere. Primum itaque ut res ſine ſtrepitu juris amice componi poſſit videndum. Quod ſi id fieri nequeat, in conflictatione forenſi ad ſummam diligentiam nihil ſibi reliqui faciat ſenatus, eventum vero præſtaturum ſe recipiat. Sic enim fore, ut adverſo rei, ſi ita cadat, exitu minus ſibi ad populum invidiæ conſletur.

§. VIII. Tertium eſt, ne qua civitas in negotio quocunque cauſa incognita aut inconſulto præſide quicquam de facto & vi attentare præſumat. Nam id fere civitatibus male cedere conſveviſſe. Ultimo operam det ſenatus, ut ſicut domeſticos ſuos debet pater familias, ita ipſe cives ſub timore congruo & obedientia teneat, quibuslibet eos deliberationibus non adhibeat arbitros ſeu teſtes, & comem quidem ſe ac facilem & affabilem præbeat omnibus, delinquentes vero ſevere coherceat & caſtiget.

CAPUT CXXXIX.

De Territorio Sprembergenſi hypotheca titulo inſcripto & lite exinde orta.

§. I.

IN annum ultimi ſeculi 1508. incidit controverſia ordinum Luſatiæ inferioris & præſidis regii de territorio Sprembergenſi. Ea talis fuit: Uladislaus rex nobilitatem, arcem & urbem Sprembergenſem cœnobium Veſtalium in ſuburbanis Gubenenſibus, vectigalia Lu- 1508.

Controverſia ordinum Luſatiæ infer. cum præſide regio de territorio

Sprembergenſis, ejusque arce de qua usque ad finem capitis.

cenſia aliaque in Luſatia inſeriore ſita bona cum omni jure, omnibusque immunitatibus Henrico Burggravio Miſnenſi comiti Hartenſteinio & domino Plauenſi, dum is Luſatiæ inferioris præſidem ageret, hypothecæ titulo inſcripſerat. Poſtea cum Venceslaus Lubenius a Landeſcheinio arcem Sprembergenſem obtinens in Joschimum I. Electorem Brandeburgium Vladislai cognatum prædas ex ea ageret, ſubditosque hujus & alios affligeret, ac poſt deſignatum facinus prædatorum nonnulli, inſequentibus eos injuriam paſſis in arcem Sprembergenſem evaſiſſent, Lubenius vero & Sprembergenſes ad reddendam coram præſide & ordinibus Luſatiæ inferioris facti rationem citati, nec per ſe ipſi comparerent, nec procuratores mitterent: Tunc ergo Georgius Schellenbergius dominus Coſti & Cornovii, ea tempeſtare Luſatiæ inferiori præfectus & ordines marchionatus arcem urbemque Sprembergenſem cum aliis pertinentiis nomine Vladislai Regis occuparunt.

§. II. Petiit itaque a Vladislao Plauenſis, mandaret Rex, urbem, arcem & bona ſibi ne compellato quidem per vim armata manu extorta in priſtinum ſtatum reſtitui, donec legitima juris via cauſa cognoſcatur & decidatur. Profert ſimul diplomata, quibus ſibi bona ſupra memorata ad eundem plane modum, quo alii principes & barones alia in eadem marchia bona obtinerent, inſcripſiſſet Vladislaus, ſalvis nimirum regno Bohemico debitis homagiis (Pflichten.) Ordines contra allegarunt Venceslai & Sigismundi de non avellendis ab immediata Bohemiæ atque adeo marchionatus colligantia ſex Luſatiæ inferioris oppidis privilegia, in quibus utrisque Sprembergum diſerte exprimitur. Oſtendunt, cautum eſſe, ut homagia & ſervitia ne ſeparentur, ſed ſimul ac conjunctim regibus Bohemiæ ab omnibus ordinibus præſtentur. Addunt, ſi quid aliis principibus & dominis hypothecæ titulo inſcriptum ſit, ut citra ullum jurium provinciæ debitorum, unabbrüchlich des Landes Pflichten und Rechten eos tenere detrimentum. Plauenſem vero poſthabitis provinciæ immunitatibus & juribus privata judicia exercere & uſurpare ſervitia, quæ omnia ab antiquo provinciæ debeantur.

Vladislai ſententia.

§. III. Rex igitur Vladislaus poſt longi temporis inter Plauenſem & ordines Luſatiæ inferioris diſceptationem hoc anno 1508. die Luciæ Trinaviæ ſententiam tulit, qua primo penitus revocat, abrogat & abolet literas, quascunque ignarus privilegiorum & immunitatum marchionatus Plauenſi ad ſolicitationem & informationem ipſius ſuper Sprembergo ei conceſſerat. Mandat deinde, ut Sprembergenſes & quoscunque alios ejusdem hypothecæ nomine Sprembergo conjunctos ſubditos præſtitis ſibi juramentis exolutos ad Schelleobergium præſidem tanquam regium Vicarium remittat Plauenſis. Quia etiam arcem & baronatum Sprembergenſem, non ita cuſtodiiſſet & impoſitis præſidiis muniiſſet Plauenſis, ut populationes & has conſecuta damna caverentur; atque hac negligentia in pacta & transactiones inter marchionatum Luſatiæ inferioris & finitimos principes ab ipſo Vladislao laudabiliter erectas deliquiſſet. Probat Rex & ratam habet præſidis & ordinum pro recuperando Sprembergo expeditionem. Et quicquid juris ſive Plauenſis ſive Lubenius in prædicto baronatu quoquo modo impetraſſent acquiſiviſſent, habuiſſent ſive adeo adhuc habeant, id omne vi transactionum erectarum ad ipſum regem recidiſſe pronunciat. Præterea de novo cavet, ut quilibet præſes in magiſtratus & gubernationis ſuæ ingreſſu, non ſecus atque in Luſatia ſuperiore fieri conſveverit, publicis literarum monumentis fidem ſuam provincialibus obſtringat, nihil ſe de provincia & præfectura detracturum vel alienaturum.

§. IV. Denique hoc quoque Schellenbergii rogatu ſancit, cum nobilitatem arcemque ut urbem Sprembergenſem ac reliqua his copulata bona ſupra memorata, tum omnes in univerſum Luſatiæ inferioris incolas nullo unquam tempore a præfectura & provincia marchionatus vel per ſe vel per hæredes & ſucceſſores ſuos Bohemiæ reges nec oppignoratione nec alio quovis modo avulſum aut ſeparatum iri. Quod idem poſtea Ferdinandus quoque in confirmatione ſua largitus eſt. Hæc ex ſententiæ Vladislai exemplo.

Joh. Kitlicius baronatum Sprembergenſem vendit.

§. V. Alibi tamen reperio, Johannem baronem Kitlicium dominum Reudenſem Henrico Miſnenſi Burggravio &c baronatum Sprembergenſem cum arce, urbe & pagis quibusdam cohærentibus hæreditarie vendidiſſe.

Sternbergius Sprembergam hæreditarie impetrat.

§. VI. Porro etſi Plauenſis hoc modo per ſententiam regiam poſſeſſione Sprembergi exciderat, nihilo minus tamen non multis poſt annis generoſus dominus Ladislaus Sternbergius in Bechino, tunc temporis ſupremus regni Bohemici cancellarius, arcem & urbem Sprembergenſem cum reliquis pertinentiis ab eodem Vladislao ante paulo, quam e vita rex diſcederet, hæreditarie impetravit, acceptis ſuper ea re literis regiis. Sprembergenſes vero cum recenti Vladislai ſententia ſuper arce & urbe ſua, tum omnium ex ordine anteceſſores ejus, Caroli nimirum quarti, Venceslai, Sigismundi, Alberti, Ladislai poſthumi

humi, Georgiconis, Matthiæ atque ipſius adeo Vladislai privilegiis ſibi datis freti, Sternbergii conatibus pro viribus reſtitere, eique hæreditariam ſubjectionem ſumma ope detrectavere.

civesque ad homagium ſibi præſtandum cogit.

§. VII. Sterbergius itaque, ut cives, cum aliter non poſſet, vi & fame ad homagium hæreditarium ſibi præſtandum cogeret, urbem obſedit, globos ex machinis in oppidum & privadas ædes emiſit, cives quosdam interfecit, quosdam vulneravit, alios pulſavit, denique dicto audientes eſſent, oppugnationem minitatus eſt. Duravitque obſidio hebdomadas ſeptem, quibus nec commeatus quicquam in urbem importari potuit, nec civium quisquam ſecure urbe egredi auſus eſt. Atque ita utili quoque oppidi dominio tandem potitus eſt. Et hæc quidem omnia nondum cognita cauſa. Etſi enim Sprembergenſes cumque his Luſatiæ inferioris ordines Sternbergium Pragæ ad judicium provinciale regium accuſarunt, tamen jus ſuum adipiſci non potuere, re ab uno tempore in aliud tracta usque ad annum Chriſti circirer duodevigeſimum ſupra ſesqui milleſimum, quo tempore Ludovicus gubernacula regni Bohemici ſuſcepturus ferebatur. Tunc igitur ſenatus populusque Sprembergenſis miſſo ad ipſum Regem Ludovicum libello ſupplice, de Sternbergii ſumma injuria & gravi violentia, qua rege impubere, cives ſub ſuam poteſtatem redigere conatus ſit, conqueſtus eſt, atque ita ad cognitionem ipſius Regis devoluto negotio, factaque litis pendentia, paulo poſt Sternbergius mortuus fratribus ſuis Johanni & Alberto cum hæreditate litem proſequendam reliquit.

Sprembergum non avellatur a Marchionatu.

§. VIII. Inter hos igitur fratres duos, qui Sprembergum ſibi vendicabant, ab una, & ſtrenuos Cunradum Volferſtorfium in Bernsdorfo, ac Nicolaum Stutterheimium in Golſena Alexandri patrem omnium ordinum marchionatus Luſatiæ inferioris, quorum erant legati, nomine, vendicationem Sternbergiorum impugnantes, ab altera parte, Ludovicus Rex anno 1522. ſententiam tulit, qua pro ordinibus pronunciat (non avellendum ſcilicet a marchionatu Sprembergum) & conceſſionem atque alienationem Sternbergio factam tanquam privilegiis marchionatus nec non patris ſui Vladislai cum ſententiæ tum privilegio contrariam finalirer & cum effectu caſſat irritatque, denique Sternbergios Sprembergio abſtinere jubet, hac tamen annexa appendice: Quando Ladislaus Sternbergius Cancellarius Joachimo Electori Brandeburgio duo millia florinorum Rhenanorum (recentius quoddam inſtrumentum conſultationis anno 1539 ſuper territorio Sprembergenſi ab ordinibus habitæ, itemque aliud venditionis, de qua mox dicemus, inter Haſſenſteinium & ordines celebratæ, hæc ergo trium millium meminere) numeraſſet in compenſationem damnorum, quæ vel princeps ipſe vel ſubditi ejus ex Spremberga, ſive ut hodie narrant, in obſidione Sprembergi acceperant: ut eam ſummam ordines Sternbergiis fratribus intra ſpatium bimeſtre pro rege exolvant & reſtituant. Quod cum juſto tempore executi eſſent ordines, tantum pecuniæ a magiſtro ordinis Teutonici Sonnebergenſe pro annua penſione mutuati, viciſſim Rex ceu pignoris loco medietatem omnium fructuum & redituum arcis Sprembergenſis üs utendam fruendam conceſſit, ut eſſet, unde cenſum Sonneburgio quotannis numerarent, donec ex camera regia vel ipſius Ludovici vel ſucceſſorum Bohemiæ Regum ſortem reciperent, & fidem Sonneburgio pro baronatu Sprembergenſe obſtrictam liberarent. Hoc modo cum nobilitas tum arx & urbs Sprembergenſis in priorem libertatis & juris ſui ſtatum effectualirer repoſita eſt, in eoque permanſit.

§. IX. Cæterum hoc jus pignoraticium dimidii uſus fructus redituum arcis Sprembergenſis anno 1562. Januarii 7. in comitiis Lubenſibus Jacobus Abbas Novocellenſis, Caſpar Burggravis Donenſis Dominus Staupicii & Conigesburgi, Euſtathius Schliebius in Sehes & Veteſcovia capitaneus Zoſſenſis, Caſpar Mingvirius in Drenovia marchionatus Luſatiæ inferioris judex provincialis regius, Chriſtophorus Stutterhaimius in Golſena, Henricus Polentius ad Tſchernevitium & conſul Lucenſis, tanquam præcipui collegialitæ, nomine ordinum inſcia tamen nobilitate Sprembergenſe, atque adeo ſine totius circuli Sprembergenſis conſenſu nobili & generoſo Domino Bohuslao Felici domino Lobcovicæo & Haſſenſteinio in Litzca, Luſatiæ inferioris præſidi &c. hæreditarie vendiderunt. Quam venditionem quæ conſecuta ſint, libro primo (l) explicavimus. Sprembergum venditur.

CAPUT CXL.

De Peſtilitate magna Gorlicii ad quatuor millia hominem abſumente.

§. I.

EOdem anno 1508. Gorlicii peſtilitas magna a feſto divi Johannis usque ad natalem domini ad quatuor millia 1508. Magna Gorlicii peſtilitas.

(l) Cap. XI. §. 2. & ſeqq. p. 118. ſeq.

lia hominum abſumſit, tametſi cives lautiores cum familiis ſuis hominum circiter ducentorum alio commigrarant. Cumque a vicina nobilitate & agreſtibus nihil quicquam adveheretur, magna ciborum & lignorum penuria in urbe laboratum eſt. Laubani cum Gorlicenſem neminem intromitterent, a contagione fuere immunes.

cum ingenti ciborum & alimentorum penuria.

§. II. Per idem tempus Vratislaviæ quoque luem populariter fuiſſe graſſatam docet ibi pictura quædam ſupra portam Svidnicenſem ex cap. 24. 2. libri Regum deſumta, quæ eſt talis: Humi jacent hominum peſte proſtratorum acervi. Ad dextram Sebaſtianus, opinor, cum Sagitta, ad lævam Rochus aſtat in crure nudo apoſtema oſtendens. Horum enim opem in depellenda peſte majores noſtri implorabant. In medio ſtans ſuper turri angelus enſem in vaginam recondit.

Vratislaviæ lues hæc quoque graſſata, teſte pictura, ſupra portam Svidnicenſem conſpicua.

CAPUT CXLI.

De

Ludovico Rege Bohemiæ coronato, & lite, quam totius Luſatiæ ſuperioris nobilitas habuit cum civitatibus.

§. I.

1509.
Ludovicus, nondum triennis, Pragæ Rex Bohemiæ coronatus. nomen titulumque Ludovici Regis Gorlicenſes groſſis ſuis inſcribunt.

ANno 1509. (quidam male præcedentem habent) dominica Oculi hoc eſt Martii XI. Ludovicus nondum triennis (ut recte habet Cureus, (m) cum alii ſemiquartum ætatis tum egiſſe annum falſo annotarint) Pragæ a Stanislao Turſone Olomucenſium præſule, rex Bohemiæ coronatus eſt, (n) unde factum eſt, ut Gorlicenſis reſp. groſſis ſuis jam tum anno 1510. cuſis Luduvici Regis Bohemiæ nomen titulumque inſcripſerit.

Nobilitatis Luſatiæ ſuper. cum civitatibus de harum privilegiis aliisque rebus magna lis intercedit 1509. ab Vladislao Rege ſententia fertur contra Civitates, eandem interceſſione Sigismundi Poloni hæc ſententia retractatur, haud abſque gravibus litis impenſis.

§. II. Eodem anno 1509. nobilitati totius Luſatiæ ſuperioris magna lis fuit cum civitatibus de privilegiis harum, aliis que rebus. Et lata quidem eſt a Vladislao Rege ſententia contra civitates. Sed hæ nullum ejus exemplum legere voluerunt, totum negotium aliquantiſper ſilentio ceu diſſimulantes, ita tamen, ut interim nihil ſibi de facto extorqueri paterentur, donec ſucceſſu temporis interceſſione Regis Poloniæ Sigismundi ad Vladislaum regem, nec non procerum quorundam regni opera retractationem ſententiæ illius impetrarunt, tametſi non ſine pecuniæ interventu. Ad triginta florinorum millia utrinque in eam litem inſumpta, annotatum reperio. Poſtea Ferdinando regnante anno 1530. (ut ſub anno 1496. meminimus) majore multo quam ante contentione eandem controverſiam nobiles renovarunt.

1530.
Nobiles poſtea eandem controverſiam acrius renovant.

CAPUT CXLII.

De

Minuto groſſulorum Polonicorum pretio & in tractu Laubanenſi inaudito terræ motu.

§. I.

1511.
Hiems nivoſa & aſpera groſſulorum valor imminuitur, ob quod

ANno 1511. quo fuit hiems nivoſa & aſpera, feria quinta proxime ſequente dominicam, qua in Eccleſia Lætare canitur, groſſulorum Polonicorum imminutum eſt pretium, ut qui ſeptenis numulis Gorlicenſibus ea tenus valuerant ſinguli, ſenis in poſterum valerent. Ea mutatione Laubæ ingens concitata eſt tum civium inter ſe diſcordia, tum plebis in ſenatores quosdam indignatio & ſimultas. Præceſſit ibidem paucis ſeptimanis eodem anno 1511. inauditus prius in locis hiſce mediterraneis terræ motus circa ædem parœcialem & clauſtrum Veſtalium, id Marcus Fritſchiua (o) in meteoris ſuis annotavit.

Laubæ ingens civium inter ſe & plebis in ſenatum excitatus ſimultas, quam 1511. inauditus terræ motus præceſſit, de quo Marcus Fritſchius.

CAPUT CXLIII.

De

Damno a Prædonibus Gorlicio & Budiſſinæ allato, hieme aſperrima, & incendiis hic, ibi excitatis.

§. I.

1510
Gorlicenſes duos fratres nobiles ſecuri percutiunt, quibus propterea duo Equites bello indicto, cædibus & incendiis plurima damna inferunt.

PRæcedenti anno 1510. ut conſtanter habent annales noſtrates, in divæ Margaretæ profeſto, quæ tum erat feria ſexta, Gorlicenſes, inſciis fœderatis civitatibus, captos Chriſtophorum & Caſpatem fratres ex equeſtri Cotericiorum familia extra portam Reichenbachenſem ſecuri percuſſerant. Idcirco hoc anno 1511. Henricus Gragius (ein Reuter) & Johannes Maximus indicto hexapolitanis bello, rapinis, cædibus & incendiis plurimum damni dedere. Præcipue autem Gorlicenſes & Budiſſinenſes magnos cogebantur facere ſumtus alendis equis in uſum exploratorum ſeu emiſſitiorum, qui prædones inſequerentur & comprehenderent. Sub idem tempus Cornblumus Martinus Reuber, Chriſtophorus cognomento niger, mox anno 1512. Lignicii ſuſpenſus, & com-

Cornblumus, Martinus Reuber, niger Chriſtophorus dictus, cum aliis

plures

(m) In Annal. Sileſ. p. 226.
(n) Vid. Carpz. Part. II. c. 1. §. 17 p. 203. & Groſſer. Part. I. p. 163.
(o) Anno 1555. commentari cœpit de locis meteororum.

Digitized by Google

latronibus Siſeſiam infeſtant. Vratislavienſes vexat Bartholomæus Moonſterbergenſ. D. qui in Danubio tanquam Legatus regius perit 1515.

plores alii latrones audaciſſimi Sileſiam infeſtabant. Vratislavienſibus etiam Bartholomæus Monſterbergenſium dux, qui poſtea anno 1515. cum eſſet Vladislai Regis ad Maximilianum Imperatorem legatus, in Danubio periit, multum negotii faceſſebat.

1513. Autumnus ſiccus, hyeme aſperrima 1513. poſthac largæ pluviæ. Vaccis caudæ vi frigoris decidunt, frumentum ad ſex usque milliaria ducitur molendum.

§. II. Anno 1513. autumnum ſiccum hyems excepit aſperrima, cujus gelu ab initio IXbris in finem usque Januarii ſequentis anni duravit, quo tempore largæ rurſum pluviæ cecidere. Vaccis caudas frigore decidiſſe anootatum eſt. Ceſſante Molendinorum uſu ad ſex milliaria frumentum vectum eſſe molendum, in Budiſſinenſium legimus annalibus.

1515. Hoërswerdum oppidorum conflagrat incendio Anno 1571. denuo exuſtum 1571.

§. III. Anno 1515. die Sabathi ante dominicam Exaudi hoc eſt Maji 29. circa meridiem Hoërswerdum totum una cum templo paroeciali periit incendio excitato incuria mulierculæ cujusdam, ſupellectilem lineam lavandam in aheno ſeu caldario ad ignem macerantis, (Beuchte) Idem oppidum hoc anno 1571. denuo exuſtum eſt.

Pons ſ. Brucka, vel alio nomine Moſtum, cum ſuburbiis igne penitus conſumitur. 1515. quo civium trecenti periere.

§. IV. Eodem anno 1515. Dominica Oculi, vel ut alii annotarunt, ſequenti, Pons ſeu Bruka celebre Bohemorum oppidum (Moſtum ipſi vocant) orto noctu diverſis locis incendio ingenti una cum ſuburbiis penitus deflagravit. Periere homines CCC. Cives, ut inſtaurare urbem poſſent, impetrata a Pontifice Romano gratia, per Bohemiam, Moraviam, Sileſiam & Luſatiam ingens ſubſidium pecuniarum collegerunt.

Leipa cum arce tota templo excepto, flammis interit.

§. V. Eodem anno in feriis paſchalibus Leipa cum arce & ædificiis omnibus publicis ac privatis, templo excepto eandem experta eſt fortunam.

Ingens Gorlicii aquæ accrementum.

§. VI. Eodem anno circa Pentecoſten aqua in tantam excrevit altitudinem, ut quintam vel ſeptimam adeo ſcandularum ſeriem in tecto officinæ ſulloniæ Gorlicii aquæ attingerent.

CAPUT CXLIV.

De

Gorlicenſium nummulis nigris repudiatis excoctis, dealbatis, & rurſum acceptatis.

§. I.

1516. Nummuli nigri a Gorlicenſibus cuſi, a Bohemis, adulterinos ra-

Circa annum 1516. atque adeo præcedenti quoque anno Gorlicenſes nummulos cudebant nigros. Verum male caverant ſibi in hoc, quod a ſingulario quodam protypum admodum rudem fabricari curaverant. Inde enim factum eſt, ut in Bohemia & reliqua vicinia complures formam illam æmulati adulterinos nummos cuderent, id quod minus fieri potuiſſet, ſi artifex aliquis proplaſtices peritior, protypum affabre ſculpſiſſet. Comperto demum tertiam fere partem id genus nummorum adulterinam eſſe, Bohemi Sileſii, Myſi, & alii finitimi nummos Gorlicenſes in univerſum omnes repudiavere, eorumque uſu publice ſuis interdixere. Quapropter & aurigæ lyram & hordeum iis nummis venderedetrectaverunt. Unde vix credi poſſit, quanta ſubito extiterit anguſtia. Cives tenuiores quibus alia pecunia non ſuppetebat, nec panes nec obſonia emere: reliqui qui κατ' ἐξοχὴν ſoli ibi ſic dicuntur, ſi mutandi non eſſet facultas, cerevisiæ coquendæ neceſſaria comparare non poterant.

les cudentibus, aliisque viciniæ populis repudiantur, eorumque uſus publicè interdicitur; hinc maxima ſubito rerum emergit annona.

Crebri ideò Budiſſæ & Lobaviæ conventus habiti, ſed fruſtra.

§. II. Crebri ea de re Budiſſinæ & Lobaviæ habiti ſunt nobilium oppidanorumq; conventus. Pragam etiam iter ſusceptum. Magni facti ſumptus. Neque tamen iniri potuit ratio, qua nummulis Gorlicenſibus valor & uſus priſtinus redderetur.

tandem valor nummularum immutatur, & mercium precium mutatum eſt, quæ difficultas biennium duravit, donec monera hæc priſtino ubique valori reddita.

§. III. Tandem nummi nigri excocti & dealbati ſunt, & accepere eos quidem aurigæ, ſed non niſi ſex ſolidos, quos vocant, in ſingulas groſſulorum Polonicorum marcas. Quocirca & mercium precium mutari oportuit. Duravitque difficultas hæc pene biennium, quo elapſo, peculiari providentia divina nummi Gorlicenſes ubique rurſum acceptari cœpere. Qua de re plura Coqvus, referente Cnemiandro.

CAPUT CXLV.

De

Vladislai morte.

§. I.

1516. Vladislaus II. Ungariæ & Bohemiæ Rex, à Bohemis rex bonus appellatus, moritur,

Eodem anno 1516 Martii 14. Vladislaus II. Pannoniæ & Bohemiæ Rex Budæ moritur, (g) in Alba regali conditus, cum vixiſſet annos 61. regnaſſet in Bohemia 45. & apud Hungaros 26. Bohemi eum ſua lingua bonum Regem cognominarunt, quod oblatis ſibi precibus ſaltem noo iniquiſſimis, mox diceret: Bene eſt, fiet quod petitur. Quo modo & Antigono Demetrii nepoti Syriæ Regi ad poſtulata quævis ὀψέτω reſpondere ſolito, Doſonis nomen impoſitum accepimus.

CAP.

(g) Confer Groſſerum Part. I. p. 164. Carpzovium in Analectis F. Zittav. Part. II. c. §. 16. p. 202.

CAPUT CXLVI.

De

Maxima campana Gorlicii fuſa & Academia Francofordienſe ob peſtilitatem Cotbuſium tranſlata.

§. I.

1516. Gorlitii campana major, Mariæ nomine funditur.

EOdem anno 1516. ut teſtatur inſcriptio, nocte proxima ſecuta feriam quartam poſt feſtum Matthiæ Apoſtoli, h. e. Septembris 24. qui dies in Calendario aſſcripta habet ſeptem gaudia Mariæ, Gorlicii fuſa eſt a duobus fratribus campana maxima, (h) cui Mariæ nomen inditum: Matthia Roſenbergio civium magiſtro. Ejus diameter 4. cubitorum, περίμετρος 13 eſt. Ad conflandum multi adulterini numi Gorlicenſis formæ collati ſunt. Imagines habet Petri & Pauli, quorum hic gladium, ille librum manu tenet.

ſub Conſulatu Matthiæ Roſenbergii. Campanæ pondus & forma

§. II. Eodem anno 1516. peſtilitate Francofordiæ ad Oderam ſæviente Cotbuſium tranſlata eſt academia. (i)

1516. Academia Francofurdienſis ob peſtem Cotbuſium transfertur.

CAPUT CXLVII.

De

Libri ſexti & totius Hiſtoriæ Luſaticæ fine.

§. I.

VLadislao filius Ludovicus, huic ſororius Ferdinandus I. Ferdinando Maximilianus II. Filius (k) in utroq; regno ſucceſſere. Eorum nos tempora relinquemus intacta, audaciori cuipiam lampada tradituri. (l) Ante tamen, quam rece-

Vladislai in utroque regno ſucceſſores uſque ad Maximilianum II. Manlii compendioſa to-

(h) Vid. Groſſerum Part. I. Memorabilium Luſat. p. 170. Mylii Anuales ſub hoc anno. Sed cum campana hæc 1516. fuſa, anno 1691. d. 19. Martii ferali incendio labem fecerit, An. 1696. d. 3. Auguſti Joh. Kislingii Conſul. & templi Curat. auſpicio ab integro reſtaurata eſt. Opera J. H. Brorſii. Circumfertur ea æri inciſa cum hac narratione hiſtorica: Nachdem in der Churfürſtl. Sechs Stadt Görlitz durch die erſchreckliche Feuers-Brunſt im Jahr Chriſti 1691. den 19. Martii das ſchöne Gottes-Hauß SS. Petri und Pauli, nebſt ſeinen Koſtbarkeiten und weltberuffenen herrl. Glocken, auch unter denſelbigen, die gröſſeſte, ſo den Clavem F. gehalten, gäntzlich zernichtet worden; iſt ſelbige im Jahre Chriſti 1696. den 3. Auguſti von neuen wiederum glückl. gegoſſen worden, von Joachim Hannibal Brors. Ihre Höhe iſt mit den Oehren 4½ Elle, ihr Diameter unten oder Durchſchnitt $4\frac{11}{12}$ Elle und alſo folglich ihre Weite $15\frac{42}{43}$ Elle. Ihr Gewichte iſt 217. C. 2. St. 18 Pf. das Laubwerck an ſelbiger, ſo nach Anweiſung des Kupffers oben und unten mit Schrifft umgeben, iſt ſehr zierlich, daß es niemand ſchöner wird ins Silber bringen. Als man ſie den 28. Sept. An. current. aus der Gruben gezogen und zum erſtenmahl dran geſchlagen, iſt befunden worden, daß ſie D. halte, ſchlägt 3. Octaven, als 32. 16. und 8. Fuß, und ſpielet zugleich in der Tertia das F. Conf. Groſſerum Part. III p. 71. Anno 1717. una cum ipſo templo fuit ſervata.

(i) Vid. Joh Chriſtoph Becmann Notitia Univerſitatis Francofurtanæ c. VIII. §. 3. p. 272. Edit. Francof. 1706. f.

(k) Maximiliano Rudolphus II. huic Matthias frater, Matthiæ Ferdinandus II. patruus, a quo utraque Luſatia ad Saxones tranſiit.

(l) Partes igitur Manlii ſucceſſione quaſi in ſe ſuſceperunt M. Martinus Mylius Gymnaſii Gorlicenſis Rector in Annalibus latinis proxime ſequentibus ab anno 1516-1611. & ejus Continuator ab anno 1611-1652. Brevibus res temporum eorum, quæ intacta reliquit Manlius, attigere Sagittarius in Hiſt. Luſat. §. 50. 51. & 52. Schurzfleiſchius in Diſſertatione de Luſatia §. 12. Mirus in Oratione de Rebus Luſatorum & ei præmiſſo Programmate, & Kuntſchke in Diſſertatione de Luſatia Hiſtor. 4. Sect. 8. §. 13. 14. omnium vero pleniſſime hæc tempora perſecuti filum hiſtoricum ad annum 1714. atque 1716. continuarunt illi duo inter germanicos Rerum Luſaticarum Scriptores noſtra ætate facile principes, nempe Dn. M. Samuel Groſſerus, Gymnaſii Gorlicenſis Rector & Jo. Benedictus Carpzovius, J. U. D. Conſiliarius Regius & Electoralis Saxonicus, nec non Reipublicæ Zittavienſis Syndicus, ille in Memorabilibus ſuis Luſaticis, hic in Analectis F. Z. & anno, quo hæc ſcripſimus (1718.) in novo etiam volumine, quod hactenus meditatum fuiſſe diximus & inſcriptum audimus: Ehren-Tempel des Marggraffthum Oberlauſitz, (uam ſolius Luſatiæ ſuperioris Hiſtoriam illuſtrare perhibetur.) Equidem hoc incomparabile virorum par noſtra Luſatia non produxit, aſt ut Socratis effato utar, ſunt Viri κόσμιοι atque innumeris beneficiis, quibus Gorlicium & Zittavia eos beavit, ſe quam obligatiſſimos profitentur ad augendam harum duarum Urbium imo totius patriæ

ſius Hiſtoriæ Luſatiæ ἀνακεφαλαίωσις.

receptui canamus, per ἀνακεφαλαίωσιν quandam totam hiſtoriam Luſatiæ ſeriem in compendium conferemus.

§. II. Principio itaque poſt exactos Svevos a Sorabis Luſatiisque & hos quoque ab Henrico I. Aucupe victos, Luſatiam utramque conjunctim rexit Gereonis poſteritas,

patriæ laudem & gloriam. In ſignum igitur ſempiternæ gratitudinis præclara illa duo volumina ingenio ſtudioque patuere, atque *Groſſerus* in Memorabilibus ſuis non tantum tempora Regis Ludovici, Ferdinandi I. & Maximiliani II. res geſtas recenſet Part. I. p. 164 - 205. ſed & cœterorum Succeſſorum p. 205 - 260. tandemque Saxonum, ad quos ab Auſtriis Luſatia utraque rediit p. 260 - 336. Carpzovius in Anal. F. Z. Part. II. c. 1. §. 17 - 28. p. 202 - 247. Præcipua & notabiliora duorum Seculorum facta ſunt

1. Eccleſiæ per Divum Lutherum an. 1517. & ſeqq. repurgatio ſeu ut vulgo dicitur: Die Reformatio Lutheri, de qua, prout utraque Luſatia mature & tempeſtive ſe a cœtu pontificio ſejunxit, pluribus agit ipſe Manlius lib. I. Comment. c. 25. & 26. p. 132. ſeqq. Groſſerus Memorab. Luſ. Part. II. p. 17. ſeqq. Carpzovius in Analectis F. Z. Part. III. c. 2. p. 23 - 31. & plenius in Memoria Heidenreichiana Jubilæo Evangelico-Lutheranorum II. an. 1717. publicata.
2. Offenſio atque ira illa gravis Imperatoris Ferdinandi I. quam 1547. per meras calumnis incurrerunt omnes Hexapoleos Urbes (der ſo genannte Pön-Fall.) Mœstiſſimum illum Caſum pluribus deſcribunt ſupra ante Manlii Commentarios pag. 69. v. 436. ſeqq. Peucerus in Idyllio, poſt eos vero Tomi I. Script. Parte altera Mylius in Annal. Gorlic. ſub anno 1547. Groſſerus Memorab. Part. I. p. 178 - 191. Carpzovius in Analectis F. Z. Part. II. c. 1. § 18. p. 207 - 211.
3. Tumultus ille Pragenſis, per quem Ao. 1618. pridie Aſcenſionis Chriſti Pragæ ex arcis feneſtra in ſubjacentem foveam tres Imperatoris Conſiliarii primarii præcipitati ſunt. conf. Mylii Annales ſub an. 1618. Groſſerus Memorab. Luſ. Part. I. p. 223 - 236. Carpzovius in Analect. F. Z. Part. II. c. 1. p. 223. ſeqq. Feneſtrationem ſic dictam, inquit Groſſerus p. 224. deſcribit Brachelius Hiſt. ſui temporis lib. I. pag. 6. Ludolff Schaub der Welt-Geſch. des XVII. Seculi T. 1. lib. 18. p. 611. ingleichen die Hiſtoria Perſecutionis Bohem. c. 43. §. 2. p. 150. ſeq. Becmann. Hiſt. orb. Geogr. c. V. Sect. I. p. 204. conſ. Godofred. Chronic. P. 8. p. 1053. Balbin. Epitom. Rerum Bohem. lib. V. c. 16. p. 623. Londorp. Acta publ. Tom. I. lib. 3. fol. 411. Puſendorff. Comment. de Rebus Svec. lib. I. §. 22. ſeqq.
4. Ceſſio Luſatiæ anno 1623. facta & Poſſeſſio ejus ab Electore Saxoniæ nomine & jure hypothecario, de qua Mylius, ſeu ut rectius dicamus, ejus Continuator ſub anno 1623. Groſſerus Part. I. p. 243. 248. Carpzov in Analectis F. Z. Part. II. c. 1. §. 23. p. 230. ſeqq. plura commemorant.
5. Pax ao. 1635. die 30. Maji inter Imperatorem & Electorem Saxoniæ Pragæ certis conditionibus conſtituta, & ipſa utriusque Luſatiæ Traditio, de qua pluribus agunt Mylius in Annalibus Gorlic ſub anno 1635. Groſſerus Part. I. p. 254. ſeqq. Carpzovius in Anal. F. Z. Part. II. p. 233. ſeqq. item in Ober-Lauſitzſchen Ehren-Tempel & hic quidem plenius. Poſtquam autem finiunt Memorabilia Groſſeriana anno 1714. & Analecta Carpzoviana 1716. hiſce Manlii annalibus haud abre adjicienda duximus duo Notatu digna ex decurſu anni 1717. memoriæ Poſterorum tradenda. Nempe

Die XI. Octobris Viennæ profiteri cœpit Religionem Pontificiam Fridericus Auguſtus II. Hæres Electoratus Saxonici & Pro-Marchio Luſatiæ ſuperioris, ejusdem vero Pater clementiſſimus Rex Sereniſſimus atque Potentiſſimus Sarmatarum & Elector Saxoniæ Saxones & Luſatos de libero Religionis Evangelico-Lutheranæ exercitio certiſſimos eſſe juſſit his literis publicis: Von GOttes Gnaden, Wir Friedrich Auguſt, König in Pohlen, Groß-Hertzog in Litthauen, Reußen, Preußen, Mazovien, Samogitien, Kyovien, Volhinien, Podolien, Podlachien, Liefland, Smolenſcien, Severien, und Zſchernicovien, ꝛc. Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, Engern und Weſtphalen, des Heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Marſchall und Chur-Fürſt, Landgraff in Thüringen, Marggraff zu Meiſſen, auch Ober- und Nieder-Lauſitz, Burggraff zu Magdeburg, Gefürſteter Graff zu Henneberg, Graff zu der Marck, Ravensberg und Barby, Herr zum Ravenſtein, ꝛc. ꝛc. Uhrkunden hiermit, Es wird auch Einer getreuen Landſchafft, von Prælaten, Graffen, Herren, denen von der Ritterſchafft und Städten, in unvergeßlichen Andencken ſtehen, was maßen Wir, zu Abwendung aller unnöthigen Furcht und Mißtrauens, auch um en-

derer

Has excipiebant ſequentes anno 1718. d. 6. May publicatæ:

Ihrer Königl. Maj. in Pohlen und Churfl. Durchl. zu Sachſen ꝛc.

Nochmahlicht

ASSECURATION,

Wegen des

Status der Evangeliſchen Religion,

Augſpurgiſcher CONFESSION,

Bey allgemeinen

Land-Tage

Ertheilet,

De Dato Dreßden, den *6. Maji, Anno 1718.*

WIr, Friedrich Auguſt, von GOttes Gnaden, König in Pohlen, Groß Hertzog in Litthauen, Reuſſen, Preuſſen, Mazovien, Samogitien, Kyovien, Vollhinien, Podolien, Podlachien, Liefland, Smolensco, Severien und Tſchernicovien, ꝛc. Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen, des Heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Marſchall und Chur Fürſt, Landgraff in Thüringen, Marggraff zu Meiſſen auch Ober- und Nieder-Lauſitz, Burggraff zu Magdeburg, Gefürſteter Graff zu Henneberg, Graff zu der Marck, Ravensberg und Barby, Herr zum Ravenſtein, ꝛc. Für uns, Unſere Erben und Nachkommen an der Chur, uhrkunden hiemit: Demnach Uns geziemend vorgetragen worden, was bey itzo fürwährenden allgemeinen Land Tage E. getreue Landſchafft von Prælaten, Graffen und Herren, Ritterſchafft und Städten, in unterſchiedenen beſonders übereichten ausführlichen Schrifften allerunterthänigſt vorgeſtellet, und umſtändlich gebethen, Wir möchten genädigſt belieben, Unſerm getreuen Chur-Fürſtenthum, ſambt incorporirten Landen und Stifftern, auch allen Unſern Ständen und Einwohnern, eine noch mehrere Aſſecuration, wegen des, in hieſigen Landen etablirten Status der Evangeliſchen Religion Augſpurgiſcher Confeſſion, wiederfahren zu laſſen, damit Unſere getreue Unterthanen dieſerhalben vollkommen, auf alle Arth und Weiſe, ſich und ihre Nachkommen, geſichert erachten könten; So hätten Wir zwar vermeinet, es würden dieſelbe durch die ſchon vorhin, und ſo fort, als Wir für Unſere Perſon in der Religion eine Aenderung getroffen, und die Römiſch-Catholiſche angenommen, nach Beſteigung des Königl. Pohlniſchen Throns, ausgelaſſene, und durch öffentlichen Druck publicirte Patentes, unterm dato Lobskovva den 27. Julii und 7. Aug. 1697. nachgehends ſub dato Dreßden den 24. Auguſti 1705. auch, Was inzwiſchen und nach dem weiter bey denen Land und Ausſchuß-Tags-Handelungen erfolget, in gnugſame Sicherheit bereits geſtellet ſeyn, zumahln Wir auch noch unlängſt, da Unſers Königl. und Chur-Printzens Lbden. zu gedachter Catholiſcher Kirche Sich ebener maſſen öffentlich bekennet, ein gleiches wiederhohlet; Allderweiln aber dennoch erwehnte Unſere getreue Stände, daß ihnen durch eine abermahlige, bey jetzigem allgemeinen Land-Tage zu ertheilende Declaration noch mehr proſpiciret werden möchte, innſtändigſt verlanget; Als haben Wir deren Suchen gnädigſt deferiret.

Wie Wir nun niemahls gemeynet geweſen, das geringſte wieder die Landes-Verfaſſungen und ausgeſtellte Reverſales und Verſicherungen einführen zu laſſen; Immaſſen denn auch das im Jahr 1648. zu Oßnabrügk getroffene Friedens-Inſtrument als ein Reichs-Fundamental-Geſetze, quoad Statum Religionis, und ſonſt, allenthalben klahre Maaße giebt, und das geſambte Reich, folglich auch Uns und Unſere Succeſſores an der Chur, auf die darinnen enthaltene Norm verbindet, als worauff Wir auch Unſere angezogene, durch öffentlichen Druck bereits publicirte vorheeige Declarationes gerichtet; Alſo wollen Wir auch hierdurch, auff reiffliche der Sache Uberlegung, nach Unſerer Landes-Väterlicher gegen Unſere getreue Unterthanen tragenden Hulde und Gnade, für Uns und Unſere Succeſſores an der Chur, alle und jede Unſere, wegen des Status Religionis der Augſpurgiſchen Confeſſion in hieſigen

Hhh Landen

Landen, derer Kirchen, GOttes-Dienſts, Ceremonien und Gebräuchen, Univerſitäten, Land- und andern Schulen, Beneficien, Stifftungen, Geiſtlichen Güther, Einkünffte und Nutzungen, piarum cauſarum und aller annexorum, ſo wohl auch Unſerer getreuen Stände und Unterthanen Befugnüſſe Privilegien und Immunitäten, ausgeſtellete Verſicher-Verſprech- und Verbündungen, Reverſales, Reſolutiones, Edicta und Mandata, ſo dieſerwegen ertheilet worden, auch theils in Druck ausgegangen, nochmahls reiteriret haben; Beſtätigen auch, confirmiren und ratificiren dieſelbe ſo wohl, als alle Gerechtigkeiten und Gewohnheiten, wie ſolche ſeither der Einführung der Augſpurgiſchen Confeſſion in hieſigen Landen wohl hergebracht, inne gehabt und genoſſen worden, auch vorjetzo beſeſſen und gebrauchet werden, durch gegenwärtige Unſere wohlbedächtige Aſſecuration; Geſtalten denn alles dasjenige, was zu Schadloßhaltung der Evangeliſchen Religion Augſpurgiſcher Confeſſion in hieſigen Landen, und zu deren Erhaltung, durch den Weſtphäliſchen Frieden-Schluß, und in ſpecie deſſen V. Articul, den Statum Religionis betreffend, geordnet, ſanciret und geſchloſſen, in vollkommener Krafft und Würckung verbleiben, auch von Uns und Unſern Succeſſoren feſt und unverbrüchlich gehalten werden ſoll; Weiſen auch zugleich hiedurch jetzige und künfftige Miniſtros, Civil und Militair-Officiers, Räthe und alle diejenige, ſo in Collegiis und Gerichten, (bey deren Verfaſſung es gleichfalls ſein Bewenden hat,) zu öffentlichen Aemtern und Dienſten beſtellet werden, auch nicht die Subalternen ausgenommen, und durchgehends insgeſambt alle getreue Stände und Unterthanen, ein vor allemahl, darauff an, daß ſie, vermöge ihrer geleiſteten, oder noch in Zukunfft zu leiſten habenden Dienſt- und Unterthanen Pflichten, darüber mit Ernſt halten ſollen. Jedoch dieſes obiges alles unbeſchadet des Exercitii Unſerer Religion für Uns und Unſere Succeſſores, nach Art und Weiſe, wie es bißher im Gebrauch und üblich geweſen.

Uberdies declariren Wir ferner weit und verſichern auf das feyerlichſte, nicht das mindeſte vorzunehmen, das denen Pactis, der Erb-Verbrüderung, und mutuellen Succesſion, welche zwiſchen Unſerm Durchlauchtigſten Chur-Hauſe und andern Chur-Fürſten und Fürſten des Reichs vorlängſt errichtet worden, nachtheilig und entgegen ſeyn möchte, oder demſelbigen auf einigerley Art und Weiſe derogiren könte.

Damit auch Unſere getreue Stände und Unterthanen deſſen um ſo vielmehr geſichert ſeyn können; So verſprechen und aſſecuriren Wir dieſelbe hierdurch bey Unſerm Königlichen und Chur-Fürſtlichen hohen Wort, Treu und Glauben, daß, gleichwie Wir Uns alles dasjenige Recht reſerviren, ſo Uns als Chur-Fürſten und Stande des Reichs, krafft des Weſtphäliſchen Friedens und anderer Reichs-Geſetze, zukommt; Alſo auch Unſern geſambten treuen Ständen und Unterthanen mehrerwehntes Friedens-Inſtrument mit allen und jeden deſſen Puncten, Clauſuln, Articuln, Conditionen und Garantien, zu einem beſtändigen Fundament, Schutz und Schirm (dergleichen nichts feſter jemahls erfunden und ſtabiliret werden könte,) geſetzet ſeyn, und alles dasjenige, was der Diſpoſition und Verordnung angezogenen Legis Imperii pragmaticæ, wegen Unſerer und Unſerer getreuen Stände und Unterthanen Jurium, gemäß, und inſonderheit obgedachten Statum Religionis mit allen Annexis, wie die Nahmen haben mögen, betrifft, ohne einige Veränderung und Wiederſpruch, von Uns und Unſern Nachkommen an der Chur, heilig und unverbrüchlich beobachtet, und demſelben vorjetzo, künfftig, und zu allen Zeiten, nachgelebet, auch darwieder nicht gehandelt werden ſolle.

Zu deſſen allen mehrern Beſtätigung, und, um die Sicherheit und völlige Beruhigung Unſerer ſämbtlichen getreuen Unterthanen deſto zuverläßiger zu machen, haben Wir dieſe Unſere Declaration und wiederhohlte Verſicherung, welche zur feſten und beſtändigen Regul und Richtſchnur in Unſerm Churfürſtenthum und darzu gehörigen und incorporirten Landen gelten ſoll, eigenhändig unterſchrieben, und mit Vordruckung Unſres Königlichen Chur-Secrets, ausfertigen laſſen, auch verordnet, daß ſelbige gedruckt, und zu männigliches Wiſſenſchafft gebracht werden ſolle. Im übrigen denen getreuen Ständen mit Hulden und Gnaden wohl beygethan verbleibende. Signatum Dreßden, den 6. Maji. 1728.

AUGUSTUS REX.

(L.S.)

George, Graff von Werthern.

B. E. H. von Zech.

Luſa-

Luſatiæ verò ſuperioris Ordinibus atque incolis Auguſtanæ Confeſſioni addictis Religionis conſcientiarumque libertas his literis publicis ſtabilita fuit & roborata.

WIr Friedrich Auguſtus von Gottes Gnaden König in Pohlen ꝛc. ꝛc. Hertzog zu Sachſen ꝛc. ꝛc. Für Uns, Unſere Erben und Nachkommen Uhrkunden hiermit: Demnach Uns die bey letztern willkührlichen Lond-Tage Oculi a. c. Zu Budiſſin verſammlet geweſene Stände, von Graſen, Herrn, Ritterſchafft und Städten des Marggraffthumes Ober-Lauſitz, vermittelſt einer beſondern überreichten Schrifft allerunterthänigſt vorgeſtellet und gebethen, Wir wolten Ihnen und denen geſamten der Augſpurgiſchen Cunfeſſiun Verwandten Innwohnern beſogten Marggraffthums zur Cunſolatiun, nach erfolgter Religions-Aenderung Unſers Königl. Printzens Lbd. eine ſpecial auf gedachtes Marggraffthum und deſſen der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane Stände und Innwohner, auch alle Ihre Nachkommen gerichtete und unter unſerer Hand und Königl. Chur Secret vollzogene Religions-Aſſecuration zu ertheilen und einzuhändigen, allermeldeſt geruhen; So hätten wir zwar vermeinet, es würden dieſelbe durch die ſchon vorhin en Händen habende Verſicherungen und Unſere durch öffentlichen Druck publicirete Patentes de An. 1697. 1705. und 1717. und inſonderheit die ſub datu Crackau den 28. Septembr. 1697. gedachten Ständen ausgeſtellte Religiuns- Aſſecuration in gnugſame Sicherheit geſtellet worden ſeyn.

Alldieweiln aber dennoch erwehnte getreue Stände, doß Ihnen durch eine abermahlige Declaratiun noch mehr proſpiciret werden möchte, inſtändigſt verlanget; Als hoben wir deren Suchen gnädigſt ſtatt gegeben, und verſprechen und aſſecuriren demnach dieſelbe bey Unſern Königl. und Churfürſtl. Wort, Treu und Glauben, daß ungeachtet Unſers Königl. Printzens Lbd. getroffenen Religions Veränderung, keine Neuerung in Kirchen und Religions- Sachen, auch deren Juribus annexis denen Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwanden Ständen und Innwohnern bemeldten Marggraffthums zu Nachtheil oder Abbruch vorgenommen, noch geſtattet, ſondern was beederſeits Religions-Verwandten zum beſten in dem Traditions- Receſſ vorherigen Kayſer und Königl. auch Unſerer in GOtt ruhenden Vorfahren, und Unſern ſelbſt eigenen mehr gedachten Marggraffthum deſſen Ständen und Innwohnern ertheilten Aſſecurationen, Reverſalien und vorangezogenen Unſeen öffentlichen Patenten, nach allen und jeden darinnen verfoßten Puncten, Clauſuln und Worten zur Verſicherung der Religions Freyheit, Ubung und Rechten enthalten und begriffen, von Uns und Unſern Erben und Nachkommen regierenden Marggroffen zu Oberlouſitz heilig und unverbrüchlich beobachtet, und demſelben vor ietzo, künfftig und zu allen Zeiten nachgelebet, auch darwider nicht gehondelt, noch iemand andern, unter wos Prætext und Vorwond ſolches auch immer geſchehen möchte, zu handeln, nachgeſehen oder zugeloſſen werden ſolle. Zu deſſen allen mehrern Beſtättigung haben wir dieſe Unſere Declaration und wiederholte Verſicherung, welche zur feſten und beſtändigen Regul und Richtſchnur in Unſern Marggroffthum Ober-Lauſitz gelten ſoll, eigenhändig unterſchrieben und mit Vordrückung Unſers Königl. und Chur-Secrets ausfertigen laſſen, auch verordnet, daß ſelbige gedruckt und zu Männliches Wiſſenſchafft gebracht werden ſolle. Geben zu Dreßden an 3. Aug. Anno 1718.

AUGUSTUS REX.

(L.S.)

G. Gr. von Werther.

B. E. H. von Zech.

Die 31. Octubr. & prioribus Diebus Novembr. Eccleſia per B. Lutherum repurgata ſeculari feſtivitate ſecundum celebravit Jubilæum. Avertat DEus, ne ſecunda hæc Jubilorum illorum Evangelicorum hilaritas ut prima immutetur in bellum tricennale. Sollicitemus DEum benigniſſimum per cruentum Jeſu Chriſti ſudorem, ut potius gaudia hæc ſecularia tam ſolida ac firma eſſe jubeat, quo non per noſtra ſolum tempora, eadem illa Eccleſiæ ac conſcientiarum tranquillitate conſtanter gaudere queamus, ſed & noſtræ, ſiquæ futura eſt, poſteritati, ob conſervatam verbi cœleſtis puritatem, in DEI ac Chriſti Soſpitatoris honorem, hymnos lætiſſimus domi foriſque decantare liceat.

ſteritas, (m) usque ad Henricum III. Imperatorem, cujus ætate ſuperiorem Bohemi avulſerunt, (n) & retinuerunt tantiſper, donec ſtante interregno, quod inter obitum Friderici II. & electionem Rudolphi Habſpurgii interceſſit annorum XXI. I. adepti eam ſunt ab Ottogaro II. Rege Marchiones Brandeburgii (o) ab Alberto II ſo Aſcaniæ comite deſcendentes, quorum linea deficiente ſub Ludovico Bavaro ad Bohemos rediit. (p)

§. III. Inferiori Luſatiæ poſt Henrici IV. imperium usque ad Albertum I. Auſtriacum præfuerunt Marchiones Miſniæ ex ſtirpe Timonis: atque ita a Vitichindo magno ultimo Saxonum Rege idololatra & primo duce Chriſtiano oriundi omnes, (q) Viperto & filio hujus Henrico exceptis, (r) quorum ad Daniæ Reges & Holſatiæ Duces genus refertur. Alberto I. imperante hanc quoque in poteſtatem ſuam redegerunt Bohemiæ Reges, (s) eique paulo poſt ſuperiorem a Marchionibus Brandeburgenſibus, ut dictum eſt, (t) receptam rurſus copularunt.

§. IV. Non parcit populis regnum breve, inquit Statius. Non accidunt ſine gravibus ſubditorum oneribus crebræ dominorum mutationes: ſicut dicitur in illo vulgo jactato non tam vano quam parum latino proverbio: *Novus Rex, novus lex.* Gratias itaque agamus Deo, quod hactenus ad CCL annos ſub regibus Bohemicis (u) utramque Luſatiam in mediocri & tolerabili ſtatu conſervarit, eumque oremus, ut porro his regionibus pacem & tranquillitatem clementer largiatur.

§. V. Præter Miſnenſes & Brandeburgios Marchiones, Bohemiæ item duces & Reges, paucasque familias alias, quibus ſubfuiſſe Luſatiam diximus, Poloniæ etiam principibus & horum agnatis Sileſiæ ducibus eam ex parte ſaltem paruiſſe indicavimus. (vv) Sed qua hi occaſione domini ejus facti ſint, faſſus ſum (x) me non reperiſſe: ſicut nec, quando ea rurſus exciderint. Niſi quod illud quidem tum forte factum ſuſpicari licet, cum Budiſſina a Boleslao Chrobri Regi Poloniæ expugnata eſt, ut ſuo loco retulimus. (y)

§. VI. Atque tantum de Luſatiæ incolis tam recentibus (z) quam vetuſtis, (a) deque

ceat. De Solennitate hac ſeculari conf. Anordnung wie es bey dem inſtehenden Evangeliſchen Jubilæo und Danck-Feſte 1717. im Chur-Fürſtenthum Sachſen; auch incorporirten und andern Landen beym öffentl. Gottesdienſte gehalten werden ſol. Dreßden 1717. 4. plagulis. Item Hiſtoriſche Nachricht von der Zittauiſchen Jubel-Feyer und innigſten Seelen-Freude am andern großen Evangeliſch-Lutheriſchen Jubilæo 1717. d. 3. Octobr. 1. und 2. Nov. vel GaVDIVM ZIttæ ſeCVLo eLapſo, das iſt, vollſtändigere Hiſtoriſche Nachricht, mit was vor Ceremonien und Freudens-Bezeugungen 1717. d. 31. Octbr. 1. und 2. Novembr. wie auch andern folgenden Tagen, das andere große Evangeliſche Lutheriſche Jubilæum theils nach der Anordnung der Hohen Landes-Obrigkeit, theils nach der ſpecialen Verfügung E. Hoch-Edlen und Hochweiſen Raths der Stadt Zittau in Ober-Lauſitz iſt celebriret worden, auf vorher ergangenes ſchrifftliches Bitten Herrn Joh. Ludewig Gleditſchens und Moritz George Weidemanns aus Leipzig in dieſe Erzehlung gebracht und communiciret nebſt beygefügten Programmatibus, Orationibus, einer Jubel Predigt Tit. Herrn M. Joh. Gottfried Hänſchels ſehr beliebten Dienſtags-Predigers in Zittau und einem lateiniſchen Actu Dramatico ſeculari, quæ omnia B. L. reperiet in D. Ernſt Salomon' Cypriani Hilariis Evangelicis oder Hiſtoriſchen Beſchreibung des andern celebrirten Evangeliſchen Jubilæi. Leipzig 1718. f. Das bey dem andern Evangeliſchen Jubilæo am 31. Octobr. auch 1. und 2. Nov. 1717. Jubilirende und Gott-preiſende Löbau in Ober-Lauſitz. Löbau, Druckts Ehlerdt Henning Reimers in 4to plagulis 8.

(m) De qua agitur Lib. II. c. 16. ſeqq. Lib. III. c. I.
(n) Vid. ſupra Lib. II c. 31. Lib III. c. 14. ſeqq.
(o) Vid. ſupra Lib. III. c. 43. 45.
(p) Vid. ſupra Lib. IV. c. 29. Lib. V. c. 1. 11. & 26.
(q) Vid. ſupra Lib. IV. c 1. 2. 3. ſeqq.
(r) De quibus vid. Lib. III. c. 1.-12.
(s) Vid. ſupra Lib. IV. c. 29.
(t) Lib. IV. c. 34. Lib. V. c. 26. Lib. VI. c. 1. 2. 5. & 16.
(u) Et nunc ab anno 1635.-1718. ſub Electoribus & Ducibus Saxonicis.
(w) In Deigmate c. 10 § 4. 5 p 81. In Commentariorum Lib. I. c. 44. p. 150. Lib. II. Comment. c. 21. Lib III. c. 39. & 42. Lib. VI. c. 9. 10. 11. & 25.
(x) Lib I. Comment. c. 44. §. 2. p. 150.
(y) In Deigmate c. 10. § 1. & 11 p. 81. & Comment Lib. I. c. 44. §. 2 p. 150.
(z) Libro I. Comment. c. 41 qui non pro Slavis, ſed Germanis habendi ſunt.
(a) In Deigmate cap. V. p. 78. ſeq. Comment. Lib. I. c. 27. 28. 29. 30. 32. 33. 34. 35. 37. 39.

deque dominorum ejus mutatione, & rebus in eadem geſtis, aliisque nonnullis huc ſpectantibus, multo & tempore & labore, non etiam nullis impenſis, nec ſine valetudinis jactura, infinita quadam & pene ſuperſtitioſa diligentia, pio moti patriæ amore (b) congeſſimus.

§. VII. Nunc porro cum doctorum virorum, qui in Luſatia partim nati ſunt, partim ſedem rerum ſuarum collocarunt, tum hominum militarium Luſatiorum brevem catalogum texemus; isque ſeptimus eſto commentariorum noſtrorum liber.

Nunc de Doctorum virorum hominumque militarium Luſatiorum Hiſtoria.

(b) Et pius eſt patriæ facta referre labor. Nos hunc Manlii librum terminamus verbis M. Nicolai Petreji de Cimbrorum & Guthorum originibus in præfatione, ſolertis, inquientis, eſt viri, patriæ ſuæ originem & progreſſum nec non quæcunque illi per Superiora tempora contigerint, cognita habere: Omnia etenim hæc & ſcire pulcherrimum eſt & neſcire turpiſſimum. Talem virum ſolertem noſtrum quoque Manlium invenimus & prædicamus ponentes ipſi in fine libri VI. (nam 7. morte præventus finire non potuit, cum ultima ejus pars de viris armorum gloria claris deſit) ſtatuam honoris & amoris ornatam elogiis virorum præſtantiſſimorum, quibus dignum ipſum judicarunt, v. g. cum 1573. iter faceret Viennam urbem principem Auſtriæ & iſthinc tenderet Hungariam, virtuti ejus multa dant teſtimonia Amicorum Budiſſinenſium & Gorlicenſium Carmina typis deſcripta. Adeoque M. Jo. Schleiferus J. U. C. & Poëta laureatus ita cecinit: Manli candide, cui dedit canendi
Artem pulcher Apollo carminisque.

In Bibliotheca Annabergenſis Scholæ Variæ extant Epiſtolæ Clariſſimorum Virorum MSTæ, quas inter Chriſtophori a Vitzthum Epiſtola una eſt Pragæ ſcripta XIII. Calend. April. M. D. LXXV. ad Gregorium Pertmannum Poëſeos Profeſſorem Lipſienſem eo tempore. Hanc recenſent Dn. D. Georgius Henricus Götzius nunc Superintendens Lubecenſis, in Diſſertatione Epiſtola de dicta Bibliotheca ad Petrum Ambroſium Lehmannum, Dœbelenſem; nec Nova litteraria Hamburgenſia An. 1703. p. 455. In iſta vero epiſtola ante laudatus Nobilis ſcribit ſequentia: Ad XVII. Calend. Januarii Pragam venimus, quem locum ſtudiis noſtris deſtinaveramus, ſed valde infeliciter. Oſtracium enim Præceptorem noſtrum amiſimus, qui, quantum nobis immatura ſua morte dolorem attulerit, quantum patriæ, teſtabuntur lachrymæ & amicorum querimoniæ. Utrumque vero dolorem, qui primum ſane incredibilis erat, leniit *Chriſtophori Manlii, Viri docti & integerrimi, conſvetudo, cujus nunc utor opera*, uſurusque ſum impoſterum.

Martinus Mylius in Annalibus Gorlicenſibus proxime ſequentibus ad Annum 1575. in Manlio, inquit, fuit ingenium excellens, judicium maturum & plusquam ſenile. Plura vid. Loc. citato.

Conradus Samuel Schurzfleiſchius virtutes Manlii Diſſertatione ſua de Luſatia Wittebergæ 1676. ad immortalem poſteritatis memoriam ſic conſecravit: Luſatia a nemine hactenus præterquam a Chriſtophoro Manlio Gurlicenſi integra deſcripta eſt. Et mox ex ſententia Martini Mylii L. C. Fuit Manlius ſummo ingenio & judicio ſubacto ac maturo, Poëta elegans, Hiſtoricus inſignis & diligens Luſatiæ Scriptor. vid. Schurzfleiſchii Diſſertat. & Manlii Vitam in calce libri 7. item Grofferi Memorabilium Luſat. Part. IV. c. 15. p. 178. & Carpzovii Oberlauſitziſchen Ehren-Tempel Part. I. cap. ultimo.

Gottlob Krantzius Gymnaſii apud Vratislavienſes Eliſabethani Rector, Vir ingenio acer & ad laudem Luſatiæ ceu patriæ ſuæ augendam quoque impiger, in Programmate ſuo 1706. publicato nullus dubitat Manlium appellare Hiſtoricorum Luſatorum Principem, qui inſigni induſtria & exacto judicio res Luſat. in VII. Commentariorum libris expoſuiſſet. Frencelius in Vita Manlii ipſum vocat patriæ ſuæ ſidus clariſſimum feliciſſimumque addens: auro carius & ære omni perennius Manlii eſſe monumentum opus illud Commentariorum ampliſſimum ac arduum, ſimilem enim de Rebus Luſaticis hiſtoriam non extitiſſe olim, neque nos hodie res patriæ, ſcire ſcribereque forſan poſſe, niſi Manlius nobis primus eas tradidiſſet, niſi ipſe fontes nobis præmonſtraſſet, ex quibus fodiendæ, quave via derivandæ ducendæque forent, ſignificaſſet. Hiſtoricum enim Noſtrum eſſe excellentem & rerum patriæ ſcientiſſimum. Quam ſplendide igitur verſatus fuerit in Hiſtoria patria, hic autor vitæ Manlianæ ſatis teſtatur. Præterea certe is quoque fuit natura facundus, nec artis poëticæ expers. Hinc Königius in Bibliotheca Vet. & Nova de eo ſcribit: *Chriſtophorus Manlius Gorlicenſis* carmina conſtruxit, quæ habentur Tom. II. Delit. German. p. 244. A Mylio & Schurtz-

Schurtzfleiſchio appellatur Poëta excellens, & Groſſerus in teſtimonium citat Elegiam de liberata per Meſſiam exhibitum divinorum oraculorum fide. Ut itaque & eruditionis poëticæ, quam in eo poſt Commentariorum Hiſtoricorum 7. libros magno æſtimarunt Viri præſtantiſſimi, extet ſpecimen: Elegiam a Groſſero laudatam adſcribere placuit, ex qua cen Leonem ex unguibus cognoſcere poteris.

CHRISTOPHORI
MANLII LVSATII GORLICII,

De liberata per Meſſiam exhibitum divinorum oraculorum fide,

ELEGIA.

PSallat altitudo celi,
Pſallant omnes angeli,
Quiquid eſt virtutis usque,
Pſallat in laudem Dei.
Nulla linguarum ſileſcat,
Vox & omnis conſonet,
Seculorum ſeculis.
Ecce quem vates vetuſtis
Concioebant ſeculis,
Quem prophetarum fideles
Pagiox ſpoponderaot,
Emicat promiſſus olim.
Cuncta collaudent eum,
Seculorum ſeculis.

CIƆ IƆ LXXI.

Ampliſſ. & CL. V. dignitate, ſapientia, eloquentia, virtute & eruditione doctrinæ præcellenti Dn. JOHANNI STARCK. opt. artium ac Philoſophiæ magiſtro, I.C. eximio, hexapoleos Luſatiæ ſuperioris generali, nec non & inclutæ Budiſſinenſium reip. ſyndico meritiſſ. Mœcenati S. incomparab.

QVOI vena properante dono fuſos
Nec doctos elegos, nec elegantes,
STARCHI clare? tibi: videre namque
Meos eſſe aliquid putaſſe luſus,
Jam tum, cum auſus eras in erudita
Scholæ Lipſidos hoſpitum corona
Noſtrum verſiculum tuis probatum
Doctis auribus elegantibusque
Non nulla perhibere laude dignum.
Unde iſtos etiam recens eadem
Procuſos elegos in officina
Lecturum mage ſpero te libenter:
Qui ſi deficiuntur arte, nec ſunt
Perfectum decies politi ad unguem:
Ipſa materie tamen, piisque
Vatum carminibus placere poſſunt,
Quod te per genium tuum, novemque
Communem rogo per ſororum amorem,
Serena hos cape fronte, & impudentem
Boni conſule nuncupatiooem.
Sic Jani reduces novi calendæ
Felices ineant tibi tuisque,

Felices

Felices abeant tibi tuisque,
Felices redeant tibi tuisque.

Qui A. T. colit & obſervat
quam maxime

C. Manlius.

SI quis habet facilem divino munere venam,
Sive tuam Naſo, ſive Tibulle tuam,
Nec tamen autorem gratus celebrare laborat,
Qui dedit ingenii flumina tanta, Deum,
Ille datum quondam domino repetente talentum
Defoſſi pœnas fœnoris igne luet.
Unica materies ſacris ſit nota poëtis
Unicus æternus cunctipotensque Deus;
Et, quibus ipſe ſuos Deus haud invidit honores,
Præſtantes meritis & pietate viri.
Grata ſonare Deo, laudare pioſq; bonoſq;
Divinis proprius vatibus eſto labor.
Quis furor inſanos elegis mandare colores?
Quid levis innocuos pungis iambe viros?
Cur tuba blanditur ſævis heroa tyrannis?
Cur meminit ſpurci pagina multa Jovis?
Quin, mihi ſi quis adeſt fingendi carminis uſus,
Laudibus autoris ſerviat ille Dei.

Hæc ego dum prima meditor ſub tempora lucis,
Grataq; dum geſtit dicere vena Deum,
Ecce mihi roſeo Pallantias ore reducit
Qua non ulla fuit lætior orta, diem.
Naſcere ſacra dies, lux aurea naſcere mundo,
Qua Deus intacta virgine natus homo eſt.
Salve feſta dies, qua caſta virago ſub auras
Edidit æterno de genitore ſatum
Lux ſalve, quam tot per ſecula ſuſpiravit
Concio ſanctorum carcere vincta patrum.
Tandem læta redis, optataq; gaudia reddis,
Gaudia quæ digne pandere nemo poteſt.
Nunc, o nunc omnes pueri, juveneſq; ſeneſq;
Edant lætitiæ nuncia ſigna ſuæ.
Eſt reparata ſalus hodie, quam perdidit olim
Prima parens, Nobis eſt reparata ſalus.
Gen. 3. *Fœminea Nobis promiſſum ſemen ab alvo*
Quod terat inviſi colla draconis, adeſt.
Gen. 22. *Semen adeſt Abraæ, per quod lætiſſima cuncti*
Gratuita populi dona ſalutis habent.
Gen 49. *Ecce venit fragili velatus pellis amictu,*
Ad quem turba omni confluet orbe, Silo.
Regia Judæi ceciderunt ſceptra monarchæ,
Jam Solyma regnum ſurgit in urbe novum.
Num 24. *En illuſtre micans Jacobi de ſtemmate ſidus*
Auricomum toto ſpargit in orbe jubar.
En tellure virens Iſraëlitide germen
Grato implet geminam ſolis odore domum.
1. Par. 17. *Aſpicit humana jam nos ſub imagine forma,*
Qui Iova ſupremæ regnat in arce Deus.
Eſa. 45. *Iam pluit ambroſium cœli clementia rorem,*
Arida quo paſſim tincta vireſcit humus.
Æreus ille polo jam mittitur imber aperto,
Qui pia juſticiæ nectare corda rigat.
Terra ſinum pandit, plantamque emittit in auras,
Quæ nomen reducis dulce ſalutis habet.

Lux

Eſa. 60. *Lux oritur Solymis clariſſima, qua duce gentes*
Securas poterunt ire redire vias.
Agg. 2. *Jam quaſſata tremit tellus, quaſſatur Olympus,*
Vota diu mundi quem petiere, venit.
Eſa. 7. *Nobiſcum Deus eſt, opifer Nobis datur infans,*
Donatur ſervis filius ipſe Dei.
Eſa. 9. *Criminis immenſa ſcapulis qui mole levata*
Imperio ſubdit libera corda ſuo.
Quem mutata ſtupet rerum natura, puella
Matre Deum noſtra ſumere carnis onus.
Qui res humanas extrema urgente ruina
Conſilio præſens erigit atque juvat.
Qui ſi mare ſacro titubantia pectora flatu
Invictamque poteſt ingenerare fidem.
Hoſtica victrici qui proterit agmina dextra,
Qui pater ut mitis ſecula cuncta reget.
Anxia tranquilla qui pacat corda quiete:
Hic puer, hic ſupera natus ab arce datur.
Hujus in amplexum pronus ruat obvius ulnis,
Huic omnis cupide baſia figat homo.
Pſal. 2. Mich. 5. *Iam Bethle reliquas inter caput extulit urbes*
Iſacida cunis nobilitata ducis.
Irradians cæcum lux formoſiſſima mundum
Naſcitur, obſcuris nox ubi regnat equis.
Contita vivifico regelat qui cuncta calore,
Uſtus brumali frigore vagit inops.
Salvatoris habet venerabile nomen Ieſu:
Solus enim ſalvos, qui periere, facit.
Rex idem regum ſummus, ſummusq; ſacerdos
Unguenti titulos hujus & hujus habet.
Strata illi fœnum, præſepia ſordida cunas,
Regalem ſtabulum præbet agreſte domum.
Eſa 1. *Credibile eſt brutos cervice & poplite flexo*
Ante creatorem procubuiſſe boves.
Negligit Herodes nati cunabula regis,
Nec, quibus eſt templi tradita cura, ſciunt.
At non paſtores ovium pecorisq; magiſtros
Ignaros tanti vult Deus eſſe boni.
Nuncius en patrio volucer delapſus Olympo
Attonitis portat gaudia magna viris.
Æthereas Vobis eſt editus, inquit, in auras
Ipſe Joſephea rexq; paterq; domus.
Nec mora, mox reliquum numero ſine & ordine vulgus
Celituum, ſubiti fulguris inſtar adeſt,
Supremoq; canis lætum pæana tonanti,
Qui beat humanum pace placente genus.

Salve ſancte puer, noſtra certiſſima carnis
Portio, progenies indubitata Dei.
Jam tua fata, tuum regnum, tua numina voce
Fatidica Simeon lætus & Anna canent.
Jam veneraturos triplicite munere, terris
Ducet ab Eois prævia ſtella magos.
Myrrham homo funebrem, rex auri regia dona,
Suſcipe adorantum thura Sabæa Deus.
Innocuo puerum jam ſanguine terra madebit,
Auſpicium regni primitiæque tui.
Ne vero tanta ne ſævi cæde tyranne:
Non tibi rex cœli terrea regna rapit.
At tu virginei flos illibate pudoris
Quot luctus, genitrix, conficiere modis?

Exul

Exul in Ægyptum carum portabis alumnum
Herodis ſævas effugitura minas.
Anxia cum natum quæres poſt terga relictum,
Quid ſibi tunc animi, quis tibi ſenſus erit?
Ah quoties gladius tibi cor penetrabit acutus,
Cum nati cernes vincula, flagra, crucem?
Scilicet ut mortis leges adamante refigat
Signatas, turpem perferet ille necem.
Sed quæ tanta fuit terras tibi cauſſa petendi
O λόγε gnate Dei, lux & imago patris?
Fallor, an immenſos hominum miſerata labores
Conſilio arcano juſſit id una Trias?
Nam poſtquam veteris decepta morſibus Evæ
Vindicis exarſit prægravis ira Dei,
Ex illo Stygii nos pœna manebat Averni
Quantumvis ſera poſteritate ſatos.
Sed tibi, nate Dei, noſtrum periiſſe dolebat
Agmen, opusq; tuum, delicias q; tuas. Prov. 8.
Ergo tuo ſupplex fundebas vota parenti,
Ut lapſis velles ferre ſalutis opem.
Quid faceret? patriam tangit miſeratio mentem;
Juſticiæ fieri vult tamen ipſe ſatis.
Cogitur exſemplo ſecreta in ſede tonantis
Concilium, noſtra ut ſit reparanda ſalus.
Peccarant homines: hominem dependere culpam
Par erat: at nullus labe carebat homo.
Nec res ulla iram tantam, non angelus ullus
Tollere vel ſaltem ſuſtinuiſſe poteſt.
Hic paci medium lapſis te maxime rebus
Chriſte offers, ſales ediis & ore ſonos:
Ne, quos condidimus, pereant, pater optime, pœnas
Quas homo commeruit credulus, ipſe feram.
Induar humanos artus, mortalia membra,
Morte mea veniam ſentiat omnis homo.
Me peccaſſe putes, in me converte furorem,
Unica pro cunctis victima cadar ego.
Conſulit una Trias: genitor cum flamine nato
Annuit, & fieri ſic Trias una jubet.
Tantus amor noſtri ſuperis, miſeratio tanta:
Fit caro, per quem ſunt cuncta creata, λόγος.
His tibi pro meritis, ſummi ſapientia patris,
Quæ reddi à nobis gratia digna poteſt?
Pectora pura tibi pro puro tradimus auro,
Sit tibi myrrha fides, ſint tibi thura preces.
Tu nos ſuſtenta fragiles, puer optime, tu nos
Inſervi maſſo Chriſte foveto tua.
Pace quieſcebat terrarum circulus alta,
Cum pia te ſalvo virgo pudore dedit.
Fatiferum curuæ gladium mutarat aratro
Miles, & haſta brevis falx Cerealis erat.
Nunc etiam ſtudiis pacem concede colendis
Fama quibus creſcat nominis ampla tui.
Sic, te præſagi quibus involvere Propheta,
Faſciolas diſcet tuta juventa tuas.
Sic mihi, ſic cunctis tua ſacra fidemque profeſſis
Materies cantus unica ſemper eris.

BUDISSINÆ.
Excudebat Johannes Wolrab.
M. D. LXXII.

LIBRI SEXTI LUSATIÆ FINIS.

CHRISTOPHORI MANLII LUSATIÆ,

LIBER. VII.

DE VIRIS ILLUSTRIBUS,

QUo texit catalogum cum Doctorum, qui in Luſatia partim nati ſunt, partim ſedem rerum ſuarum collocaverunt, tum hominum militarium Luſatiorum. Quapropter nonnulla proponit

CAPUT I.

De

Johanne Rhagio Sommerfeldo-Luſato.

§. I.

Inſtitutum Autoris. NEc vero igoobiles habuit, atque etiam nunc habet Luſatia incolas, ſive viros bellica virtute illuſtres, (c) ſive literarum gloria claros, ſive omnis generis artifices ſpectes. Sed eruditos prius videbimus, eos præſertim, qui a patrum memoria vel ipſi publicatis ingenii monumentis claruerunt, vel aliorum celebrati ſunt ſcriptis.

Johannes Rhagius. §. II. Inter hos primus ſe offert Johannes Rhagius, qui a patria Sommerfeldo Luſatiæ inferioris oppido Æſticampiaonm (d) ſe appellavit, Doctor Theologus, Rhetor & Poëta laureatus præcellens, vir honeſtiſſimus ac doctiſſimus, &, ut inquit in Vita Lobani Camerarius, omnibus bonis carus. Cognomen ejus. Cancri, Slavicum cognomeo illi gentile fuiſſe accepimus, quod Rhagii voce exprimere voluerit, Lutetiam Pariſiorum ad uberiorem ingenii cultum capiendum ut adiiſſe eum ſuſpicer, mentiooe Sequanæ fluvii in Epitaphio ejus moveor. Profeſſio. Reverſus in Germaniam, Philoſophiam, Oratoriam & Poëticam profeſſus eſt annos viginti tres, diverſis in locis. Et ut aliqua enumerem, Baſileæ quidem circa annum cIɔ Iɔl. Extant enim Hendeca- 1501.
ſyllabi phalæcii, quibus tunc πίνακα Cebetis, cum in otio eum amicis quibusdam prælegeret gratis, auſpicatus eſt. Floruit inde Francofurti ad Oderam, ubi Oeconomica Ariſtotelis diſcipulis ſuis enarravit anoo 1506. quo tempore Huttenum etiam adoleſcentem & alios Poëtas non contemnendos habuit Academia Francofurdiana. Francofurti ad Oderam floret 1506. Ibidem proximo anno Verſionem Tabulæ Cebetis edidit impreſſam in IVto tribus chartis & dicatam Chriſtophoro Zieglero Equiti Misnico aſſectatori ſuo, una cum argumento nec non Epigrammate ad Eundem Juvenem, Hutteni irem Elegia & iis, de quibus dixi, hendecaſyllabis. Tabulam Cebetis verſam edit.

Lipſiæ profitetur. §. III. Poſtea in Academia Lipſ. publice & privatim politiores literas docuit in maximo pretio, ioterque ceteros Autores & Plinium enarravit. Sed iode eum paulo aote annum 1513. malevoleotia quorundam, quos habita publice oratiooe offenderat, ejecit. Fruſtra enim intercedentibus nonnullis JCtis, itemque Aulicis & Principe ipſo, io decennium relegatus fuit, ut apparet ex jocoſis illis obſcurorum virorum epiſtolis, quas ex Capnioois officina prodiiſſe, Jovius in Elogiis, Eraſmus in Spongia ab aliis tribus Iuſas aſſerit. Ibique relegatur. Freibergæ igitur Misniæ ſcholam inſtituit, (e) quæ

(c) Vid. ſupra Lib. VI. c. 147. ootam ſub lit. (b).

(d) Conf. ſupra Lib. I. c. 15. p. 125. & c. 21. §. 1. p. 128. & infra T. II. Script. Luſ. Jenichii Luſatiam literat. Diſput. IV. p. 352. ſeq.

(e) In Andreæ Molleri Theatro Freibergenſi Chronico Part. II. c. 9. p. 285. Edit. Freiberg. in 4to an. 1652. hæc narrantur: Anno 1514. da die freyen Künſte, welche ſonſt zur ſelben Zeit wenig geachtet wurden, wieder begunten herfür zu leuchten, und verſtändige Perſonen merckten, was daran gelegen wäre, daß die Jugend recht gezogen und in Künſten und Sprachen unterweiſet würde, als hat auf Angeben und Erfoderung D. Ulrici Rühleins von Kalbe, damahligen regierenden Bürgermeiſters und Stadt-Phyſici, Johann Rhagius Æſticampianus Luſatus, der Heil. Schrifft Doctor, ein gelehrter fürtreflicher Rhetor und Poëta ein lateiniſch Gymnaſium und Schule zu Freyberg aufzurichten angefangen ꝛc.

Freibergæ Miſniæ ſcholam inſtituit.

quæ cum a Nobiliſſimis quibusdam adoleſcentibus celebraretur, Petrum Moſellanum Protegenſem adoleſcentem ex Colonienſi Academia accerſitum ſibi adjuto-

adjutor ejus.

rem atque ſocium docendi adjunxit, ut is parem navare coperam novæ ſcholæ, ſibique opitularetur, ut narrat Julius Pflugk Citienſis præpoſitus, poſtea Epiſcopus Numburgenſis, Oratione funebri in mor-

Præpoſiti Citienſis laudes viri hujus.

tem Moſellani, ubi Æſticampianum gravem cumprimis virum, atque eruditum & ſenem optimum nominat. Repetit eadem Juſtinus Goblerus, JCtus, in vita Moſellani, & addit, Caſpari Borneri Hainenſ. Theologi & Mathematici conſilio perſvaſum atque adductum autoritate conditionem ſuſcepiſſe Moſellanum. Ac Moſellanus quidem cum Freibergæ aliquandiu ſumma cum laude & omnium admiratione docuiſſet, inde Lipſiam conceſſit circa an-

1514. Joh. Rhagius Vitebergam venit.

num 1514. ut ex tumuli ejus inſcriptione colligo. Æſticampianus vero Witebergam tandem venit, ubi recens adhuc & quaſi adoleſcens Academia cum indies graodior fiebat atque firmior, augentē jam famam ejus cum aliorum doctrina atque ſapientia, tum eruditione hujus Æſticam-

Cauſa relegationis.

piani. Fuitque de eo major ibi exiſtimatio, quod non tam ſuo commerito aliquo, quam iniquorum in meliora ſtudia & bonarum artium profeſſionem odio expulſum eſſe illum Lipſia, conſtaret. Ac edidit poſtea migrationis ſuæ apologiam.

mors ejus. 1520.

§. IV. Conſenuit autem Witebergæ & obiit diem ſuum Sexagenarius ultima Maji Anno Domini 1520. Biennio nimirum, ex quo Witebergam venerat Philippus Melanchthon, viſiturque in templo paroeciali ejus epitaphium laminæ æneæ inciſum, quod cum elegans ſit, (f) & charta impreſſa præterquam quod in paucisſimorum manus pervenit, etiam mendis non careat, omnino hic apponendum duxi, ſicut per amicum diligenter mihi deſcribi curavi.

Epitaphium.

Illud igitur ita ſe habet:

Joannis Rhagii Æſticampiani
Luſ. Poëtæ Laureati & Doctoris
Theologiæ Epitaphium.

Laurea Germani viridans tibi Cæſaris
una eſt,
Altera Romulei munere Pontificis,
Tertia ſacrifica plexa eſt de Numinis ara
Cingunt æſtivas ſic tria ſerta comas.
Rhetoricen, Sophiam, Vatum monumenta profeſſus
Annis viginti plusve minusve tribus.
Danubius, Rhenus, teſtatur & Odera & Albis,
Sprevaque cum docta Sequana Gallus aqua.
Jam ſexagenos impleſti vividus annos,
Nec ſcis quo loculo, quave cubabis humo.
Sic Tibi non cenſus, faſtus, poſſeſſio, fraudes,
Sed pax, libertas, gratia chara fuit.
Extra fortunam eſt carmen, quo lamina corpus
Signet, ubi poſitum quave tegatur humo.
Ut, ſi quem tangat pietas, miſeratio, caſus,
Ingemat & fati ſic memor ille ſui.

DESIIT VIVERE PRIDIE CAL. JVN. ANNO. XX.

Opuſcula ejus edita.

§. V. Opuſcula ejus in Appendice Bibliothecæ Gesnerianæ hæc recitantur. Carmen Sapphicum ad Studioſos Eloquentiæ cum Nicolai Weidemanni, Hutteni & aliorum Doctorum Epigrammatis. Præcepta Grammatica. Præfationes in Martianum Capellam, in quasdam Plauti Comœdias, inque libros Oratorios Ciceronis. Phalæcium in Librum Wimpſelingi de Integritate. His addantur Apologia demigrationis, Tabula Cebetis, & alia, quorum modo mentionem fecimus.

Cauſa, quare vitæ curſum Jo. Rhagii tam prolixe proſecutus.

§. VI. Æſticampiani non tam vitam, quam vitæ curſum ideo proſecutus ſum pluribus, quod ipſe ante me patriæ hanc pietatem præſtitit, ut Luſatiam utramque deſcriberet, & quidem carmine, (g) quod utinam extaret. Dedit quidem poëma illud Philippus Melanchthon Baſilienſi Typographo Frobenio imprimendum, cum aliis ejusdem Autoris operibus, ut doceri poteſt literis Melanchthonis ſcriptis anno 1532. ad Petrum Ritterum, tunc Ludimagiſtrum, poſtea Senatorem Gorlicenſem, qui domeſticus olim fuerat Æſticampiani, & opera ejus ad Melanchthonem miſerat. Poſtea quoque, cum differretur editio, retrahere ad ſe ἀρχέτυπον voluit Melanchthon,

(f) Idem Epitaphium in Gottfridi Svevi Leorino-Sileſii Codicis Prof. Publ. Academia Wittebergenſi ab anno fundationis 1502 - 1655. extat & quidem in Inſcriptionibus, quæ reperiuntur in templo Parochiali in plagula notata literis P p p 3. pagina ſecunda. Item exhibet illud Andreas Sennertus P. P. in Academia Witteberg. in Athenis ac Inſcriptionibus ſuis Witteberg. p. 161.

(g) Unter andern Schrifften, inquit Grofferus Memorab. Luſ. Part. IV. c. 12. p. 165. hatte D. Rhagius auch ein Carmen de Luſatia verfertiget, welches Frobenius zu Baſel drucken ſolte: allein es iſt durch Unachtſamkeit verlohren gegangen.

thon, & Vitebergæ opus edere, ut nimirum facilius etiam vendi poſſet, cum Luſatia in iis regiooibus notior ſit, quam apud Helveticos. Sed neutrum factum eſt, quod chartas negligenter aſſervatas non remitteret Frobenius, ut Valentinus Ritter, Petri Filiusvir Reip. Gorlicenſ. teſtari poteſt. Itaque elegantisſimi Patriæ noſtræ elegii fruſtra & lectionem optamus & deploramus jacturam.

CAPUT II.

De Andrea Franco Camitiano.

§. I.

Andreæ Franci patria.

Studioſus Lipſiæ.

Æsticampianum ſequitur Andreas Francus, qui & ipſe a patria Camitianus, dictus eſt. Hic jam tum Anno 1518. in Juvenibus Academiæ Lipſiacæ (h) eminuit, & doctrinæ eruditione celebris fuit, iisdemque temporibus in amicitiam pervenit Ph. Melanchthonis (i) Vitembergam proficiſcentis: Biennio poſt & cum Franciſco Fabro, Sileſio, Poëta præſtanti conſvetudinem & amicitiam junxit, de qua Faber ſibi ipſe gratulatur in carmine ad D. Henricum Stromerum Auerbachium his verſibus:

Adde quod & noſtræ pridem doctiſſimus ille
Camitianus amicitiæ ſignatus in album
Multum ſplendoris, nobis multumque nitoris
Contulit: eſſe poſſem tanto parcô decori.

1522. Rector Academiæ Lipſienſis.

Anno 1522. ſupremum magiſtratum ſcholaſticum hiberno, ut omnes Luſatii, ſemeſtri geſſit, fuitque Rector Academiæ Lipſienſis in ordine CCXXVIImus (k)

Profeſſio ejus.

§. II. Præter alia Æneam Platonicum de immortalitate animæ, porro Xenocratis ejusdem Academicæ Sectæ principis libellum de morte non timenda, & carmen Eraſmi Rotterdami jam ſeneſcentis, continens querelam de Senectutis incommodis, plenum ſvavitatis & venuſtatis publice enarravit, ut teſtatur, quæ extat intimatio partim ligata partim ſoluta oratione in charta patenti excuſa.

Laudes ejus Moſellanus perhibet.

Inſigniter quidem doctum eum perhibet Moſellanus in quadam ad D. Johannem Heſſum Concionatorem Vratislavienſem epiſtola. Vidi & Hutteni ad Moſellanum literas, in quibus mentionem facit epiſtolæ ſatis doctæ a Camitiano ad ſe ſcriptæ.

Magna ejus autoritas.

Quanta autem ejus autoritas & quæ de illo fuerit opinio, vel inde æſtimari poteſt, quod cum Georgius Schönichen, qui puriorem Evangelii doctrinam ioſtaurarat Juliburgi, circa annum 1523. ederet epiſtolam Germanicam, quæ confeſſionem ſuam exponit de articulis aliqnot, quos ex D. Hieronymo Tungersheymio de Ochſenfurt Franco, Collegiato Lipſienſe, Canonico Cizenſe: Lipſienſium ad D. Nicolaum concionatore (quem veritatis doctrinæ cœleſtis & politioris literaturæ ſtudioſi invectivis mirificis ſalſe exagitarunt, barbare ridentes barbarum) ejusque collegis Pontificiam doctrinam propugnantibus & Evangelium oppugnantibus in publicis concionibus audierat ſecus atque oportebat, explicatos,

P. Moſellanus & Andreas Camiciani univerſitatis κορύφαιοι.

Petro Moſellano Rectori & M. Andreæ, Camiciano tanquam Univerſitatis κορυφαίοις eam nuncupavit ab iis que ſuper articulis prædictis erudiri ſe petiiſt.

Lipſiæ Doctor

Dignitatem poſtea Camicianus Juris ſcientia ſatis amplam & honores præcipuos eſt conſecutus. Ac extat Melanchthonis Epiſtola ad eum jam V. Jun. in Academia Lipſica Doctorem, itemque Epigrammata ejusdem ad eundem. Extat & ipſius Camiciani ad Camerarium tum Juvenem, veterem ſuum amicum epiſtola reſponſoria anno 1520. exarata, qua inter alia ſcribit, ſe multum eſſe in Græcis.

Græcæ linguæ expers.

Poëta Germanus.

Georgius Fabritius Chemnicenſis (hunc ut ſub ficto Gerardi Fauſti Confluentini nomine accipiendum credam, certis quibusdam conjecturis ducor) Poëtis Germanis, quos ſingulis diſtichis deſcriptos edidit, Camicianum annumerat, ſed aliena eum pro ſuis venditaſſe carmina innuit. Sic enim inquit:

France ſaves doctis (quis enim negat iſta?) poëtis.
Carmina multa edis, pauca ſed ipſe facis.

Duo epitaphia ab eo elaborata

§. III. Nos præter intimationem quæ diximus & octoſticho Bohemiæ Fabri præfixam duo item epitaphia habemus, utrumque elegantiſſimum, alterum anno 1534. 1534.
Barbaræ Georgii Ducis Saxoniæ uxori, alterum Johanni eorum filio aono 1537. 1537.
ſcripta & tumulis appenſa Miſenæ, quæ in Annalibus Misnicis Fabricii (l) extant.

Præter

(h) Secundum Chrooicon Lipſieoſe à L. Zacharia Schneidero editum. Lib. VI. peg. 318. conſ. Groſſerum Part. IV. c. 14. p. 173.

(i) Quam utrique jucuodam ac firmam fuiſſe, conjicere licet ex verbis ipſius Melanchthonis io Epiſtola ad Andream Francum Camicianum J. U. Doctorem data, quam videas in Tomo I. Epiſtolarum Melanchthonis a Peucero anno 1565. edito p. 176.

(k) Vid Chronic. Lipſ. ſub lit. (h).

(l) Lib. III p. 89.

Præter hæc igitur nihil verſuum ejus vidimus. Cæterum ex quadam Camerarii ad Melanchthonem epiſtola colligitur, eum ex febre quotidiana graviter decumbentem, cum animo etiam angeretur, debilitatis viribus ἐκλύσει tandem eſſe conſumtum.

moritur.

CAPUT III.

De

M. Hieronymo Ruperto Bauceno.

§. I.

M. Hieronymi Ruperti patria. Lipſiæ floret 1520.

CAmitiano proxime ſubjungo M. Hieronymum Rupertum, F. Budiſſinenſem, qui ipſe quoque anno 1520. Lipſiæ floruit. Nam & Camitianus in calce ejus, quam dixi epiſtolæ ab hoc Ruperto ſalutem Camerario adſcribit. Et Faber in catalogo amicorum Lipſienſium poſt Camitianum mox commemorat eundem Rupertum; Euricio tandem Cordo interpoſito. Verſus hi ſunt:

Nec contemnendum per Te Ruperte Camœnis
Acceſſit nomen noſtris. Nam talibus ingens
Laus placuiſſe viris ac gloria vera putatur.

Inſcriptiones duæ de dignitatibus ejus.

§. II. Reliqvum vitæ ejus curriculum, parentes item & quas adeptus eſt dignitates duæ, ſubjicient monumentorum inſcriptiones, quæ Budiſſinæ in æde Petrina tales (m) leguntur:

Inſc. I.

Conſul Budiſſinenſis.
Filii ejus,
obiit.
pater ſenatorii ordinis inter omnes Hexapoleos viros.
Cauſa mortis.

M. Hieronymo Ruperto Urbis Budiſſinenſis Conſuli laudatiſſimo, mortalium nulli integritate pietateque ſecundo, M. Hieronymus Rupertus, Decanus Budiſſ. & Adamus Rupertus filii pietatis & poſteritatis ergo poſuere. Obiit ſpe & fide reſurrectionis, anno a Chriſto nato MDXXVIII. d. XXVIII. Menſ. Aug. Fuit hic Hieronymus pater ſuo tempore inter omnes totius Hexapoleos Senatorii Ordinis viros, ut natu maximus, ita diutiſſime ea dignitate functus. Obiit apoplexia die 24 poſt Bartholomæi.

Inſc. II. In lamina ænea. (n)

Philoſophiæ Magiſter. Comes palatinus

Reverendus utque Eximius Vir Dominus Hieronymus Rupertus, artium ac Philoſophiæ Magiſter, Comes Palatinus, quondam Eccleſiæ Wurcenſis Præpoſitus, Vratiſlavienſis Canonicus, hujus vero ædis Decanus vigilantiſſimus, honeſtiſſima Rupertorum Budiſſinæ prognatus familia, Catholicæ, veræque Chriſtianæ Religionis cultor ſincerus, virtute & pietatæ præclarus, erga egenos munificus, in proſperis modeſtus, in adverſis invicta conſtantia, integer, patriæ ſuæ gratus, aliis autem univerſis chariſſimus. - - Cui Venerabilis Vir Dominus Johannes Leiſentricius Moravus Olomucenſis ipſi in Decanatu ſucceſſor optime de ſe merito, perpetuæ gratitudinis ergo hoc monumentum fieri curavit.

munificus in egenos.
ſucceſſor ejus.

CAPUT IV.

De

Valentino Friedlando Trocendorffio.

§. I.

Scholæ Goldbergenſis inſtaurator.

VEnio nunc ad divinum illum erudiendæ & formandæ pubis artificem Valentinum Friedlandum, Trocendorfium, (o) illuſtris Scholæ Goldbergenſis inſtauratorem & Rectorem, præcipuum Luſatiæ ſuæ ornamentum. De hujus vita exſtat autore Peucero Oratio recitata Wittenbergæ an. 1564. a Decano Collegii Philoſophici M. Balthaſaro Rhavo, Numburgenſe Sileſio, tunc Illuſtriſſimorum Ducum Pomeraniæ Erneſti Ludovici & Barnimi Præceptore. Quæ cum ſit in manibus omnium, pauca inde & ea quidem parva huc aſſumemus. *1564.*

Natalis,

§. II. Natus eſt ergo Valentinus, ut ipſe in Calendario ſuo hiſtorico Eberiano annotavit 16. Cal. Mart. qui dies adſcriptum nomen habet Valentini Epiſcopi & Martyris, vel, ſecundum quosdam, Papæ, anno 1490. quo Weſſelus ſeu Baſilius Gansfortius, Lux mundi vulgo dictus, & Rudolphus Agricola, Grœningenſes Oſt-Frieſii, viri incomparabiles, ille in patria, hic Eytelbergæ fato deceſſerunt, præterque hos Rex Hungariæ Matthias, cum duxiſſet Ratianos in Sileſiam (Clajus præcedentem 1489. ponit) patre. Bernhardo Friedlando, Colono in Trocendorffo, pago ditioni noſocomii Gœrlicenſis ſubjecto, qui uno ab urbe Gorlitio milliario abeſt, & a quo cognomentum ipſe traxit. Nomen Valentini a Valendo deducere ſolebat, quia inquiens valere delet virtute, ſtudio & diligentia. Puero cum parentes nummos compa-

1490. Gansfortius Lux mundi dictus
1489. Pater. Patria.
Nomen. Nominis ſui deductio.

(m) Conf. M. Jo. Chriſtoph Wagneri Budiſſiniſche Grabmahle annno 1697. Budiſſinæ p. 4. Num. 5.

(n) Eadem Inſcriptio legitur in Epitaphiis Budisſinenſ. Latinis p. 3. n 2

(o) In Laudes ejus Groſſerus Part. IV. c. 15. p. 176. ſic excurrit: Aus deſſen Schule iſt faſt gantz Teutſchland, ſonderlich zwiſchen der Elbe und der Oder mit gelehrten Subjectis beſetzet worden. Conf. Tomi I. Part. 2. Mylii Annal. p. 25.

comparando atramento non ſufficerent, ex inſumiculi fuligine id ſibi confecit, interiori betulæ cortice chartæ uſum præbente.

Trocendorffii Præceptor

§. III. Prima artium rudimenta didicit Gorlicii ſub Ludimagiſtro Cuſpiniano, (p) qui poſtea puriorem Evangelii doctrinam amplexus unus fuit inter præcipuos, qui eccleſias Sileſiacas repurgarunt. Parentes cum amiſiſſet anno ætatis ſuæ XXIII. divendita hæredicate univerſa Lipſiam profectus eſt eodem anno, qui erat a Chriſto nato 1513. ubi Richardum Crocum Anglum, Græcas, & Moſellanum Latinas literas docentem biennium audivit, & primum in Philoſophiæ gradum, *cui a baculo facta eſt appellatio*, ſuſcepit.

Lipſiam petit, 1513.

Gorlicium vocatur 1516. Ibi docet collegas cum diſcipulis.

§. IV. Inde revocatus Gorlicium anno 1516. ſcholæque factus eſt hypodidascalus non diſcipulos tantum erudiit, ſed & Rectori & Collegis reliquis Ciceronis officia & Plutarchium περὶ παιδῶν ἀγωγῆς ennarravit. Atque ab hoc anno ſedecimo ſupputationem ſuam inchoaſſe apparet Nicolaum Mylium, cum pene 40. annos ſcholam rexiſſe Trocendorffium, ſcribit. Nam qui totos XLIV. annos in pulvere ſcholaſtico illum ſudaſſe affirmant, eos falli vel hinc conſtare poteſt: An: MDXVIII. Vitebergam ſe contulit, ubi paulo ante indulgentias pontificias taxare cœperat Lutherus. Huic, itemque Melanchthoni quinquennio toto auditorem aſſiduum & ſedulum ſe præbuit. Hebræam etiam linguam ab Hadriano, Judæo baptizato, patria Hiſpano, cui ad miniſteria domeſtica operam ſuam addixerat, celeriter didicit.

1518. Vitebergam proficiſcitur.

Ibi diſcit linguam Hebraicam.

Scripta Ciceronis ibidem docet 1523. Goldbergam vocatur.

§. V. Poſterioribus vero annis ibidem privatim ſcripta Ciceronis & Epiſtolas Paulinas Græcas docendo ſeſe ſuſtentavit. Anno 1523. Georgius Helmericus V. Scholæ Goldbergenſis Rector Græce & Hebraice doctus collegam eum ſibi adjunxit. Reperio tamen in quibusdam ἐπιτοσί-χοις annalium urbis Svidnicenſis, eum Svidnicii quoque ludum rexiſſe circa annum 1522. Inſequenti anno 1524. cum Italiam ſtudiorum cauſa petere deſtinaſſet Helmericus, ſucceſſit in locum ejus Trocendorffius, ſextus in ordine Rector, collegasque per Triennium habuit Andream Treiberum, & Johannem Capelum, poſtea ludi literarii apud Laubenſes moderatorem. Eodem anno, cum Johannes Heſſius, patria Noribergenſis Theologiæ D. Canonicus & Parochus Vratislavienſis XX. die Menſ. Aprilis initio facto totum octiduum de autoritate verbi divini octo, de ſummo Chriſti ſacerdotio decem, deque matrimonio quatuor axiomata in æde S. Dorotheæ Vratislaviæ diſputando defenderet (q) contra quendam D. Sporum; adfuit Heſſo inter præcipuos tanquam παραςάτης Trocendorffius, textusque bibilicos ab adverſariis citatos in fontibus Græcis & Hebraicis inſpexit ac conſideravit. Tantum Judicio ejus tribuebat Heſſus præſtans Theologus.

Ludimoderator Svidnicii.

fit Rector Golbergæ.

Trocedorffii Collegæ.

Heſſi certamen cum monachis

is diſputaturus Trocendorffium ſibi adjungit.

CAPUT V.

De Ejusdem Controverſia cum Schwengfeldio, & aliis rebus

§. I.

PEr idem tempus Caſpari Schwengfeldio ab Osſing Eqv. Sil. ejusque ὁμοψήφοις, inter quos erat Princeps ipſe Fridericus II. Dux Lignicenſis & Bergen. - - acriter ſeſe oppoſuit primus omnium, nec ante deſtitit quam expugnato Principis animo perſeciſſet, ut autores dogmatis dimitterentur. Anno 1527. Goldeberga Lignicium vocatus eſt, ubi tum ſavente & adjuvante Carolo V. Imp. novam eperire academiam ſatagebat Fridericus Bernardo Zieglero Eqv. Miſnico Theologiæ D. Excellentisſima Linguæ Sanctæ peritia claro, Cunrado Cordato & aliis nonnullis Witeberga eo accerſitis. Dilapſis autem rurſum Profeſſoribus ab eorum, qui Schwengſeldii dogma tuebantur, partibus, cum Lignicii docuiſſet Triennium, ipſe quoque Vitebergam rediit, ebductis illuc ſecum auditoribus ſex (plures enim non

Schwenckfeldii delirium.

illi reſiſtit Trocendorffius.

1527.

Cunradi Cord. cujus extat Poſtilla, fit mentio in Lutheri ſerm. conviv.

Vitebergam Trocendorffius redit.

(p) Scholæ hac occaſione fuit edhibitus: Pater, cum natura eſſet religioſus & ſuperſtitionibus ejus ætatis epprime deditus, frequens Monachis illius loci adeſſe, quæque illi mendicando collegiſſent, edſervare domi ſuæ, & cum in urbem ventitaret, ſecum edvehere erat ſolitus. Quæ occaſio fuit, ut accedentem ed Monachos patrem crebro filius comitaretur, in quo illi ſeu ſpecie conſiderate, ſeu obſervatis argumentis etque incendiis eliis: quod & curioſius inquiſiviſſent multa & librorum tractetione delectari viſus eſſet: his ergo notis, ubi in eo deprehendiſſent indolem diſcendi evidam & doctrinarum capacem, hortati fuerunt parentes, ut filium Scholæ edhiberent, & erudiri literis curarent. vid. Melch. Adami Vitas German. Philoſoph. p. 77.

(q) Theſes ejus paulo mutatas vid. in Lucæ Chronico Sileſiæ p. 302. conf. p. 550. & ſeqq. ubi hoc diſtichon annotatum legitur:

Artes tredebam totius tempore vitæ,
Et quæ ſunt mundi præmia, pauper eram.

1529. non enim ſuerant). Anno 1529. ſecundum Peucerum, vel ſequenti, ut vult Clajus.

Succeſſor ejus in Schola Goldbergenſi.

§. II. Secutus eſt autem eum in Schola Goldbergenſi Rector VIIus. Joannes Langus Niſſenus Sileſius Græcarum literarum cognitione celebris & poëta præſtans, quem nos poſtea J. V. inſigniis ornatum & imperatoriis allectum conſiliis Svidnicii Menſ. Julio anni 1566. qui proximus erat ante mortem ejus, vidimus domi ſuæ, & allocuti ſumus familiariter, ſenem venerandum & Deo hominibusque acceptum.

Ex academia Goldbergum ſe iterum recipit.

§. III. Anno 1531. ex Academia Goldbergam ſe recepit ad ſcholæ inſtaurationem ab Helmerico Reip. Conſ. invitatus. In ea docuit pene ſolus usque ad annum 1538. quo M. Chriſtophorum Preys Pannonicum, Poëtam eximium collegam aſcivit. Inſequenti anno 1539. Joannes a Tzſchirnin Eqv. Sil. qui gratis epiſtolas Cic. per annum prælegit, & Jodocus Heniochus Detiſſus Cantor, Ciceronis & Virgilii Profeſſor, acceſſere. Tzschirninus quem Nigrinum appellabant, paulo poſt Vitebergæ immaturam obiit mortem, a Trocedorffio oratione ſunebri, a Stigelio Epiraphio tumultuario illo quidem & extemporaneo eleganti tamen, ut quod maxime, honeſtatus. Mox anno 1540. M. Franciſco Recchio Rhetorices tradendæ demandata eſt provincia.

Tzſchirninus cognomine Nigrinus moritur.

§. IV. An. 1541. die ⊙ dominica Trinitatis proxime conſecuta Trocedorffius orationem haboit, in ſchola Goerlicenſi, cum ea M. Georgio Tileno Soravienſi, qui Paſtor Goldebergenſis deinde ſuit, commendarerur. Tandem anno 1546. hoc eſt anno uno antequam e vivis excederet, conduxit Dux Friedricus M. Martinum Thabor, qui elementa Sphærica, M. Georgium Silerum, qui linguam Græcam & Joannem Figulum, qui Juris inſtitutiones docerent. Silerus anno 1551. Lignicenſi ſcholæ præfectus, Reichius proximo 1552. d. 12. Apr. ut Trocedorfius annotavit, ex hoc fragili corporis tabernaculo in æterna tabernacula evocatus eſt.

Georgius Tilenus Soravienſ. Ludim. Gorlic. fit paſtor Goldbergiæ. 1546.

1551. Collegæ Trocendorffii. 1552.

§. V. Huic Zacharias Barth, illi Georgius (W. Juſtus male Joannem vocat) Georgii F. Helmericus optimarum artium & Philoſophiæ Magiſtri ſucceſſere. Atque hi fere fuere Trocendorffii per annos 25. Collegæ. Quo tempore tantum erudivit diſcipulorum numerum, ut ipſe ſoleret dicere, ſicut Clajus extulit:

Fama Trocendorff.

Si, quoscunque ſuo pueros habuiſſet in albo,
Præſentes uno poſſet habere loco,
Id fore collectum multis legionibus agmen
Adverſus Turcam quod ſatis eſſe queat.

§. VI. Refert idem Laurentius Ludovicus in præfatione Roſarii Trocendorffiani, auditum de reverendo viro M. Henrico Theodoro, Superintendente Lignicenſe, patre M. Tobiæ Theodori Soravienſis amici noſtri, qui Græcum & Latinum carmen eleganter ſcribit, & Coſmæ, Decani Pragenſis Annales Bohemorum manuſcriptos nobiscum communicavit. Poſtremo gubernationis ſcholaſticæ tempore triplicem vidit urbis Goldebergenſis calamitatem, tribus annis continue ſeſe conſequentibus.

Tob. Theodorus Sorav.

Triplex calamitas Goldbergæ.

§. VII. Nam anno 1552. annonæ anguſtia in oppido laboratum eſt. Eam inſequenti anno excepit ſæviſſima peſtis, qua ſubiro urgente prima ſcholæ diſſipatio facta eſt. 10. Junii. Etſi autem die natali Chriſti denuo cœperat colligere cœtum Cathecheticum, tamen proximo mox anno 1554. is iterum diſſipatus eſt. Decima ſeptima enim Julii die dimidia hora intra XI. & XII. integri horologii in inſeriore urbis parte non procul a porta Legnicenſi apud Fabrum quendam exortum incendium, & quamvis tranquillus tum eſſet aër, ſubito ſe diffundens per totam urbem, quicquid fuit ædium intra mœnia ad unius, duarum vel ſummum trium horarum ſpatio in cineres & favillas redegit, qua conflagratione & πανωλεθρίᾳ ædificia ſacra & profana, publica & privata, templum, ſchola, curia &c. deflagrarunt.

1552. 1.) annonæ caritas, 2.) peſtis.

1554. 3.) incendium.

§. VIII. Tranſtulit igitur ſcholam Lignicium, ubi poſtquam biennium in exilio docuiſſet diem ſuum obiit cœlebs, Anno 1556. d. 26. Apr. ſubita apoplexia oppreſſus inrer docendum, eum cœpiſſet enarrare Pſ. XXIII. Dominus regit me, nihil mihi deerit. &c. Viceſima die Apr. quæ fuit ſeptima ante mortem, Georgio Schergolt literas commendatitias dederat, ad Joachimum Camerarium, quarum exemplum is tertio tomo Epiſtolarum Eobani Heſſi inſeruit. Vixit annos LXVI. Menſes XI. Dies X. Scholam adminiſtravit Goldbergæ & Lignitii in univerſum annos XXVIII. tradendo doctrinam divinitus pateſactam & artes Eccleſiæ neceſſarias ſumma cum fide, diligentia & felicitate, maximoque auditorum confluxu & frequentia. Nam quod Eberus amplius annis XL. eum Goldbergæ docuiſſe vult, id, quomodo verum ſit, non video. Melanchthon eum plus XXX. annis Scholam Goldbergenſem gubernaſſe ait. Id ſalvari poteſt, ſi ad noſtram ſupputationem adjiciatur Triennium, quo in Academia Lignicenſi docuit.

Schola Lignicium transfertur. Obitur Trocendorffii.

Ætas ejus.

Eberi error.

§. IX. Sepultus eſt Lignitii in æde D. Joannis, in qua & Friderici Ducis & Reginæ Poloniæ Eliſabethis, uxoris ejus videntur tum-

Buſtum ejus

tumbæ. Saxo tumuli inciſa eſt effigies ejus cum hac inſcriptione:

Epitaphium ejus.

Clariſſimus VIR Valent. Fried. Trocedorff. Obiit VI. Cal. Maj. anno M. D. LVI. æt. LXVI. (r)

Aſculpta ſunt Hebræa, quæ circa effigiem ejus cernis, & Græcum hemiſtichion (ſic & præfatio compendii Goldbergenſis) Ἰσῖς παισὶν χρήσιμα εἶπεν. deſumtum ex Epigrammate epitaphio antiquiſſimo Poëtæ comici Epicharmi Siculi Pythagoræi, quem Plautus teſte Horatio, eſt imitatus. In illo enim hi ſunt verſus poſtremi,

Πολλὰ γὰρ ποτταὶ ζοὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα
Μεγάλα χάρις αὐτῷ. Hoc eſt, ut quidam tranſtulit,
Vtilia ad vitam pueris quia plurima ſcripſit,
Magna illi habenda eſt gratia. &c.

Hoc encomium, quo Epicharmum ornavit vetuſtas, veriſſime in Trocedorffium competere magno conſenſu eruditi complures cenſuere. Poſuerunt etiam Goldbergæ ei κενοτάφιον grati aliqui diſcipuli, inque his multi, qui literis jam dudum renunciarunt.

Diſcipuli quidam ei κενοτάφιον poſuere.

§. X. De morte ejus eclogam Ariſtæum edidit, Nicolaus Mylius Liebethalienſis Sileſius Dn. Nicolao Riedigero Senatori Vratislavienſi dedicatum, abdita elogia, in qua ipſe Trocedorffius loqui inducitur & inter alia hoc ἐτεόστιχον.

Alia epitaphia in eundem.

Fata TroſenDorffI MensIs ſIgnabIt aprILIs

Georgius Fabricius Lib. Triſtium ſeu Tumulorum ſub lemmate Meriti Clariſſ. hoc eum decoravit epitaphio:

Sileſia quot doctos memorat, tot munera jactat
Friedlandi, patriam cui Trocedorffa dedit,
Æquanda excelſis o tellus urbibus unde
Prodiit eximio nomine tantus honor.
Aurimonte cubat, quovis præſtantius auro
Ingenium, digno quod nequit ore cani.
Angelicosque ioter coetus modo plectra retractans
Aurea, perpetuo concinit ante Deum.

§. XI. Sed falſus eſt in eo, quod Goldbergæ eum humatum innuit. In Franciſci etiam Fabri Sileſia ſive Sabotho hoc ejus præclarum extat elogium:

Fabri elogium in huncce.

- - venit & Daphneide Catthus
Spectandus lauro, ſolers ad flumina cujus
Educat argutos hederaque innectit olores
Muſarum decus ille Valens Troſdorffius, ille,
Quem genitrix puerum Muſis Phœbusque dicavit,
Caſtalides fovere, ſacer nutrivit Apollo,
Nutritumque ſcholis Muſæ Phœbusque ſacrarunt
Succeſſu ingenti, cujus nunc plena virorum
Atria doctorum, ſtudio templisque ſcholisque
Præclarum nomenque viri famamque propagant
Germine fœcundo, felix repullulat arbor.
Magnus ut huic primas concedat jure Palæmon
Aſſurgatque libens ſenior Cratoaldus alumno.

§. XII. Alludit autem Faber ad id, quod Mylius quoque refert in elegia: matrem eum rure ſcholam Goerlicenſem redeuntem proſecutam fuiſſe, & dimiſſum a ſe multis lacrymis obteſtatum, ne vitam ſcholaſticam deſereret. Has voces (inquit Peucerus) ſæpe affirmabat ſe tunc ominis loco accepiſſe, & de ſecuturo vitæ curſu, qui ſcholaſticus futurus eſſet, interpretatum eſſe. Quare, ſi quando deinceps etiam ad functiones alias ſplendidiores vocabatur, ut eccleſiaſticas, &c. recuſabat eas, quod ſe voto matris ſcholis dedicatum eſſe meminiſſet, abque his ſibi per mandata ejusdem ſalva pietate diſcedere non licere.

ad verba matri obtemperat

Voces hæ fuerunt: Lieber Sohn bleib bey der Schule

§. XIII. A Senatu populoque Norimbergenſe expetitum eum conſtat propoſita luculentiſſima conditione & ſalario honeſtiſſimo. Goerlicenes etiam anno 1535. per Paulum Romerum Notarium, & mox Joannem Trogerum Medicinarum Doctorem Phyſicum peritiſſimum ad conſtituendam & regendam patriæ ſcholam eum revocarunt. Verum nec ampliſſimus Reipubl. Noricæ ſplendor, nec mnnicipum ſuorum deſiderium aut patriæ amor tanti apud eum fuere, ut ſcholam Goldbergenſem lectiſſimorum puerorum frequentia, ut ipſe ſcribit ad Trogerum, florentem, & maximis ſuis laboribus conſtitutam, importuna diſceſſione diſſipare & multorum adoleſcentum ſtudia florentiſſima perturbare vellet.

Joh. Trogerus Phyſ. Gorl.

Recuſat alias vocationes.

§. XIV. In hoc (inquit) rerum ſtatu, „ nullo dum ſucceſſore deſignato, ſine gra-„ viſſimo crimine deſertoris hinc diſcedere, „ non poſſum. Ut enim miles injuſſu Im-„ peratoris de præſidio abire non debet; ita, „ cum nos in docenda pueritia tanquam, „ in ſtatione a Deo conſtituti ſumus, flagi-„ tium eſt, ſine legitima miſſione aufugere, „ & tan-

Verba ipſa recuſatoria.

(r) Vid. cap. V. Notam ſub lit. (q).

„& tanquam præſidio prodito committere, „ut ſtudia juventutis bene inſtituta conturbentur. Perſvaſum enim habeo me in „hoc munere ſanctiſſimo non tam hominibus quam Deo ſervire. Cum vero „voluntate Illius huic loco præfectus „ſim, contra voluntatem Illius abire neſas exiſtimo. Contra voluntatem Illius „autem abirem, ſi mea me voluntate im„portune hinc eximerem ſchola, ſine cer„to ſucceſſore relicto. Si vero Deo ita „viſum fuerit, ut hinc ad vos transeam, „atque ut extremum vitæ meæ tempus in „patria conſumam, certum eſt, quod viam „ipſe aperiet & ſuo tempore occaſionem „commodam oſtendet &c. Hæc ille.

CAPUT VI.

De Ejus doctrina, diſciplina & ſcriptis.

§. I.

RAtionem doctrinæ & diſciplinæ Trocendorffinæ eleganter & copioſe explicat Peucerus. De conventibus Scholaſticis ſeu Panegyribus, quoniam eas attingit ſolum, latius non nihil diſſeremus. In Græcia olim, cum moribus adhuc incorruptioribus viveretur & virtuti honos uberior haberetur, ludi ſolennes magna celebritate & multorum hominum concurſu ficbant. Neque vero illi conventus inania tantum ſpectacula & voluptates aurium atque oculorum continebant, ſed erant quædam incitamenta ad virtutem, & invitationes ad ſtudia honeſtarum artium. Conveniebant autem omnis generis artifices: ſuæ quisque artis ſpecimen edebat, victori honeſtum præmium atque honos tribuebatur: Poëtæ in illis agonibus Poëmata proponebant, Rhetores orationem in laudem viri alicujus virtute præſtantis, & cujus egregia in Remp. merita extarent, pronunciabant, Orationes ab eo, quod in conventu publico recitarentur πανηγυρικοὶ ſunt appellatæ; conventum enim & comitia publica πανήγυριν Græci vocant. Quæ conſvetudo & humanitatis plena erat, & diſciplinam utilem ad virtutem continebat. *Mos Græcorum.*

§. II. Hunc morem veteris Græciæ in Panegyricis recitandis ita in Rempubl. ſuam ſcholaſticam introduxit Trocendorffius, ut pueri non ex annalibus priscis argumenta peterent, aut heroas externarum gentium laudandos ſumerent, ſed ex ſuo cœtu, ex his quorum indoles, mores & ſtudia ipſis perſpecta eſſent, quique in oculis eorum verſarentur, Panegyrica argumenta deligerent, & condiſcipulos ſuos & ſtudiorum ſocios laudarent, in quibus egregius erga literas amor, vis ingenii, indoles virtutis, pudor, modeſtia & ſtudium obediendi elucerer. Hæc erat Panegyricorum materia. *Trocendorffius Græcos imitatur.*

. §. III. Ad eum modum primum omnium Joannem Tzschirnium, de quo ſupra meminimus, Vitenbergæ tum literis operam dantem laudavit Dominus Caspar a Kittliz. Finita oratione panegyrica de tribunis plebis unus ad ſenatum Scholaſticum verba fecit hujusmodi: Collegium tribunorum judicare Nigrinum vere laudatum & laudatori honorem habendum. Quo autem genere honoris afficiendus videatur, patrum conſcriptorum judicium facere. *Primam orationem nobilis quidam habuit.*

§. IV. Ei cenſorum alter (bini enim creabantur ſingulis Menſibus ex cœtu ſcholaſtico & conſuli adjungebantur morum ac diſciplinæ in viis & congreſſibus publicis magiſtri) in hæc verba reſpondit: Cenſorum eſſe non delicta tantum notare, ſed & recte ſacta præmio proſequi. Itaque cum Caſparum a Kittliz officio functum & recte laudaſſe Nigrinum judicent, decernere ſeſe Casparum Panegyriſten coronandum. Eum Conſul excepit in hanc ſententiam locutus: Senatum pro ſua pietate & fide erga honeſtiſſimum ordinem Scholaſticorum recte ſtudiis ſavere & virtuti honorem habitum velle, itaque de ſententia tribunorum & cenſorum & communi & conſenſione ſui ordinis ſenatorii Casparo a Kittliz ob bene navatam operam coronam decernere, quam equeſtris ordinis juvenes virtutem honore proſequentes concinanndam curarent, hortarique, ut ex eo honore, qui ſtudiis optimis habeatur, omnes ingenui pueri & adoleſcentes ad virtutes & bonas artes amandas excitentur. *Nobilis iſte a ſenatu coronam accipit.*

§. V. Mox ῥαβδῦχος coronam panegyriſtæ tradidit cum hac oratiuncula: Macte virtute, Generoſe adoleſcens, hac Te corona ampliſſimus ordo ſenatorum & collegia tribunorum atque cenſorum remunerant. Hunc honorem ita accipere debes, ut intelligas, Te a ſenatu populoque ſcholaſtico veluti pignore obligari, & hoc munuſculo invitari, ut in hoc honeſtiſſimo curriculo optimarum & laudatiſſimarum artium, in quod nobiscum una ingreſſus es, impigre decurrere pergas, & ita ſtudeas, ut aliquando ex ſtudiis tuis ad Rempublicam fructum honeſtum adſerre poſſis. *Lictor tradit ei addita oratiuncula coronam.*

§. VI. Ad extremum panegyriſta totum actum hac gratiarum actione clauſit. Ego, vobis, P. C. Cenſores, Tribuni & Juvenes ornatiſſimi, pro veſtro honore, quem in me contuliſtis, tantas ago gratias, quantas velle debetis, qui ſe veſtro ampliſſimo beneficio affectum eſſe agnoſcit & con- *Dn. Caſp. a Kittlitz ſenatorio ordini de adepta corona gratias agit.*

confitetur. Omni ſtudio & cura incumbam & enixe contendam, ut veſtrum judicium, quod honorificentiſſimum de me feciſtis, mihi ſingulare calcar & incitamentum eſſe ad honeſta ſtudia ardenti animo proſequenda intelligatis. Atque de Panegyricis hactenus.

Scripta Troc.

§. VII. Trocendorffii hodie extat Catechismus Latinus a Profeſſoribus ſcholæ Goldbergenſis poſt mortem Autoris editus, cui ad Henricum Ducem Sileſiæ in Lignizo, Prûga & Goldberga eruditam Philippus Melanchthon præfixit præfationem, in qua cum alias multus eſt in laudibus Trocedorffii, tum hoc quoque addit, eum non ſolum ſtudia diſcentium adjuviſſe, ſed etiam multa conſilia eccleſiarum rexiſſe, ſemperque in ore habuiſſe dictum Zachariæ: Diligite veritatem & pacem:

Symb. Troc.

Retinete Doctrinæ & invocationis puritatem, & ſit cura tuendæ tranquillitatis, ne langueſiat aut extingvatur vera Dei invocatio, ut alibi (in ſcripto de colloquio Wormacienſi) ſenſum verborum Prophetæ tanquam in paraphraſi, reddit Melanchthon. Roſarium ejusdem & Precationes tam Latino, quam populari ſermone edidit M. Laurentius Ludovicus. Sed jam

Ingenia Gorlicenſium felicia

relicto rure urbem ſi videtur, petamus & quos Gorlicium noſtrum viros doctos naſcentes primum exceperit videamus. Neque enim immerito Meiſterus inter alias Gorlicenſium ſuorum dotes etiam

- - placidos populi mores divina Juventæ
Ingenia prædicat.

CAPUT VII.

De
Zacharia Sculteto Gorlicio.

§. I.

Patria.

Zacharias igitur Sculteto (hac enim inflectione ipſum in autographis ſuis proximo ante mortem anno ipſum uſum vidimus) Gorlicius (s) villico patre natus multarum linguarum peritus fuit. Præ-

Præclariſſimum opus ejus

clariſſimum enim illud & immenſi laboris opus, cujus in Mithridate ſuo (ſic enim hoc nomen ſcribendum putant Muretus in Catullum & Reineccius in Regibus Ponticis, nummismatum perveterum fidem ſecuti) vix primas lineas duxit Gesnerus quodque ſe tentaſſe ſed iterum depoſuiſſe ſcribit Illyricus in præfatione Otfredi.

Librum quendam in lucem edit.

§. II. Non conceperat tantum inchoaveratque hic noſter, verum commentarios jam ejus confecerat adeo locupletes, ut ſpecimen operis coacervatis & collatis inter ſe ex omnibus pene linguis rei pecuniariæ vocabulis amicis exhiberet & editurus videretur, ſi vita ſuppetiiſſet. Lexico univerſo Symphoniaci titulum ſecerat, imitatione opinor Sigismundi Gelenii, qui poſt Rudolphum Agricolam & Joannem Dalburgium Vangionum præſulem, viros omni memoria dignos, quos in eodem inſtituto bonas horas collocare non piguit. λέξικον σύμφωνον duplo auctius Græcæ Latinæ Germanicæ ac Sclavonicæ linguarum Baſileæ iterum edidit anno 1544. Quare immatura ejus 1544.
morte magnam fecerunt φιλόγλωττοι jacturam.

Obiit in patria

§. III. Obiit enim febri quartana, in patria IX. Cal. Mar. duabus ante meridiem horis anno 1560. ætatis tricesimo, cum natus fuiſſet anno 1530. 19. Januar. Excelluit & in Mathematicis diſciplinis.

ætas ejus 1560. 1530. Mathematicus excellens.

CAPUT VIII.

De
Bartholomæo Sculteto.

§. I.

Barth. Scultetus.

Sed ea in parte facile lenit nobis Zachariæ amiſſi deſiderium frater ejus Germanus Bartholomæus Scultetus optimarum artium & Philoſop. M. qui ex-

Mathematicus inſignis.

quiſita, univerſæ Matheſeos ſcientia & uſu non fratrem modo, ſed pleroſque noſtri ſeculi artifices facile æquat (t) ſi non ſuperat.

§. II. Fuit hic amplius biennio in ædibus M. Joannis Humelii, Viri integerrimi & cum philoſophiæ totius, tum imprimis

Librum quendam divulgavit.

mathematum peritiſſimi ἐφέσιος καὶ ὁμοδίαιτος, jamque Prognoſtico novilunii ecliptici anni 1567. ad ſenatum patriæ, Chorographia item Miſniæ ad Auguſtum Saxoniæ VII. virum, & doctiſſimis quatuor annorum cum Ephemeridibus tum prognoſticis editis Germaniæ innoteſcit. Dii illum ſoſpitent, ut & alia porro edat præclariſſima utiliſſimaque ingenii ſui monumenta, & Chorographiam Luſatiæ arte factam, quam 1567.
noſtro

(s) Vid. Grofferus Part. IV. c. 15. p. 177. Mylii Annal. ſub anno 1560. & Carpzovii Ober-Lauſitziſchen Ehren-Tempel Part. I, cap. ultimo.

(t) Vid. Grofferus Part. IV. c. 15. p. 177. Chriſtiani Pii hoc eſt Funccii Beſchreibung der der Zerſtörung der Stadt Görlitz Anno 1717. p. 22. Ob inſignia & præclara merita ab Imperatore tunc temporis regnante inſignibus eſt nobilitatis ornamentis. Pauli dictum ſemper in ore habebat ex priore ad Tim. c. IV. v. 8. Pietas ad omnia utilis. conſ. Martini Mylii Annales Gorlicenſ. Tomi I, Script. Part. II. p. 30.

noſtro rogatu inſtituit, ad umbilicum perducat.

§. III. Cæterum natus eſt Bartholomæus anno 1540. Majo tribus horæ quadrantibus poſt medium noctis.

Natalis. 1540.

In manibus nunc habet tabulas arithmeticas menſurarum, ponderum, monetarum, temporum & hiſtoriatum propediem, uti ſperamus, edendas. Nunc maritus factus mathemata in auguſto patriæ Gymnaſio profitetur. Hic civis & amicus noſter ad locupletandos, augendos & illuſtrandos hosce meos rerum Luſaticarum commentarios, ſecundum virum genere, virtute, eruditione & dignitate præſtantem Georgium Schmiedium & ipſum civem meum ac dominum in majoribus honorandum, plurimum mihi profuit ſtudio ſuo & benevolentia tum communicandis liberaliter quos habuit, tum conquerendis undique omnis generis autoribus, annalibus & monumentis.

Ad locupletandos rerum Luſaticarum commentarios plurimum profuit.

CAPUT IX.

De *Joanne Sigismundo.*

§. I.

maxima cum laude medicatur.

JOannes Sigismundus, Gorlicius eximius utriusque medicinæ D. (u) annos circiter XXX. Gorlicii, Svidnicii & alibi plurimis feliciter & maxima cum laude medicatus eſt. Sub annum

1553. 1553. quo peſtilitas Laubæ atrociter graſſata Gorlicii quoque, ubi tum ordinarius erat Reipl. Phyſicus gliscebat, edidit vernacula lingua conſilium ſuum, quomodo & ſani ab infectione præſervandi, & ægroti tractandi curandique ſint, cum appendice de phlebotomia impreſſum Vratislaviæ in 4to chartis tribus.

Reip. Laubæ Phyſicus ordinarius. Librum compoſuit.

§. II. In epiſtola dedicatoria ad ſenatum Gorlicenſem duo ſe antea, ejusdem argumenti conſilia aliquanto copioſiora, alterum anno circiter 1542. Torgæ, alterum biennio poſt Annæbergæ degenrem ediſſe ſcribit, quibus recognitis & caſtigatis eorum, quæ uſu interea comperiſſet additione auctis, tertium hoc conſecerit.

Quem Senatui Vratislav. dedicabat. 1542.

§. III. Obiit in patria apoplexia anno 1566. die VII. Junii, h. e. in profeſto Medardi hora VII. matutina integri horologii, cum pridie ejus diei recte valuiſſet. Meminit hujus Georgius Æemilius in propemtico, quod Melchiori Acontio & Chriſtophoro Pannonio in Sileſiam Viteberga abeuntibus anno 1537. ſcripſit, ubi de Gorlicio ſic inquit:

Dies mortalis 1566.

1537. Æmylii laudes de Gorlicio.

Lubricus inſtabili decurrens flumine Niſſus,
Ipſa paludiferis mœnia ſtringit aquis.
Hic mihi Vir celebri vivit conjunctus amore,
Qui grave victrici nomen ab ore tenet.
Nuper is hic ſocios mecum ſuscepit honores,
Atque Magiſterii ſigna decusque tulit.
Inde gravi patriam cum laude reverſus ad urbem
Pæoniæ clarum ſuſtinet artis opus.
Illum veſtra precor facilis mihi lingua ſalutet,
Nec velit officio tardior eſſe meo.

CAPUT X.

De *Joanne Neandro. M. D. Gorlicio.*

§. I.

PRotulit Gorlicium alium etiam inſignem artis Medicæ Doctorem Joannem Neumann (Neandrum) panicularii filium, qui Viennenſibus faciendo medicinam multis annis utilem operam navavit, præſertim anno Chr. 15. quo Peſtis ibi populariter ſæviit.

Doctor Medicæ artis. pater

peſtis Viennæ ſævit.

§. II. Quo morbo & ipſe nuper ibidem exrinctus eſt, anno 1568. VI. Id. Xbr. Hunc teſtis laudat Matthias Cornax Medicinæ D. qui de admirando mulieris cujusdam partu anno 1549. exemto hiſtoriam ſeu epiſtolam narratoriam conſcripſit.

Moritur eodem morbo. 1560.

CAPUT XI.

De *Jona Herrmanno Gorl. P. L.*

§. I.

JOnas Hermannus (w) Poëta elegans, affinis meus natus eſt Gorlicii honeſtis parentibus anno 1537. non. Febr. Duodevigeſimo ætatis anno Vitebergæ. Edidit hiſtoriam Jonæ elegiaco carmine ut omnia conſcriptam, ad Bonaventuram Gallum, Capituli Vratislavienſis Can.

Poëta elegans. Patria. 1537.

Librum edidit.

(u) De acquiſitis his honoribus academicis teſtatur Gotfridus Svevus in libro, quem inſcripſit Academia Wittebergenſis in plagula Ggg 3. notata. conf. Groſſer. Part. IV. c. 14. p. 173. Analecta Faſt. Zittav. Part. II. c. 7. §. 1. p. 304. Mylii Annales Gorlicenſ. ſub anno 1566.

(vv) Conf. Mylii Annales Gorlic. p. 29. & Groſſerum Part. IV. c. 15. p. 177.

Cancellarium anno 1559. Viennæ Auſtriæ. Inter alia Epithalamia Joanni Drehſero, Lœbavienſi ſcripta, hujus etiam carmen gratulatorium prodiit, una cum ἐτεοςίχῳ nuptiarum diem ſimul & Menſem comprehendente, elegidio item in inſignia familiæ Dreheſerorum, & Epigrammatis præterea duobus, in quorum priori octoſticho initiales & finales verſuum literæ habent Symbolum Davidis Drehſeri fratris: REFUGIUM MEUM DEUS.

Symbolum Davidis Drehſeri.

§. II. Inſequenti anno ibidem declamationem in Natalem CHRISTI, quam publice pronunciaverat, emiſit, cum præfixo Cropacii Epigrammate impreſſam chartis duabus in quarto apud Raphaelem Hoffhalter, in cujus officina typographica tum emendationi librorum præerat. Laurea Poëtica coronatus eſt anno 1560. d. 17. Junii, in aula Archigymnaſii Vienn. per Petrum a Rotis Belgam Contracenum J. V.D. tunc Domini Adami de Nova Domo Præceptorem una cum Petro Pagano Wanfridenſe, Heſſo, & Caſparo Cropacio Pelſnenſe Bohemo, quo loco hiſtoriam Goliathi gigantis a Davide puero cæſi recitavit, & de fabula Orphei quæſtionem Vito Jacobæo P. L. propoſuit, in cujus reſponſione hi de illo verſus leguntur:

1560. Lauream poëticam accepit Hermannus.

> Niſſa fui merito quoque nomine gaudet alumni
> Cujus ſerta ſacros cum velent laurea crines,
> Accepiſſe novum patriæ videt ornamentum &c.

§. III. Extat actus totus Coronæ poeticæ titulo editus in IVto chartis 15. & D. Maximiliano Auſtriaco tunc Bohemorum Regi a Promotore dedicatus. Adjectum eſt ad calcem inter alia Caſparis Pridemanni carmen gratulatorium, in quo his eum alloquitur verſibus:

Carmen gratulatorium de adepta corona poëtica.

> Nec Te Luſatiis Hermanne parentibus orto
> Pœniteat Phœbi ſtudio coluiſſe ſorores
> Pierias. An non poſſit res mira videri?
> Jonas nomen habes, nomen ſignare prophetam
> Quis neſcit? Divus nunc ergo Poëta Prophetæ
> Jungitur, inſignes titulos & nomina geſtas.
> Egregio magnæ quod laudis nomine ſpondes,
> Adſpirante Dei cœleſtis numine præſtes.

§. IV. Aliud item Pauli Galleri, Hallani Tyrolenſis cum hoc ejusdem elogio:

Elogium in eundem Jonam.

> Vox octava ſuo veluti ferit aurea cantu
> Sidera, diverſoque animos movet ipſa colore:
> Sic arguta facis ſvaviſſime carmina Jona,
> Carmina, quæ Muſæ laudant & candida Pallas.
> Te colit Aonidum chorus, & ter magnus Apollo,
> Teque cupit fieri votis Heliconis alumnum,
> Qui reliquos non odit, amet Tua carmina Jona.

§. V. Extat & in effigiem & inſignia Hermetis Schallautzeri, Regis Ferdinandi Architecturæ Magiſtri Hermanni carmen, quod hoc pentametro clauſit:

> Mordaci virtus non caret invidia.

Verſus quidam ab Hermanno factus.

Epicedion item Ferdinandi & alia.

§. VI. Formator fuit poſtea adoleſcentiæ ſupra memorati Domini Adami a Neuhauſſ, ejus, qui avum ὁμώνυμον Regni Bohemici Cancellarium & procerum ejusdem facile principem, patrem vero habuit Joachimum, qui cum & ipſe eſſet Regni Cancellarius anno 1565. prid. Id. Xbr. h. e. in Vigil: Luciæ hora VIII. antemer. ad Viennam rupto pontis jugo in Danubio periit. Deinde erudiendis Caroli Auſtriæ archiducis pueris nobilibus præfectus eſt.

Varia hujus munera. Formator fuit adoleſcentiæ (1) Dn. à Neuhaus, (2) Auſtriæ Archiducis Caroli.

§. VII. Tandem cum in poſſeſſionem bonorum Joſiæ, fratris demortui veniſſet Bethoviæ primario Stiriæ oppido (Dub.) ibidem obiit annos XXX. haud multum ſupergreſſus, abundeque quantumvis ὠκύμορος expertus id, quo pro Symbolo uſus fuit:

Symbolum ejus.

> Miſcentur triſtia lætis. Ovid. 6. Faſtorum

CAPUT XII.

De M. Ambroſio Bernt Gorl.

§. I.

GOrlicius etiam fuit (ſi annalibus Vratislavienſibus credimus,) M. Ambroſius Bernhardi, Academiæ Vitembergenſis Profeſſor, quem iidem annales tradunt anno 1531 prid. Id. Junii, per Stanislaum Gelhorn Cons. Svidnicenſem & Franciſcum Fabrum. V. & Poëtam Clar. tunc ejusdem Reip Notarium, qui cum aliis lectis civibus equites ei obviam proceſſerant magna pompa & ſolennitate Svidnicium deductum & convivio opipare parato ſplendideque magnificeque acceptum poſt dies aliquot ſilentio iterum diſceſſiſſe. Is anno 1540. Vitebergæ prælegit Terentium, in cujus comœdias annotationes ejus cum Melanchthonis, Stigelii, C. Crucigeri, patris, & aliorum annotationibus anno 1566. edidit M. Stephanus Riccius. Ambroſii tamen annotationes a Crucigerianis parum variant. 1566.

Acad miæ Viteberg Profeſſor 1531.

a ſenatu Svidnicenſe magnifice acceptus, ſilentio diſceſſit. 1540.

§. II. Obiit Vitebergæ ante Lutherum affinem ſuum anno 1542. Menſ. Januario,

Obitus ejus

rio, ut apparet ex concione a D. Joanne, Pomerano paſtore Vitebergenſe ad funus Lutheri habita, in qua mentio fit multorum Lutheri ſermonum de placidiſſima Ambroſii ab hac vita migratione; ſed ibi Guterbachenſem non Gorlicenſem fuiſſe Pomeranus affirmat. Fratrem autem ſuum dilectum vocat, & virum vete bonum, Chriſti amantem & adoratorem Dei præprimis in S. & veritate aſſiduom.

Pomeranus eum Guterbochenſem nominat.

CAPUT XIII.

De
Matthæo Friedricho Gorl.

§. I.

Pater

librum ſuum Equiti aurato cuidam inſcribit.

Matthæus Friedrichus Gorlicius, Lanii filius, Paſtor Schoënbergenſis, vernacula lingva edidit ſcriptum contra heluationis Diabolum, (ſic enim titulum fecit) Erasmo a Cunriez ad Lœbſchütz Eqv. aurato Patrono ſuo ſive collatori dicatum anno 1551. Item epiſtolam anno 1555. ad temulentos in Germania.

§. II. Aliam etiam Satanæ ad eos, qui poculis æqualibus ſeſe invitant mutuo, epiſtolam olim circa annum 1511. publicatam denuo evulgavit civi Gorlicenſi Joachimo Frenzelio in Konig-haino & Liebenſteino viro nobili Patrono ſuo inſcriptam anno 1556. Edita primum ſeorſim ſingula, poſtea ſimul correctiora Francofurti ad Oderam in 4to & ad Mœnum in 8vo.

Anno 1556. alter extat liber.

CAPUT XIV.

De
Hiobo Kummerſtadio.

§. I.

Joh. Commerſtadius Conſul creatus.

Eruditis Gorlicenſibus Hiobum Commerſtadium (x) Gorlicium annumero, eſt enim Commerſtadiorum familia Gorlicenſis, ex qua Joannes Commerſtadius Cons. creatus eſt anno 1540. Cal. VIIbrib & iterum anno 1544. Hiobi nomen ex ſecundo Libro Epigrammatum Andreæ Triceſii Eqv. Pol. mihi innotuit. Epigramma non inelegans aſſcribam:

Triceſii Epigramma in Commerſtadium.

Jobi Commerſtadii Equitis Lus.
Viri Literati Epitaphium.

Hic Commerſtadius poſt ultima fata quieſcit,
Luſatiæ e clara nobilitate ſatus.
Cui nomen Jobi merito impoſuere parentes,
Namque omni vitæ tempore multa tulit
Incertum culpa ne ſua, ſatine: ſed illud,
Eſt certum, quemvis quod ſua fata trahunt.
Fata trahunt omnes: Dederunt huic ſata quod æque
Plus lingva quovis judice, liber erat.
Diogenem ut Cynicum in ſecula priſca tuliſſent,
Diogenes noſtri temporis ille foret.
Atque adeo Samii Sapientis opinio vera
Si foret, ut priſcis extat in hiſtoriis,
Crediderim Jobum Cynici Sapientis in iſtum
Emigraſſe animam & fata tuliſſe ſua,
Adveniſſe animam, ſic credidit Ennius olim,
In corpus, vates inclyte Homere, tuum.
Qui pius es, miſeros manes lacerare caveto,
Si non vis nomen vulturis eſſe tibi.

Diogenes Luſatius

Viri quidam clariſſimi ex hac familia orti. 1538. Theodoricus Commerſtadius. uxor ejus. Georgius Commerſt. 1560.

§. II. Ex eadem hac familia Fabricii annales Miſnenſes Theodorici Commerſtadii meminere in epitaphio uxoris ejus Annæ de Betſchiz fœminæ nobilis anno 1538. Miſnæ defunctæ & ſepultæ, in quo & filii utriusque commemorantur Georgius Patria Miſnenſis Doctor jure C. mortuus Calcerenti arce ſua VI. Cal. Jan. 1560. Reinersdorffii ſepultus, excellente dignitate tota vitæ præditus & ducum Saxoniæ quatuor Conſiliarius, fortunæ inter homines felicis, ut Fabricii verbis utar, exemplum. D. Nicolaus Prebyter, natus & ipſe Miſnæ, paſtor eccleſiæ ibidem in Afrano anno 1543. quo ludus illuſtris apertus eſt: & Joannes Commerſtadii. Ad Dominum Georgium Commerſtat Ducis Saxoniæ & Electoris Conſiliarium & virum Magnificum, ſapientia, virtute & nobilitate præſtantem patronum ſuum colendum aliquot extant Melanchthonis epiſtolæ, tomo earum ſecundo Eidem Mauricii Principis Conſiliario G. Agricola duos libros de veteribus & novis metallis dicavit.

1543.

§. III. Imagines Gentiliciæ, quæ monocerotem præ ſe ferunt, in veſtibuli chronici Marsburgenſis Erneſti Brotufi depictæ ſpectantur. Hieronymus enim a Commerſtadt D. Georgii ex fratre nepos, cui Ch. M. anno 1554. Procle metaphraſin Quadripartitæ Ptolomæi dedicavit, quam ab ipſo manu Jacobi Queſtenbergii Fribergenſis ſcriptam acceperat, hic ergo Hieronymus anno 1557. quo prælo ſubjectum eſt chronicon, canonicus Marsburgenſis, & ſicut loquuntur, in quaſi poſſeſſione prælaturæ fuit.

Hieronymus Commerſtadius Doctor. 1554.

1557.

CAP.

(x) Vid. Mylii Annales Gorlicens. Tomi I. Script. Part. II. p. 31.

CAPUT XV.

De

D. Hieronymo Suoffheim. Gorl.

§. I.

Habuit & alios Viros doctos patria mea, etſi non æque celebres, de quibus paſſim nos inſcriptiones monumentorum commonefaciunt. Vratislaviæ in æde Cathedrali D. Joannis ſub pictura transfigurationis Chriſti tale legitur epitaphium a nobis deſcriptum:

Epitaphium ejus Vratislaviæ ſuſpenſum.

Venerabilis & Eximius V. I. D.
Dominus Hieronym. Suoſtheim. Gorl.
Scholaſt. & Canon. hujus Eccleſiæ hic ſitus eſt
1516. Ob. anno 1516. 5. April.
Huic Jacobe pio major Zebedeia proles
Adſis præſidio, qui Te, dum viveret olim
Tutorem elegit vitæ, poſt ſata patronum
Præcipuoque ſacrum coluit pietatis honore.
Te duce ſac videat, quem Tu modo clarificatum
Vertice Taboreo meruiſti cernere Chriſtum.

Deſcriptio inſignium ejus. §. II. Appicta ſunt & gentis inſignia, clypeus nimirum teſſellatim in modum tabulæ latruncularíæ h. e. alveoliæ ſcacorum vel ſcacchiæ albo & nigro colore diſtinctus, ita tamen, ut a ſummitate lævæ partis tractus obliquus albus tribus ſtellis aureis ioſignitus dextrorſum deſcendat. Petrus Svoffenheim. 1540. Ex eadem familia M. Petrus Suoffenheim Gorlicii in ſenatum lectus eſt, anno 1540. die Ægidii, Paulus item Schvvoſtheim 1509. Paulus Svoffheim. Gorlicius primum 1509. cum adhuc Magiſter optimarum artium eſſet (y) & ita diceretur, ducenteſimus primus, & iterum 1524. anno 1524. Theologiæ jam Doctor, ducenteſimus trigeſimus primus in ordine Academiæ Lipſiæ (z) Rector fuit hibernis ſemeſtribus.

§. III. Ad eundem ingenuæ Miſnenſis eccleſiæ Canonicum penes me eſt conſilium quoddam ſcriptum anno 1536. manu præſtantiſſimi Medici & Philoſophi, ingenioſisſimi D Joannes Pfeyl, Dreſdenſis, D. Joh. Pfeyl. Viri doctiſſimi, quem propter ampliſſimam eruditiooem in tota philoſophia, qua omnibus ſuo ſeculo antecelluit, Philonem appellarunt amici, Francoſordienſ. & Academíæ profeſſoris, cujus præclariſſima exſtat in Oratione Homilii de regiooe & gente Myſorum elogium.

§. IV. Apparet autem Lignicio Gorlicium commigraſſe Svoſheimiorum gentem. Teſtatur eoim vetus & prima Lipſenſis Academiæ matricula, anno 1462. Magiſtrum Hieronymum (a) & ante hunc anno 1444. Doctorem Joannem Suoffheimios, Lignicenſem utrumque, Academiæ fuiſſe Rectores hiberoo ſemeſtri, & illum quidem io ordine centeſimum ſeptumum, hunc vero ſeptuageſimum primum. De Caſpare Emerico J. V. D. & Decano Budiſſ. Lib. VIto diximus. (b) 1462. Svoſtheimii Rectores Lipſienſis Academiæ. 1444.

CAPUT XVI.

De

M. Joanne Gœriz. Gorlic.

§. I.

Lipſiæ in templo Paulino viſitur tumulus, cui hæc verba inciſa ſunt: Tumulus et epitaphium ejus.

M. Joann. Goriz Gorlicenſis Judex Lipſeoſis relicta præclara nomiois ſama, quam ſibi judicii æquitate, bonorum defenſione & improborum odio paraverat immortalem, piedeceſſit. An. MDLI. Die XVI. Decemb. 1551.

Vixit an. LI. (Menſ.) XVI.

Affixa eſt & tabula cum hac inſcriptione: 1553. Obiit. ætat. 1553. uxor.

M. Joan. Göritz marito cariſ. Margaritha Golthana, uxor acerbo in officio diligens monumentum hoc cum lacrymis P.

M. M. M. M. M. M. (c)

§. II. Additum hic quoque σῆμα gentilicium, inquo clypeus equum ferocientem, & ſuper eo gladium transverſum; galea autem clauſa Virginem enſem evaginatum dextra tenentem oſtentat. Inſignia hujus

CAPUT XVII.

De

Joachimo Steyrer.

§. I.

Joachimus Steyrer Gorlicius, pileone patre natus, Vir integerrimus & Muſicus præclarus, præceptor meus ultra XXX. annos in patria ἐξάρχε ſeu Cantoris officio cum ſumma laude ſunctus anno 1558. 3. Id. Mart. in viridi ſenecta terris ereptus Patria. Pater. Muſicus. Cantor moritur. 1558.

(y) Vid. Schneideri Chronic. Lipſ. Lib. VI. p. 317.
(z) Vid. idem Chronic. Lib. citato p. 315.
(a) Conf. idem Loc. cit. p. 313. conf. Mylii Annal. Gorlic. Loc. cit. p. 25.
(b) Capit. 137. §. 9.
(c) Vid. M. Samuel. Stepneri Inſcription. Lipſ. p. 37. n. 110.

ereptus & ad D. Mariæ ſepultus eſt. Ei Joachimus Meiſterus ex tempore fecit epitaphium tale:

Epitaphium ejus.

Dum canit & dulcem modulatur in aëre vocem,
Steyrerum ſæva mors rapit atra manu.
Ne foret, aut ſacrum templis qui præſtet honorem
Aut ſuperet Phœbum carmine, voce Deas.

Fecit & alius quispiam tale:

Aliud in eundem.

Qui ſacras cecinit laudes, Joachimus in urbe
Gorlicio, hic recubans, nunc Tibi Chriſte canit.

CAPUT XVIII.

De Joachimo Lochmanno.

§. I.

Patria. Præceptor. Lipſiæ eſt Magiſter factus. ſcribit ad eum Trocedorffius.

JOachimus Lochmannus honeſto loco Gorlicii natus, in Pforta ad Naumburgum docuit anno 1547. Mox inſequenti anno Lipſiæ artium liberalium Magiſter factus eſt. Deinde in patria ſcholam aliquamdiu gubernavit, quo tempore eruditam epiſtolam περὶ τῶν κώλυσι δείπνων ad eum ſcripſit Trocedorffius anno 1551. 3. Non. Xb. cujus cum multis aliis penes me eſt exemplum. Tandem ad miniſterium Evangelii ſe contulit in pago fraterno Nieda, ubi etiam mortuus eſt cholera anno 1560. Nonis Xbr. poſt μεσονύκτιον.

Fit Paſtor, moritur.

Doctor Ludov. Sartor, vulgo Langſchneider.

Patria

§. III. Gorlicius denique fuit & Doctor Ludovicus Sartor, Semeſtri qui anno 1528. hiberno Rector fuit Academiæ Lipſenſis in ordine CCXXXIX.

Munus.

Rectores quidam ejusdem Gymnaſii Lipſiens.

Fuerunt ejusdem Gymnaſii Rectores etiam alii Luſatii aliquot. Budiſſinenſes duo, Lobavienſis unus, & unus Camitianus. Lucenſes item, Sonavienſes, Senſtenbergenſes & Kirchanenſes ſinguli, quorum cum obſcuriora ſint nomina, lubens omitto.

CAPUT XIX.

De Laurentio Zeidlero.

§. I.

Juvenis bona indole.

LAubinga, (ſic enim nominat Æmylius) Laurentium Zeidlerum dedit ſumma ſpei adoleſcentem, quem M. Joannes Capelus, Ludimagiſter Trocedorffii ante collega ſcribendis verſibus exercuit. Inde Goldebergam miſſus ſub

Goldbergam mittitur

Troccdorffio Præceprore egregia dedit futuri Poëtæ excellentis tyrocinia. Trocedorffius, enim etſi verſum ſcripſit nullum, de aliorum tamen carminibus judicare potuit acerrime, & ad eam exercitationem pueritiam ſumma cura adegit. Sed ibidem ante diem e Vita exceſſit, cum vigeſimum ætatis annum nondum attigiſſet. Mortuum carmine epitaphio celebravit Æmylius appreſſo epitaphiis, quæ Georgio Helmerico Cons. Goldebergenſi idem Æmilius itemque Acontius & Pannonius ſcripſerunt, & ſenatui Goldebergenſi dicarunt Menſ. Februario anni 1537. in quo inter alia præclarum hoc ei tribuit teſtimonium;

occupat diem fati.

1537. teſtimonium ei attributum.

Longius ac vitam ſi ducere fata dediſſent,
Peligno potuit proximus eſſe ſeni.

§. II. Meminit ejusdem idem Æmylius in propemtico Acontii & Pannonii de Lauba loquens:

Elogium in eundem.

Inſtruit hic ſumma celebrandus laude Capelus
Moribus & ſtudiis pectora parva bonis
Quotquot habet juvenes, animis vigilantibus omnes
Dulcia Pieriæ ducit ad antra viæ.
Scribendisque ſuos ita verſibus urget, ut illa
Dedita Muſarum ſit ſchola tota choro.
Edidit hæc celebrem facundo carmine Vatem,
Quem nimis ac ſubita fata tulere manu.
Nondum bis viridi duo luſtra peregerat ævo,
Cum doluit nati funere mœſta parens.
Sed licet in tumulo juvenilia membra poëtæ
Vitali penitus lumine caſſa jacent,
Attamen æternæ capiet præconia famæ,
Cumque meo celebris carmine ſemper erit.
Si modo quod noſtræ nomen meruere Camœnæ
Scriptaque ſunt aliquo digna favore legi.

CAPUT XX.

De Georgio a Cattvvitz.

§. I.

Familia ex qua ortus,

GEorgius a Cattvviz natus in familia Luſatiæ inferioris, cujus eſt vetuſta & celebrata Nobilitas. juvenis ingenio & eruditione præſtantiſſimus. Cum ei ſapiens Princeps Joannes Marchio Bran-

Johannes March. Brandenburg: ei juveni adhuc locum in aula tribuit. Studioſus Vitebergæ. Moritur. 1553.

Brandeburgenſis jam locum in aula tribuiſſet, Vitembergæ, ubi doctrinam juris & juſtitiæ diſcebat, in ipſo ætatis flore extinctus eſt in ædibus Viri honeſti & eruditi M. Petri, Judicis Cotbuſienſis anno 1553. 18. Julii, ut teſtatur ſcriptum poſtridie ejus die a Melchiore Fendio D. Academiæ Rectore publice propoſitum, quod extat in Tomo Intimationum Secundo.

Chriſtoph. a Cattwitz Judicis aulæ officio fungitur.

§. II. Ex eadem familia Chriſtophorus a Cattwiz ad Umersdorffum nunc in baronatu Cotbuſiano poſt Hieronymum Coceritium officio Judicis aulæ fungitur.

Hugo a Maxen.

Patria, obitus ætas. 1569. Locus ſepulturæ. Mater.

§. III. Hugo a Maxen Luſatius, adoleſcens modeſtus, genere & virtute nobilis, in ludo illuſtri Miſnenſe Georgii Fabricii V. Cal. domeſticus, moritur XII. Calend. Aprilis anno 1569. ætatis 28. cui in Templo Afrano magnifice ſepulto monumentum poni curarunt, Eliſabeth a Gersdorff mater, Joannes frater conſanguineus, Martinus & Wenceslaus fratres germani. Ejus inſcriptio extat in fine annalium Miſnenſium.

Matthias Schulenburgius.

1569. Deceſſit anno eodem.

§. IV. Anno 1569. VII. Id. Aug. (7. Jul. M. Severus) Vitebergæ deceſſit generoſæ indolis & expectationis maximæ Juvenis *Matthias Schulenburgius*, Joachimi F. honeſtatus tum Majoris Johannis Schoſſeri Urbani Pyeri, Melchioris Severi, Prib. Ludimoderatoris Saganæ aliorumque carminibus epitaphiis, tum poëmate vernaculo Danielis Schüz Cotbuſiani, Viri Docti, nunc apud Stetinenſes, olim in patria (ubi & literas ante docuerat) Verbi miniſtri. Ad eundem Matthiam & fratrem ejus majorem Richardum, Schoſſeri extant epigrammata. Operam dedit literis Francoſurtæ & Vitembergæ.

CAPUT XXI

De *Caſparo Peucero.*

§. I.

Hactenus de Luſatiis literatis jam mortuis, nunc vero de vivis te. ſtabit Autor.

HActenus Luſatios literatos proſecuti ſumus eos, qui in vivis eſſe deſierunt. Nunc ex ſuperſtitibus quoque, quos quidem nos ſcire potuimus præcipuos recenſebimus. Inter hos merito primum ſibi locum vendicat, Clariſſimus & incomparabili doctrina præditus Vir

Præconium ejus.

Caſpar Peucerus.

Budiſſinus, Philoſophiæ & artis Medicæ Doctor Excellentiſſimus, Philippi Melanchthonis gener, Præceptor meus, non Luſatiæ tantum noſtræ, ſed totius Germaniæ, atque adeo, ut quidam de eo ſcripſit, non inelegans Poëta, ævi ſui unicum decus. Ei meo præconio opus non eſt.

Patria. Ejus promotio. Præceptor totius Germaniæ. ævi ſui unicum decus. Aliud præconium in eundem.

§. II. Nec ſane video, quo ille elogio ornari poſſit, vel ſplendidiore, vel etiam veriore, quam quod in ſuperioris anni parentalibus ei tribuit Joannes Major Joachimus Doctor Theologus & Poëta coronatus, ejus verſus aſſcribo:

Reſtat adhuc firmi tanquam tibicinis inſtar,
Reſtat adhuc columen ſtudiorum, hæresque Philippi
Virtutum, dignus ſocero gener, Alter ab illo.
Utque ſub adventum brumæ cadit herba Meliſſæ
Floſque virens omnis qui ſparſis odoribus hortum,
Sed defenſa manet ſub terris vivida radix,
Quæ jam vere novo nova germina trudit in auras,
Quæ ſimili præſtent virtute & odoribus iisdem:
Sic Tuus ille Socer jam in Te Peucere renaſci,
Atque ſui deſiderium lenire videtur
Te ſtatione loci ſuffecto, Teque relicto
Auſpice, Patrono, ſocio, cuſtode, magiſtro.

Præcipuus in academia Viteb. ſtudiorum gubernator.

§. III. Nihil hic auribus ejus dedit Poëta. Quis enim eſt, qui neſciat a morte Melanchthonis Peucerum præcipuum fuiſſe in Academia Vitebergenſi ſtudiorum gubernatorem? Quibus prognatus ſit parentibus & quando eos amiſerit, indicat titulus, quem Budiſſinæ in æde Petrinæ utrique talem poſuit: (d)

Fidenti Tua Chriſte capit qui (munera) corde,
Is duce Te cœli regna beatus adit.

Parentes ejus. quando mortui, 1560.

Clariſſimis & dulciſſimis parentibus, „ Gregorio Peucero patri: Ottiliæ Simonitæ, matri, qui ex hac vita in cœleſtem & „ æternam pie & placide commigrarunt: ille, „ die viceſima Vta Februarii anno MDLX. „ Hæc die Vta Maii. anno MDXL. Caſpar, „ Peucerus, filius Philoſophiæ & artis Medicæ Doctor hoc monumentum poſuit, „ 1561.

1561. Patria. 1525.

§. IV. Cæterum natus eſt Budiſſinæ (e), „ an. 1525. IIX. Id. Januar. initio diei civilis, „ h. e. hora 12. noctis præcedentis feſtum, „ diem

(d) Ut ex Chytræi deliciis Var. in Europ. itiner. p. 425. Wagnerus in den Budiſſiniſchen Grab- und Gedächtnüß-Mahlen p. 389. n. 556. annotavit.

(e) Conf. Freheri Theatrum Virorum clarorum Part. III. p. 1311. Epitaphium ejus vide in ejusd. Wagneri Epitaphiis Budiſſigenſibus Latinis p. 8. n. 6.

Uxor. 1550. Nuptiæ.

diem Epiphaniorum. Uxorem duxit anno 1550. Magdalenam filiam Philippi Melanchthonis natu minorem. Nuptias ejus Matthias Stojus, Regiomontanus Boruſſus, Alberti Ducis Boruſſiaci Medicus, celebravit ecloga impreſſa Vitembergæ. Biennio poſt, V. Cal. Vtil Vitembergæ præſidente D. Jacobo Millichio, Medico, de XX. propoſitionibus pro licentia, ut vocant, reſpondit, ac de totidem M. Joannes Notherus, Cygneus competitor. Gradus Doctoris in arte Medica decretus eſt ei Magiſtro ibidem anno 1560. Cal. Febr. ſuperſtite adhuc & præſente ſocero Vito Vinshemio, ſeniore artis medicæ, D. & Græcæ linguæ Profeſſore, qui orationem, habuit de Viro Clariſſ. Gregorio Pontano, D. Juris Cancellario Ducum Saxoniæ Electorum - - Celebritati renunciationis interfuere præter alios hoſpites Joachimus Camerarius & Paulus Prætorius a Sigismundo, Archiepiſcopo Magdeburg. miſſus.

dies Doctoratus. 1560.

Matheſin docet, 1559.

§. V. Initio matheſin docuit usque ad annum 1560. quo poſt obitum Jacobi Millichii, qui 10. IXbris. anno 1559 deceſſerat, commendata eſt ei prælectio doctrinæ Medicæ, quem nunc etiam, cum per Principum negotia & avocamenta alia poteſt, & ſecundum eam Chronica profitetur. Opera ejus Præclariſſima juxta & utiliſſima enumerare non eſt neceſſe, cum omnibus ſint notiſſima, omniumque manibus terantur. Illuſtrium Medicorum vita eum editurum Michel Neander ſcribit. Eidem Romam a Fabricio editam debemus, ut ex præfatione apparet.

Doctrinam Medicam, poſtea chronica profitetur.

Libri editi.

CAPUT XXII.

De M. Georgio Ottomanno.

§. I.

Patria,

PEucero ut proxime ſubnectam Georgium Ottomannum (f) Gorlicium J. C. præceptorem meum, & amicitia facit, quæ huic jam dudum cum illo eſt, & excellens ejus eruditio meretur. Patrem habuit Thomam Senatorii ordinis virum anno 1568. 20. VIIbr. mortuum, ex honeſtiſſima & laudatiſſima Ottomannorum familia, cujus in illuſtriſſimo Sileſiæ Ducatu & Leobergæ fuerunt, & Vratislaviæ etiam nunc ſunt ornamenta vel decora vel maxima.

pater 1568.

§. II. Annæbergum taceo, qua etiam in ipſa urbe tunc, cum primum cœpta eſt extrui & coli, auſpiciis Henrici Ducis Saxoniæ An. 1494. Chriſtophorus Ottomannus ſedem rerum ſuarum collocavit, ut teſtatur filii ejus Matthæi Epitaphium, quod Vitebergæ extra templum Parochiale autore Petro Vincentio tale legitur:

Chriſtoph. Ottomannus,

Matthæi Ottomanni epitaphium,

Hic ſatus antiquæ Matthæus origine gentis
Frigida depoſuit corporis oſſa ſolo.
Hic Othomannus erat: proavis cui magna paternis
Magnaque materno gloria venit avo. *
Urbe Sileſiaca, qua labitur amne Viadrus
Præcipuum meritis gens tulit ille decus.
Qua vix ulla fuit Chriſti, nec amantior æqui
Promtior ad verum ſponte nec ulla decus.
Quæ nomen tenet Anna tuum generoſa metallis,
Advena montana claruit urbe pater.
Illuc fœcundæ cumulatus pondere venæ
Prætulit haud ſummis iſta caduca bonis
Inter honorati felicia pignora lecti
Plurima, quæ caſtæ cura parentis erant,
Indole virtutis patriæ non degener ortus
Matthæus fauſto ſidere natus erat.
Aonas in montes ductus juvenilibus annis
Artibus excoluit pectora Phœbe Tuis.
Quid loquar ingenuos manſueto pectore mores,
Quantus & in vita fulſit & ore pudor?
Inculpata fides probitas ſine crimine & arſit
Pectore: Te veram Chriſte fovente fidem.
Se Tibi ſe viti generoſi palmitis inſtar
Salvifica inſertum credidit eſſe fide.
Denique Te precibus morbo ſuperante vocavit
Perſruitur vultu nunc quoque Chriſte Tuo.

Obiit ſancte & feliciter Vid. III. Martii. Anno Chriſti M. D. L. XII. ætatis ſuæ XVI. 1562.

§. III. Natus autem fuit Chriſtophorus Vratislaviæ, & fratres habuit Sebaſtianum equitem aurarum, & Nicolaum, præcipuæ in Reip. Vratislavienſi autoritatis Senatorem, qui filias reliquit multas & decem filios,

Chriſtophori patria, ejus fratres,

(f) Vid. Mylii Annales Gorlicenſ. p. 32.

* Mater Matthæi ex ampliſſima familia Myſorum &c. von Elterlein

os, inter quos natu maximus annum ætatis exceſſerat quinquageſimum, cum moreretur pater Nicolaus, qui annum attigit nonageſimum quintum, ut narrat ſcriptum a Rectore Academiæ D. Johanne Schneidevvein, ICto in ſunere Matthæi P. P.

In Gallia quoque ex hac Ottomanniana familia prognatus quidam vixit.

§. IV. Quin & in Gallias Ottomannorum coloniam (ut ita loquar) deduxit plus centum ab hinc annis adoleſcens nobilis ex eadem familia prognatus, qui ob levitatem quandam amatoriam ob patris iracundiam profugus Lutetiam Pariſiorum venit & illic viduam juvenem duxit, ex qua XVIII. Liberos ſuſcepit, inque his patrem Clariſſimi J. C. Franciſci Hotomanni Villierii. (Nam & hoc prædii ſive feudi nomen propter patrimonii ſui, cui multi inſidiabantur, periculum, in lucubrationibus, quas edidit præclariſſimas, uſurpavit Franciſcus: cum Genevæ primum apud Dn. Joannem Calvinum octennium integrum, poſtea & Argentinæ multos annos exularet.) Ac ſcribit Franciſcus ipſe in quadam ad Melanchthonem epiſtola, hunc ſuum patrem Senatoris Pariſienſis munere, quoad vixit, ita functum, ut amplius mille Chriſtianos h. e, ſinceram evangelii doctrinam amplexos martyrio affecerit, & ne a filio quidem niſi mature is in Germaniam evaſiſſet, manus impias prohibiturus putaretur.

Confirmatio quædam pro fugi hujus Ottomanni.

§. V. idem in quadam ad Maximilianum tum Bohemiæ R. præfatione profectionis in Gallias avi ſui meminit, nos de Ottomannorum familia pleraque hæc perſtrinximus in epithalamio, quod Chriſtophoro Haniſio Fridebergenſi Reipubl Gorlicens. ab Epiſtolis ſcripſimus, cum is Mariam filiam Georgii Ottomanni natu maximam duceret anno 1568.

1568. Georgius Ottomannus Trocedorffii diſcipulus.

§. VI. Redeo igitur nunc ad Georgium. Is Goldbergæ Trocendorffii diſcipulus fuit καὶ σύνοικος. Sed & D. Joannem Trogerum Phyſicum Gorlicenſem in epiſtolæ cujusdam ἐπιγραφῇ præceptorem agnoſcit, habuit enim is privatas adoleſcentum tam peregrinorum quam civium ſcholas. Cum gradu Magiſterii Philoſophici ornatus eſſet Witebergæ, regendi ludi literarii Gorlicenſis provincia ei demandata eſt a Joanne Commerſtadio iterum Cons. circa feſtum Michaelis Anno 1544. anno 1547. uxorem duxit Sabinam, Franciſci Schnitteri Cons. f. poſtridie Cal Xbr. Inſequenti an. Lipſiam cum uxore profectus eſt, ibique Oratoriæ artis Profeſſor fuit aliquandiu. Poſtea in patriam reverſus iterum ſcholam rexit usque ad annum ſexageſimum, idque tanta cum laude, fidei, induſtriæ, dexteritatis & felicitatis, ut facile Trocedorffii diſcipulum agnoſceres, & Melanchthon ipſe cum alias carum eum haberet, faceretque maximi & in literis appellaret συμφιλόσοφον ſuum, tum affirmare etiam non dubitaverit, jacturam, quam feciſſet morte Trocedorffii Sileſia unum omnium optime & facillime ſarcire ſuperſtitem Ottomannum, qui illi nulla parte inferior ſit aut ſecundus. Et extat ad eum etiam dum Ludimagiſtrum carmen Sapphicum Græcum bene longum Michaelis Neandri apud Commentarios hujus in Tryphiodorum.

1544. Uxor ejus. 1547. Lipſiam petit cum uxore. Ibi fit Oratoriæ profeſſor. redit in patriam

comparatus cum Trocedorffio.

1562. Fit Syndicus ac Conſiliarius patriæ ſupremus, tandem Conſul.

§. VII. Tandem a ſchola ad Rempubl. ſe contulit & anno 1562. in Senatum lectus eſt factusque Syndicus ac Conſiliarius patriæ ſupremus, cui tum aliis in rebus, tum obeundis imprimis legationibus præclaram ſæpe operam navavit. Nunc Cons. ſupremas Reipubl. moderatur habenas, anno ſuperior. 1569. die Ægidii acceptas. Habuit autem & patruum Oyvinenſem præpoſitum (g) Virum eruditum, ut de multis ſermonibus Franciſci Krazeri Sittavienſis, dudum præpoſiti Gorlicenſis, nunc jam Saganenſi Abbatis, qui puer ab eo alitus eſt, & menſæ conſecrationes ab hoc ſuo nutritio verſibus phalæciis compoſitas ſciscitanti mihi recitavit, meminiſſe poſſum. Unum addam non iisdem uti Georgium imaginibus cum gentilibus ſuis, qui ſunt Vratislaviæ. Illius enim ſtemma rupicapram habet; Hi autem virum armatum, pileolo nigro, criſta tamen alba tæniaque aurea ornato tectum, & gladium gerentem, in planicie rubra oſtentant crurum tenus. Galea cancellato ore, & diademate inſignis duas geſtat alas rubram unam, nigram alreram, quibus coloribus & redimicula ejus diſtincta ſunt. Et ab utroque diverſum eſt Franciſci Hottomanni σφραγῖδα, quos quidem nos in literis ejus vidimns, uti clypeo, incertum quo argumento, corona fuit impoſita.

1569. patruus ejus Oybinenſis præpoſitus.

Inſignia Ottomannianæ familiæ.

inſignia Franciſci Ottomanni,

CAPUT XXIII.

De Michaële Neandro.

§. I.

Tertio loco pono πολύγραφον illum Michaëlem Neandrum Soravienſem, Scholæ Ilfeldenſis, ad Hercyniam prope Nordhuſium Rectorem, virum undecunque Doctiſſimum. Edidit is innumera pene ad ludum literarium fere pertinentia; Grammaticæ Hebrææ & inprimis Græcæ præceptiones tabulasque. Commentaria in Autores præſertim Græcos, ex quibus Tryphiadori Ægyptii ἅλωσιν Ἰλίου converſam a ſe & ſcholiis illuſtratam anno 1559. Senatui Gorlicenſi dedicavit: Nonnulla

Rector ad Hercyniam.

Multi libri ab illo publici juris facti.

(g) Ut teſtantur Analecta F. Z. Part. I. c 22. p. 167.

nulla item diſcipulotum ſuorum ſtudio elaborata, ut ſunt phraſeologiæ Iſocratis & Catechetica quædam. Sed lucubrationum ſuarum omnium, quæ magna ex parte ex cultiſſima Oporini officina prodierunt hactenus, ſimulque earum quas in poſterum in publicum daturus eſt, index ab ipſo confectus exſtat. Quem hic inſarciendo lectori moleſtus eſſe nolo, præſertim cum ad alios recenſendos jam dudum res locusque nos vocet. (h)

CAPUT XXIV.

De

M. Joach. Meiſtero Gorl.

§. I.

Patria, Pater. Ottomanni diſcipulus, poëta eximius

PAucæ adeo ſunt non in Germania ſolum, ſed exteræ etiam regiones, in quibus non aliqui ſaltem Luſatii doctrina ac eruditione inclaruerint, Saxonia præter Peucerum & Neandrum habuit nuper Joachimum Meiſterum, Gorlicium, Oswaldi ſenioris, Seplaſiarii filium, Ottomanni diſcipulum, Præceptorem meum, Virum ſolide doctum & Poëtam eximium, qui aliquot annos Götingæ ad Herciniam doctrinæ ſtudia rexit. Principio in patriæ ſchola Ottomanni Collega fuit.

Ottomanni collega. Ludimoderator Elbingæ.

Poſtea Laubæ, & mox Elbingæ in Boruſſia Ludi moderatorem egit. Inde Vitebergam ſe recepit, ubi a Peucero, Joanne Majore, Joachimo Poëta, Petro Vincentio & plerisque Profeſſoribus aliis eum maximi fieri meminimus omnes.

Reliquæ ejus functiones.

Viteberga Goetingam venit. Gœtinga ad ſcholæ gubernationem patria eum revocavit, ut in calce Lib. V. indicavimus. Scripſit elegiam, itemque eclogam Menaliam in nuptias D. Thomæ Fritſchii, Phyſici Gorlicenſis & Annæ, filiæ Caſp. Sturcelii, quondam Viri conſularis Gorlicenſis.

1560. Libri ab eo compoſiti.

§. II. Anno 1560. Netardi Veterem fabulam noſtris temporibus accommodatam, qua Flacii cujusdam Illyrici in Præceptorem Melanchthonem perſtringitur impietas, edidit, ſed ſuppreſſo nomine ſuo, Faunium enim Cepionem Autorem præfert carmen. Exierunt & ejus Idyllia quidem alia, nimirum Lacrymæ ad tumulum P. Melanchthonis: Μελαμόρφωσις item Flacii Illyrici in truncum anno 62. & calumnia. Quibus adduntur, quæ intra biennium Gorlicii edidit Georgii Schmiedii, Bartholomæi Sculteti, Valentini Ritteri & Melchioris Goldhammeri, avunculi mei, epithalamia item nativitas Chriſti Heroica carmina. Quin & anno 1555. urbis 1555.
Gorlicii deſcriptionem ad Senatum Gorlicenſem eodem carminis genere poſuit, ſed ea impreſſa non eſt. In manibus habet Triumphum Chriſti, Duces Auſtriæ, & in Virgilium obſervationes, aliaque forte quoque, quæ ſuo tempore exp ctamus. (i)

CAPUT XXV.

De

Paulo Fabricio.

§. I.

AUſtria jactat Paulum Fabricium Laubenſem, Doctorem Medicum, Duorum Cæſs. Ferdinandi I. & Maximiliani II. necnon reliquorum Archiducum Auſtriacorum Mathematicum, & Mathematum in Academia Viennenſi profeſſorem, (k) Virum pietate, eruditione & humanitate ſingulari. Is ab Imperatore in Academiam Viennenſem vocatus Anno 1553. gradu doctoratus in Medicina ornatus eſt, Viennæ Auſtriæ an. 1557. 10. Cal. April. quando encomium ſanitatum partim pedeſtri oratione, partim carmine heroico compoſitum recitavit, quod extat in IVto ibidem ab Hoffhaltero impreſſum, cum adjuncto catalogo ſtirpium circa Viennam naſcentium. Inſequenti anno primum 4. non. Julii M. Henrico Eckhardo Noribergenſi, deinde 14. Sept. Eliæ Corvino, Joachimleo, Joanni Lauterbachio Lobavienſi Hexapolitano e Germanis Luſatio (his enim gaudet nominibus) & Vito Jacobeo poſt exquiſitiſſimum Collegii Poëtici examen in celeberrima magnorum Principum Legatorum & totius Academiæ frequentia Fabricius tanquam facultatis Poëticæ Collega in aula univerſitatis Lauream Poëticam contulit, tanta celebritate, ut infra hominum memoriam nihil fere magnificentius fuerit viſum.

Patria

Mathematum Profeſſor Viennenſis.

1553. Gradum Doctoris accipit. 1557.

Laurea poetica quosdam coronat.

§. II. Extat uterque actus typis publicis impreſſus, alter Joanni Mirle monaſterii campiliorum Abbati, alter Laureæ Poëticæ Titulo Georgio Edero J. V. D. Academiæ Vienn. Rectori dicatus; qui quidem rurſus cum Sigismundo L. Bar. in Herberſtein

Actus hic typis publicis impreſſus eſt.

(h) Conf. Königii Bibliothecam Veterem & Novam p. 568. Melch. Adami Vitas Philoſ. Germanic. p. 183. & J. G. Leuckfeld. Antiquitates Ilfeldenſes c. 14. p. 197. & infra Tom. II. horum Script. Luſ. in Jenichii Luſatia Literata Diſp. IV. p. 344.

(i) Conf. Melch. Adami Philoſ. German. vit. p. 150.

(k) Vid. Gottfried Hoffmanni Rect. primum Laubenenſis, poſtea Zittav. Lebens-Geſchichte der Evang. Prediger in Lauban p. 135.

berſtein &c. trium Impp. Conſiliario & Oratori peculiari epiſtola nuncupavit. Nuperrime anno 1568. feriis St Jacobi Apoſtoli Divo Ferdinando I. Imperatori Parentalia anniverſariæ memoriæ celebravit carmine heroico, quæ & Maximiliano II. Imper. dedicata edidit cum adjuncta heroica & ipſa Querela eccleſiæ ad Germ. Proceres de infami cuculo, hujusque improbiſſimo genere Germaniam gregatim locuſtarum more pervolante.

1568.

Varia ejus ſcripta.

§. III. Ut enim alioqui copia doctrinæ eruditæ inſtructus eſt varia, & multiplicia carmina quoque ſcribit editque cum elegantia, tum bona, ex quibus, quæ nos vidimus, præter ſuperiora, hæc fere ſunt: Gratulatio IX. Muſarum ad Ferdinandum deſignatum Imper. Rom. Viennam redeuntem appreſſo Triumpho. Ederi Elegia gratulatoria ad Wolffgangum, Epiſcopum Patavienſem & item alia de Abrahamo oblaturo filium Jſaacum. Tityrus Idyllion de nativitate Chriſti, cum oratiuncula pro defenſione fidei Chriſtianæ contra Turcas & Judæos. Epigramma in faciem, item alia duo inſignia Hermetis Schallautzeri. Epigramma in nuptias Joannis Drehſeri Lobavienſis. Elegia elegans ad Georgium Joachimum Rheticum, Mathematicum, qua orat, ut is ſuam de Triangulis doctrinam edat. Elegia ad Matthiam Scheufleſrum, Senatorem Laubenſem affinem ſuum: Naturæ ordinem eſſe Teſtimonium illuſtre de Deo. Carmen heroicum de obitu Ferdinandi Imper. Elegiæ duæ ad Joachimum Camerarium anno 1564. ſcriptæ. Extat & in corona poëtica reſponſio ejus heroica ad quæſtionem de rapto in Cœlum Ganymede a Pagano P. L. propoſitam, it. apud hiſtoriam de Sige- - Slavoniæ propugnaculo Samuelis Budinæ Labacenſis epicedion heroicum illuſtris. Comitis Nicolai Zrinii. Anno 1566. Joanni Eysſorto a Czirna Schwidnicenſi, civis Vratislavienſi dedicavit atque inſcripſit Aſtronomicas tabulas diurnas & horarias, quas ante aliquot annos mandato Ferdinandi I. Imper. condiderat, ſervientes toti parallelo, cujus latitudo eſt Gr. 51. ſcrup. 0. ita tamen, ut ad dimidium gradum ultra citraque uſurpari poſſint. Vratislaviæ enim, inquit, præcipue eas conſcripſi, cui utcunque conveniunt tum alia loca, tum Lauben, patria mea, Gorlitium, Sittavia, Budiſſina, Lobavium & Camitium &c. Oſtendunt autem illæ ſingulis diebus locum ſolis juxta gradus eclipticæ: horam & minutum, ortus & occaſus ſolis ſecundum horologium Aſtronomicum, id eſt, dimidium: ortum ſolis, meridiem item & mediam noctem ſecundum Bohemicum, hoc eſt, integrum horologium: quantitatem denique dierum ac noctium, unde Norimbergenſis horologii ratio dependet.

Mechanicis dedit ſe artibus.

§. IV. Mechaniæ etiam ſemper deditus fuit, excellitque fabricandis omnis generis machinis. Ac extant inſtrumenta ejus mathematica typis excuſa, quorum eſt tabula, quam Microcoſmum inſcripſit, cujus una facies terrenas, altera cœleſtes imagines exhibet, earumque uſum, ut in aſtrolabiis fieri ſolet, oſtendit.

CAP. XXVI.

De M. Hieronymo Lauterbach.

§. I.

Viennæ matheſin profitetur.

Pater.

PRofitetur ordinarie matheſin in eadem Academia M. Hieronymus Lauterbach, Patre Gregorio Poligrapho Lobavienſe natus; qui & ipſe præter communem id genus artificum morem a Muſis & politiori literatura nequaquam eſt alienus. Extat enim ejus elegia in effigiem & inſignia Hermetis Schallautzeri, a quo effoſſa, & in hortis ſuis Viennenſibus repoſita antiquitatis monumenta edidit & explicavit, ipſius ex ſorore Nepos Wolffgangus Latzus anno 1558. Reſpondit ad quæſtionem ab Elia Corvino P. L. propoſitam de novem Pieri filiabus, quæ cum Muſis contenderant in picas mutatis. Eodem carmen gratulatorium elegiacum ſcripſit de adventu Ferdinandi Viennam &c. quod extat in Triumpho Ederi. Item aliud in actum poëticum Henrici Ecardi. Item epigramma ad Magnif. V. Dn. Fr. Emeticum Sac. Cæſ. Maj. Conſ. Medicinæ Doct. & Prof. Anno 1559. Epithalamia Joanni Drehſero civi ſuo a Paulo Fabricio, Jona Hermanno & amicis aliis ſcripta collegit & ſponſo dedicata typis commiſit: Inter quæ & ipſius Hieronymi carmen legitur gratulatorium. Anno 1560. ad quæſtionem de Bellerophonte a Cropacio, cum illi in Archigymnaſio Viennenſi laurus poëtica conferretur, propoſitam reſpondit, eleganter admodum & erudite ejus fabulæ μυθολογίαν elegiis complexus. Nunc in Stiria claret.

1558.

1559.

1560.

Nunc in Stiria claret.

Frater.

Lauream accepit poeticam.

Libri ejus conditi.

§. II. Hoc loco & frater Hieronymi, JOANNES Lauterbach P. L. nequaquam prætereundus eſt. Lauream poëticam, quando adeptus ſit in Fabricio diximus. Extant epigrammatum ejus ad Carolum Auſtriæ Archiducem Libri VI. impreſſi Francofurti, per Ludovicum Lucium anno 62. chartis 318. in quarto. In iis Gregorii patris, Tobiæ & Jonæ pictoris fratrum & inſigniorum a Ferdinando Cæſare Autori donatorum fit mentio. Oringæ quoque in ditione Comitum Hohenloicorum

rum ſcholam eum rexiſſe itidem apparet. Scripſit allegoricam picturæ Chriſtophori expoſitionem elegiaco carmine, epigramma in Fabulas Æſopicas Johannes Poſthii, Germershemii, & alia haud dubie plura, quæ ad manus noſtras non pervenerunt. His addatur carmen heroicum de Cæſaribus Auſtriacis, quod in actu promotionis ſuæ recitavit.

D. Victor. Schönfeld,

§. III. In Haſſia celebre nomen eſt Doctoris Victorini Schönfeld Budiſſini, Ordinarii Marpurgenſis Academiæ, Medici & Mathematici, cujus quotannis prodeunt Calendaria & Prognoſtica. Pater ejus Conſulatum gerit Budiſſinæ, quo eodem officio, Ibidem anno 1405. gentilem ejus Thomam Schoenfeld functum in Wenceslai Imp. hiſtoria diximus.

pater ejus,

1405.

CAP. XXVII.

De

D. Petro Cnemiandro.

§. I.

AC quoniam in Mathematicorum mentionem incidimus, non ſejungemus ab iis Cl. V. eruditione doctrinæ & virtute præſtantem Dn. Petrum Cnemiandrum, Laubanenſem, inclytæ domus Brandeburgicæ aſtronomum & Phyſicum Cotbuſienſem, Reverendi Viri, Domini Joachimi Cnemiandri, Senioris, paſtoris eccleſiæ Dei in oppido Cotbuſio & vicinæ dioeceſios Superintendentis dignisſimi non ita pridem defuncti filium. Huic inſignia Doctoris in arte medica a Caſpare Peucero collata ſunt Vitebergæ anno 1565. 6. Cal. Aprilis. Quando gratulationem ei ſcripſit eruditam carmine choriambico Aſclepiadeo & Glyconico M. Martinus Cnemiander Budiſſinus, frater, poſtea apud Cotbuſianos verbi Miniſter, nunc Citii ludimoderator. (Fabrici) cui præfixum eſt & epigramma tertii fratris Davidis, tunc juris civilis ſtudio operam navantis Lipſiæ, nunc Georgii Marchionis Brandeburgici in Onolzbach Conſiliarii, cujus apud Petrum fratrem vidi effigiem cum adſcripto Symbolo: Memento Domine David. Pſ. CXXXII.

Patria.

Phyſicus Cotbuſienſis.

Ejus reverendus pater.

Fit Doctor Medicinæ.

Symbolum Davidis Cnemiandri.

§. II. Nam quartus primogenitus M. Joachimus Paſtor & Superintendens eccleſiæ Droſſenſis in nova Marchia ſub Johanne Marchione jam ante immaturam obierat mortem peſtis contagio extinctus anno Xriſti 1552. ætatis ſuæ 27. completo; Julii. XI. cum pridie ejus diei binas conciones ad populum habuiſſet, poſtero die honorifice in templo oppidi cum magno civium luctu & ejulatione ſepultus, ſuccedente Joanne Teclero, de quo paulo poſt,

M. Joach. Superintendens peſte extinctus fuit.

1552.

§. III. Eodem anno menſe VIIbri. Caſtrini cum caſtiſſima puella Euphemia, ampliſſimi & eximii Viri præcipua dignitate & virtute antecellentis Domini Hippolizi Hildensheimii, Illuſtriſſimi Principis Johannis Marchionis Brandenburgici &c. Secretarii primariique, Muſici præclari filia unica nuptias celebravit. Epithalamion ſcripſit Martinus frater, in quo rem novi exempli aggreſſus Reverentiſſimi & magnifici Domini, Domini, Franciſci a Naumann, inclyti ordinis militiæ S. Joannis Hieroſolymitani in Marchia, Saxonia, Pomerania & Vandalia, magiſtri, &c. avi ſponſæ materni nomine Apollinem heroico, patris ſponſi verbis Calliopen jambico trimetro dimetroque miſtis, patris ſponſæ vice Clio, Phalæcio, Adriani Albini paterni, ſponſi loco Thaliam, Sapphico, M Johannis Majeri Iteani paſtoris eccleſiæ Caſtrinen: affinis ſponſæ cauſa Terpſichorem jambico idimetro reliquas muſas pro aliis Clrr. Viris Peculiari quanquam carminis genere novis nuptis gratulantes induxit. Impreſſum Vitebergæ in IVto, chartis V. præmiſſum huic quoque Davidis fratris feſtivum epigramma. Edita etiam ſunt ibidem in charta patenti Majeri Edicti & M. Chriſtiani Pipenburgii eccleſiæ Falckenburgenſis in nova Marchia paſtoris epithalamia, ſcripſit & tam in Promotione, qvam in nuptiis gratulationem Georgius Mauritius Norimbergenſis.

Nuptias celebrat.

Epithalamia quædam.

§. IV. Cæterum D. Petrus anno 1568. cum peſtili huc affligerentur Cotbuſiani quomodo tali tempore gerere ſeſe deberent Vulgata lingua rationem eis præſcripſit & ſenatui, totique adeo civitati dedicatam edidit Vitebergæ chartis 8. in 4to. In vectibulo Martini Cnemiandri epigramma in indoctos & faſtitioſos hypocritas, in calce Pſ. XCI. Qui habitat in abdito ab eodem converſum legitur. Ejusdem etiam alia quædam ſacra epigrammata extant, quorum eſt Oſculum pueri Jeſu in præſepi, Andræe a Schlieben, Andræ Commendatoris in Lægcu &c &c. filio dicatum anno 66. Pictura Chriſti morientis in cruce ex pia quadam Auguſtini delineatione elegiis expreſſa ad Joannem a Bernſtein anno 66. Ad Deum Spiritum S. paracletum oratio hexametris verſibus expoſita ex veteri cantico: *Veni Sancte Spiritus & emitte cælitus*. Ad Davidem, fratrem an. 1566. Item Elegia de mundi conſumma tione & judicio extremo ex verbis Xriſti Matth. 24. & is ad D. Hadrianum Albinum. patruum. Item ipſius Petri epigramma quo domum ſuam loquentem facit, & aliud, quo locum ex 38. Cap. Eccleſiaſtici de honotando medico eleganter convertit.

1568.

Epigrammata quædam a. D. Petro Cnem. compoſita enarrantur.

1566.

§. V. Porro Cnemiandrorum, etſi ſua id merentur eruditione & virtute, tamen ideo etiam mentionem hoc loco feci libentius, quod Joachimus pater piæ memoriæ (Pater ejus.) Syndicum ageret in patria Lauba, anno (Patria. 1541.) 1541. adjumento & opera Collegæ ſ. Franciſci Bavari, quædam etiam de rebus Luſaticis non æque vulgaria aut omnibus cognita cum aliunde, tum ex M. Jobi Coclii Notarii Laubens. Chronicis, Germanica lingva collegit, & conſuli ordinique Senatorio municipii Laubanenſis manuſcripta dedicavit, quorum legendorum copiam nobis Petrus F. fecit.

§. VI. Mgr. Joachimus Cnemiander (1532. M. Joah. Cnemiander. Senior Leobergæ in Sileſia, & 1552. 1506. Rector fuit Scholæ Budiſſ. annus natalis.) ſenior anno 1532. Leobergæio Sileſia, anno 1552. Budiſſinæ Scholam rexit, ut ex annotatis ejus apparet. Natus anno 1506. quo & Ludovicus Pannoniæ Bohemiæque Rex in auras editus, & Philippus Rex Caſtellæ (ut reſt. Viennæ 1517.) Maximiliani I. Imperat. F. poſt conſpectum Auguſti Menſ. Cometam mortuus eſt. Deceſſit placide in vera invocatione filii Dei hora 4. pomeridana Februarii. 26. anno Xt. (moritur. ætas. 1568.) 1568. ætatis ſuæ 62. currente, cum 30. annis eccleſiæ ac Scholis utiliter ſerviiſſet, in templo paroch. Cotbuſii honorifice ſepultus. (l)

§. VII. Hujus Cnemiandri ſenioris conſilio & ordinatione in Laubenſi anopolio ad feneſtrarum latera primi quatuor monarchiarum auſpices & aliquot præterea armis togaque Viri Clariſſimi Græci, Romani & barbari picti ſunt, cum ſuis ſinguli apophthegmatis, quæ haud abs re fue- (Apophtheg. mata quædam.) rit adſcribere:

NINUS primus monarcha Aſſyriorum anno mundi 2000. (anno mundi 2000.)
Ουκ ἔςιν τῷ ἄρχειν μὴ ἀρχθέντα
CYRUS, Perſarum Monarcha, anno mundi 3443. (3443.)
Metus malus diuturnitatis cuſtos.
ALEXANDER Macedo Monarcha Græcorum anno Mundi 3634. (3634.)
(Cic. 2. Offic.)
Regium eſt, cum facias bene, audire male.
C. JULIUS CÆSAR monarcha Romani Imperii anno mundi 3907. (3907.)
Imperium ſine fine dedi. Tolle moras.
ANNIBAL P. Carthaginen.
Vincere ſcis Annibal; Victoria neſcis uti.
P. SCIPIO Africanus Domitor Carthag.
Malo unum civem conſervare, quam mille hoſtes perdere.
Demoſthenes Orator Atheniens, Princeps Græcæ Eloquentiæ
Ουκ ἀγοράζω τοσούτου μεταινοῆσαι.
M. T. Cicero. Conſul. Pater Patriæ Princeps Romanæ Eloquentiæ
Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.
Cn. Pompejus magnus Dictator
Patria vita carior.
Octav. Cæſ. Auguſtus, quo imperante natus eſt Chriſtus anno mundi 3954.
Romam latericiam accepi, marmoream relinquo.

CAPUT XXVIII.

De

D. Adriano Albino.

§. I.

Laubenſis etiam eſt, Excellentiſſimus, (Patria, laudes ejus.) Clariſſimus Vir, dignitate, ſapientia, eruditione & virtute eminens Dn. Adrianus Albinus. (m) J. V. D. Illuſtr. domus Brandeburg. Senator Intimus, Joachimi Cnemiandri ſenioris frater (Inſignia hujus.) uterinus. (o) In hujus inſignia clypeum nimirum candidum, ſanguinea trabe diſtinctum, tale monſtrat Schoſſeri Epigramma.

Qui candore nives, qui candida lilia vincit,
Et nihil in toto pectore fellis habet;
Hoc gerit Albinus candoris nobile ſignum,
Nec gaudet clypeo verſicolore tegi.
At quia non dubitat, ſi publica tempora poſcant,
Pro duce, pro patria, pro pietate mori.
Sanguine candorem tingens heroica Virtus
Purpuream clypeo juſſit ineſſe trabem.

M. Petrus Thomæus.

§. II. Miſenæ Hermundurorum in ludo (Collega Georgii Fabricii.) illuſtri multos jam annos Georgii Fabricii (Patria.) Chemnicenſis V. CL. collega eſt M. Petrus Thomæus, Senftenbergenſis, qui anno 1550. hiberno ſemeſtri Lipſiæ Rector fuit ducentesimus octuageſimus tertius, ut teſtatur ejus Academiæ matricula ſecunda & nova

Jacobus Meilandus

§. III. Onolsbachii Franciæ ſeu Ansbachi- (Rector Lipſienſis.)

(l) Vid. Hoffmanni Laubaniſche Predigere. 11. p. 194.
(m) Conf. Hoffmannum Loc. cit. p. 154. ubi hunc Albinum Lutheri & Melanchthonis ſumma fuiſſe uſum familiaritate commemorat.
(n) Conf. L. Z. Schneideri Chronicon Lipſ. Lib. VI. p. 320.

Director chori muſici in aula Georgii Frider. March. Brandeburg.

bachii in aula laudati principis Georgii Friederici, Marchionis Brandenburgici, chorum Muſicum regit Jacobus Meilandus, Scaſtenberg. muſicus excellens, qui cantionum, quas componit ſvavitate & artificio præſtantiſſimus non veteres tantum, ſed recentiores etiam quosvis Muſicæ Poëticæ artifices provocare poſſit, adeo, ut nec ipli quidem Orlando multum cedere videatur.

Educatio ejus. Flandriæ urbes peragravit.

Educatus inter muſicos illuſtriſſimi Principis Ducis Saxoniæ, a prima ætate in ea arte ſe exercuit, præcipuas etiam Flandriæ urbes peragravit, ut ipſos artifices audiret, & ab eis diſceret, ut ipſe in præfatione quadam ad Illuſtriſſimum Principem G. F. marchionem ſcribit. Extat ad Mellandum in laudem artis muſicæ Franciſci Raphaelis elegia, in qua inter alios etiam hi ſunt verſus:

Verſus quidam ex Raphaelis elegia in laudem artis muſicæ conditæ.

Me quoque delectant (quid enim vera recuſem
Dicere) concentus, culte Jacobe, tui.
Proximus Orlando, quos miris flexibus edis,
Ingenii arcana dexteritate tui.
Et mox:
Perge modo aureolis hæc ſecula noſtra libellis
Ornare, invenies, qui tibi gratus erit.
At reliqui valeant, quibus eſt in pectore livor,
Aut aquilæ naſus, qui tua ſcripta petunt.
Naſuti ſint usque licet, ſint denique naſus,
In lucem tamen his non meliora dabunt.

Michael Retellius.

Patria Scholæ Gedanenſis Rector.

§. IV. Apud Pruſſos in pretio eſt Michael Retellius (o) Zittavienſis, Scholæ Gedanenſis quondam, ut vocant ConRector, nunc poſt Henrici Molleri Heſſi obitum Rector. Extant carmina ejus Græca & Latina; e quibus impræſentiarum hæc tantum ſuccurrunt.

Henrici Molleri Epitaphia.

Henrici Molleri epitaphia duo elegiaca, Latinum unum, alterum Græcum, ex quo hoc pentametron commemini:

Ἐςι γὰρ ἰυσεβέων ὁ μόρος ἀλλὰ βίος.

Nicolaus Dornſpachius Zittæ Conſul.

Elegia ad Dn. Nicolaum Dornſpachium Rom. Cæſ. Maj. Conſiliarium, & urbis Sittæ Conſulem, cum adjuncto elegidio alio de origine nominis Sittæ urbis.

Adamus Schrœterus.

Patria. Pater. Varia carmina denominata

§. V. In Polonia diu vixit Adamus Schrœter Sittavienſis, Andreæ olim Ludimagiſtri Sittavienſis Filius, Poëta Laureatus & Philoſophus (p) Theophraſti Paracelſi ſcita & placita ſectans.

& ab eo elaborata.

Anno 1558. Solium Cæſareum IV. virtutibus, *Juſtitia, Prudentia, Fortitudine & Temperantia*, fultum in honorem Ferdinandi Imper. Elegiaco carmine conſcriptum edidit.

1558.

Anno 1564. Salinas Vielicienſes Regni Poloniæ eodem genere carminis graphice deſcriptas Sigismundo Auguſto Regi Pol. dedicavit.

1564.

Additæ ſunt odæ aliquot cum ad alios, tum Andream a Schadeck, Notarium Wielicenſem, nec non Juſtum Ludovicum Decium, Secretarium Regium ac Wielicenſem carbarium & ſalis cocti præfectum filium Juſti Ludovici Decii ſenioris, Sigismundi I. Regis Poloniæ Monetarii ſupremi, qui vetuſtates Poloniæ chronico Polonico Mathiæ Michovienſis appreſſas ſcripſit, & anno 1545. VII. Cal. Jan. φθισικὸς periit, ut habent annales Vratislavienſes.

1545.

Pſalmum etiam XCI. carmine ſapphico veſtit ad Albertum a Lasko, Palat. Siradienſem &c. Scripſit & de victoria Alberti a Lasko Palatini Siradienſis, qui anno 1561. 18. Nov. victo Alexandro, crudeli Principe ingrato Deſpotæ baſilico Jacobo Heraclidæ Moklaviam ſubactam reddidit.

1561.

Item elegiaco Pſ 132. Memento domine David, & omnis manſvetudinis ejus &c. continentem precationem pro eccleſia & regno, ut Deus utrumque ſervare velit, ad Dn. Primum Lacunarium, Romanorum Regi a divinis officiis & eleemoſynis &c. cum exhortatione ad orandum, per eundem. In dedicatione hoc mihi perplacuit pentametron:

Si ſapis, a ſacris incipe quicquid agis.

Epigrammata ejus.

§. VI. Edidit & heroica quædam & epigramma prognoſtico Bartholomæi Sculteti in annum LXXII. præfixit. Item epigrammata IV. in chronologiam Hungaricam Abrahami Backshay, & inſignia ejusdem.

Zacharias Tencha. Zitt.

§. VII. In Salinis Velicienſibus meminit Schrœterus amici & civis ſui Zachariæ Tenchæ Sittavienſis.

Patria præceptor Ducis Olicenſis.

Præceptor is fuit junioris Ducis Olicenſis, eumque tanquam Virum doctrina & humanitate præſtantem ſibique ſingulari amicitia junctum prædicat Paulus Scalichius Apologia prima.

CAPUT XXIX.

De D. Eſaia Heidenreichio Zittavienſi.

§. I.

Patria, olim Swidnicenſis, nunc

Sileſii Eſaiam Heidenreichum Sittavienſem norunt, dudum Swidnicenſem,

(o) Conf. Ephraim Prætorii Athen. Gedanenſes p. 23. Groſſerus Part. IV. c. 15. p. 178. Carpzovii Analect. Part. III. c. 7. §. 5. p. 136.

(p) Vid. Anal. F. Z. Part. III. c. 7. §. 5. p. 136.

Vratiſlavienſis Paſtor. ſem, jam nunc Vratiſlavienſem ad D.
Eliſabetham Paſtorem, (q) ex quo D. Jo-
1568. hannes Aurifaber Vratiſlavienſis an. 1568.
Theologiæ Doctor renunciatur. 14. Cal. IXbr. deceſſit, S. Theologiæ Do-
ctor renunciatus eſt in Academia Franco-
phordiana ad Oderam, ut colligitur ex ejus
ad D. Johannem Sigismundum Gorlicium,
tunc Svidnicenſium Archiatrum præfatio-
ne in Theoriam de miniſterio Evangelii
1559. anno 1559. ibidem impreſſa chartis IV. in
8vo. In ea quæ deſiderari poſſunt, in ſub-
ſequentem libellum ſe rejicere inquit. Pau-
lo ante quidam de miniſterio Evangelii &
Definitionem cœnæ queritur in Theoria. Cœna dominica vernacula lingua collecta
ediderat, in quibus definitionem Cœnæ a
quibusdam inique reprehenſam in eadem
Theoria queritur.

D. Simon Muſæus.

Vratiſlav. Parochus. Veteſcovia oriundus. §. II. Vratiſlaviæ etiam aliquando Pa-
rochus fuit Simon Muſæus, (r) Theologiæ
Doctor Veteſcovia oriundus. Ambroſio
1554. enim Moibano Theologiæ Doctori 16. Ja-
Doctoratus inſignia adipiſcitur. nuar. anno 1554. mortuo, ſucceſſerat eo-
dem anno. Doctoratus inſignia adeptus
Vratiſlavienſium impenſis Vitebergæ an.
1554. 1554. 8. Maji Decano Collegii Theologici
D. Johanne Bugenhagen Pomerano, Pa-
ſtore una cum Georgio Æmylio Mansfeld.
& M. Petro Prætorio, Cotbuſiano, Super-
intendente Regiomontano novæ Marchiæ,
nunc Cyzenſe, cujus extant in Catechiſ-
mum parvum Lutheri quæſtiones verna-
culæ, Anno Chriſti 63. ætatis ſuæ 35. Vi-
tebergæ editæ, & Senatui populoque Cot-
1555. buſiano dicatæ, quique anno 1555. æſtivo
Vice-Rector Academiæ Vitebergenſis. ſemeſtri Vice-Rector fuit Academiæ Vite-
bergenſis, Rectore Illuſtri ac Generoſo
Domino Chriſtophoro Comite a Barbi, &
Dn. io Mulingen.

Varia ejus ſcripta. §. III. Muſei multa extant ſcripta,
quorum ſunt, ut a minimis incipiamus,
1557. Tabula Latina contra Melancholiam inſpi-
cienda, edita anno 1557. Concio de primo
præcepto, habita Gothæ eodem anno, ubi
tum Paſtor erat, & Superattendens, Er-
phordiæ in IVto chartis 6. cum addita ad-
monitione & conſolatione contra melan-
choliam, ex qua tabulam apparet eſſe de-
ſumtam. Narratio Latina de Seditione
Bremæ (quo ad inſtaurationem & repurga-
tionem eccleſiæ a Senatu vocatus fuerat
tanquam Superintendens) excitata a Sacra-
1562. mentariis anno 1562. qua ſe cum octo par-
vis liberis & uxore vix partu liberata me-
dia hieme per Danielem a Buhern inde pul-
ſum queritur, Confeſſio Concionatorum
in Graizenſe, Gerano & Schœburgenſe
Baronatibus edita anno 1567. cui primo lo- 1567.
co ſubſcripſit, titulo Paſtoris Eccleſiæ Ge-
ranæ & conjunctarum Inſpectoris, Poſtil-
læ Germanicæ Partes III. eodem anno
Francofurti ad Mœnum in Fol. impreſſæ,
duobus Henricis Ruſſis, Baronibus Plau-
enſibus, Juniori ſc. & medio, Dominis in
Graiz, Cranichfeld, & Geraw, nec non Do-
potheæ Comitiſſæ Solmenſi, Henrici Ju-
nioris uxori, & Volffgango Baroni Schœn-
burgenſi, Domino in Glaucha & Wal-
denburgo, duobusque præterea Nobilibus
dicatas. Libellus precum germanicarum
ex Evangeliis, quas & Poſtillæ inſeruit, cum
præmiſſa ſumma doctrinæ de Invocatione
& Explicatione Orationis Dominicæ, im-
preſſus Erphordiæ in 8vo chartis 20. & No-
rimbergæ quoque, & tribus Illuſtribus fœ-
minis, Dorotheæ Ruſſæ, Plavenſi & Annæ
Schenckiæ, Tautenbergenſi, Baronibus
Schœnbergenſibus, nec non Mariæ Salomæ
Comitiſſæ Ottingenſi, Dominæ Plauenſi,
nuptis inſcriptus; Atque hæc quidem, dum
Geræ eſſet, in ditione dominorum Plauen-
ſium, exiere.

§. IV. Nunc Toruniæ Boruſſorum a- 1569.
git, ubi ſuperiori anno 1569. novum edi- Liber Toruniæ impreſſus.
dit contra dæmonem melancholicum libel-
lum populari lingua impreſſum ibidem in
8. chartis 8. (Reliqua opera quære in ſcheda
Paſcalii).

§. V. In Eruditorum, vel artificum ſal-
tem Luſatiorum numero ſi habeam Mel-
chiorem Goldammerum, matris meæ fra-
trem uterinum, Jonæ Hermanni, Sorori- Goldammeri libellus Arithmeticus.
um, nemo, opinor, cognationi id dare me
exiſtimabit, cum arithmeticæ Practicæ
methodus, hoc eſt compendiaria ratio ac
facilis licet Germanice ab eo Senatui Gor-
licenſi dicata publice extet impreſſa in 8vo
chartis 20. Vitebergæ anno 55. In cujus
calce alium de regulis Algebræ, quam pra-
cticam Italicam vocant, libellum promittit.

§. VI. Atque hi fere ex popularibus no-
ſtris, quos ego quidem partim de facie,
partim ipſorum aliorumve ſcriptis nove-
rim, præcipui ſunt eruditi. Omnes enim Huc uſque de Luſatiis literatis.
recenſere quis poſſit, vel quid attinet po-
tius? Multorum præclara eruditione atq;
doctrina ornatorum virorum, qui vel nun-
quam ad ſcribendum ſe contulerunt vel lu-
cubrationibus ſuis modeſtia quadam lucem
negarunt, in obſcuro nomen eſt. Non et-
iam nullos, qui evulgatis ingenii fœtibus
nomen ſuum cum utilitate aliorum conſe-
crare immortalitati, voluere prudentes
præter-

(q) Vid. Analecta F. Z. Part. III. c. 7. p. 120. item Memoria Heidenreichiana §. 6. p. 4. ſeqq

(r) Vid. Freheri Theatrum Virorum illuſtrium Part. I. Sect. III. p. 243. item M. Adam Pantkens Lebens-Beſchreibung des Evangeliſchen Paſtor in Breßlau p. 12.

præterimus. Plurimorum item juvenum adhuc in herba eſt meſſis florentiſſima.

Luſatia viris Clariſſ. ſuperbiens.

§. VII. Et profectò, quod Melanchthon in præfatione Catecheſeos Trocedorphianæ ſcribit: „In nulla parte Germaniæ „plures ex populo diſcere & iotelligere do- „ctrinas, quam in Sileſia, nec aliam geo- „tem in Germania plures habere eruditos „viros in tota philoſophia, id oon de Sileſia, quam vere ac proprie ſic appellant, ſola, ſed ſimul de Luſatia etiam, quæ Sileſiæ nomine vulgo cenſetur, accipiendum eſt.

Omiſſos alius quidam juvenis nominabit Martinus Mylius.

§. VIII. Quæcunque igitur in brevi hoc elencho a nobis ſunt omiſſa, ſupplebit olim juvenis ingenio & doctrina præſtans *Martinus Mylius*, civis & amicus meus, ubi eruditorum noſtri & ſuperiorum aliquot ſeculorum proximorum vitas, quas jam diu parturit feliciter aliquando pepererit.

Luſatia exteros quoque fovit Eruditos.

§. IX. Nec vero Luſatia tantum ipſa doctos genuit, ſed exteros quoque non tantum excelleotes doctos, verum etiam levi aliqua doctrina tinctos benigne ſovit, atque adeo, ut Janus Cornarius io quadam ad Trogerum epiſtola inquit, & literas & literatos ſemper in precio habuit. Sed quis vetat externos etiam paucos aliquot recenſere.

CAPUT XXX.

De *Johanne de Frauenberg.*

§. I.

Patria.

Civium Magiſter Gorlicii.

JOhannes de Frauenberg Prutenus, artium & Philoſophiæ Magiſter, Matthiæ Regis dominatu, anno 1474. Gorlicii primum eſt creatus civium Magiſter, cum ſex annis præcedentibus eidem Reipublicæ ab epiſtolis fuiſſet. Hic Vir ſapiens & eruditus magno fuit patriæ noſtræ & emolumento & ornamento. Ut enim taceam crebro navatam ab eo præclaram Reip. operam in hexapolitanorum cum infeſta Nobilitate conventibus: glaſti certe vectura, depoſitio & æſtimatio quam Haynam transferre nitebantur Saxoniæ duces, cooſervata eſt civitati noſtræ hujus conſiliis (Nam legationes ad Matthiam Regem & Saxoniæ Duces ut plurimum Georgius Emericus tunc Senator obivit.) Præterea urbem excitatis paſſim validis propugnaculis munivit & ædificiis publicis aliis ornavit, in quibus ſingulis ſingulæ gnomæ inauratis literis ſaxo inciſæ leguntur.

hujus conſilio Iſatidis æſtimatio Gorlicii conſervata.

Symbolum ejus.

§. II. Delectatum enim ferunt brevibus ejusmodi & rotundis ſententiolis. Symbolo uſus eſt literarum trium, quæ & ſupra *πολίδιον* noſocomio Mariano contiguum viſuntur, oimirum. S. M. L. hoc ſenſu. Schweig, Meid, Leid. In Secretario Gorlicenſi additur altera rythmi pars: bis da kömmt beſſere Zeit. Ibidem hoc quoque diſtichon legitur manu ipſius exaratum:

Non eſt in Speculo res, quæ ſpeculatur in illo,
Eminet & noo eſt in muliere fides.

Item: Crede pauca, quia fraus in olla. Vidi & epitomen ſpeculi Saxonum ab eo concinnatum & ſub certa capita velut locorum communium redactam, an. 1475. 1475.

1478.

§. III. Tandem an. 1478. cum Matthias duo millia florinorum Hungaricorum a Gorlic. exigeret, hi vero tergiverſarentur, adeo Rex cum in civitatem, tum vel maxime in Frauenbergium excanduit, ut eum urbe, de qua fide ſua bene meritus fuerat, pellere cogitaret. Hunc enim cum Bohemis hæreticis colluſiſſe ac commercium habuiſſe, hunc, quo minus collecta impoſita ſibi peodatur, obſtare, hunc quibuscunque poſſet in rebus aliis ſibi adverſari dictitabat. Denique non Gorlicenſem modo Rempublicam omnem, ſed totam adeo hexapolin, cum Nobilitate univerſa, unica concluſam eſſe veſte, qua Frauenbergius indueretur. Hanc commemorationem Frauenbergius ipſe ſcriptam reliquit in libello, quem Secretarium Gorlicenſe inſcripſit, nnde quanta apud ſuos juxta & vicinos fuerit autoritate exiſtimari poteſt. Clauſit autem eum hoc epiphonemate: Darum lieber Kittel reiß nicht, denn Herrendienſt der erbet nicht, hilff lieber treuer HerrGOtt. Amen.

Matthias duo millia florinorum Hungaricor. a Gorlicenſibus exigit, hi vero tergiverſantur

Summa hujus viri autoritas.

§. IV. Atque in hoc ipſo anno 1478. deſinit Secretarium. Sub anno 1477. cum narraſſet Gorlicenſes de glaſti negotiatione periclitantes a Budiſſinis & Vratislavienſibus deſertos, ſubjicit: Das alles in gute Gedancken zu nehmen iſt, und zu ſeiner Zeit wieder zu vergleichen, alsdenn geben wir wieder. Hab dir das.

1478.
1477.
Mira reſponſio

§. V. Nunc inſcriptiones, quas dixi ordine recenſebo.

Variæ inſcriptiones antiquæ.

In curia.

Non dominus domo, ſed domus domino cohoneſtanda eſt. Odioſum enim, cum a pertranſeuntibus dicitur: O domus antiqua, quam diſpari dominaris domino.

1. Offic.
2. de Div.

Wiltu ruhen Stadt und Land,
Eintracht Frird ſey dir bekant,
Darnach beweiß dich rechter That
Alſo hält Platoois Rath.
Wiltu fort gantz nützlich rothen,
Zorn, Gunſt, Neyd ſey dir verbothen.

Item.

Wer unſeen Ehren iſt gehaß,
Dem geben wir wieder ſich, hab dir das.

Nil decet invita Minerva 1472. 1472.

In Feneſtris Palatii ſupra panni tonſtrinas, ſupra picturam Juvenalis:

 E cce-

Sat. XI. E cœlo deſcendit: Noſce Te ipſum

Supra picturam Horatii.

1. Serm, 3. Nam vitiis nemo ſine naſcitur.

Infelix.

Invida me lacerum lumina nulla vident.

Mundus:

Ovid. 1. Am. 15. Livor poſt fata quieſcit.

In propugnaculo portæ Niſſenæ:

1455. Pace bidens vomerque vigent. 1455.

Tib. 1. & 10. In propugnaculo portæ Marianæ, ſub inſignibus:

1455. Ovid. 10. Met. Invia virtuti nulla eſt via. 1455.

In propugnaculo quod eſt inter Marianam & Reichenbachenſem portas:

Suet. In Aug. Satis celeriter fit, quicquid fit bene 1455.

In propugnaculo cœmiterii Mariani:

Cave faxis Te quicquid indigni. 1458.

1458. In ſacello D. Jacobi:

Hor. 1. Od. 28. Omnes una manet mors. 1458.

In propugnaculo, quod eſt apud viretum:

Liv. L. 10. d. 3. Melior eſt certa pax, quam incerta victoria

1459. 1459.

Lucan. l. 2. In veteri διδασκαλείῳ:

Nil actum credas, cum quid reſtabit agendum.

1ȣΛ9.

Recentiores quædam §. VI. Porro hanc Frauenbergii conſvetudinem & inſtitutum poſteri æmulati ſunt, præſertim

Joh. Haſſus. M. Johanne Haſſo, Notario, Syndico & Conſule. Sed quid prohibet recentiores quoque has inſcriptiones apponi?

In ære campanæ horologii, quod eſt in turri curiæ:

1520. Nec quæ præteriit hora redire poteſt

Ovid. 3. Ar. 1520.

Ad fores veteris διδασκαλείου:

Cic. Lib. 10. fam. ep. 5. In rebus humanis nihil præclarius, nihil præſtantius, quam de Republ. bene mereri.

1529. 1529.

In ſuperluminari novæ Scholæ:

Qvin. 1. Inſt. Præceptorem non ſecus quam ſtudia ipſa

Or. 1529. & parentem ames. 1529.

In Porta Calva:

Civitatem melius tutatur amor civium,

1536. quam alta propugnacula. 1536.

CAPUT XXXI.

De
M. Chriſtophoro Laſio, Argent.

§. I.

Patria: CHriſtophorus Laſius, Argentinenſis apud nos ſtudiis puerilibus præfuit circa annum 1537. & ſequentibus aliquot. Qua de re ſic Æmylius in ſuo illo toties jam citato propemptico de Gotlicio loquens.

Fallot an hie etiam culto docet ore juventam, Laudes ejus

Laſius, Argentæ maximus urbis honos.

Mollia qui facili deducit carmina filo;

Carmina vel Phœbo judice digna legi.

Hunc ego, non aliquo quamvis mihi fœdere junctus

Notitiæ, ſolo nomine notus erat:

Ob commune tamen ſtudium nomenque Poëtæ

Complexus tacito ſemper amore fui.

Si libet, huic blandam de me quoque ferte ſalutem,

Munificus Vobis forſitan hoſpes erit.

Regi Ferdinando urbem ingredienti Scholaſtici hoc diſtichon occinunt. §. II. Ac circumfertur etiam ſcriptum ejus, quo doctrinæ & diſciplinæ ſcholaſticæ rationem ſenarui reddidit. An. 1538. cum Ferdinandus Rex urbem ingrederetur die Urbani, Scholaſtici inter alia hoc quoque diſtichon Laſio autore ei occinuerunt:

Accipe, Rex, blanda ferimus quam voce ſalutem,

Et nobis pueris innocuisque fave.

§. III. Legimus & in annalibus noſtratibus ſub anno Chriſti 1539. ejusdem tetraſtichon de *ejus partis mœnium, quæ inſigni Templo D. Petri vicino pergulæ vel podii inſtar habet*, tecto lateritiò, quod excitavit vel potius incendio conſumtum reſtituit M. Joannes Haſſus iterum Cons. Epigramma adſcribo:

Hic ubi nuper erant veteris veſtigia flammæ, Haſſi epigramma,

Mœnia nunc tecto verſicolore nitent.

Haſſus tam triſtes voluit reparare ruinas,

Debetur merito gratia magna ſuo.

§. IV. Cæterum Laſius poſtea cum ad Theologiæ ſtudium animum applicuiſſet, verbi Divini miniſtrum egit Leonti Monaſtabii, & aliis aliquot in locis, pulſusque ex ſingulis, Spondæ tandem in Marchia ſubſtitit, ubi in tertio ſuo, ut ipſe ſcribit, exilio Pſalmi XV. ennarrationem ſub κειμηλίου aurei titulo edidit cum præmiſſa Phil. Melanchthonis præfatione. Sponda Cuſtrinum vocatus eſt, & inde poſt Joachimi Cnemiandri obitum Cotbuſium, quo venit nobis præſentibus anno 1569. d. 27. April. factus eſt ejus oppidi Paſtor, & Superintendens. Diſceſſit iterum eodem anno in Natalitiis Chriſti, ſucceſſoremque accepit Joannem Teclerum Zulchovianum Sileſium, Seniorem, Sacræ Theol. Licentiatum, Andreæ Muſculo ὁμόγαμβρον. Hyemem reliquam Senſtenbergi hæſit. Ad ſtudium Theologicum incumbit. Varia ejus munera.

§. V. An. 1568. Menſ. Januario Cizæ in exilio edidit prælibationem dogmatis Flaciani de 1568. & ſcripta.

Cou-

Converſione hominis, tres ejus abſurditates cum Scriptura pugnantes demonſtrantem, quod nimirum ſit immediata, Involuntaria & inſenſibilis, idque ut Lectori guſtum præberet totius controverſiæ, de qua juſtum volumen expectaret. Libellum Vitebergæ excuſum in 8vo. chartis IV. collegio eccleſiaſtico urbis Auguſtanæ dedicavit. Eodem anno Menſ. Martio Cuſtrini vulgari lingua ejusdem argumenti opuſculum emiſit Francofurti ad Oderam in 8vo chartis 7. impreſſum ad eccleſiam Auguſtanam, a cujus miniſtris, cum Auguſtæ Vindelicæ eſſet, ut eum laborem ſumeret, vel potius jam ſuſceptum continuaret, rogatus fuerat. In eo rurſus integrum opus prommittit, & quartum Converſionis Flacianæ contra fundamentum errorem addit, videlicet, quod ſit eſſentialis. Inter alia etiam confirmat, optaſſe Lutherum librum ſuum de libero arbitrio adverſus Erasmum Roterodamum aliter eſſe ſcriptum, & quidem retractaſſe eum hanc opinionem multis in locis.

§. VI. His ſcriptis eodem anno reſponſionem Germanicam appoſuit Matthias Flacius Illyricus, ad eandem eccleſiam, de peccato originali, libero arbitrio, converſione & generatione, in qua ex narratione quadam impreſſa M. Andreæ Hugelii Paſtoris Brandeburgenſis inſimulat Laſium, quaſi is anno 1548. librum Cæſareum INTERIM vulgo dictum Spondæ primus omnium ſit amplexus, & circuitus proceſſionum quas vocant, ſive ſupplicationum cum crucibus & vexillis illis legionariis ibidem inſtituerit.

M. Andreæ Hugelii Accuſatio in Chriſt. Laſium.

§. VII. Vidimus & cujusdam M. Antonii Ottonis, Hertzbergenſis reſponſionem Germanicam ad Germanicum, de quo diximus, Laſii libellum. Extant præterea quæſtiones Laſii de eſſentia & voluntate divina. Item aliæ de confeſſione, Lipſiæ ab Erneſto Vogelino populari lingva excuſæ, libellus item ſuper Symbolo, & alia plura.

Reſponſio ad Laſii Libellum quendam.

CAPUT XXXII.

De M. Joanne Haſſo, Synd. & Cons. Gorlic.

§. I.

SEd quoniam Haſi meminit tetraſtichon Laſianum, priusquam ad reliquos progrediamur, epitaphium ejus, quod picturam Lazari reſuſcitari continens in Templo D. Petri & Pauli ſpectatur, obiter inſeremus.

Ejus epitaphium.

* * *

M. Johanni Haſſo, Urbis Gorlicii Syndico, Conſulique laudatiſſimo, mortalium nulli integritate, pietateque ſecundo, Immortalitatis jam arcem ſumma in Chriſtum fide, Reipublicaque amore promerenti annos circiter ſeptuaginta tres nato liberi heredesque moeſti poſteritatis ergo poſuere.

Qui vivere deſiit

Anno a Chr. nato 1544. XV. April. Obiit. 1544.

Carolo V. Ter. Max. Impe. Augu. & Cæſare Ferdinando Fratribus Orbi Imperantibus.

* * *

§. II. Additum ſtemma gentilitium ſtellam præ ſe ferens. Cæterum Haſſus hic factus eſt Cons. ter, primum anno 1536. iterum anno 1539. & poſtremo 1543. Senem magiſtrum vulgo appellarunt. Inſcriptionem concinnavit & doctrina & judicio præſtans medicus ac Philoſophus D. Joannes Trogerus, de quo & ſupra facta eſt, & mox fiet mentio honorifica. In hujus enim Bibliotheca, cujus inſpiciendæ & perluſtrandæ copiam nobis fecit juvenis ingenioſiſſimus Ægidius, F. ejus, chartam vidimus manu ipſius exaratam, in qua & hoc ipſum Haſſii epitaphium conceperat, & verſus præterea hosce adſcripſerat:

Ter factus eſt Conſul Gorlicii. 1543.

cognomen ejus.

ejus filius.

Aliud Epitaphium in eundem.

O Te felicem, qui fraudes deſeris omnes.
Deſeris & vitam, morte favente trucem.
Nobis triſtitiam, luctum planctumque relinquis,
Dum capis ætherei gaudia plena chori.

§. III. In eadem charta aliam quoque inſcriptionem reperimus, quam & ipſam etſi nec tempus ejus, nec qua de re loquatur, ſatis ſcimus, nihilominus apponere hic libet, cum mentionem habeat implicatam & patriæ meæ & lectiſſimi præterea Viri Georgii Loxani, Sileſii, quondam Regi Ferdinando a conſiliis & epiſtolis ejus, ad quem Georgii Logi, Eqv. Sileſii Præp. Vrat. ad S. Crucem & Canonici Budiſſin. Conſanguinei ipſius epigramma apud κοινωτιγέτικα Gratii & Bembi Epiſtolæ non nullæ extant. Apparet autem, factam eam imitatione epitaphii jambici M. Pacuvii, Poëtæ Tragici, quod extat cum alibi, tum in Apiani & Ammitii antiquitatibus, pag. 232. Erat igitur talis:

Inſcriptio Georgii Loxani.

QUISQUIS. ES.
HOC TE. SAXUM ADMONITUM. VOLT.
UT. SE. ASPICIAS PAUCISQ.
ACCIPIAS.
GEORGIVS. LOXANVS.
A. CAROLOSPERGIO. EQ.

PROCANCELLARIVS. BOHEMIÆ
REIPVBLICÆ GORLICENSI
DE. SE. BENE. MERENTI.
CAROLO V. TER. MAXIMO IMP.
ET. CÆSARE. FERDINANDO. FRATRIB.
ORBI. IMPERANTIB.
ME. DONO. MISIT.
ID. VOLEBAM, NESCIUS. NE. ESSES.
ABI. ET. VALE.

CAPUT XXXIII.

De

D. Joanne Trogero.

§. I.

Patria.

JOhannes Trogerus, quem modo poſuimus, Monopolitanus ex Haradibus ſed potius Nariſcis (Variſcis) qui Voitlandi ſunt hodie, oriundus, Medicinæ ac Philoſophiæ Doctor expertiſſimus. Gorlicii diu artem medicam feliciter exercuit, cumque trium linguarum cognitione ac doctrina inſtructus eſſet eleganti, & domi ſuæ privatim & in dote, quam vocant, publice adoleſcentiam erudiit. Ac præceptoris appellatione eum dignati ſunt, ut alios omittam, Vir Clariſſimus D. Andreas Hertwigh. Jur. Conſ. Sigefriedus Kibiſchius, Henrici J. V. D. quondam Ferdinando Regi a Conſiliis &c. F. & Joh. Spremberger artis medicæ Doctor Vrariſlavienſes omnes, quorum poſtremus multos jam annos in Patria ſua Phyſicus, reliqui Duo Cameræ Cæſareæ ibidem aſſeſſores ſunt & Conſiliarii.

Vir conſummatiſſimus, tribus linguis expertus.

Uxor. Filius, atque filiæ.

§. II. Uxorem habuit Margaretham, Franciſci Schnitteri, Conſ. Gorlicen, filiam, ex qua ſuſcepit filium Ægidium & tres filias hodie adhuc cum matre ſuperſtites. Floruiſſe eum amicitia multorum Claror. Virorum & eruditorum, mutuæ horum & illius epiſtolæ ſunt documento. Janus Cornarius Zviccavienſis medicus doctiſſimus & celeberrimus ſeptenas ad eum dedit literas, quarum penes me ſunt exempla ſingularum.

§. III. Item duos de peſte libros, quos anno 1551. Baſileæ excudit Herwagius, conſcripſit rogatu Trogeri, qui anno 1549. illius horrendi nominis mali ingruentem vim pertimeſcens, ab eo ut methodum cavendæ curandæque febris peſtilentialis componeret petierat. Sed ante editionem e vivis ſublatus eſt Trogerus, ut teſtatur præfatio operis ad Dn. Hulderichum Mordiſium, Mauricii Electoris Cancellarium, in qua Trogerum, virum doctum ac bonum & veterem amicum ac ſtudiorum ſodalem Cornarius appellat.

obiit diem ſupremum.

§. IV. Cæterum epiſtolam ad ipſum Trogerum, quæ in calce librorum de peſte extat, qualis quidem ibi legitur, Cornarius ſimul & ſemel non ſcripſit, nec unquam vere ad Trogerum dedit, ſed eo jam mortuo ex præmemoratis aliquot ad illum literis diverſo tempore ſcriptis conflatam & diſputatione de annis climactериis auctam hoc modo publicavit. Scripſit etiam ad eum ex Francophordia ad Oderam annis 35. 36. tam Græce, quam Latine V. CL. Chriſtophorus Hegendorphinus J. V. πρoλύτης, is cujus & in Philologia opuſcula multa & apud Lexicon Jacobi Spiegelii in T. T. C. ſumme ab Ægidio Mometo commendatæ extant, quique poſtea Reipubl. Luneburg. Syndicus & ad extremum mutato vitæ genere Eccleſiæ ejusdem Superattendens fuit, ibidemque diem ſuum obiit, ut ex Lunæburga L. Loſſii patet, in qua epitaphium ejus habetur.

Diſſertatio de Climactериis.

§. V. Meminit is in literis illis ſuis communis amici, M. Petri Scorleri, Cremenſis, cui ipſi tunc urbis Gorlicii a libellis, Ariſtotelis de longitudine & brevitate vitæ, item de divinatione per ſomnum ſcripta cum interpretatione ſua & ſcholiis edita in 8vo dicavit. Hic Scorlerus cum anno 1527. hiberoo ſemeſtri Rector Academiæ Lipſienſis fuiſſet in ordine 237. Gorlicium venit ubi primum Reipublicæ Scriba, deinde Judex, & tandem Conſ. factus ibidem anno 1566. vitam cum morte commutavit. Præterea cum Johanne Stramburgero J. V. D. cujus ad Camerarium Compatrem ſuum epiſtola extat, & Lipſiæ viſitur epitaphium, cum is apud nos, ut apparet, hoſpes aliquandiu eſſet, conjunctiſſime & amantiſſime vixit Trogerus; quod pagellæ ultro citroque miſſitatæ variis iisq; eruditis quæſtionibus, diſputatiunculisque, quibus alter alterum exercuit, refertæ loquuntur.

1527. Scorlerus Lipſiæ Rector Academ. Gorlicii Scriba, Judex, Conſul. 1566. moritur.

§. VI. Taceo, Ambroſium Meibanum, Theologiæ Doctorem, Eccleſiaſten Vratislavienſem, Valentinum Trocedorphium, Martinum Girbigium Profeſſorem quondam Francofurrenſem & Clementen Boteccium, medicum utrumque, & alios complures viros eruditiſſimos, qui lubentiſſime, nec ſere niſi cum honorifica eruditionis ejus prædicatione per literas cum eo locuti ſunt. Apud Lipſenſes quidem tanta nominis Trogeri fuit gloria, ut deliberatum conſtet, de cooptando illo in numerum eorum, qui Medicinam publice profitentur. Quartana, laudatiſſima quidem illa febri, encomio quondam Philoſophi Phavorini celebrata, gravi tamen & mora ſua admodum moleſta, qua cum diu conflictatus fuerat, tandem conſumtum exiſtimo,

Trogeri gloria apud Lipſienſes.

1550. Obiit.

nio, anno 1550. cum Octavi Septenarii climactericum annum jam eſſet egreſſus, ut ex B. Cornarii epiſtola colligitur. Picturam ejus Ironicam habet Andreas Bretel organicen gener.

CAPUT XXXIV.

De *M. Ottomaro Oepplino, Parcho Gorl.*

§. I.

Munus ejus. Patria.

FUit & miniſter Verbi apud Gorlicenſes primarius M. Ottomarus Oepplinus Svevus circa annum Chr. - - quo tempore capita *Chriſtianiſmi* hinc

librum edit.

eſt Catechiſmum vulgari lingua edidit. Inde in aula Boruſſiaca illuſtriſſ. Ducis Alberti

Concionator in aula Boruſſiaca.

Senioris NB. Concionator factus enarrationem dicti Joh. 3. Sic Deus &c. ſingulis ejus verbis ſeorſim & peculiariter explicatis populari etiam lingua ſcripſit. Viginti item quæſtionum in cœnæ dominicæ controverſia noſtro tempore ἄνω καὶ κάτω agitata motarum ſolutiones & declarationes pro concione in arce Regiomontana. Anno 1563 Dominica Lætare propoſitas, eodem anno Alberti Boruſſiaci & Heinrichii Lignicenſium Ducum, qui concioni interfuerant, rogatu auxit & edidit Germanice, iisque dedicavit.

§. II. Collegit & ex omnibus omnium Patrum ſcriptis Poſtillam, ut vocant, in qua regi Poloniæ προσφωνεῖ. Obiit ibidem an-

Obiit. quem Princeps ſequitus.

no 1568. A. 9. quem non ita diu poſt Princeps ipſe cum uxore Anna Maria Brunſvicenſe ſecuti ſunt eodem die nempe 20. Martii mortui. Extat effigies ejus impreſſa cum epigrammate C. W. K. A.

D. Sebaſtianus Stelbagius II.

Patria. Doctoris inſignia accipit.

§. III. Sebaſtianus Stelbagius Mansfeldianus JCtus, antequam inſignia doctoris conſequeretur Viennæ, Reipubl. Gorlicenſi ab epiſtolis fuit, Promotionis actus extat, in quo præter Petri a Rotis promotoris, & ipſius doctorandi Orationes repetitionem item L. ædε, quam. C. de loco & condition, etiam hæ duæ quæſtiones explicantur:

Quæſtiones quædam a Stelbagio propoſitæ.

An ſcholaris juvenis alium non ſcholarem coram ipſius magiſtratu urbano ab eodem apud eundem reconveniri poſſit. Et utrum debiti ſolutio fieri debeat ratione veteris monetæ, an ejus, quæ intra tempus ſolutionis fieri cœpit, extat præterea compendium inſtitutionum in quæſtiones ab eo redactarum, cum differentiis Juris Communis & Saxonici ſub ſuos titulos digeſtis, conſilia item quædam & alia plura.

CAPUT XXXV.

De *Conrado Neſeno, JC. Synd. Zittav.*

§. I.

Gvilielmus Neſenus Patria.

NOtum eſt inter eruditos Nomen Gvilielmi Neſeni, Helvetii, Poëtæ & JCti egregii anno 1524. ad Vitebergam in Albi everſo navigio ſubmerſi,

Speculum quoddam.

cum non multo ante dicerentur a Speculatoribus in mœnibus urbis viſæ eſſe noctu faces de coelo in Albim incidere atque ibi extingui, ut copioſe narrat Mycilius in epicedio ejus, & in vita Melanchthonis Camerarius. Cui ſingularem amicum fuiſſe Erasmum Roterodamum multæ hujus epiſtolæ ſatis loqvuntur.

Ejus frater Conradus. Munus. Epitaphium illius.

§ II. Ejus frater Conradus, (s) LL. Licentiatus, Civitatis Zittavienſis Syndicus fuit multos annos, ubi adhuc liberi ejus ſuperſunt. Sed & illius audiamus epitaphium, quod in templo ejus urbis parochiali ſpectatur aureis literis tabulæ inſcriptum:

Conrado Neſeno JurisC. Civitatis Zittæ Syndico V. Studio veræ religionis, integritate, Sapientia, Doctrina praſtanti, qui inter ardentes preces implorans Salvatorem unicum filium Dei D. N. JESUM CHRISTUM ex hac ærumnoſa vita decedens, migravit in beatam & æternam VII. CL. Julii, anno Chriſti 1560. uxor & liberi moeſtiſſ. p. p. (& Fab. in Tum. S. Piſtorii) ab ipſo deſignatum

H. M. P. CC.

Buſto hoc Conradus mortis poſt fata quieſcit
Ille Neſenææ fama ſecunda domus.
Quem celebrem ſpectata fides, prudentia, candor,
Et veræ imprimis relligionis amor,
Publici & his Juris conjuncta ſcientia fecit,
Doctrinæ & titulis auxit honoriferis.
Hunc ſimul & civem & n..cta eſt urbs Zitta Patronum,
Ipſius

(s) Vid. Carpzovii Analecta F. Z Part. II. cap. 6. N I. pag. 298. item cap. 4 §. 3. p. 279. Part. III. c. 2. §. 4. p. 29. Part. I. c. 11, §. 20. p. 71.

Ipſius & dubio tempore ſenſit opem.
Nam cum longinquis ille adveniſſet ab oris
Hac placuit patrios ponere ſede lares.
Perpetuum hic nihil eſt, & vis tandem hunc quoque Lethi
Arripiens cogit deſtituiſſe ſuos.
Ipſe quidem moriens æternæ exordia vitæ
Cepit, & in Chriſto eſt huic ſua parta quies.
Plebs tamen & tantam ſibi ab hoc ſpem luget ademtam,
Deflet & amiſſam Curia moeſta decus.
Sed propior ſobolis dolor eſt, & conjugis orbæ,
A quibus iſta Viro, & ſtant monumenta Patri.

Munus ejus. §. III. Additæ imagines, lunæ albæ alatæ cum ſceptro. In eadem urbe nunc Phyſicum agit

Bartholomaus Reuſnerus. (t)

Patria. Leobergenſis, Philoſophiæ & medicinæ doctor, Vir pietate & doctrina excellens, liber ab eo compoſitus. cujus extat de febribus liber ad Nicolaum Rhedigerum. Ibidem medicinam exercuit

Chriſtophorus Sporerus.

Patria. §. IV. Dreſd. ſocer Joannis Chentmani & Johannis Brambachii Dreſdenſium artis medicinæ doctorum, mortuus in patria 1540. Obitus. anno 1540. Prid. Non. Maji, ut ſcribit Fabricius Lib. 3. Annal. Urbis Miſenæ, in qua etiam medicinam fecit Sporerus.

M. Martinus Tectander. (u)

munus ejus. §. V. Ibidem adhuc fungitur munere eccleſiaſtico M. Martinus Tectander (Zimmermann) quondam Paſtor Miſnenſis annos III. Vir judicii eccleſiaſtici ſeu Conſiſtorii, qui, quod utrumque munus obire grave ipſi eſſet, locum mutavit, anno 1450. 1450. menſe Junio Miſena Sittaviam profectus, ut refert idem Fabricius. Meminit ejus Inſcriptio quædam Zittæ ſuſpenſa. inſcriptio quædam ſuper limine adytorum in templo D. Franciſci Sittaviæ, quæ talis eſt: *A. D. 1563. templum hoc renovatum eſt, verbi divini & Sacramentorum fidelibus adminiſtris M. Martino Tectandro, Hieronymo Sighardo & Bartholomao Gebhardo Paſtor etiam fuit Leoniſtenii.* 1563.

Caſparus Marſilius.

§. VI. Cotbuſii Paſtor fuit, & vitam feliciter clauſit Caſparus Marſilius, Vir ſapientia, doctrina multiplici, eloquentia, autoritate, virtute, imprimis autem ardenti veræ Religionis Studio præſtans, linguarum porro notitia, ingenii acumine, naturæ bonitate ſcribendique facultate ſingulari præditus, qui primo Profeſſor Francofurti ad Oderam & Juris Licentiatus, deinde poſtremis vitæ ſuæ annis ferme XX. Theologus & in nova Marchia Superintendens fuit. Paſtor Cotbuſii. Laudes ejus. Profeſſor Francofurtenſis. Superintendens in nova Marchia.

§. VII. Anno 1551. tum Concionator Aulicus Cuſtrinenſis a Johanne Marchione Brandenburgio Vitebergam ablegatus ibidem d. 26. Junii ſcriptum Philippi Melanchthonis, in quo cauſæ exponuntur diſſenſionis ab Eccleſia Romana, conſilio Tridentino juxta edictum Caroli Imper. exhibendum & offerendum, legit, idque cum Auguſtana Confeſſione, cujus eſt repetitio & locis communibus congruere, atque adeo clarius & nervoſius (mechtiger) non nihil eſſe teſtatus eſt. Poſt bellum Germanicum, propter liberiorem quandam concionem a præfecto Cotbuſiano Baccio dimiſſus Ligniciam in Sileſiam venit, accepitque Succeſſorem M. Leonhardum Bayerum, ad quem tum Cygnenſis eccleſiæ paſtorem Melanchthonis habetur epiſtola, anno XLVI. exarata. Beyero Cot- Fata hujus viri.

(t) De eo Königius in Bibl. V. & N. ſic ſcribit: Barth. Reuſnerus Vratislaviæ & Zittaviæ poliater, non in re medica tantum, ſed Theologica etiam & Philoſophica excelluit. Struxit librum de febribus anno 1561.

(u) Conf. Carpzovii Analecta F. Z. Part. III. c. 4. §. I. Num. II. p. 84. ſeq. Horum virorum, quos Maulius hactenus in ſcenam produxit, meminerunt etiam præclariſſimi illi duo Rectores Gorlicenſes, Mylius nimirum in Annalibus Gorlic. & Groſſerus in Memorab. Luſat. Lib. 4. c. 11. 12. 13. 14. 15. p. 159 - 180. Sed protulit Luſatia poſt Manlii etiam tempora viros in omni eruditionis genere ſummos, quos, nominibus eorum ab interitu vindicatis, pietatis, qua tenentur, patriæ amorisque in eam cauſa, operæ non nihil hoc in genere ſibi inſumſerunt ac in aperto ſiſtunt. Petrus Jenichius in 4. Diſputat. (vid. Tom. 2. Scriptorum Luſaticorum pag. 326. ſeqq.) nec non Groſſerus & Carpzovius. Jenichius inprimis expoſuit de vita Eruditorum in Luſatia inferiore ortorum, Groſſerus complectitur utrinsque Luſatiæ lumina, Carpzovius im Ehren-Tempel der Ober-Lauſitz duodecim viros repræſentat magnum nomen conſecutos in Luſatia ſuperiori, in Analectis vero F. Z. Part. III. c. 7. p. 118. - 136 Zittaviæ tantum natos & aut ibi aut aliis in locis officiis publicis functos.

Cotbuſii mortuo & in æde Par. D. Albini ſepulto ſurrogatus eſt quidam, M. Ambroſius Gubino vocatus, is quoque cum baptizandos afflari oportere, contenderet, dimiſſus & Lignitio revocatus eſt Marſilius.

§. VIII. Hic præclarus Vir & Doctor fidelis in Francofurtenſi Academia, cujus ipſe & Jodocus Willichius præcipua habebantur ornamenta, diu, ſedulo, & egregie enarravit latinos Autores & Pſalterium Davidis Græcum aliaque S. literarum monumenta. Scripſit & multa plena eruditionis & mirifice ornata, quorum tamen nihil in lucem dedit. Ex hujus & Willichii prælectionum Commentariis aliorumque ſcriptis diſpoſitionem & oeconomiam Pſalmorum ſuam conſcripſit Chriſtophorus Cornerus, de cujus præfatione pleraque hæc transſcripſimus.

libros multos ſcripſit,

quorum unum Cornerus edidit,

Johannes Mayer.

§. IX. Marſilio in Eccleſia Cotbuſiana ſucceſſit M. Johannes Mayer, Iteanus, cujus in Cneniandro ſupra (w) meminimus. Natus is fuit ad fluvium Nubim in aditu Superioris Bavariæ Palatinatus, in oppido Salicero, quod Melanchthon Græco nomine Ἰτέας appellare ſolebat. Sæpe enim illius meminerat ob officium, quod Erhardus Mayer Cons. frater Johannis & alii ex Senatu Viri literati in eum contulerant. (x)

Succeſſor Marſilii,

Patria;

Ejus frater,

1541.

(w) Hoc Lib. VII. c. 27. §. 3. p. 453.

(x) Atque hæc fere ſunt, quæ Manlio recenceſere licuit de Viris eruditis. Plura de Mayero quod ipſi innotuerint, per ſe quisque textum inſpicientium facile exiſtimare poteſt, & nos reddimus probatum teſtatumque Exemplo ipſius Manlii manu ſcripto, in quo hæc verba adjecta deprehendimus: *cum anno 1541. ad*, quibus filum continuare procul dubio voluit. Aſt ut Lib. VI. cap. 147. § 6. p. 429. nota ſub lit. (b) lin. 6. dictum eſt, librum VII. morte præventus finire non potuit. Igitur de hoc & aliis Vriris externis, quinimo de Viris virtute bellica illuſtribus, quædam addere conſtituiſſe palpabila eſt ex Lib. VII. c. 1. §. 1 p. 434. & ejusd. libri c. 29. §. 9. p. 457. Pauca etiam de Johanne Mayero prodidit Grosſerus Memorabil. Luſat. Part. II. §. 11. p. 88. ex quo tamen plura cuivis haurire licet de aliis Paſtoribus Cotbuſianis.

Properamus nunc ad finem, quem faciant ipſius Chiſtophori Manlii Vita, Scripta & vitæ finis inopinatus, deſcripta Stylo extemporaneo ab Abrahamo Frencelio, Luſato.

§. I.

CHRISTOPHORUS MANLIUS, ſidus patriæ ſuæ clariſſimum feliciſſimumque, exortus eſt, ope divinæ manus Numinis in populoſiſſima & ampliſſima urbe GORLICIA, ſita ad Niſſum flumen inclytum, ocello Luſatiæ ſuperioris. Sed nolim jam in laudes ipſius urbis excurrere, quod oris mei balbutiem & vires ingenii, qualecunque ſit, longe exſuperent: perquam etiam multa memorabilia atque ſingularia ejus apud ipſummet Noſtrum in præclaro de rebus Luſatiæ Opere paſſim conſignata & recenſita invenire atque legere omnes poſſint. Veruntamen invidiam quandam non meruiſſe quidem, ſed peperiſſe ſibi civitatem Gorlitium fortaſſe dixerim, quod MANLIO veluti prole ſua merito ſola ſuperbire queat, aut debeat utique.

§. II. Parens enim ei fuit, jampridem *ἐν ἁγίοις*, *Chriſtophorus* Männchen, Lauenſteinenſis origine, incolatu ac civitate Gorlicenſis, artificio pannarius, vir honeſtus, induſtrius, pius, philomuſus, & *εὐσεβέστατος*, cui domicilium ſuburbana regio, dicta Hotterana, præbuit: videas Noſtrum *Rer. Luſ. Lib. 6. cap. 65. §. 2 p. 354.* Matri optimæ *Catharina Schützia* nomen erat. Docemur hinc itaque, qua de cauſa MANLIUS noſter vocari diciqoe voluit: vulgo enim vocabulum Männchen vernacula noſtra cum altero Männlein permutare ſolemus: Igitur *Manlii* tritum Romano ſermone nomen ſuſcepit; quod illud parum aut nihil propemodum a Teutonico Männlein differret abiretve.

§. III. Porro natalem diem & primam vitæ ſuæ lucem conſpexit XXVI. Februarii (ſeu IV. Cal. Martii) Anno Chriſti Servatoris unici ſupra milleſimum quingenteſimo ſexto & quadrageſimo. Conſ. *Lib. Rer. Luſ. cap. & §. cit. & Mylius Annal. Gorl. ad Ann. 1575. Tom. I. Part. II. p. 40.* Habuit quoque Noſter fratrem, GEORGIUM nomine, ex quo Anno MDLXXVIII. & die XIX. Octobris natus filius, itiden GEORGIUS, poſt Medicinæ Doctor famigeratiſſimus, qui Barcii in Polonia optimum beatæ ſuæ *ἀναλύσεως* diem vidit, Anno ſopra milleſimum Sexcenteſimo & vigeſimo: annotante ſeculi iſtius lumine Viro excellentiſſimo *Bartholomæo Sculteto, in Annalibus Gorlicenſibus.*

§. IV. Cum ſacro, quemadmodum decet ac neceſſe eſt, lavacro ablutus a labe peccati, ac candidatus cœleſtis hæreditatis factus eſſet CHRISTOPHORUS, crevit

porro

porro idem divina favente ac adjuvante gratia, ætate & ingenio: hocque in patria tom increſcente ſchola, quam potuit, diligentiſſime excoluit, nactus qui viam ſibi monſtrarent ad capeſſendas literarum & philoſophiæ primitias, Rectores celeberrimos, *M. Sebaſtianum Rötlerum, Wonſidelium: Petrum Vincentium, Wratislavienſem: Joachimum Meiſterum, Gorlitium; & M. Laurentium Ludovicum, Leobergenſem*: quas primitias denique illas ſuas in Academia Witebergenſi, ſcientiarum linguarumque & ſapientiæ multiplicis divitiis non infeliciter auxit & cumulavit: *Sacra* autem *Themidos* ſive *jurisprudentia*, ut vocant, caſtra illum ſtrenue ac accurate ſecutum, progreſſus in ea præclaros feciſſe, ſatis ex dictis ſecundum leges & Jureconſultos *libro 6. rerum Luſaticarum cap. 79. p. 362. §. 10. p. 412.* & *134.* exaratis pateſcit.

§. V. Repetita denuo patria chariſſima ad poëſin & hiſtoriam animum ſuum, quod ad ſtudia quæque & elegantiam omnem natus formatusque eſſet, applicuit, adeo quidem conſtanter & ſedulo, ut nullam fere diem prætermitteret, quin lineas multas pereleganter ac erudite ſcriptitaſſet. Teſtantur illud ſcripta ejus limata tum edita olim, tumque relicta & parata ad prelum, de quibus ſingulis nunc quidem breviter: ſcripſit enim *primo* Carmine elegiaco *Hodaporicon*, vid. *lib, 6.* rer. *Luſat. cap.* 134. §. 2. *p. 411.* nec non *ſecundo Epigrammatum librum.* Pragæ Bohemiæ metropoli jam quondam editum: *tertio* item *Poëmatum volumen alterum*, quod autem e ſcriniis doctorum nondum in publicam lucem prodiit. *Quarto hiſtoriam* etiam *Petri Dani*, Comitis Serinenſis (de quo multa *Johannes Herburtus Hiſt. Polon. lib. 4. cap. 9. & lib. 5. cap. 2.* atque alii) a ſe confectam ipſe paucis his nobis verbis commemorat *libro 4. cap. 8. Petri. hiſtoriam,„ integram, cujus ſimiles paucas legi crediderim, ex vetuſtis Sileſiorum annalibus & monumentis,„ laborioſe erutam peculiari olim ſcripto explicavimus, & manu propria exaratam, Elia Sva-„ nenbergio, Abbati Cœnobii Deiparæ Virginis, apud Wratislaviam in arena, quam vocant, ab„ eodem Petro, in gratiam Mariæ Principis Ruſſæ, uxoris ſuæ fundati, dicavimus.* „ Meminit hujus operis *Autor præfationis* ad *Sileſiographiam Renovatam Nicolai Henelii, editam Lipſiæ nuper anno 1704.* Amplius, ut ſtudia ſua patriæ litaret, amicosque ſibi conciliaret multos, ac memoriam ſui apud poſteros immortalem faceret, aggreſſus *quinto* eſt *de rebus Luſatiis opus* ampliſſimum ac arduum nimis perdifficileque, quale a nemine hactenus vel tentatum vel confectum fuerit, conficiendum tamen omnino putaret, propter rerum copiam minime ſilendarum aut oblivione ſepeliendarum. Sudavit igitur, conſcripta prius *hypotypoſi* ſeu brevi narratiuncula rerum tractandarum in conficiendo eo ab anno ætatis ſuæ quarto vigeſimo, hoc eſt, ſupra milleſimum quingenteſimo & ſeptuageſimo poſt natum Chriſtum, ceu ipſe teſtatur *lib. 1. c. 2.* & perrexit in eodem labore anno 1571. *Confer. lib. 6. cap.* 137. §. 2. & *cap.* 143. §. 10. quo ipſo in vivis fuit Budisſinæ Decanus venerabilis *Leiſentritius*, vid. *lib. 6. cap. 137.* & quatuor fere ſequentibus itidem annis, hoc eſt, usquedum vitam cum morte commutaret.

§. VI. Verum enim vero quanta cura atque induſtria ille ſuo huic partui nobili, & quo indeſeſſo ſtudio incubuerit, docent nos luculenter tot diligentiſſime ab ipſo evoluta volumina, quorum ubique nomina reperias: docent tot ſumptus expenſi in literas ad viros doctiſſimos locorum intervallo longe diſſitos perſcriptas transmiſſasque, v. g ad Witebergenſes, &c. *vid. Lib. 7. cap. 1.* docent itidem nos itinera ejus atque excurſiones, quas fecit, ut rebus deſcribendis oculos ſuos ipſemet paſceret, animumque exſatiaret, & vera poſteris traderet. *Vid. Lib. 1. cap. 13.* docent inſuper habita colloquia cum viris celeberrimis, quorum alios quotidie conſuluit ac ſecutus eſt, alios vero exoravit, ut ſuppetias ferrent & juvarent: ſic v. g. precibus ſuis *Bartholomæum Scultetum* Mathematicum ævi ſui nobiliſſimum permovit ad conficiendum *tabellam chorographicam Luſatiæ Superioris*, quæ hodieque ſupereſt. *vid. Lib. 7. cap. 6.* §. 5. alios, quos ſciret in pictura & ſculptura excellere, adiit, ut imaginibus epitaphiorum, ſigillorum & inſignium ſuos commentarios exornarent.

§. VII. Aſt enim, ut nihil ſane ex omni parte perfectum abſolutumque ab homine caduco & corruptibili expectari ſolet: ita non permiſit ſapientiſſimus DEUS miſſa præmatura ac acerba morte, ut vir ſolertisſimus contextum opus abſolveret plane & perficeret. Teſtimonia nimirum ſæpius abrupti fili, & ſupremæ manus defectum, perhibent lacunæ & hiatus aliquot, & Liber cumprimis ſeptimus, cujus omnino dimidia ſive ultima pars deeſt: nihil enim in eo, uti inſcriptio titulusve habet, *de viris armorum gloria claris.* Quicquid ſit, auro tamen contra carius & ære omni perennius monumentum ipſius *Manlii* eſt, eritque ſemper: ſimilis enim de rebus Luſaticis hiſtoria non extitit olim: neque nos hodie res patriæ, quæ qualesve ſunt, ſcire ſcribereque forſan poſſemus, niſi *Manlius* nobis primus eas tradidiſſet, niſi ipſe fontes nobis præmonſtraſſet, ex quibus fodiendæ, quave via derivandæ ducendæque forent, ſignificaſſet. Fuit enim Noſter hiſtoricus excellens & rerum patriæ ſcientiſſimus.„

Ingenium

Ingenium, ita *Martinus Mylius*, *Vir Cl. in Annalibus Gorlicenſibus latinis ad Annum1575.*„
in Manlio fuit excellens, judicium maturum & plusquam ſenile: quin nihil de homine tam„
eximie dici poteſt, quod non videatur ille ſuſtinere potuiſſe, ſi eum nobis fata ſuperſtitem„
eſſe voluiſſent. „Ex merito etiam *Conradus Samuel Schurtzfleiſch. Diſſert. de Luſat. edit.*„
Witebergo An.1676. „*Luſatia a nemine hactenus præterquam a Chriſtophoro Manlio, Gorli-*„
cenſi integra deſcripta eſt. „ Et mox ex ſententia *Martini Mylii*: *Fuit* (Manlius) „
ſummo ingenio & judicio ſubacto ac maturo, poëta elegans, hiſtoricus inſignis, & diligens„
Luſatiæ ſcriptor. Porro de *Commentariis ejus* ita *Idem eodem loco*: „ Commentarios„
rerum Luſaticarum ſeptem libris diſtinctos compoſuit (Manlius) *quos intereſt expoliri cum*„
cura & perfici plane atque abſolvi. „ Similiter iterum *Martinus Mylius* in *Annalibus Gorli-*„
cenſibus ann. dict. „Luſatiæ *hiſtoriæ corpus* (Manlius) *integre complexus eſt, ſed prematura*„
mors non ſivit eum laudabiliter opus inſtitutum pertexere, ſupremamque manum addere.„
Utinam vero exoriatur aliquis, qui eam hiſtoriam tanquam Veneris picturam inchoatam ab„
Apelle relictam abſolvat & ad editionem præparet.„

§. VIII. Sed vero nec *pietas Manlii* noſtratis, quam veluti palladium vitæ atque actionum ſuarum jugiter coluit, ſilentii ſippario a nobis fuerat contegenda. *Pietas*, inquam, *primo in DEUM* vera & incorrupta apud eum viguit: neque enim Curiæ Romanæ leges onerofas & traditiones humanas ſequendas arbitrabatur, imbutus deliciis verbi divini ſvaviſſimis ac ſaluberrimis: neque veſanæ delirantisque rationis ampullas & ſesquipedalia verba, quæ tum temporis nonnulli longe lateque in patria & alibi projecerant, audiit, ut ſeſe a claro perſpicuoque Chriſti ſermone averteret, & honorem DEI ſui incarnati aut impugnaret, aut pro re dubia incertaque eum haberet. Placet imo perplacet ingenua Viri beati confeſſio fidei, quam nunc, ut mihi fides major accedat, recitabo ex *Lib 3. rer. Luſat. cap. 30.* his verbis: „*Eo tempore* (ſic *ille Man-*„
lius noſter, quo ſcilicet condita inſtaurataque eſt urbs Gorlicium) *floruit & in pretio fuit*,„
S. Bernhardus Abbas Clarevallenſis (Helmoldus lib. 1. cap. 39. Chron. Slav.) *in Gallia*,„
doctrina, pietate, & ſanctimonia vitæ præſtans, nec rudis exercitiorum fidei, cujus ideo men-„
tionem facio libentius, quod ſcripta ejus, quæ Carolus Imperator in ultima ſenecta lectitaſſe fer-„
tur, non diſcrepant a ſententia Divi Pauli, & noſtrarum eccleſiarum doctrina, qua hominem„
per miſericordiam DEI, propter unicum mediatorem Filium Dei, Dominum noſtrum Jeſum„
Chriſtum, fide juſtificari affirmamus. Citantur verba ejus ex initio ſermonis primi edit.„
Baſil anno 1495. *ſermone alias LI.*) *quem in Feſto Annunciationis Beatæ Mariæ habuit de*„
verbis Pſalmi LXXXIV. Et inhabitet gloria in terra noſtra: miſericordia & veritas„
obviaverunt ſibi, juſtitia & pax oſculatæ ſunt &c. *Ea ponemus aliquanto, quam a* Me-„
lanchthone & Peucero (*Chron. Carionis Part. III.* p. 207. edit. Witeberg. an. 1566.„
factum eſt, plenius:) Neceſſe *eſt enim primo omnium credere*, quod remiſſionem pec-„
catorum habere non poſſis, niſi per indulgentiam Dei, deinde quod nihil prorſus„
habere queas operis boni, niſi & hoc dederit ipſe; poſtremo æternam vitam, quod„
nullis potes operibus promereri: niſi gratis detur & illa. *Et paulo poſt*: Ideoque ſi„
credis, peccata tua non poſſe deleri, niſi ab eo, cui peccaſti ſoli, & in quem pecca-„
tum non cadit, bene facis. Sed adde adhuc, ut & hoc credas, quod per ipſum tibi„
peccata donantur. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet in corde noſtro Spiritus„
Sanctus dicens: dimiſſa ſunt tibi peccata tua, ſic enim arbitratur Apoſtolus, gra-„
tis juſtificari hominem per fidem. *Bernhardo σύγχρονος fuit* Robertus, *Præſul Vra-*„
tiſlavienſium duodecimus, electus anno 1126. & anno quindecimo poſt (*tametſi plures ex Dlu-*„
goſſo (falſo tamen) *numerat Cureus.* vid. *Dlugoſſus Hiſt. Polon. lib* 4. f. 426. & *lib. 5.* f. 457.„
& 461.) *propter ſpectatam ipſius dexteritatem & induſtriam ad Cracovienſem eccleſiam*„
translatus, vir tanto munere digniſſimus, καὶ ἀληθῆς ἐπίσκοπος (plura de eo *Nicolaus*„
Henelius Sileſiograph. Renov. cap. 8. p. 58. & 59.) *Claruit eadem ætate &* Hugo Preſ-„
byter, *natione Saxo, ut ſcribit Trithemius*„ (& comes quidem Blankenburgenſis, vid.
Joh. Georg. Leuckfeldius Antiqu. Blankenburg. p. 30. - 36. *edit. Francof.* & *Lipſ.* anno 1708.
& celeberrimus *Leibnitius præfat. ad Chron. Alberici Monachi*) *Abbas apud S. Victo-*„
rem prope Lutetiam Pariſiorum in Galliis, Ordinis Canonicorum regularium Auguſtini,„
Theologus & Philoſophus inſignis, electus anno 1130. qui obiit anno 1138. ut Siffridus Pres-„
byter Miſnenſis annotavit: a quo vir doctiſſimus & devotus appellatur, de eo vide Te-„
ſtes veritatis Illyrici, p. 245. *Hæc eo recitavi, ut quis tum fuerit eccleſiæ ſtatus, quæ*„
religionis & doctrinæ forma, de ſcriptis & hiſtoriis eorum quos commemoravi: ſimul„
etiam ut meam *de præcipuo capite noſtræ perſvaſionis* ſententiam *oſtenderem.*„

§. IX. *Secundo* de candore animi amoreque *erga proximum* infucato atque humanitate ejus teſtantur fere omnes actiones Viri cultiſſimi, tumque dicta ac cogitationes, quas ſæpiſſime ſuo more, hoc eſt, libere profitetur: Parentes enim grato animo deprædicat, faciendo mentionem eorum: præceptores laudat, nominando

 eos,

eos, magiſtratum coluit, rebellionem inobedientium ſubditorum deteſtando, caſtitatem obſervavit ἀγαμίαν proſequendo: autores quoque, quorum opera uſus eſt, non lædit ſugillando carpendove: ſciens optimum etiam quandoque Homerum dormitare: imo vero laudibus ornat omnes, quas merentur, juvat, conciliat, & qua data opera ac occaſione ſedulo exemplo ſuo evolvendos commendat.

§. X. Denique, etſi adoleſcentiæ annos, juxta *Varronis* gradus ætatis apud *Cenſorinum de Die Natali cap. 14.* nondum prætergreſſus eſſet, non immemor tamen ſuæ fragilitatis, εὐθανασίαν ac cœli vitam beatiſſimam citius, ut bonæ lucis filii ſolent, meditatus eſt: eam in rem, honeſtam ſepulturam precatus, vivens, ut teſtis eſt *Martinus Mylius* in *Annal. Gorlic. l. c.* ſibi hoc epitaphium ſcripſit:

Quæ tumulum ſervat? Pietas: quis conditur illo?
Scrutator patriæ Manlius hiſtoriæ.

Obiit quoque ſuperatis modo itineris moleſtiis iisque ultimis ad expoliendam, ut credo, ſuam Luſatiam, anima prius commendata in ſinum Chriſti, Pragæ, matre Bohemiæ, die XIV. (ſeu *Prid. Id.*) Octobris, anno poſt Chriſtum natum, ſupra milleſimum & quingenteſimum, quinto & ſeptuageſimo, ibique ſepultus eſt ad Corporis Chriſti. Itaque vere nIhIL In VIta DIVtVrnVM: Vixit enim Noſter ſaltem viginti & novem annos, ſeptem menſes, duas hebdomadas diesque totidem. Sit memoria juſti illius Viri in benedictione!

Accipe nunc demnm, *Lector Benevole!* Manlii fœtum, in quo edendo multis accidit, quod vel Elephanto, qui centum parturit annis, vel gallinæ, quæ dudum glocitavit, & ovum nondum parit. Celeberrimus noſter WEISIUS in Epiſtolarum ſelectiorum 114. p. 276. amicos paſſim typis publicis tradere voluiſſe ſcribit Manlii Commentarios, niſi ſuo conſilio ab incepto deſtitiſſent. Neque nos fugit, & alibi locorum unum vel alterum virum eruditum cepiſſe conſilium in lucem emittendi hoc patriæ noſtræ antiquitatis monumentum. Sed res ex animi ſententia minime cecidit. Nunc vero, quæ mira eſt ſummi Numinis providentia, factum, ut Hiſtoria Manlii tanquam Veneris pictura inchoata ab Apelle, a nobis ad editionem præparata, in publicum prodierit. Ingens hactenus ejus deſiderium tenuit viros inter Eruditos non vulgari lauda conſpicuos, nempe Martinum Mylium in Annalib. Gorlic. ſub an. 1575. Sam. Conr. Schurzfleiſchium in Diſſert. de Luſatia §. 12. in Nota adjecta, Crantzium in Programmate de Fatis Luſatiæ, M. A. E. Mirunt in oratione de Rebus Luſatorum, aliosque viros magni nominis. In eorum igitur, qui inter vivos eſſe nondum deſierunt & poſteritatis, ſi quæ eſt futura, commodum, publicæ luci exponimus, quamvis hactenus neglectam & ſpretam; non tamen ad noſtra usque tempora deductam & omnibus numeris abſolutam. Ultima enim tempora ab anno 1516. - - 1714. proſecutum fuiſſe Vellejum noſtrum Luſaticum Dn. Groſſerum & iisdem illuſtrandis ſeſe jam adparaſſe Conſultiſſimum noſtrum Carpzovium im Oberlauſitziſchen Ehren-Tempel, in aprico eſt, in quorum largam meſſem falcem immittere noluimus. Neque ſupprimere vel, ad piper damnare conſulium duximus, ne Scriptor hic prorſus ἄδοξος permaneat, cum tamen ſincera fide literarum æternitati commendarit res multas Luſatorum ab omnibus vel intactas, vel non plene tractatas, atque fontes Hiſtoriæ Luſaticæ primus præmonſtraverit iis, qui patriam noſtram Scriptis ſuis illuſtraverunt. Hanc vero Editionem unice debet B. L. *Ampliſſimo Senatui Zittavienſi* & conſtituto ab eo Bibliothecæ Senatoriæ *Curatori* faventiſſimo, univerſum hoc negotium & prudenter & erudite dirigenti. Nunc nihil reſtat, quam ut his Scriptoribus in unum volumen congeſtis cenſores cordatos & benignos (ab omnibus enim mendis liberos eſſe non pronunciamus & quotusquisque mortalium eſt, qui hanc ſibi prærogativam in opere hiſtorico atq; per magnam Zittaviam inter & Lipſiam, ubi typis exſcripti ſunt, diſtantiam, temere arrogare velit?) Luſatiæ autem noſtræ, parvæ quidem ditiunculæ, ſed DEI Opt. Max. gratia & beneficiis magnæ illuſtriorique factæ & propter Eccleſiam huc uſque ſervatæ, pacem temporalem & ſpiritualem optemus, cujus voti ſi compotes fortuna nos fecerit, non iterandam tantum poſt diſtracta primæ publicationis exemplaria editionem, a mendis purgandam & augendam; verum & alterum volumen Scriptorum R. L. idque germanicum literato orbi pollicemur; quod ipſum inſtitutum ut adjuvent noſtrumque apparatum Codicibus MSTis augeant Viri eruditi, eſt quod perquam officioſe petimus contendimusque. Vale Lector Benevole, & his conatibus fave!

Libri VII. Luſatiæ adeoque totius Operis Manliani

F I N I S.

VAI 1536007

Monenda & Addenda.

Sunt quædam adhuc, de quibus nobis B. L. tecum. Indicandum nimirum videtur: Lib. I. Commentariorum c. 2. §. 1. p. 109. verba: Ipſum juramentum vide in Carpzovii Analectis F. Z. Part. II. c. 1 §. 13. p. 192. non ad textum & verba Manlii referri debere, ſed notulæ inſerenda, ratio eſt in promptu: Manlius & Carpzovius non ſunt Scriptores coævi.

Porro notandum, Diſputationes Hiſtoricas v. g. Sagittarii, Schurzfleiſchii, Kunſchkii, aliorumque in Manlii Commentariis ad unam omnes II. Tomo Scriptorum occurrere.

Lib. 1. Comment. c. 33. §. 3. p. 141. nota ſub lit. (l) non reperiſſe ſumus faſſi Homilium, ſed innotuiſſe poſtea, teſtabuntur ſequentia loca. Meminit ejus M. Tobias Schmidt in Chronico Zviccavienſi p. 2. his verbis. M. Johann. Homilius Memmiugenſis in Academia Lipſ. Mathematum Prof. qui ſcripſit Orationem de Miſnia. conf. infra Tom. 4. Scriptorum R. L. p. 158. Et ipſe Manlius mentionem ejus quoque injicit in Epigrammate ſequenti in Miſniæ Chorographiam ſcripto:

Tota fere triquetra regio concluſa figura eſt,
Quæ vetus a Myſis Miſnia nomen habet.
Supremum tenuit Calegia priſca cacumen;
Qua Sala Albiacas confluus auget aquas.
Lævum Pica latus, dextrum vagus occupat Albis;
Sudetes imæ ceu baſis inſtar habent.
His terram metis definiit ipſe Malanchthon
Eudoxusque ſui temporis HOMILIUS.
Nec tamen erraverit, ſi quis faſtigia montes
Piniferos Albim mavelit eſſe baſin.
Dextrum Sala latus ſic clauderet, Egra ſiniſtrum:
Nec concinna minus forma triquetra foret.
Utrumvis (ſive hic placeat, ſive ille) trigonum
Spectandum præbet parva puella tibi.
Flumina cuncta vides, montes, nemora, oppida & arces:
Certius ex ipſo vix tueare polo.

Vid. Reineri Reinecci Commentarium de Miſenorum origine post Georgii Fabritii Rerum Miſnicarum. Lib. VII. p. 227. editionis Jenenſ. an. 1598.

Lib. VI. cap. 9. §. p. 303. hæc Ducum Sileſiæ ſeries addatur:

Boleslaus ſævus dictus Legnicenſis filius Henrici, ex Hedvige Anhaldina naſcuntur.	Bernhardus Celer & ſaltator mirabilis, obiit ſine hæred. 1280. Bulco I. d. Svidnicenſ. & Fürſtenb. cognomento invictus, cujus arma reſervantur adhuc Svidnic. obiit 1301. ſep. Gviſſ. Henricus pingvis d. Legnicenſ. & poſt obitum patruelis etiam Vratiſlavienſis.	Bulco II. ridiculus & ſacetus. Dux Monſterberg. Vendidit. comit. Glacienſ. Johanni Reg. Bohem. 1522. Bernhardus d. Svidnicenſ. Uxor Margareth. filia Uladislai Locticí Reg. Polon. Hinco S. Henricus d. Javorienſis duxit ſororem reginæ Bohemicæ, materteram Caroli IV. Imp. Dn. Sittæ & Laubæ.	Henricus Fürſtenb. qui ante patruum Hinconem fato functus. Bulco III. Uxor Agnes filia Leopoldi Ducis Auſtriæ. Svidnicenſem Ducat. poſſ.	Anna deſponſata Carolo IV. Imp. qui, Ducatum Javorienſem Regno Bohemico adduxit. Bulco IV. juvenis a morione Bolch occiſus.

Σφάλματα γραφικά partim in fine totius Operis notabimus, partim B. L. pro ſua prudentia facile corrigare poterit.

TOMI

Digitized by Google

Digitized by Google

141 L. 1-3

Digitized by Google